UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00299880 5

PA3 RESERVE
T42
V2



Presented to the
LIBRARY *of the*
UNIVERSITY OF TORONTO
by
Victoria College

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ
ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ

THVCYDIDIS OLORI FIL
DE BELLO PELOPONNESIACO
LIBRI VIII

AD EDITIONEM
CAR. ANDR. DVKERI
CVM OMNIBVS AVCTARIIS RECVSI
ACCESSERVNT VARIAE LECTIONES DVORVM CODICVM
ANIMADVERSIONES
IOANNIS CHRISTOPHORI GOTTLEBERI, A. M
RECTORIS QVONDAM SCHOLAE PROVINC. MISN
ET
CAROLI LVDOVICI BAVERI A. M
SCHOLAE HIRSCHBERG. NVPER RECTORIS
EDITIONEM ABSOLVIT
CHRISTIAN. DANIEL BECKIVS PROF. LIPS

VOLVMEN SECVNDVM
LIB. VI — VIII. AVCTARIA PRAEFATIONES INDICES

LIPSIAE
SVMTIBVS ENGELH. BENI. SCWICKERTI MDCCCIV

FEB
14
1983

PA
4453
A2
1790
V.2

30035
19-3-18.

WITHDRAWN FROM VICTORIA
UNIVERSITY LIBRARY

C. D. BECKII PRAEFATIO

Insolita fuit, eaque tristis, fors huius editionis, quam qui vel instituerunt vel susceperunt, Gottleberus atque Bauerus, non finem suo imponere ipsi potuerunt labori, quum alter naturae concessisset opere vix coepto, alter eo profligato. Etenim aliquot capita postremi libri supererant, cum, Bauero mortuo, reliquae partis cura ad me, cuius aliqua opera iam in hac editione versata esset, quum iis, quae b. Bauerus reliquerat nondum satis perfecta et elaborata, deferretur. Itaque mutare omnem editionis descriptionem et naturam, in qua multa displicerent, non licuit, sed prouidere oportuit, vt, si quid esset omissum, id recte et suo loco suppleretur, neue praetermitteretur mea culpa, quod aut ex Bataua repetendum aut nunc addendum esset. Nam quod consilium, quam rationem, duo illi doctissimi viri in describendis et adornandis huius editionis partibus fuerint sequuti, non satis potui perspicere. Quum enim placuisset, quae Dukerus dedisset, reddere omnia, quod in ista caritate Batauae editionis reprehendi non potest, sed multis modis aucta, optandum erat, vt, quae essent multis locis dispersa, coniungerentur suo loco, siue ea ad ipsius scriptoris verba siue ad Scholia pertinerent. Et Gottleberus quidem ita fecisse aut fieri voluisse videtur, ita tamen, vt aut ipse sibi in ea re non constaret, Addendisque nonnullas superiorum editorum disputationes seruaret, aut, qui ei successit, eius consilium et modum non teneret atque persequeretur. Negligentior vero fuit Bauerus in ea laboris parte, quae spectaret vel ad colligenda, quae pluribus locis edit. Duker. essent studiose conquirenda, vel ex Abreschio aliisque interpretibus accurate adferenda; vnde Scholia nonnulla cod. Basil. fuerunt a me Adnotationibus in Scholia inferenda, plura Addendis Adnotatt. in Thucyd. a viris doctis disputata. Id enim, quod vnum licuit, curaui, primum, ne quid e Dukeri editione recte desideraretur, cuius quae sint partes et quomodo dispositae in hac edit., paucis indicandum est. Et eas, quidem, quae primum locum obtinent, praefationes Dukeri aliorumque editorum, omissa librariorum epistola, qua librum Comiti Watzdorfio Saxoni, inscripserunt, meam iussi excipere. Quoniam longum et molestum erat, nec ab initio statim fieri potuerat, sicubi in animaduerss. locus esset ex ed. Duker. paginis laudatus, mutare numeros: addidi collationem ed. Duk. cum Lipsiensi aliisque, vt facile cuique esset, locum, si quem quaereret, inuenire. Sequuntur in ed. Duk. Marcellini et aliorum Narrationes et Iudicia de Thucydide (p. 1 — 18.), repetita in nostra ed. T. II. p. 719 — 744. et aucta aliquot locis. Quae a Duk. sunt e Fabricii Bibl. p. 19. — 24. descripta, omisi, quoniam multo locupletiora leguntur in nouissima Harles. ed. Fabr. T. II. p. 721 — 740., et in eorum locum reposui, praefationibus subiectum, recensum codicum adhuc in Thucyd. adhibitorum, editorum, interpretum. Variae Lectiones Cod. Basil. (p. 25 — 31.) suis locis, quantum vidi, diligenter ab editoribus inter alias VV. LL. positae sunt. Quod iis praemissum est Monitum, infra in illius codicis notitia est repetitum. Scholia cod. ms. Basil. (p. 31 — 34. Duk.) partim iis locis, ad quae pertinent, addita, partim, quae Bauerus omiserat, Adnotatt. in Schol. adiecta sunt. Quinque priores

graeci operis libros cum verſione, var. lect., ſcholiis, et adnotatt. VV. DD. tenet primum, poſtremos tres vltimum noſtrae edit. volumen. Quo loco illud legi reprehenſum eſſe, quod ſingulis paginis vel graeca vel latina comprehenduntur, non, vt in Duker. ed., iuxta ſe in vna eademque pagina poſita ſunt graeca et latina. Nam longiores ita vel graecae vel latinae orationis factos eſſe verſus, quod legentibus et quaerentibus aliquid admodum ſit moleſtum. Iam, etſi non mei ea deſcriptio fuit conſilii aut inſtituti, tamen excuſari eam facile poſſe vidi, tum, quod haec editio omnino non tironibus aut iis lectoribus, qui laborem quemuis fugerent, deſtinata eſſet, tum quod iſta, quam librarius ſequutus eſt ratio, et parceret chartis atque ſumtibus, quo conſuleretur emtorum vtilitati, et variae lectiones atque ſcholia rectius ſeiungerentur. Henr. Stephani Iudicium de Scholiis in Thucyd. et Proparaſceue (p. 575 — 585.) legitur in noſtrae edit. hoc ſecundo Tomo p. 468 — 482., ſed Annotationes in Scholia cum Auctario Scholiorum (p. 585 — 660.), quas, etſi nonnulla inde notis inſeruerat ſuis Gottleberus, integras tamen repetere placuit, acceſſionibus nonnullis ſunt locupletatae T. II. p. 482 — 588. Sequuntur in noſtra edit. p. 589 — 718. Henrici Dodwelli Annales Thucydidei, praemiſſo Apparatu cum vitae Thucydidis Synopſi chronologica, qui ad calcem edit. Duker., paginis ſeparatim numeratis, leguntur. Iis nihil addidimus, etſi de nonnullis locis fuit quod moneretur. Plurimum acceſſit Addendis et Emendandis p. 661 — 678. Duk. ita vt centum paginarum numerus expleretur (p. 745 — 844.). Cum Indicis dictionum et locutionum, quae in Thucyd. viſae ſunt memorabiles (p. 679 — 728. Duk.), loco multo accuratius et locupletius *Gloſſarium* ſ. *Lexicon Thucydideum* exſpectandum ſit, nos in fine vol. ſecundi non repetiimus niſi quinque rerum, vocabulorum et in Scholiis, et in Notis explicatorum, rerum in adnotatt. tractatarum, et auctorum aliorum emendatorum indices (ex quibus tres Bipontini omiſerunt) non ſine labore noſtrae edit. numeris accommodatos, atque plurimis locis auctos. Nam vel ex iis, quae Duk. ed. continebat, multa iis indicibus deerant. Additae ſunt Dukeri editioni duae tabulae geographicae, altera Graeciae antiquae, altera Siciliae veteris cum typo Syracuſarum. Vtraque quum propter multos errores, iudice Mannerto, intelligentiſſimo viro, quem librarius conſuluerat, nec repetenda nec leuiter emendanda eſſet, quum plures hodie, et meliores tabulae, facile emerentur, neutra igitur ita, vt ante hos ſeptuaginta annos, huic editioni eſſet neceſſaria: conſultius viſum eſt, non tam illas non denuo aeri incidi, quod ſtolidum fuiſſet, quam nouas non fieri atque addi, quod ſumtus inutiliter auxiſſet. Quod tabula illa inepta, praemiſſa Duk. editioni, quae multam leti faciem exhibet, non eſt repetita, excuſatione nulla defendendum videtur.

Iam Gloſſario illi, quod dixi, adornando etſi Gottleberus et Bauerus multa non tam parata, quam coniecta, reliquerunt, tamen longe plura deſunt, vnde multum mihi in eo perficiendo eſſe laboris intelligitur. Curabo autem, vt non modo lectorum ſi quae ſit ſpem non diu moretur, ſed ſeparatim etiam, vti Reizii Lexicon Lucianeum, poſſit emi, et cum minore, emendatiore, atque magis parabili ſcriptoris editione ſimul prodeat. Hanc enim librarius in ſcholarum vſum ita componi voluit, vt graeca, quantum ex criticis legibus liceret, emendatiſſime deſcriberentur, et ad iuuandam hiſtoriae Thuc. lectionem non adderentur niſi quae neceſſaria maxime eſſent, temporum notatione non neglecta.

Reſtat, vt, quae ſit huius maioris editionis commendatio, indicetur. Nam vt graeca oratio nonnullis in locis emendata eſt, verſio correcta, ita multo plura ſunt reſtituendae probabiliter verae lectionis ſiue in variis lect. codicum recens collatorum ſiue in coniecturis

virorum doctorum praesidia proposita. Accesserunt noua Scholia Graeca, et olim vulgatorum tum emendatio tum interpretatio melior. Neque vero solae Duker. edit. copiae omnes recte, nonnumquam etiam meliori ordine, expositae sunt, vt Amstelodamensem, nunc raram, editionem nemo desideraturus sit nisi qui seriem Batauarum editt. historicorum graecorum integram bibliothecae suae inesse velit, sed eae etiam vltra dimidium, et vtilissime, auctae sunt non modo excerptis Reiskii, Abreschii, Vuyttenbachii et aliorum, sed copiosis etiam Gottleberi inprimisque Baueri animaduersionibus, qui, postremo laudatus, si interdum plura etiam vel obscurius monuisse vel praeter necessitatem disputasse videatur, hoc certe effecit, vt loci omnem in partem vertendi et diligentius examinandi, comparatis inter se variis commentis, multa esset opportunitas. Quibus quidem copiis qui prudenter vtuntur, iis speramus non modo ad Thucydidem intelligendum et historiam antiquitatemque illius temporis cognoscendam, sed etiam ad litterarum graecarum scientiam augendam et interpretandi facultatem exercendam praesidia et adiumenta reperiri non vulgaria. Disputationem de ingenio et arte scriptoris cum glossario edere constituimus, eique addere Baueri commentationem de lectione Thucydidis, optima interpretandi disciplina. Scr. Lipsiae Calend. Febr. a. CIↃIↃCCCIV.

PRAEFATIO.

CAROLI ANDREAE DVKERI

Prodit tandem dudum promiſſa, ac diu exſpectata, ſed multis ante non praeuiſis moris atque impedimentis retardata, noua haec Thucydidis Editio, ad cuius notitiam quae pertinent quam potero breuiſſime exponam. Numquam mihi animus fuit in hunc Scriptorem aliquid meditari, quod publice legi poſſet, multo minus eum ſub meo nomine, quod quidam vulgarunt, edere. Noram enim et me, et illum, meque ex eo numero eſſe ſciebam, quibus ſe non βατὸν eſſe ipſum dicentem facit noti Epigrammatis Graeci auctor Poëta. Et quamquam in illius lectione non plane hoſpes eram, tamen non ita eum triueram, vt multis locis implicatam atque inuolutam verborum ſtructuram, et, quae cum hac coniuncta eſt, ſententiae obſcuritatem, extricare et aperire poſſem, et multa a communi vſu recedentia, eique propria, loquendi genera negotium mihi non faceſſerent. Sed vicit propoſitum meum repetita *Wetſteniorum et Smithi* *) interpellatio. Nam quum hi, vltra modum aucto exemplarium editionis Hudſonianae pretio, nouam illius editionem cum Virorum Doctiſſimorum *Henr. Stephani*, *Io. Hudſoni*, et nondum editis *Joſ. Waſſe* Animaduerſionibus molientes, ante aliquot annos ad me veniſſent, meamque ad hanc rem operam expetiſſent, nihil tum impetrare a me potuerunt; quod mihi alienis operis disponendis multum temporis ac laboris perdere non lubebat. Deinde, interiectis compluribus menſibus, quum deſcriptam e duobus manu exaratis Codicibus varietatem ſcripturae nacti iterum idem a me petiiſſent, nec vana ſpes eſſet nobis copiam *Codicis MSi Caſſellani* factum iri, et ipſe eum, qui in Bibliotheca huius vrbis eſt, ad manum haberem, conſilium mutaui. Sperabam enim, ſi ipſe his auxiliis adiutus, Scriptori praeſtantiſſimo, propter tarditatem ingenii aliamue imperitiam, nihil opis adferre poſſem, me tamen a doctis et peritis harum rerum aeſtimatoribus gratiam initurum, qui cum iis communicaſſem, vnde meditando, quod ego non potuiſſem, extunderent, et multa in libris vulgatis corrupta ac deprauata in melius reſtituerent atque emendarent. Hac praecipue ſpe, quum mihi in eo publica rei literariae vtilitas verſari videretur, non aegre, quod ante recuſaueram, a me impetrari, et nouam Editionem curandi onus mihi imponi paſſus ſum: cuius adornandae quam rationem ſequutus ſim, priusquam dicam, breui de adminiculis, quibus nixus opus adgreſſus ſum, exponam.

Habebant, vt dixi, *Wetſtenii et Smithus* deſcriptas e duobus *MSS.* varias lectiones, altero Bibliothecae [tum] Regiae Pariſienſis, quem ob hanc cauſam *Regium* vocaui, cum quo editio Oxonienſis comparata erat, altero Haunienſi, cui *Danico* nomen feci, e quo Vir Clariſſ. *Ioannes Grammius*, Linguae Graecae in Academia Haunienſi Profeſſor, discrepantem ab eadem Editione ſcripturam miſerat. De Regio non aliam notitiam accepimus, quam eſſe *Codicem Bibliothecae Regiae n.* 3044. In eo aoriſtos infinitiuorum in ναι eſſe properiſpomenos, vt παροξύναι; ὅτι ſemper ſeparari a ſuperlatiuis ſequentibus, et ſcribi ὅτι τάχιστα, ὅτι μάλιστα; ἐντάχει et ἐσταμάλιστα vnum vocabulum compoſitum videri; vbique ſcribi ἄλλό τι; ὅπως ſemper ſu-

*) Librariorum, quorum ſumtibus editio prodiit 1731.

turo indicatiui iungi; ac denique ſcribam monuiſſe, obſeruanda eſſe nonnulla, vt ἤκαζον, ὠφελία, et alia quaedam. De Danico haec ſcripſerat Clar. *Grammius:* eum videri habere aetatem trecentorum annorum, ſed in medio Libro quinto eſſe ſcripturam manus paullo recentioris vsque ad finem. Emtum eſſe Venetiis Anno CIↃIↃCXCIX. a Viro Illuſtri *Frederico Roſtgaerdo*, ex inſulis Sicilia et Melite reduce; nunc autem eſſe Illuſtriſſimi Comitis *Chriſtiani Daneſchiold*, Domini Samſoae etc. His acceſſit Codex *MS.* e Bibliotheca Sereniſſimi *Principis Landgravii Haſſo-Caſſellani*, cuius mihi quondam indicium fecerat V. Cl. *Io. Herm. Schmincke*, a Bibliotheca Principis, et Hiſtoriarum in Academia Marburgenſi Profeſſor. Huius vſum, agente illo ipſo indice, iis, qui in literis aliquid conantur, ad omnia officia paratiſſimo, non difficulter a Sereniſſimo Principe, quae erat illius clementia, et incredibile ac ſingulare omne genus artes ac ſcientias incrementis augendi ſtudium, impetrauerunt Bibliopolae. Eſt hic liber forma maxima, ſed quadrata magis, quam oblonga, eleganti manu in charta, bombycina puto, ſcriptus adeo denſa, vt vno alteroue loco aduerſae paginae verſus aliquot ſcalpello exſciſſi ſint, illaeſis omnibus in auerſa literis. In fine manu vetuſta, et minio hae literae ſcriptae ſunt:

Ψ έ ο λ ω ω χ N α̃ ε σ̃ Ψ B ω H ϟ H ο λ χ α λ χ Π χ τ ϟ τ λ χ.

Id eſt, ſecundum cryptographiam librariorum Graecorum, quod e Cel. *Monteſalconii* Palaeographia Graeca pag. 288. didici, τελος σὺν θεῷ τῆς βίβλου Θουκυδίδου. Inde

ϵτζ ϡ ϋ ϛ Π Ε N Δ

quarum illae, indicant librum ſcriptum eſſe A.M. 6760 ſiue Chriſti 1252. ad quam fere aetatem illum referendum eſſe etiam ante, quam eas conſideraueram, ex ipſa forma et ductibus literarum cum ſpeciminibus ſcripturae Graecae Saeculi XII. et XIII. in eadem Palaeographia comparatarum conieceram; hae quomodo explicari debeant, nec Clariſſ. *Hemſterhuſius*, quem de ea re conſulueram, nec ego adhuc inueſtigare potuimus Erat qui ſuſpicaretur, illis denotari Indictionem, de quo videbunt, qui multos manu exaratos Codices Graecos inſpexerunt. Inter cryptographiam et notam anni atramento ſcriptum eſt itidem manu vetuſta Epigramma in Thucydidem, Ω φίλος, cum nonnulla varietate ſcripturae, quam adnotaui pag. 17. [T. II. p. 741. hui. ed.] Eadem omnia deinde ibidem atramento et longe recentiore manu eiusdem, vt videbatur, qui multa ſcholia ſcripſit, repetuntur additis his: ἠρξάμην σὺν θεῷ Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, τὸν γένος Κεκροπίδην, μηνὶ Ιουλλ. γ' τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ιακίνθου N. Ἔτους ϛ sequentibus tribus aliis literis, quae, abſterſo manu vel cubito ſcribentis adhuc madente atramento, legi non poterant. Vſus ſum praeterea Codice *MS.* chartaceo e Bibliotheca huius vrbis, formae mediae e chartis quadruplicatis, recentiſſimo quidem illo, et fortaſſis vix trecentorum annorum, ſed tamen e non malae notae libro deſcripto, et multis locis ad genuinam ſcripturam confirmandam vtili. Eum *Hudſonus* ſibi a Cel. *Graeuio* miſſum *Graeuianum* vocauerat, quam notam illius retinui, etſi is tum non Graeuii, ſed Viri Conſultiſſ. *Guilielmi van Cleef*, cauſarum in foro Traiectino Patroni non incelebris, erat, qui eum Graeuio vtendum dederat, ac deinde in Bibliothecam publicam intulit. In hoc conferendo Hudſonum, vel eos, quibus ille hoc negotii dederat, parum diligenter verſatos fuiſſe, nec multo minus quam dimidiam partem variantis ſcripturae praeteriiſſe, ex his, quae ex illo in Variis Lectionibus

descripsi, apertum est. Accessit denique his omnibus *Editionis Basileensis Heruagii* cum *MS.* chartaceo formae maximae Bibliothecae publicae Basileensis collatio, a Viro Reu. ac Doctiss. *Io. Iacobo Wetstenio*, apud Basileenses V. D. M., qui eum Saeculi XIII. vel XIV. esse putabat, mecum communicata; cuius maximam partem, quod primum, quum iam operae vsque ad Librum octauum processissent, tantum Libri VII. et VIII. ac deinde, omnibus iam absolutis, ceterorum Librorum variantem scripturam accepi, post testimonia et iudicia de Thucydide ponendam curaui. Ex hoc Codice *Heruagius* nonnullas varietates scripturae excerptas ad Camerarium miserat, quae in Editione Heruagiana ante librum primum leguntur, de qua re, deque ipso exemplari, in Epistola ad Episcopum Eystatensem ita scribit *Camerarius: Vsi sumus adiumento exemplaris vetusti, de quo diligentia Heruagii nostri multa obseruatione digna descripta fuere, et communicata nobiscum. Exemplar vero Constantinopoli, vt in illo praescribitur, ab Eugenio Papa, sic enim vocarunt Graeci suos magistros paterni affectus nomine, Ioanni cuidam Aretino ante annos amplius centum* (id est, ante A. 1440. nam Heruagiana Editio A. 1540. prodiit) *qui se illo studiorum causa contulisset, donatum, et Basileae hucusque asseruatum fuit.* Sed Heruagium quaedam non recte vidisse, et non vno loco aliam, atque in *MS.* est, scripturam dedisse, deprehendit Idem *Wetstenius*, de quibus lectorem suis locis monui. De praestantia horum *MSSorum*, quique eorum aliis praeferendi, qui postponendi sint, non volo iudicium meum interponere, quia suum cuique pulchrum est. Scio, quid de quibusdam eorum iudicent alii, et fortassis recte. Sed, quod vulgo dici solet, nullus liber tam malus est, qui non aliqua parte sui bonus sit. Hoc facile animaduerti potest, duos, quibus primum vsus fuit Hudsonus, plerumque inter se et cum Danico, Clarendonianum magis cum Regio et Cassellano consentire, Basileensem autem et Graeuianum medios quodammodo esse, et saepe eamdem ac singularem scripturam habere.

Editionum vetustarum praeter *Vascosanianam* trium primorum librorum, quam vbique cum Aldina conuenire non recte dicit Hudsonus, si modo ipse varias lectiones Aldinae recte descripsit, et *Basileensem Heruagii* nullam habui, cuius duo exemplaria eumdem Annum 1540. praeferentia, quibusdam locis discordare obseruaui. Nec, quas non habebam, magnopere requisiui, cum, quod mihi tantum propositum erat Editionem Hudsonianam instaurare, tum, quod credebam, Hudsonum omnes satis adcurate cum Edit. Porti contulisse; qua de re tamen deinde nonnihil dubitare coepi, postquam vidi, eum in describendis lectionibus Edit. Heruagianae plus semel aberrasse.

His auxiliis adiutus totius operis hanc rationem tenui. In τῷ κειμένῳ, textum vulgo vocant, Thucydidis, et interpretatione latina sequutus sum *editionem Oxoniensem*, e praescripto Cl. *Wasse*, quo auctore *Wetstenii et Smithus* hanc editionem susceperunt, nisi vbi ille aliquid mutatum voluerat. Ipse mihi nihil in ea re permisi, contentus in animaduersionibus dixisse quae mihi videbantur, praeterquam quod semel, aut summum bis, e *MSS.* ἐς pro εἰς, et si quid fortassis aliud non maioris momenti est, rescripsi; sed tamen vt semper Lectorem de iis, quae ab vtroque nostrum mutata sunt, monuerim.

Varias Lectiones exemplarium scriptorum omnes Hudsonianis suis locis inserui, reuocatis etiam ad suas sedes iis, quas e *Clarendon.* et *Graeu.* in Appendicem coniecerat Hudsonus. In his alias esse, quae nihil nisi certissimi errores scribarum sint, alias, quae neque ad loca deprauata emendanda, neque ad lucem obscuris adfundendam quidquam prosint, et multas sine reprehensione praeteriri potuisse, nemo facile negabit. Sed quia Hudsonus hanc rationem

ingreſſus fuerat, mihi ab illius inſtituto non recedendum, nec quidquam eorum, quae ab aliis acceperam, omittendum putaui. Non ſum neſcius, eſſe, quibus nimiae anxiaeque, et prope miſerae diligentiae videatur, in quisquiliis illis, quas putant, colligendis ingratum et taedii plenum laborem velle ponere. Sed hi, ſi cognoſcere volent, quae Cel. *Burmannus* non ita pridem in praefatione Iuſtini cum variis Lectionibus editi diſerte ac luculenter de ea re disputauit, intelligent, quantam tam leui, ac potius ſtulto, iudicio literarum inſcitiam prodant, quantumque ex hac re fructum capere poſſint, qui rectam viam Scriptores vetuſtos tractandi inſiſtere, et ſeuera lege in ſtudiis literarum humaniorum proficere cupiunt. Quo magis miratus ſum tenebrionem, qui nuper Tragicum Latinum illotis manibus contrectauit *), me, quem varietatem Scripturae *MSStorum* Thucydideorum publicaturum intellexerat, quod vt faciant omnes, quibus illorum copia eſt, etiam atque etiam hortatur ac monet *Burmannus*, noua et excogitata appellatione deridendum propinare voluiſſe. Non videbat inſulſum caput, cui arrogantia et ſumma de ſe opinio pro eruditione eſt, hoc ad omnes harum literarum Principes pertinere, qui Scriptores veteres edituri ſemper magna cura, quidquid huius generis nanciſci poterant, conquiſiuerunt, et ſcriptae editaeque lectionis discrepantiam vel in commentariis, vel in variarum lectionum libellis adcurate adnotandam putauerunt. Horum inſtitutum vituperat, quum me deridet, nec me magis, quam hos, ridiculos facit Magiſtellorum alpha; qui ſi illos auctores ſequi voluiſſet, et bonis ſuis vti ſciſſet, multis partibus meliorem, quam nunc, Senecam dediſſet. Sed quid ſui cum amaracino? Nihil eſt in illo vegrandi libro, cur illius Editio Gronouianae praeferri debeat, niſi quis putet, ſibi magni aeſtimandas et emendas eſſe frigidas quasdam argutias, et putidas nugas, quibus paſſim Groncuio obſtrepit, et contentiones cum Farnabio, multo quidem ipſo doctiore, ſed ſaepe vinci non difficili: quem ob id ſolum ſibi aduerſarium delegiſſe videtur, vt, ſi in Gronouio non poſſet, quod nec ante in Bentleio potuerat, ſaltem in hoc debellando heros fieret. Sed mittamus nunc balatronem, mox, vbi inſtitutum de hac editione Thucydidis ſermonem peregerimus, eumdem pluribus e virtutibus ſuis ornaturi.

Variis Lectionibus ſubiecta ſunt *Scholia Interpretum Graecorum* itidem ex editione Oxonienſi, nec in iis quidquam niſi vno aut duobus locis mutatum puto. In his emendandis iam olim *Henr. Stephanus* vtilem operam poſuit, et multa per inſcitiam vel negligentiam ſcribarum, qui ea verbis Thucydidis, ad quae non pertinebant, adcommodauerant, turbata ſuis verbis reſtituit. Nec minus bene de iis meriti ſunt Viri doctiſſimi *Io. Hudſonus*, et *Io. Grammius*, cuius in ea caſtigationes Viro clariſſ. *Io. Alb. Fabricio* debemus. Ex his in *Cod. Caſſellano* alia vetuſta et eleganti manu partim minio, partim atramento, ſcripta ſunt, alia recenti et tantum atramento, et ita difficili atque intricata ſcriptura, vt eam quibusdam locis adſequi feſtinans non potuerim. Sed primi libri ſcholiorum magnam partem a Capite LXXXI. vsque ad CXXVI. cuiusdam male ſeduli cura nobis eripuit; qui, quod charta multo vſu trita iam fatiſcere, et denticulata fieri coeperat, oras paginarum, in quibus ſcholia ſcripta erant, alia charta impoſita muniuerat, eaque obducta ſimul ſcholia texerat: quae iactura eo grauior eſt, quod liber ille multis locis et auctiora et emendatiora, quam editi, habet ſcholia. E *Regio* quoque nonnulla, ſed fere tantum ad librum I. et II. inter varias lectiones deſcripta erant, vt et ad eosdem maxime in *Roſtgaerdi*, qui Scholia edit. ſecundae *H. Stephani* cum Regio quo-

*) *Ioannem Caſparum Schroederum* intelligit, qui L. Annaei Senecae Tragoedias Delphis a. 1728. 4. edidit.

dam Cod. contulerat, ſchedis a Clar. *Fabricio* ad *Wetſtenium* miſſis. Quae omnia, quum ſub ipſis Scholiis apte poni non poſſent, poſt librum VIII. inter Adnotationes in Scholia Graeca reiecta ſunt. *Baſileenſis Codicis* Scholiis, quia ſero huc perlata erant, poſt varias eiusdem libri lectiones locum dedi.

De auctore horum Scholiorum Clar. *Fabricius* non ſine ratione adſentitur *Stephano* p. 575. [T. II. p. 468. f.] et 585. [p. 482.] huius editionis putanti non vnius alicuius, ſed plurium veterum Grammaticorum, e quibus Antyllus, Aſclepius et Phoebammon in iisdem nominantur, interpretationes, deinde a recentioribus quibusdam in vnum corpus collectas, eſſe. In eadem ſententia eſt *Caſaubonus*, qui quum ad Diogenem Laërtium III. 47. e Suida retuliſſet, Sabinum commentarios in Thucydidem edidiſſe, addit, ſe non dubitare, quin Scholia, quae hodie exſtant, e Sabini, Antylli, et Phoebammonis commentariis decerpta ſint. Nec immerito his additur Euagoras, cuius librum Περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν memorat *Suidas*. Et e plurium interpretationibus conſuta eſſe fidem facit liber *Caſſellanus*, in quo quum primum tantum pars eorum, quae in vulgatis leguntur, vetuſta manu ſcripta fuiſſet, deinde alius longe recentior multa addiderat, haud dubie quod ea in aliis exemplaribus ſcripta inuenerat. De aetate autem veterum illorum Interpretum nihil certi e Scholiis conſtitui poteſt. Sabinum, quem iis adnumerat *Caſaubonus*, ſub Hadriano floruiſſe dicit *Suidas*. Antylli et Aſclepii meminit in Vita Thucydidis *Marcellinus*, quem ad Valentiniani, Valentis, et Gratiani tempora refert *Voſſius* II. de Hiſtor. Graec. 18. Phoebammonem Rhetorem aequalem fuiſſe Syneſio, id eſt, Arcadio imperante vixiſſe, V. Biblioth. Graec. 31, 16, 9. ſuſpicatur *Fabricius*. Is, qui ad Thucyd. I, 132. ſcribit, Regem Romanorum tripodem e praeda Perſica Apollini Pythio a Pauſania dedicatum Byzantii in Circo poſuiſſe, non ante Conſtantinum M. viuere potuit, vt conſtat ex iis, quae ad Callim. Hymn. in Delum pag. 391. ſcribit III. *Spanhemius*. Nec Iuliano antiquior fuit, qui ad III, 37. Gregorium Nazianzenum laudat, quod et Chriſtianum fuiſſe indicio eſt, vt recte Cl. *Fabricius;* quemadmodum et eum, qui auctor eſt Scholii ad III, 38. v. 79. qui, quod ibi obſeruauit Cl. *Waſſe*, ad verba Lucae Actor. XVII, 21. reſpexit. In Scholiis *Cod. Baſileenſis* autem ad pag. 286. [ad IV. 83. in Adnott. T. II. p. 566. col. 2.] etiam Beliſarius laudatur, quem Iuſtiniano imperante floruiſſe nemo ignorat.

Ex his Scholiis multa αὐτολεξεὶ leguntur in Lexico Suidae, quae *Stephanus*, *Reineſius*, et Docti vulgo Suidam inde deſcripſiſſe, vt alia ex Ariſtophanis, Sophoclis et aliorum Scholiis, exiſtimant. Qui quaeſiuerunt, vtrum Suidas ſua ex Interpretibus Ariſtophanis, an illi e Suida acceperint, idem de Interpretibus Thucydidis poſſint quaerere. Suidam plurima e vetuſtis Scholiis Ariſtophanis in Lexicon ſuum contuliſſe bene oſtendit in praefatione Suidae *Kuſterus*, et vel vnus locus in μακκοᾷ ab eo non animaduerſus extra controuerſiam ponit. In eo ita ſcriptum eſt: Μακκοᾷ. ἀνοηταίνει. ἐνεόν ἐστιν. ἔφαμεν δὲ, ὅτι Μακκὼ ἐνεὰ ἦν. Ἀριστοφάνης. Haec in Scholiaſte Ariſtophanis ad Equit. v. 395. legi obſeruarunt *Portus* et *Kuſterus*. Sed neuter eorum vidit, verba illa, ἔφαμεν δὲ, manifeſto indicio eſſe, Suidam haec ex Interprete Ariſtophanis, non hunc e Suida deſcripſiſſe. Nam quod Interpres recte dicit ἔφαμεν δὲ, quia ſcilicet hoc ante ad v. 62. ſcripſerat, id Suidas neque ex ſua perſona dicere, neque de eo, quod deinde ex eodem Scholiaſta ſcripturus erat, Μακκὼ ἐνεὰν fuiſſe, ἔφαμεν ſcribere recte potuit. In quo etiam animaduertendus eſt leuis error *Kuſteri*, qui, quum ante μακκοᾷ non inueniret alium locum Suidae, vbi hoc dictum erat, neglecta interpretatione *Porti, diximus enim*, vertit

dicitur enim. De Scholiis Thucydidis non habeo quidem tam certum argumentum; ſed ſi quis conſideret, quae apud Suidam in καταφρόνησιν leguntur, haud difficulter ſibi perſuadebit, ea ex his Scholiis ad I, 122. ſumta eſſe. Et omnino probabile eſt, Suidam, quod in Scholiis Ariſtophanis, idem etiam in his factitaſſe, quum dubitari non poſſit, quin veteres illi Interpretes Thucydidis illo antiquiores fuerint, quippe qui etiam e Marcellino, quem Antyllo et Aſclepio iuniorem fuiſſe conſtat, quaedam deſcripſerit. Quamquam hoc quoque vero non diſſimile eſt, quemadmodum Scholiis in Ariſtophanem, ita his quoque e Suida quaedam adſuta eſſe: cuius rei argumentum ex eo capi poteſt, quod in margine *Cod. Granuiani*, in quo pauciſſima ſunt Scholia, locus Suidae in κάχληκες ad verbum deſcriptus eſt ad IV, 26.

Sub Scholiis Graecis poſitae ſunt *Adnotationes* Virorum Doctiſſimorum, *Henr. Stephani* integrae, quarum nonnullae in editione Oxonienſi neglectae fuerant, *Io. Hudſoni*, et *Ioſ. Waſſe*, meaeque ſine nomine. Sed quia e Stephanianis quaedam ad principium prooemii longiores erant, quam vt commode ſuis locis inter ceteras exhiberi poſſent, eas in Addenda conieci. Habuerat Stephanus in animo totum Thucydidem et Scholia quaſi perpetuo commentario illuſtrare, et paſſim in margine ſecundae ſuae editionis Notas inſpici iubet, nec tamen vltra librum ſecundum progreſſus eſt: cuius rei cauſam in fine Epiſtolae ad Lectorem exponit, quam ſi legere potuiſſet *Muretus*, non tam aſpere eum ad librum II. Cyripaediae Xenophontis notaſſet, vt qui hac arte, quaſi *panclireſto* quodam, ad tegendam ſcilicet inſcitiam, in Thucydide et Xenophonte vſus fuiſſet. Si quid in Stephano reprehendi poteſt, id, mea ſententia, potiſſimum eſt, quod, quum pag. 579. [T. II. p. 474.] Scholiaſten arguat, tamquam ſuperuacaneis quibusdam vſum, ipſe in idem vitium incidit, et haud raro non ſolum admodum λεπτολόγος, verum etiam πολυλόγος eſt, et magno verborum ambitu exſequitur, quae non minus clare paucioribus potuiſſent exponi. De meis Animaduerſionibus hoc velim ſciat Lector, eas longe maximam partem interim dum chartas operis typographicis tradendas lego, iisque omnia deſcribo ac deſigno, partim e comparatione variantis ſcripturae librorum manu exaratorum, alias ex adnotamentis, quae in oris exemplaris mei ſcripta habebam, quasdam etiam ex iis, quae mihi memoria ſuggerebat, et leui negotio inueniri poterant, confectas eſſe. Quae longae ac laborioſae inquiſitionis erant, mihi non adtingenda, nec de ſingulis diuerſitatibus ſcripturae deliberandum eſſe duxi; id quod neque mihi, quum primum hanc curam ſuscipiebam, propoſitum erat, neque ratio temporis, operis ſemper vrgentibus, et me aliarum rerum curis non vacuo, patiebatur. Nam mihi ſoli omnia eodem tempore agenda erant, libri editi cum ſcriptis conferendi, varietas ſcripturae excerpenda, et ſuis locis ponenda, cetera omnia apte ordinanda, poſtrema typographorum ſpecimina emendanda, ac denique muneris publici partes implendae. Inter ea, quae ſcripſi, erunt fortaſſis, quae tironibus lectionem Thucydidis primum adgredientibus non inutilia eſſe poſſint; doctos, quibus domi meliora naſcuntur, haec nihil iuuabunt: quibus tamen laborem meum vel ob hoc ſolum non ingratum fore confido, quod iis ſuppeditaui, quibus ingenium exercere, et Scriptorem egregium meliorem facere poſſint. Nec dubium eſt, quin etiam in his, quae aliis ſcripta ſunt, mihi exciderint, quae melius indicta fuiſſent; cuius generis deinde ipſe quaedam animaduerti, veluti quod ad VII, 14. de loco Demetrii Phalerei ſcripſi; quae quum doctiores emendabunt, et hac re bene de literis merebuntur, et ipſe illis gratiam debebo, quod me, quae ignorabam, docebunt, vel, quae feſtinans parum recte ſcripſi, corrigent. Neque enim mihi pudori eſſe duco, ſi idem mihi, quod ante me aliis longe doctio-

ribus, accidit; qui, si omnia recte vidissent, posterioribus saepe praerepta fuisset famelicam aliquam notam instruendi facultas. Quamobrem, quod in illos iuris statuimus, eodem quo minus ipsi vtamur, recusare non debemus.

Adnotationes in Scholia, quas post librum octauum legi dixi, excipiunt *Addenda*, in quibus etiam locus datus est longioribus quibusdam *Henr. Stephani*, et Clar. *Wasse* Animaduersionibus, qui deinde, eo ipso tempore, quo his scribendis occupabar, haec quoque misit, et hic inseri voluit:

I, 5. T. I. p. 16, 5. *) Αἰτωλούς] Aetoli olim praedones. *Polybius* IV, 377. Αἰτωλοὶ πάλαι μὲν δυσχερῶς ἔφερον τὴν εἰρήνην, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων δαπάνας· ὡς ἂν εἰθισμένοι μὲν ΖΗΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΠΕΛΑΣ, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν· ἢ δουλεύοντες ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια, ἐζήτουν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τῆς εἰς Πελοπόννησον ἐπιπλοκῆς· ἀγόμενοι ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ ΕΘΟΣ ἐπὶ τὰς ἐκ ταύτης ἁρπαγάς.

I, 74. T. I. p. 136, 8. Τούτου ξυμβάντος] Ξυμβάντος τούτου cum *Reg. Caff.* et p. 156, 12. (ed. noft.) pro λελύσθαι αἱ σπονδαὶ leg. cum *Reg.* λελύσθαι δοκοῦσι etc. ordine meliore.

II, 21. T. I. p. 284, 5. Ὤρμητο] *MSS. Clar. Reg. Caff.* ὤργητο, cuius illud gloffema esse patet ex v. ἀνηρέθιστο. *Herodotus* apud *Suidam* de Thucydide, ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. Noster IV, 108. Λακεδαιμονίων ὀργώντων ἔμελλον πειράσεσθαι. *Pindarus* Pyth. IX, 76. Ἕτερπε μείλιχος ὀργὰ Παρφάμεν τοῦτον λόγον. V. et Nem. V, 58. Noster Herodotum sequitur. Sed et III, 82, p. 217. τὰς ὀργὰς ὁμοίοι: vbi quidam *Codd.* ὁρμὰς male; vide *Aristoph.* Av. 462. et Schol. *Erotianum* et *Hippocratem*, et quae adducit *Hesychius* ex Schol. Lysistratae 1115. Hae voces confunduntur etiam apud *Iosephum* 1174, 29. ἀνειληφότων ὀργὴν ἰσχυροτέραν τῶν ὅπλων. *Busb.* ὁρμήν.

II, 42. T. I. p. 314, 8. Τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τοῦ δὲ ἐφίεσθαι] Eleganter. Sic pag. 314, 2. Ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα ΤΟΙΣ ΜΕΝ ξυμβήσεται, ΤΩΝ ΔΕ ἀπαλλάξεται. Confer p. 196, 10. 201, 10. 305, 86. 359, 60. Ὅτι ἡ μάχη ἔσται, καὶ ὑπὲρ ἀρχῆς ἅμα καὶ δουλείας, ΤΗΝ ΜΕΝ, μὴ πειρασαμένοις ἀφαιρεθῆναι, ΤΗΣ ΔΕ, μὴ αὖθις πειρᾶσθαι. Sic fere p. 393, 94. 396, 17. *Xenophon* Mem. II, 743. Οἱ χρησιμώτερον νομίζουσι χρήματα καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ταῦτα ΤΩΝ ΜΕΝ ἀφρόνων ὄντων, ΤΟΥ ΔΕ φρονίμου. *Strato* in Antholog. inedita, Κἀκεῖ Τειρεσίην, ἢ Τάνταλον ἐς πόθον ἔλκε ΤΟΝ ΜΕΝ ἐπ' οὐδὲν ἰδεῖν, ΤΟΝ Δ' ἐπὶ μοῦνον ἰδεῖν. Dioscorides p. 33. Μέσσοδι γὰρ μέγα κῦμα, καὶ οὐκ ὀλίγος πόνος (lege πλόος) ἔσται ΤΗΣ ΜΕΝ ἐρεσσομένης, ΣΟΥ ΔΕ σαλευομένου.

II, 64. T. I. p. 350, 12. Πολεμίων] Haud ineleganter *Dan.* τά τε ἀπὸ τῶν πολέμων. *Homerus* Il. ρ. 243. — πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει· et ν. 736. Πάντη γάρ σε περὶ φάνος πολέμοιο δέδηε. Schol. οἱ πολέμιοι. *Iosephus* 1149, 9. Εἰ δὲ ἐκείνους εἰσέρχεται φειδὼ πολεμίου, immo πολέμου, vt alibi bis terque. vide 1177. Fauet aliquantulum *D. Halicarn.* Antiq. XI, VII. Εἴ τις ἔξωθεν ἡμᾶς κατάσχοι πόλεμος. et infra, ὁμόσε χωρῆ πολέμοις. Ita *MSS.* et *Lapi* versio. *Sylburgius* male ibi legendum contendit πολεμίοις contra seriem orationis.

II, 69. T. I. p. 360, 12. Νικηθεὶς] Legendum cum *MS. Cam.* ἡττηθείς: illud ex Interprete est. *Herodotus* passim, πολέμῳ ἐσσῶντο. Coniungit alicubi Noster, νικηθέντες et ἡσσηθῆναι. vid. 467, 53.

*) Initio cuiusuis loci nostrae edit. paginas adscripsimus, sed in exemplis quae laudantur reliquimus paginas ed. Duker., quod longum erat, omnes mutare.

III, 5. T. I. p. 420, 9. Προσγένοιτο] *Gr.* προσγίγνοιτο recte.

III, 12. T. I. p. 426, 11. Θράσος] Legendum cum *MSS. Reg. Caſſ.* Θάρσος, quod ex mente Legatorum, et iſtius ſaeculi moribus ἐπ' ἐπαίνου accipi poſſe videtur. Favet *Schol.* τὸ θαρσῆσαι, et ipſe Auctor, qui alicubi ἐλπὶς θαρσεῖα. Θράσος ἐπὶ ψόγου ſaepe *Hippocratis* exemplaria, ſed, vt ſuſpicor, perperam. Voces hasce fere primus diſtinxit *Ariſtoteles* fine III. Eudem. Ὅτι, inquit, τὸ ὁμοιότερον, ἧττον ἐναντιώτερον φαίνεται· οἷον πέποιθε τὸ ΘΑΡΣΟΣ, καὶ ἀσωτία πρὸς ἐλευθεριότητα. Idem factitat in θρασεῖς et θαῤῥαλέοι diſerte *Hyperides* apud Suidam. Inde Scholiaſtae Homeri, Apollonii, et Grammatici, quia non aduertunt, aliud eſſe philoſophice, aliud cum vulgo loqui, hanc Scholarum diſtinctiunculam fere paſſim inculcant. Haud ita Veteres, et in primis *Homerus*, qui Il. φ'. 394. — κυνόμυια ΘΑΡΣΟΣ ἄητον ἔχουσα. Odyſſ. ρ. 449. Ὡς τις ΘΑΡΣΑΛΕΟΣ καὶ ἀναιδὴς ἐσσι πρόσπτης. *Euripides* Phoeniſſ. 753. ΘΑΡΣΕΙ πρόσειπας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ, quomodo et voce εὐψυχία alibi vtitur: ΕΥΨΥΧΙΑΝ ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας. *Plato* Protag. Οὐ ταυτὸν εἶναι ΘΑΡΣΟΣ καὶ ἀνδρεία· θάρσος μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ τέχνης γίνεται ἀνθρώποις, καὶ ἀπὸ θυμοῦ τε, καὶ ἀπὸ μανίας — ἀνδρεία δὲ ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν ψυχῶν γίγνεται. Confer *Ariſtotelem* Eudem. III, 1. qui verba ſupra ſcripta ob oculos habuiſſe videtur. *Idem* nihilominus legis oblitus ſuae Lib. de *Moribus* III, 9. ita ſcripſit: Οὐκ, εἰ ΘΑΡΡΕΙ μέλλων μαχεῖσθαι, ἀνδρεῖος. Sed et θάρσος in furto clandeſtino adhibet *Oppianus* Hal. γ', 516. vbi fruſtra θράσος reponere auet *Rittershuſius*. Verba autem *Apollonii* de Lemniarum ſcelere ex perſona Hypſipylae, facinus atrox honeſtae vocis inuolucro tegentis, huc non plane quadrant. Εἰσόκε τις θεὸς ἄμμιν ὑπέρβιον ἔμβαλε ΘΑΡΣΟΣ. Nam ὑπέρβιον θάρσος omnino in vitium cadit, idemque ac θράσος valet, quo hoc ipſo in ſcelere vtitur *Aeſchylus* Prom. 860. quod ſaepius in *malam partem* vſurparunt plerique omnes; non tamen *ſemper*. Audiamus *Homerum* patrem Il. ξ'. 416. — τόνδ' οὔπερ ἔχει ΘΡΑΣΟΣ ὅσσον ἴδηται. *Aeſchylum* etiam Suppl. 507. — φύλαξαι μὴ ΘΡΑΣΟΣ τέκῃ φόβον. Vbi *Schol.* θαρσήσας ad ſententiam recte, ad metrum perperam. et 514. — ποῦ ΘΡΑΣΟΣ νέμοις ἐμοί; In verſu 962. ratio metrica non impedit, quo minus legatur θάρσος. Perſ. 394. vis verbi ab epitheto pendet, vt ſupra. Ἀλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει. vid. et *Sophoclem* Electra 482. Clare *Orpheus* de Coral. v. 64. et Perſeo: Ἀμφασίῃ δ' Ἥρωα λάβε ΘΡΑΣΥΝ ὡς ἐνόησε. Ita *Lycophron* 537. *Iſocrates*, *Demoſthenes*, *Polybius* XV, 979. Idemque ſuadent compoſita apud *Heſiodum* et *Homerum* θρασυκάρδιος, θρασυμέμνων, et in *Aeſchyli* Prom. v. 729. θρασυσπλάγχνως. Recentiores, vt ſupra dixi, in θάρσος et θράσος Ariſtotelis auctoritatem ſequi videntur, vnde apud *Ioſephum* Antiq. V, 1, 15. et XIII, 12, 5. θάρσους et θαρσοῖς ex *MSS.* reponendum. Et poſteriore loco pro ἐποίησεν, cum *MSS. Voſſ. Henric. Vatic.* ἐνεποίησεν. Interpres vetus *immittebat*. *Polybius* V, 589. θάρσος ἐμποιῆσαι.

III, 34. T. I. p. 416, 14. Μάλιστα αὕτη] Αὕτη μάλιστα *Gr.* meliore ordine.

Ib. v. 19. Προσκαλ. ἐς λόγους] Recte *Cam.* ὡς, vt alibi ſaepe, vt *Literae* Philippi Demoſth. 62, b. *Xenophon.* 2. Mem. 755. 760. *Herodotus* III, 140. *Iſocrates* p. 291. 295. 392. 365. *Polybius* 739. Emenda obiter *Hippocratem* Morb. Mul. ex *MS.* 170, 43. et qui Noſtrum fere ſequitur *Ioſephum* B. Iud. V: 4, 17. ex *MSS. Bigot.* et *Bud.*

III, 63. T. I. p. 484. 13. Τῶν Ἀθηναίων] Rectius abeſſe articulum puto ab *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* In hac oratione, et alias data opera omitti videtur ab Athenienſium inimicis. v. 396, 12. vbi res minus honeſta, et τὰ τῶν ἐναντίων. et p. 273. [p. 606, 4.] forte οἱ delendum, vti et 45, 11. [p. 124, 2.] vbi omittit *Caſſ.* Aliter tamen loquitur 97, 1.

III, 82. T. I. p. 504, 5. Τῷ θείῳ νόμῳ] Haec a Schol. Christiano introducta suspicor: verius *D. Halicarn.* τῷ θείῳ καὶ νομίμῳ.

III. 94. T. I. p. 516, 5. Πεντεκαίδεκα] Legendum πέντε καὶ δέκα cum *Graeu.* et Cap. XCV. Ita fere diuisim interposito καὶ post *Herodotum* I, 119. etc. Noster. vide 455, 56. 456, 3. et alibi, αἱ δὲ πέντε καὶ εἴκοσι νῆες. Corrige etiam 572, 48. [T. II. p. 462, 16.] fauentibus *Cass.* et *Graeu.* Iterum 424, 83. [T. II. p. 110, 7.] rescribe cum *MSS.* περὶ τρεῖς καὶ δέκα. et 475, 75. [T. II. p. 240, 14.] cum *Graeu.* πέντε καὶ δέκα. 457, 79. 458, 86. 464, 51. 466, 16. Ita fere *Isocrates* 574. etc. Dixi ad I, 29.

III, 95. T. I. p. 518, 2. Διὰ τὴν Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν] Vid. I, 137. *Herodotus* VII, 208. ἐθηεῖτο πᾶν μὲν ὈΥ στρατόπεδον. vid. quae inferius ad VII, 75. T. II. p. 292, 18.

IV, 23. T. I. p. 564, 26. Δυοῖν] *C.* solus δυεῖν, recte, vt Noster alibi, μὴ μιᾷ ψήφῳ — ἀλλὰ δυεῖν. et 27, 18. *Aristoteles* Rhetor. p. 27. δυοῖν ἀρχαῖν. sed ibi ex *Camot.* reponendum δυεῖν. Masc. apud *Euripidem* Hel. 652. Neut. Iob. XIII, 20. Fem. ter Antiq. *D. Halicarn.* VI, 1, 26. VII, 3. *Iosephus* Hudson. 1029. δυοῖν θάτερον. At *Busbequii* Codex (licet dissimulauerit Cl. Editor) δυεῖν. et p. 1031. πρὸ δυεῖν ἡμερῶν *Busbeq. Rhed.* recte. et p. 1056. *MS. Bigot.* δυεῖν ἕνεκα. *Polybius* VI, 558. δυεῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων. et sic p. 664. δυοῖν ὄντων. Idem, notante Suida, δυεῖν ἡμερῶν, et δυεῖν θάτερον. *Aretaeus* 57, 25. τοῖν δυοῖν. Sed rectius *G.* δυεῖν.

IV, 24. T. I. p. 566, 10. Καὶ ἤδη σφῶν ἰσχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι] Vnus *Reg.* hic, et 269, 89. σφῶιν. In oratione soluta haud ita scriptum memini, sed contracte semper, et passim alibi σφῶν. Praeterea σφῶιν de *duobus*, non, vt hoc loco, de pluribus.

IV, 32. T. I. p. 578, 4. Οἱ ἀπορώτατοι] Erant, opinor, Thalamii ἄποροι ὅπλων σκεπαστηρίων, de quibus supra; diuersi ab illis ψιλοί.

IV, 69. T. I. p. 616, 11. Τὸ τεῖχος ὁσονοὺκ] Ita *Ed. Stephani*, et *Hobbesius* noster, verum nimis frigide pro celeritate et magnitudine operis. Legendum potius cum vetuste cusis τοῦ τείχους τοσοῦτον. *Isocrates*, εἰς τοσοῦτο μίσους κατέστησεν. *Aristophan.* Nub. 830. εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας. Noster VII, 2. παρὰ τοσοῦτον ἦλθον κινδύνου. et alibi, παρὰ τὸ τοιοῦτον, et ἐν τούτῳ τύχης εἰσίν. et p. 35, 37. ξυνέπεσον ἐς τοῦτο ἀνάγκης. et 199, 11. παρὰ τοσοῦτον ἡ M. ἦλθε τοῦ κινδύνου. In re simili *Iosephus* V, 12, 2. ὡς τὸ μὲν ἔργον μηνῶν εἶναι ἄξιον, τὸ δὲ τάχος ἡττῆσθαι πίστεως, quadraginta nempe stadia triduo confecta.

IV, 86. T. I. p. 636, 3. Ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν] Forte legendum οὐδ' αὖ σαφῆ. Exempla petuntur ex *Pindaro*, *Aeliano*, *Aeschylo* Sept. contr. Theb. vs. 40.

IV, 93. T. I. v. vlt. Πέμπει ἐς τὸ στράτευμα [κελεύων] ἐς τάξιν καθίστασθαι] *Arund.* non male omittit vocem κελεύων. Vide ad II, 81. Agnosco, passim addi a *Xenophon. Aristoph. D. Halicarn. Platon. Demosth.* et LXX. at non semper. *Xenophon* Hellen. III. Πέμπουσιν οἱ Ἔφοροι ἀπολιπόντα Λαρίσσαν, στρατεύεσθαι ἐπὶ Καρίαν. Esther. VIII, 5. יכתב להשיב את־ הספרים: Seniores, πεμφθήτω ἀποσταφῆναι τὰ γράμματα. V. Cl. *Gronouium* Notis ad *Herodotum* I, 75. Idem recte vocem εἰρωτέων delet p. 819. Idem facit bis terque *Codex Bodlejanus*, quem ipsi cum hoc Scriptore contulimus. *Dinarchus* p. 40. ἢ πολεμεῖν μὲν οὐ γράψεις, ἀποδιδόναι δὲ κατὰ τὸ γεγραμμένον ὑπὸ σοῦ ψήφισμα κελεύεις Ἀλεξάνδρῳ τὸ κεκομισμένον χρυσίον. *MS.* addit sine causa, γράψειν κελεύεις. *Xenoph.* Hellen. III, 501. καταπέμψας ἀποτέμνει αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. *D. Matth.* XIV, 10. πέμψας ἀπεκεφάλισε. Noster I, 65. ἐς τὴν Πελοπόννησον ἔσπασσεν ὅπη ὠφέλειά τις γενήσεται. p. 200. addit λέγοντα.

IV, 102. T. I. p. 656, 3. Ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ] Veram posituram vnice seruat *Reg.* τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τῷ στόματι. Sic Noster alicubi, nec semel *Herodotus*. Vid. II, 20.

IV, 103. T. I. p. 656, 15. Ἐν ἐκείνῃ] Delenda est praepositio: et recte abest *MSS.*

IV, 108. T. I. p. 660, 9. Μέγα δέος] Omnino rescribendum censeo ἐς μέγα δέους cum *Reg. Codice*, eamque lectionem Auctor ipse tuetur Lib. II. ἐπὶ μέγα ἰσχύος ἦλθεν. *Aelian.* I. V. H. 19. ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθοῦσα ἀρχή. *D. Halic.* IV, 63. δέος οὐδὲν ἔτι περὶ τῆς ἀρχῆς ἔχων. Forte et ibi reponendum δέους, et pro ἔτι leg. ἄτε cum *Vaticano*.

IV, 112. T. I. p. 664, 21. Κατάκρας] *Editi, Reg. Gr.* recte κατ' ἄκρας diuisim, quemadmodum et *Herodotus*, *Ar. C.* κατάκρας. *Homerus* Il. ὁ, 557. κατ' ἄκρης. Rectius ibi ait *Barnesius* κατάκρης. At contra stant *Schol. Hesychius*, *Suidas*, et semel *Etymologus*. *Eustathii* cum exemplar, tum Notae 1631. Vertendum *a vertice*, vel alto *a culmine*, vt ex αἰπεινὴν patet; non *prorsus*, ὅλως, παντελῶς, vt apud *Sophoclem* Antig. 207. Neque enim κατακεφαλῆς, quod perinde sonat, coniunctim scribitur.

IV, 133. T. I. p. 690, 4. Ἔνατον] Ἔνατον *Cass.* rectissime. Ita semper et vbique Codices praestantiores, in *Iosepho* et LXX. praesertim, *Glossae veteres* etc. p. 326, 4. ἐνακοσίων *Graev. Cass.*

IV, 134. T. I. p. 690, 9. Νίκη ἀμφιδήριτος ἐγένετο] Magis placet *Regii Codicis* Scriptura ἐγεγόνει, quomodo non semel *Herodotus*.

V, 5. T. I. p. 698, 10. Ξυμβάσεως πέρι] Traiectione eleganti, vti et alibi *MSS.* μιᾶς πέρι. *Herodotus* VI, 130. Ἀλλ' οὐ γὰρ οἷά τέ ἐστι ΜΙΗΣ ΠΕΡΙ παρθένου βουλεύοντα etc. VIII, 137. ὁ βασιλεὺς, τοῦ ΜΙΣΘΟΥ ΠΕΡΙ ἀκούσας. *Plato* Philebo, Λύει πάντα φόβον ἐπιτελεσάμενα ΠΡΩΤΟΥ ΠΕΡΙ καὶ δευτέρου. Confer p. 410. 440. et *Herodotum* I, 69. Ad hanc formam *Hippocrates* de Morb. mulier. I, 172. πόνων ἄτερ. *Xenophon* Cyrop. VI, 150. ὧν ἄνευ, ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα στρατεύεσθαι. Vide *Thucyd.* p. 37, 91. 40, 90. 63, 35.

V, 16. T. I. p. 712, 7. Φόβῳ τῶν Λακεδαιμονίων] Eleganter *Steph.* I. *Cass.* et *Scholiasta* Φόβῳ τῷ Λακ. et sic alibi Auctor.

V, 18. T. I. p. 716, 4. Ἐν τῷ δημοσίῳ] Leg. ἐν τῷ δημοσίῳ τῷ cum *Reg. Cass.* Sic 331, 3. ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν *Cass.* recte.

Ibid. v. 11. Ὄρκον τὸν μέγιστον] Confer *Demosthenem* in Aristocrat. 438. *Plutarchum* in Dione circa finem. *Diodorum* XI. p. 288. *Reinesii* Inscr. VII, 26. *Fabrettum* Inscr. Cap. X. p. 674. *Dion. Halicarn.* IX, 48.

Ibid. v. 12. Ἐμμένω ταῖς συνθήκαις] Portus ἐμμενῶ, frustra, reclamantibus Codicibus. Et ita Noster etiam p. 347, 94. Praesens habet vim futuri, vnde recte sequitur παραβήσομαι. *Appianus* Libycis, Δίδομεν ὑμῖν εἰρήνην, et eadem forma in Syriacis. *Silius Italicus*, *Sedeone*, et montibus *erro?*

V, 47. T. I. p. 748, 3. Ἐς τὴν γῆν τῶν Ἀθην.] *Marg.* et *Cass.* eleganter τὴν γῆν τὴν Ἀθηναίων. Sic alibi *Thucydides*.

V, 60. T. I. p. 762, 18. Μετὰ τῶν πλεόνων] *Graeu.* omittit τῶν, et sic alibi *Thucydides*.

V, 75. T. I. p. 782. v. vlt. Ξυνέβη] Non συνέβη. *Reg. Cass. Gr.* et 349, 68. contra, sed male. Poëtae omnes ξ pro σ passim vsurparunt: oratores perraro, *Isocrates* bis tantum, si libri non fallunt. Circa Alexandri Magni tempora vsus elementi ξ exoleuisse videtur, et abiisse in desuetudinem. Apud *Polybium* vix inuenitur. In *Thucydid.* p. 567, 5. [T. II.

p. 452, 9.] pro συνέλεγον repone ξυνέλεγον cum *Reg.* et *Cam.* et p. 513, 71. [T. II. p. 332, 19.] pro συμφορὰν omnino ξυμφορὰν *Reg. Caſſ.* auctoribus.

V, 83. T. I. p. 792, 10. Ἀπεδέχοντο] *Ar. C. Caſſ. Dan.* melius, puto, ὑπεδέχοντο, quaſi λάθρα id feciſſent.

V, 115. T. I. p. 812, 19. Ἐσενεγκάμενοι σῖτόν τε καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήμασιν] Ita et *Hobbeſius.* At obſeſſis quis forum ſuppeditaret? Legendum χρήσιμα, vtilia, nempe ad obſidionem tolerandam. Vox illa ſaepe ſine praepoſitione et adiunctis inuenitur. *Diodorus* I, 14. Προτιμᾶσθαι τὰς τέχνας ἀνευρίσκοντας, ἢ μεθοδεύονται (leg. μεθοδεύοντας) τι τῶν ΧΡΗΣΙΜΩΝ, hoc eſt vitam. Noſter p. 195, 77. τοῦ ἐμοῦ, 369, 64. ἡμῖν. At 496, 77. κατὰ τὸ χρήσιμον. *Polybius* I, 54. Ὥστε μηδὲ τῶν ναυαγίων μηδὲν γενέσθαι χρήσιμον — ἀλλ' ἄρδην ἀχρειωθῆναι. *Ariſtoteles* Nicom. IX, 12. δόξειε — χρήσιμον εἶναι, δι' οὗ γίνεται ἀγαθόν τι, ἢ ἡδονή. *Rhetor.* I, 20. χρήσιμα τὰ κάρπιμα.

VI, 7. T. II. p. 10, 17. Τῆς τε γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν] Thucydideum magis opinor οὐ πολὺ, quomodo exhibet *Graeuianus.*

VI, 19. T. II. p. 32. v. vlt. Παρελθὼν αὐτοῖς] Legerim, παρελθὼν αὖθις ἔλεγε, cuius τὸ αὐτοῖς Varia Lectio. Firmat *Marg.*

VI, 31. T. II. p. 46, 7. Ἐπὶ ἀξιόχρεων] Perplacet ἀξιόχρεω *Cod. Graeu.* ἔκπλεω, et ſimilia; exemplum deſideratur. p. 288, 80. ἀξιόχρεων πόλιν ſine V. L. et *D. Halic.* VI, 91. μοῖραν. Sed ne ſic quidem a ſuſpicione dimoveor; ſed etiam in hac voce ν puto excluſiſſe Atticos Veteres. Aliter, ſcio, Grammatici ſtatuunt.

VI, 33. T. II. p. 52, 10. Τὸ τοιοῦτο] Legendum τὸ τοιοῦτον cum *MSS.* et *Th. Magiſtro. Polybius* X. p. 820. Τότε δὲ καὶ τελέως πολὺ τὸ τοιοῦτον ἦν. Et ſic *Hippocrates* de Articulis p. 47. aliique.

VI, 34. T. II. p. 52. v. vlt. Ἑνός γε του] *Graeu.* ἢ ἐξ ἑνός γε που. Ita legerim.

VI, 46. T. II. p. 72, 4. Τάλαντα μόνα] Pulchre ſententiam ſuſpendit *Regius,* τριάκοντα δὲ μόνα τάλαντα φαίνεται. Tale fere illud *Herodoti* V, 98. Κατέμειναν, ὀρρωδήσαντες, αὐτοῦ. et VII. Οὐδεὶς δὲ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. Denique 221, 86. [T. I. p. 510, 5.] *Reg. Caſſ.* Ἐγένοντο δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τότε σεισμοί. et 237, 17. [T. I. p. 538, 10.] τοῦ ναυτικοῦ ποιεῖσθαι μελέτην cum *Gr.*

VII, 13. T. II. p. 184, 3. Θεραπεύοντες] *MSS.* Θεράποντες. Hoc paulo honeſtius, illud magis tritum. Sic apud *Herodotum* ſaepe ἄνευ θεραπηίης, ſine famulatu. *Xenophon,* Θεραπεύειν τὰς τῶν Ἀρχόντων θύρας. Οἱ θεραπεύσοντες in *Hippocrate,* ſerui mediaſtini, qui ſpongiis aut ſtrigili detergent, et veſtibus interpolis ad ſudorem obuoluunt. Vid. *Galenum* Ed. Pariſ. Tom. XI. p. 106. *Ariſtoph.* Ἰπ. 59. *Ioſephus* p. 1041. Ζοῦβον τῶν θεραπευόντων γενομένου. Ita legendum cum *MSS. Rheding. Bud.* etc. Vulgati perperam θεραπόντων.

VII, 36. T. II. p. 222, 12. Κυβερνητῶν] Recte *Graeu.* κυβερνητήρων. Vtraque vox Homerica, et ſic alibi Noſter, *Plato, Orpheus* Argon. 721. et quater *Apollonius Rhod.* ter *Thucydides* κυβερνητῶν, atque ita *Polybius, Philo, Plutarchus, Aelianus,* et recentiores fere omnes.

VII, 58. T. II. p. 264, 3. Δύναται δὲ τὸ Νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι] Interpretes ſenſum loci minus adſequuntur. Vertendum, *valet,* vel *idem ſonat ac liberi eſſe.*

VII, 65. T. II. p. 272, 12. Τὰς πρώρας καὶ τὴς ΝΕΩΣ ἄνω] Pro νεὼς ἑκάστης, rarior locutio, at cuius exemplum in promtu eſt 486, 91. [p. 268, 12. T. II.] — πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων ταχύτητας, ὥπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, αἳ σχήσουσι τὴν πά-

λιν ἀνάκρουσιν τῆς ΠΡΟΣΠΕΣΟΥΣΗΣ ΝΕΩΣ. vbi *ferrea* manus, dein *nauem* hoſtilem [quamcunque] dein ſequitur, ἀπὸ τῶν νεῶν, et ſic accipit *Schol.* Pluratiuorum concurſus euitare auctor ſatagit. Idem 470, 75. Syracuſii ΠΡΥΜΝΑΝ κρουσάμενοι ἔπλευσαν, quomodo ſemper Hiſtorici, non πρύμνας, vt apud *Homerum:* Τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας καὶ ἀμφ' ἄλα ἕλσαι Ἀχαιούς. Sic ὑποχωρεῖν ἐπὶ ΠΟΔΑ, de *pluribus* dici ſolet. Hac loquendi forma Noſter 213, 82. βάλλουσι τῷ κεράμῳ pro κεραμίσι, et 297, 26. τῇ ἀμπέλῳ, et *Herodotus* V, 30. ὀκτακισχιλίην ἀσπίδα dixit. *Xenophon* Ageſilao 660. pro σώμασι, ἐγχειρίδια γυμνὰ κουλεῶν, τὰ μὲν χαμαί, τὰ δ' ἐν ΣΩΜΑΤΙ, et in fine Cyropaed. VI. p. 151. νόμισμα pro νομίσματα. Denique πολλὴν δᾷδα, et 278. σίδηρος pro ferramentis.

VII, 75. T. II. p. 292, 18. Εἰ τῳ δὲ προλείποι ἡ ῥώμη — ΟΥΚ ΑΝΕΥ ΟΛΙΓΩΝ ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι] Interp. non ſine *multis*, i. e. ſine haud paucis; quoad ſententiam recte, nec variant *MSS.* οὐκ ἄν. ὀλίγ. idem eſt atque οὐκ ἄνευ ὀλίγων γε, non ſine paucis *ſaltem;* vel, puto, ſi per libros liceret, μὴ, ἄνευ οὐκ ὀλίγων — ἀπολειπόμενοι. Noſter p. 93. Τὸ δὲ οὐ βέβαιον ΜΗ' Ο'Υ προαναλώσειν: aut, οὐκέτι, ἄνευ οὐκ ὀλίγων. Sed nihil tentare ἄμεινον, quia Meioſi quadam vti videtur. Traiectionem tamen negatiuae particulae perfrequentem eſſe deprehendimus. vide ſupra ad 226, 63. Noſter 474, 28. κραυγῇ οὐκ ὀλίγῃ χρώμενοι. *Liuius* de Polybio: haudquaquam ſpernendus *auctor*, hoc eſt idoneus, probatus. Carpere haec ſolent, quaſi maligne laudaſſet, qui minus capiunt. At non ita eſt. Dabo ipſum teſtem IV, 20. *Iouem prope ipſum, cui vota ferant, Romulumque intuens,* haud ſpernendos *falſi tituli* teſtes. Confer etiam X, 13.

VII, 77. T. II. p. 296, 6. Παρὰ τὴν ἀξίαν] *Praeter dignitatem:* potius praeter *meritum.* ἐπὶ πολὺ de *tempore* non recte intelligunt: verte, *haud longe.*

VIII, 36. T. II. p. 364, 6. Ἐνδεεῖς ξυνθῆκαι] *Manca* foedera: haud proprie. *Manca* ſunt, quae defectu propoſitionis cuiusdam, quam habuerunt antea, laborant. Reſcribe *imperfecta,* nondum perfecta.

VIII, 53. T. II. p. 388. v. vlt. Κατάγουσι] Corrige ſodes καταγαγοῦσι: ita enim *Cl. Marg. Caſſ.* vt προεξαγαγὼν p 450. ἐγεγένετο p. 455, 69. προσαγαγόμενος p. 515, 521. ξυναγαγόντας p. 522. ἀπαγαγεῖν p. 523. ξυναγαγόντες p. 554. ἀνταναγαγόντες p. 556. ἐπεγεγένετο.

VIII, 57. T. II. p. 396, 5. Σπονδὰς τρὶς τάσδε σπένδεται] Q. annon τρισσὰς, vel τρισσὸν, tertio?

VIII, 76. T. II. p. 420, 12. Πατρῴους νόμους] *Male,* inquit Cl. Profeſſor, *ſi Grammaticis credimus.* Ita tamen locuti *Dinarchus* contra *Demoſthenem* p. 36. Ed. Gruter. *Aelianus* VI, 10. *Ioſephus* p. 722, 38. *Ed. Hudſon.* Ita *MSS. Voſſ.* 1. et *Bodl.* et bis 1040. *Bodl.* et infra *Busbequii* Codex, vti et 1056, 1089. *Lycurgus* adu. Leocratem p. 138. πατρῴων νομίμων. vide et *Thucydid.* p. 79. τὰ πατρῷα et τὰ πάτρια pro paternis bonis *Iſocrates* de pace p. 270. *Lyſias* Orat. IX, 124. Idem p. 450. ὑπὲρ ἁπάντων καὶ ἰδίων τε καὶ πατρῴων τὴν τιμωρίαν ποιήσασθε. Ita enim puto legendum.

VII, 61. T. II. p. 268, 2. Διαπαντὸς] Reſcribendum puto cum *MSS. Ar. C. Graeu.* διὰ παντὸς diuiſim, et 204, 17. [T. I. p. 478, 17.] Ita Hippocratis exemplaria §. IV. p. 8. bis, et p. 10, 11. vt περὶ παντός. Aliter vero, ſi collatoribus fides, Codices ſacri. Verum *Act.* XXIV, 16. Cod. *Laud.* III. in Ed. Cl. *Hearne* diuiſim, vt *Pſalm.* L, 4. *Clemens* Epiſt. et *Xenophon* 686.

VII, 48. T. II. p. 242, 10. Ἐπιπλέον] Ἐπὶ πλεῖον cum *Reg. Gr.* et 508, 47. *MSS. C. Reg. Caſſ. Gr.* quomodo et *Polybius* p. 292. coniunctim tamen *Herodotus.* Vtroque modo

Biblia. *Thucyd.* 132, 93. ἐπὶ πλέον melius cum *Caſſ.* et 43. 28. *C. Caſſ. Gr.* 553, 48. *Gr.* Nec aliter *Xenophon* VI. Ἑλλην. p 587. Noſter etiam 326, 28 ad τοῦ ἐπίπλεος differentiam. At p. 352, 93. *Reg. Caſſ. Flor.* male coniungunt. *Iſocrates* Paneg. 85 diuiſim exhibet. Suffragantur *Gloſſae, Aratus Phaen.* p. 73 et *Thucydides* 476 8. 508, 47. ex *Reg Gr. Caſſ.* Vtroque modo inemendate *Herodotus* V, 51, 120. Ἐπὶ πλειον *Polybius* IV. p. 405. et *Ariſtoteles* Polit. I, 7. Ethic. p. 2. In regimine denique diuiſim *Herodotus* IV, 130. aliique recte.

I, 2. T. I p. 8, 3. Επιπλεῖστον] Ἐπὶ πλεῖστον ſcribo cum *Caſſ.* et infra p. 4, 51. [p. 10, 2 T I.] *Graeu.* p. 497, 5. [T. II. p. 296, 3.] et 119, 90. [T. I. p. 300, 2.] *Caſſ. Gr.* Atque ita *Cicero* X, 8. Ep. ad Atticum. Diuiſim certe vbi non aduerbiale it, vel Genitiuo ſequente. Cum *MSS.* ſtat et *Xenophon* 679. et *Herodotus* VI, 127 Coniunctim *Hippocrates* §. III. p. 14. et *Ioſephus* Hudſon. p. 1308 ſed operarum forte incuria. In *Thucydide* p. 345, 11. malim et ἐπὶ πλεῖστον cum *C. Caſſ. Gr.* licet alibi coniunctim Noſter. *Appianus* 86. ἐπὶ πλεῖστον.

V, 16. T. I. p. 712, 4. Ἐπιπολὺ] Veterior ſcriptura opinor ἐπὶ πολὺ *C. Graeu.* et 422, 92. 4. [T. II. p. 104, 10 et 16.] *Caſſ. C* Sic *Iſocrates* p. 105. *Polybius* 325. *Gloſſae, LXX, Appianus* B. P. 17. 71. 48. 75. 136. neque aliter p. 109 15. *Caſſ.* 469, 40. *Reg.* 470. bis *C.* 372, 77. *Caſſ. Graeu.* 361, 64. ἐπὶ πολὺ Editi recte. et ſic ex *Caſſ.* reſcribo p. 36. 45. 42. 77. 146, 85. 280, 90. Ita etiam *Polybius* 582. 634. *Ioſephus* 1225. Iunctim *Aeſchines* in Timarch. 195. *Polybius* 288. Vtroque modo *Xenophon* tam abſolute, quam in regimine. 263. 299. 321.

VI, 104. T. II. p. 162, 16. Ἐπιτοαυτὸ] *Marg. Ar. C. Caſſ. Gr.* rectius ἐπὶ τὸ αὐτὸ, et ſic *Gloſſae.* Exempla paſſim obuia.

II, 13. T. I. p. 270, 13. Ἐπιτοπολὺ] Forte ἐπὶ τὸ πολὺ cum *C. Caſſ. Graeu.* Ita *Hippocrates:* ita ex *Vaticano* repone apud *D. Halic.* Antiq I, 36. Diuiſim *Iſocrates* Panath. 393. et 243. 205. 257. 82. Vide *MSS. Thucydid.* 239, 50. 407, 52. Hippocratis exemplaria, Morb. mul. I, 162. 176. ter iunctim dant, opinor mendoſe. Nam hae minutiae non aduerterunt Foeſii animum. Hippocratem ſequitur *Xenophon* 35. 299. 321. Idem nihilominus p. 680. ὡι τὸ πολὺ ſeruat.

V, 85. T. I. p. 794, 6. Ἐσάπαξ] Ἐς ἅπαξ *Caſſ. Gr.* Vtrinque militant exemplaria, ſed hoc malo. Sic *D. Luc.* Act. X, 16. ἐπὶ τρὶς, *Herodotus* V. ἐς τρὶς, εἰς ἅπαν *Ioſephus* Ant. VIII. p 349. Seniores הפעם bis vertunt τὸ ἅπαξ, et ſic *Suidas. Hippocrates* autem §. V, 156. ἐσάπαξ, vt ἐφάπαξ, et καθάπαξ *Heſychius, Gloſſae, Vlpian.* ad Dem. 334. Schol. ad Odyſſ φ. 349.

VI. 104. T. II. p. 164, 2. Ἐς ταμάλιστα] Ἐς τὰ μάλιστα *Ar. C. Baſ. Caſſ. Gr.* Sic, ἐς τὰ μέγιστα *Herodotus* VIII, 3. VI, 89. Atque ita alii, ſed loca feſtinanti minus occurrunt.

VI, 54. T. II. p 82, 3. Καθόσον] Καθ' ὅσον leg. cum *C. Reg. Caſſ.* 429 69. *C.* 433, 89. *Ar. C.* bis. Sic *Gloſſae*, et *D. Halicarn.* Antiq. VI, 92. καθόσον vero *Plato* Philebo 371. et Menone 413.

V, 116. T. I. p. 814 6. Κατὰ κράτος] *Steph.* 1. et vetuſte cuſi καταχράτος. Recte κατὰ κράτος, et ſic Noſter 507, 23. *Herodotus, Iſocrates, Plato;* etiam *D. Halic.* Antiq. III. p. 188. et in Excerpt. Legat. 714. *Ioſephus* Antiq. III, 24. *Xenophon* 216 263 265. 536. Sic apud *Herodotum* VIII. *Thucydidem* 43, 21. 471, 1. *Polybium* IV, 383. V, 610. Contra *D. Halic.* Antiq. XI, 2. coniunctum, et *Xenophon* p. 654. ἀνακράτος mendoſe. Idem ἀνὰ κράτος

271, 341. et ter 325, 349. Sic Noſter 500, 49. et 549, 75. κατὰ τάχος. κατὰ κράτος 542, 37. at *Reg. Caſſ. Graeu.* iunctim ſcribunt, vti et 546, 84. *Reg.* 569, 31. *Caſſ. Reg. Graeu.* Aliter fere ceteri.

VII, 57. T. II. p. 260, 1. Καταντικρὺ] Κατ' ἀντικρὺ recte *Caſſ. Reg.* et 88, 10. *Cam. Graeu Caſſ.* Ita *Schol.* ad Odyſſ. κ'. 559. et exinde puto *Heſychius.* Coniunctim edidit *Barneſius* tam ibi, quam λ'. 64. ob ſequens credo τέγεος, quomodo καταντικρὺ ἀλλήλων *Anonymus* de Mundo. Contra Πρυτάνεων κατ' ἀντικρὺ *Ariſtophanes* Ἐκκ. 87. *Kuſteri*, et *Baſil.* MDXLVII. et alibi. *Etymologus* vtroque modo, etiam Genitiuo ſequente. *Plato* tamen Charm. 462. καταντικρὺ τοῦ ἱεροῦ iunctim, et ſine caſu 473. Noſter 460, 99. diuiſim, κατ' ἀντικρὺ Κυδήρων. Ita recte *Caſſ.* at 569, 45. coniunctim. Sed κατ' ἀντικρὺ diuiſim *Graeu.*

IV, 27. T. I. p. 572, 4. Μηδὲ] Reſcribo μὴ δὲ cum *Ar. C. Reg. Caſſ.* et 273, 20. [T. I. p. 606, 2.] *Ar. C.* 497, 9. [T. II. p. 296, 5.] *Reg. Caſſ.* 341, 22. [T. I. p. 736, 17.] *Caſſ.* et 346, 50. [748, 1.] 370, 96. [800, 12.] *Caſſ.* ob emphaſin recte. Confer 139, 91. 248. 212. 335. *Hyperides* 88. *Demoſthenes* Amator. 158. *Aeſchines* in Timarch. 173. *Herodotus* I, 152. coniunctim, ſed exemplarium vitio. In libris emendatiſſimis haud raro μὴ δέ.

II, 13. T. I. p. 270, 8. Μηδεμίαν] Μηδὲ μίαν recte *Caſſ.* more Atticorum, et 172, 53. [422, 16.] a manu prima; quomodo et *Hippocrates* de Locis p. 78. *Iſocrates* 112, 113. bis 274. 171. 238. 196. 202. 212. 230. 250. 258. et μηδ' ἑνὸς 259. μηδὲ εἷς *Hippocrates* Praenot. 432. *Xenophon* p. 154. Apud *Ioſephum* 1200. ſcribe μηδὲ μιᾶς ex *MSS. Busbeq. Rhed.*

IV, 118. T. I. p. 670, 15. Μηδετέρους] Μηδ' ἑτέρους leg. cum *Caſſ.* et 212, 54. 335, 64. *Graeu.* 326, 20. 558, 21. 329, 50. 428, 343. *Dan.* Sic etiam *Iſocrates* Archid. 183. et de Bigis 516. 525. Μηδ' ἑτέρωσε etiam in *Thucydid.* 306, 14. *Flor. Ald. Baſ. Xenophon* Hiſt. Gr. II, 468. *Aeſchines* in Timarch. iunctim, et *Ariſtot.* Rhetor. 161. Polit. 33. et *Xenophon* 64. Μηδ' ὁτιοῦν.

VII, 60. T. II. p. 266, 11. Ὁπωσοῦν] Ὅπως οὖν *Caſſ.* et 560, 2. vtraque ſcripturae forma *Xenophon.* Sed haec non contemnenda.

V, 59. T. I. p. 762, 14. Ὁσονοὺ] Ὅσον οὐ *Ar. C. Edd. Vett. Caſſ. Graeu.* et 407, 28. *Ar. C. Edd. Reg. Caſſ.* Bene; et ὅσον οὐκ 356, 48. *Ar. C. Flor.* 414, 77. *Ar. C. Edd. Reg. Caſſ. Graeu.* et 490, 43. p. 562, 95. *Edd. Reg. Gr.* 566, 22. Denique ὅσον οὐ 520, 65. *Caſſ. Camerar. Suidas* etiam ὅσον οὐκ. ὅσον οὔπω *Suidas, Heſychius.* Vſitatius fateor coniunctim veniunt hae voculae, et *Herodotus* ὁσονῶν.

I, 62. T. I. p. 114, 15. Ὅταν] Caſſ. ὅτ' ἄν. ne hoc quidem male.

III, 38. T. I. p. 452, 5. Ὁτιεγγυτάτω] Ὅτι ἐγγυτάτω [ſed in Duk. ed. etiam eſt ὅτι ἐγγυτάτῳ] 6. *MSS.* et *Edd.* et p. 192, 86. exemplaria totidem. p. 362, 65. ὅτι ἐγγύτατα *Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr.* et p. 504. 92. *Cl. Gr. Caſſ. Reg. Hippocrates* §. IV. p. 19. ὅτι ἐγγιστότατα τούτου. Noſter 393, 3. ὅτι ἐλάχιστα. *Flor. Reg. Caſſ. Gr.* recte, vt ex ſequentibus patet.

III, 78. T. I. p. 498, 7. Ὁτιμάλιστα] Ὅτι μάλιστα *C. Reg. Caſſ. Graeu. Edd.* et p. 340, 76. *Ar. C. Edd. Caſſ.* 431, 20. *Editi, Bar. Reg. Caſſ.* p. 33, 42. *Graeu. Caſſ.* Ita et *Hippocrates* de Morb. Mulier. 182. *Heſychius, Clemens Alexand. Ariſtoteles* Polit. I, 15. II, 2, 24. Coniunctim minus recte *Plato* 383. 385. 430. etc.

IV, 32 T. I. p. 578, 1. Ὁτιπλείστη] Ὅτι πλείστη *Caſſ.* diuiſim. et 418, 46. *C. Reg. Caſſ. Graeu. Edd.* et 515, 64. 154, 79. *Caſſ. Graeu.* et *Iſocrates* Orat. ad Philipp. 155. *Xeno-*

phon 299. Bis tamen 243, 613. coniunctim Fa exemplarium inconstantia. Idem etiam 122. Ὁτιβελτίστους. p. 190. ὁτιελαχίστων ὁτιήκιστα, ὁτιήδιστα minus sincere.

III, 97. T. I. p. 518, 17. Ὁτιτάχιστα] Ὅτι τάχιστα scribendum, *Ar. C. Cass.* auctoribus; et 345, 13. membranae potiores. Etiam 445, 90. 461, 8. 470, 67. 477, 67. *Reg. Cass. Graeu.* et procul dubio *Stephani Codd.* Firmant *Herodotus, Pollux. Hippocrates* §. V. 175. ὅτι τάχος et *Herodotus* IX, V. Sic *Reg. Cass.* 472, 45. recte; coniungit *Xenophon* 326. 359. et *Plato* Philebo 383.

III, 52. T. I. p 472, 10. Οὐδεμία] Οὐδὲ μία recte *Cass.* et 155, 40. 127, 60. *C.* tantum 444, 68. 466, 34. *Cass.* Sic *Theophrastus* de Igne 423. *Hippocrates* Morb. Mul. 163. *Isocrates* Orat. ad Philipp. 155. 334. 335 bis 354. 373. 371. et supra 137. 140. 147. 152. in μηδὲ μία haud ita sibi constat. Adde huc sis *Hippocratem* §. IV. 78. *Demosthenes* de falsa legat. 212 οὐδὲ εἷς. *Xenophon* p. 10. et 467. et *Herodotus* III, 104, 125. οὐδὲ ἕν. *Xenophon* 379. οὐδὲ μιᾶς. *Iosephus* Antiq XIX, 894 οὐδὲ εἷς. Ita certe *Eusebius* recte. Sic etiam reponendum Bell. Iud. VI, 5, 2. ex Codice *Bigotii: nemo* vertit *Russinus* eiusque *MSS.* penes nos.

VII, 74. T. II. p. 292, 1. Ὁτιχρησιμώτατα] Ὅτι χρησιμώτατα *C. Reg. Cass.* probe.

II, 81. T. I. p. 378, 7. Οὐδ' ἕτερον] Οὐδ' ἕτερον *Cass.* forte οὐδὲ ἕτερον. 370, 79. οὐδ' ἑτέρους *Graeu.* Atque ita in contextu 407, 51. ex libris *Stephani* opinor. Confer. 467, 44 *Cass. Gr.* 484 18. *Homerus* Il. ξ'. 18. οὐδ' ἑτέρωσε: ita cum *Schol* referibendum. Exemplaria fere contrahunt, et *Theognis* 939. *Plato* 377. corrupte. *Demosthenes* de Rhod. p. 78. *Lysias* apud *D. Halicarn.* 145. οὐδὲ πώποτε. *Xenophon* 135, 194. οὐδ' ὁτιοῦν.

VII, 71. T. II. p. 288, 8. Παραυτίκα] Παρ' αὐτίκα solus *Cass.* et 503, 65 [p. 310, 2.] At coniungunt *Glossae*, *Xenophon* 23. 49. et alibi. *Hippocrates* §. IV. 78. *MSS.* in 2 Corinth. IV, 17. *Hesychius.* De hac itaque scribendi ratione ampliandum censeo.

I, 29. T. I. p. 68, 9. Παραπολὺ] Παρὰ πολὺ (vide ἐπὶ πολὺ) 510, 47. *C.* Sic etiam *Isocrates* 251. et *Hesychius.* Cum Comparatiuo fere disiunctim; sed *Aristophanes* Plut. 445. aliter. Ibi tamen diuisim *Schol.* et παραπολὺ ex *Thucydide* citat, et ex illo *Suidas. Dexippus* etiam apud *Suidam* παραπολὺ ἀπελείπετο τοῦ πείθεσθαι. At παρὰ πολὺ bis, terque *D. Halicarn.* Semel *Appianus* Pun. p. XI. voce πλείους adiuncta.

III, 9. T. I. p. 422 13. Πρότου] Πρὸ τοῦ *Gr.* et *Corinthus* recte. Ita e Codicibus emendationibus reponendum 26, 77. 67, 70. *D. Halicarn. Cass. Gr.* 144, 27. 280, 87. *MSS.* accedunt *Glossae: Polybius* III, 288. et 354. 371. 580. 601. IV, 414. V, 541. 755. 727. *Herodotus* IX, 1. τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα. Sequente accusatiuo cum infin. diuisim Scriptores sacri, et *Codex Alex.* Numer. XIII, 23. Vide *D. Matth* XXIV, 38. sic πρὸ τούτου *Herodotus* VIII, 108. Contra, *Herodoti* exemplaria I, 122. et *MS. Bodl.* VII, 139. *Aristophanes* Plut. 95. *Demosthenes* Funebr. 155. Plato 408, 433, 565. coniunctim exhibent.

V, 16. T. I. p. 710, 14. Ταμάλιστα] Τὰ μάλιστα recte *Ar. Cass. Graeu.* et 333, 5. 344, 58. quomodo et *D. Halicarn.* in Excerpt. Leg. aliique passim. Verum *Herodotus* ἐταμάλιστα IV, 7. et ταμάλιστα, ἐς ταμέγιστα, puto minus emendate.

I, 31. T. I p. 70, 10. Ταχεάτιστα] Τὰ κράτιστα *Cass. Reg. Gr. Vasc.* bene.

I, 81. T. I. p. 148, 7. Ταπλέω] Τὰ πλέω *Cass. Reg. Gr.* recte: 379, 52. τὰ πλείω *Reg.* et 501, 62. et 56 79. *MSS.* Ita *Herodotus* I, 176. IV, 168. Sic τὸ πλεῖστον *Xenophon* Hell. VI, 589. *Hippocrates* de Natura hominis p. 8. τὸ πλεῖστον *Polybius* 293.

II, 97. T. I. p. 402, 6 et 8. Ταξυντομώτατα] Τὰ ξυντομώτατα diuiſim rectius *Ar. C. Gr. Caſſ.*

IV, 3. T. I. p. 544. 4. Τοαρχαῖον] Τὸ ἀρχαῖον bene *Caſſ. Dan. Gr.* et 164 82. *Caſſ.* etc. 378, 14. *Reg. Caſſ. Gr. Ar. Cl.* 380, 12. *Reg. Caſſ. Gr. Ar. C.* Ita et *Xenophon* Hiſt. Gr. V, 550. 553. et 243. τὸ ἀρχαῖον pro ſorte *Iſocrates* 540. LXX. εἰς τὸ ἀρχαῖον Iſai. XXIII, 17. ſine V. L. et *Aquila* Exod. XIV, 27. *Ariſtoteles* Polit I. p. 3. bis. Coniunctim *Herodotus* VII, 154. IX, 44. *Plato* Ed. Francof. 368.

IV, 107. T. I. p. 660, 1. Τοαυτίκα] Τὸ αὐτίκα *Ar. C. Reg. Caſſ. Gr.* et ita, ni fallor, in contextu Noſter. 414, 85. *Caſſ.* vide 28, 75. Sic παρ' αὐτίκα *Graeu.* 138, 54. At τοπαραυτίκα *Herodotus* I, 19. et μεταυτίκα.

V, 115. T. I. p. 812. v. vlt. Τοέπειτα] Τὸ ἔπειτα *Ar. C. Caſſ.*

III, 8. T. I. p. 422, 9. Τοδεύτερον] Τὸ δεύτερον *Ar. C. Caſſ.* et 175, 58. *Reg. Caſſ.* 84, 90. 134, 97. *Caſſ. Gr. Ar. C.* Coniungit *Herodotus*; ſed alibi habet τὰ δεύτερα. Diuiſim etiam *Plato* Alcibiad. 440. ſed κακὸν ſubintelligitur. *Herodotus* VI, 129. τὸ τρίτον.

IV, 31. T. I. p. 576, 11. Ἔσχατον] Τὸ ἔσχατον plerique, et *Lucianus* Herc. *Hippocrates* Aphor. p. 341. ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι (κενώσιες.) LXX. ἐς τὰ ἔσχατα.

VI, 55. T. II. p. 84, 6. Τοπαραχρῆμα] Τὸ παραχρῆμα *Ar. C.* Noſter alicubi τὰ παραχρῆμα. Pollux VI, 142. ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγων.

I, 101. T. I. p. 176, 3. Τολοιπὸν] *C. Reg. Caſſ.* et p. 39, 62. [p. 108, 13.] *Caſſ. Vaſc.* τὸ λοιπὸν, ſine caſu. *Hippocrates* §. III. p. 12. at coniunctim, mendoſe 56. Contra, de Morb. Mul. diuiſim 177. quomodo fere in *Nou. Teſt.* (vid. *Thucyd. Indic.*) et apud *Thucydidem MSS.* 275, 93. 312, 58. 450, 76. Ita *Sophocles* Oedip. Tyr. 815. 1297. eiusque *Scholiaſta. Dinarchus* Orat. II. *Polybius* III. p. 317. 343. V. p. 615. *Xenophon* 276. 300. 343. 548. 487. 338. At ter coniunctim 350. 351. 411. τὸ λοιπὸν etiam *Demoſthenes* Funebr. 155. et in Conon. apud *D. Halicarn.* p. 278. de falſa Leg. 238. Vtroque modo *Herodotus* IV, 3. VII, 120. iunctim *Plato Alcibiad.* 429. τοῦ λοιποῦ *Ioſephus* Antiq. V, 5, 2. *Thucydides* 296. *Xenophon* 465. 666.

III, 104. T. I. p. 524, 20. Τοπάλαι] Τὸ πάλαι recte *Ar. C.* et 231, 61. *Caſſ.* et 196, 97. 264, 41. etiam *Graeu.* In hac ſcriptura tamen variant Auctores. Vtroque modo *Herodotus* I, 5, 144. Noſter etiam p. 5, 78. coniunctim et ſine V. L. et 12, 84. *Herodotus* denique τοπαλαιὸν IV, 11. et *Demoſthenes* de falſa Leg. 223. *Herodotus* VIII, 61. ἐκ παλαιοῦ et IX. τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νέον, atque ita *D. Halicarn.* Antiq. IV, 26.

I, 83. T. I. p. 150, 14. Τοπλέον] Τὸ πλέον recte *Caſſ. Gr.* 174, 22. *Ar. C. Caſſ.* 121, 72. *MSS.* et in contextu 233, 50. Confer item V. L. 255, 34. 54, 32. τὰ πλέω *Reg. Caſſ. Gr. Hippocrates* §. V. 184. ὡς ἐπὶ τὸ πλέον, et *Polybius* 293. Sic ἐπὶ τὸ πλεῖστον *Herodotus* VI, 46. et τὸ πλεῖστον 482, 34. Thucydidis *MSS. Ar. C. Reg. Caſſ. Gr.* et 120, 54. *Steph.* 1. *Caſſ. Graeu. etc.*

III 4. T. I. p. 418. 15. Τοπαραυτίκα] Τὸ παραυτίκα recte a manu prima *Caſſ.* et 22, 65. *Caſſ. Graeu.* et 357, 96. *Ar. C.* at τὸ παρ' αὐτίκα *Caſſ. Herodotus* ſemper coniungit: tamen VII, 38. ἐπαύσατο τοῦ παραυτίκα.

III, 51. T. I. p. 470, 19. Τοπρὶν] Τὸ πρὶν *Gr. Caſſ. Reg. Ar. C. Herodotus* II, 172. et *Gloſſae* coniungunt; quibus accedit *Homerus* Il. χ'. 156. et *Euſtathii* Exemplar et Notae. Alibi decies τὸ πρίν. Noſter alicubi ὁ πρίν.

VII, 19. T. II. p. 194, 6. Τοπρότερον] Τὸ πρότερον *Cass. Gr.* et 237, 26. *Reg. Cass.* Iunctim vero dant *Herodotus* V, 9, 3. *Xenophon* 563. 328.

II, 13. T. I. p. 272, 8. Τοπρῶτον] Τὸ πρῶτον *Cass.* 127, 49. 473, 79. 103, 4. 221, 81. 336, 19. 331, 3. 348, 33. 448, 54. 453, 74. 454, 9. 458, 13. 522, 18. 534, 12. 552, 14. 64, 66. Codices emaculatiores. His adde 294, 90. 295, 33. 374, 36. 512, 24. 515. 46. Fauent *Isocrates* 125. *Schol.* ad Il. ά. 6. *Apollonius* de Conſtructione Ed. Aldin. β′: κβ′. *Demoſthenes* de falſa Leg. 230. 237. et Olynth. I. *Hippocrates* §. IV, 82, 83. §. VI, 15. Vtroque modo *Homerus* Il. Ψ. 324. Odyſſ. ξ. 467. et *Xenophon* 213. 271. 701. 622. Coniunctim *Euripides* Hec. 289. *Sophocles* Aiac. 730. *Plato* Philebo 380. 385. Rep. I, 576. *Demoſthenes* de falſa Leg. 201. *Homerus*, et *Herodotus* VI, 100. τὰ πρῶτα, et Noſter 203, 66. *Cass. Vasc.* 40, 16. τὸ πρότερον. *Herodotus* I, 64, 55. τὸ τρίτον, alibi coniunctim. In regimine ſemper diuiſim.

V, 6. T. I. p. 698, 17. Ὥσπλείστους] Ὡς πλείστους *MSS.* vt et 517, 41. recte. Sic *Diodorus* 374. *Xenophon* 276. ἵνα ὡς πλεῖστον ἀποσπασθῶμεν τοῦ Β. στρατεύματος. *Lesbonax* Polit. 203. *Herodotus* IV, 9. *Lyſias* 32. *Iſocrates* 166. 429. 540. *Xenophon* 477. *Hippocrates* de Locis 85. 86. 89. 95. de Morb. Mul. I, 176. 187. bis. *Xenophon* etiam 559. 668. 674. Sic ὡς ἐλάχιστα *Hippocrates* de Victus Rat. p. 3. *Demoſthenes* de falſa Leg. 221. ὡς πλεῖστον. ὡς πλεῖστα *Xenophon* Cyrop. VI, p. 152.

V, 10. T. I. p. 704, 20. Ὡστάχιστα] Ὡς τάχιστα *MSS.* bene. Atque ita ſcribendum 59, 20. 247, 23. 344, 55. 501, 60. 521, 81. 485, 60. aliter 473, 4. vniuerſi male, et *Polybius* 389. Diuiſim certe *Xenophon* Hell. 556. 606. Exped. I, 251. bis. 298. 323. 334. bis. 344. *Gloſſae*, *D. Halicarn.* 323, 24. *Act. Apoſtol.* XVII, 15. ſine V. L. Denique ὡς μάλιστα *Xenophon* 243. 304. 312. *Herodotus* IV, 73. V, 29. VIII, vlt. IX, 66. *Plato* Leg. I, 771. ὡς τάχιστα Plato Charmide, et *Demoſthenes* de falſa Leg. 221. bis. *Herodotus* V, 106. ὡς τάχος, et *Euripides* Med. ὡς τάχιστα, *Pindarus* Ed. Rom. et *Schol.* τὸ τάχιστον *Xenophon* Cyrop. 130. et ὡς πλεῖστα 241.

I, 38. T. I. p. 84, 7. Δ'ὄντες] Rectius *Cass.* δὲ ὄντες, [vt nunc editum] et 32, 23. [p. 92. v. vlt.] τὸ δὲ ἴσον *C. Graeu.* ſic παρὰ δὲ ἑτέροις *Hippocrates* §. III, 13. *Thucydid.* 57, 34. πρὸς δὲ ἡμᾶς *Cass.* 176, 76. ἦν δὲ ἐλευθεροῦντες *Reg. Cass. Gr.* 183, 69. δὲ ἀναστήσας *Cass. Gr.* 233, 22. τῇ δὲ ἕκτῃ *Reg. Cass.* 299, 19. οἱ δὲ ἐναντίοι plerique *MSS.* et Edd. 318, 1. δὲ ἐπιγιγνομένου *Reg. Cass.* 329, 26. τὸ δὲ ἱερὸν *Reg.* 361, 30. τῷ δὲ ἄλλῳ *Ar. C. Reg. Cass. Gr.* 371, 24. δὲ ἐς ἅπαν *Ar. C. Reg. Cass. Dan.* Fauent *Stobaeus*, et *D. Halicarn.* 152, 22. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι *Reg. Cass. Gr.* 60, 88. οἷόν τε εἶναι *Cass.* 327, 42. ὥστε ἀδύνατα *Reg.* bene. 348, 44. ποτὲ ἐς *Ar. C. Dan.* 348, 45. ὅτε ἐσέπεμψαν *Gr.* 105, 76. ἕπεσθε ὅπῃ ἂν *MSS.* 136, 72. οὔτε ἐγὼ *Gr.* recte; ſequitur ſtatim οὐδ' ἄν. 143, 61. οὐδὲ ἄξια. 150, 57. οὔτε ἐπέσχον *Ar. C. Dan.*

II, 2. T. I. p. 250, 4. Μετὰ Εὐβοίας ſcribendum cum *Reg. Cass. Gr.* 218, 84. μετὰ ὀνόματος *MSS.* rectius. 250, 22. μετὰ ἡδονῆς. *Gr.* 304, 18. ἀλλὰ ἐπὶ *Cass. Gr. Xenophon* de Re equ. 958. *C.* μὴ ἰδιώταις, ἀλλὰ ἄρχουσι, non ἀλλ'. *Thucyd.* 308, 90. τὰ ἄλλα *Ar. C. Dan.* 333, 4. μετὰ ἀναχωχῆς *Reg.* 116, 81. μετὰ Ἀθηναίων *Ar. C.* 6, 33. κατὰ ἔχθος *Cass. Gr.* 91, 5. παρὰ Ἀθηναίους *Ar. C. Reg. Cass.* 102, 73. ταῦτα εἴη *Reg. Cass. Gr.* 141, 71. πάντα ἐφαίνετο *Ar. C.* 244, 2. ἀλλὰ ἀπὸ *Gr.* 169, 15. ἀπὸ Ἀθηναίων *Ar. C. Cam. Gr.* 184, 26. ἀπὸ ἀνάγκης *Reg. Cass. Gr.* 102, 79. ὑπὸ ἀπορίας in contextu. 109, 13. ὑπὸ Ἀθηναίων *Cass. Gr.* 191, 26. ὑπὸ ἡμῶν reliquit Auctor, vt p. 190, 4.

III, 6. T. I. p. 420, 19. Οὕτω ἐπολεμεῖτο leg. cum *Dan.* non οὕτως. 327, 52. οὕπω ἤθελον *Marg. Ar. Cl. Gr. Reg. Dan.*

IV, 132. T I. p. 688, 20. Ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν. Scribe omnino cum *Schol.* ἐντυχοῦσι. Fauet *Marg* v a librariis ob hiatum inferitur. 171, 29 ἀφίησι αὐτὸς pro ἀφίησιν *Gr.* 133, 53. ναυσὶ, ὅτε *Gr.* puto ob hiatum recte. 485, 59. τοῖς ἀσθενέσι ἱκανὸν γενέσθαι *Caſſ.* 210, 83. εἴκοσι *Gr.* fine v. bene. 172, 32. [T. I. p. 422, 4] αὐτόθι τε *MSS.* non αὐτόθεν τε.

Nec poſſum, quin iis, quae pag. 665. [T. II. p. 755.] ad locum *Thucydidis* I, 24. Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον adnotaui, addam, quae deinde de loco Heſychii ad me ſcripſit Clariſſ. *Hemſterhuſius*, quod me, quia digna puto, quae ab omnibus legantur, cum bona illius gratia facturum ſpero. Ea haec ſunt: *Heſychii* locus in Ενδέξια, de quo ſermonem fuiſſe nobis memini, nonnihil habere mihi videtur obſcuritatis; nam magna parte truncatum eſſe, quod huic Lexicographo peius etiam, vt opinor, quam Stephano, contigit, res ipſa clamat. Primum ſic cenſeo. triplicem olim in antiquis Heſychii membranis exſtitiſſe lectionem, ἐς δεξιὰ, ἐνδέξια, et ἐν δεξιᾷ. Haec autem varietas orta non ex eo tantum, quod illae voces facile commutentur, ſed potiſſimum ex male ſedula Grammaticorum cura, qui ſaepe locutiones, quarum poteſtatem veterum vſus non diſtinxerat, diſtinguere ſategerunt, quod ex vno Demoſthene, vt de Homero taceam, exemplo non vno poſſem probare. Primum ἐς δεξιὰ ſtudioſiſſimus antiquae ſcripturae habet *Harpocration:* ſic tum alii, tum *Syncellus* ex melioribus pag. 258. B. τοῖς πλέουσιν ἀπὸ Πατρῶν ἐπὶ Κόρινθον εἰς δεξιά. Itaque legendum eſſe apud *Pollucem* II, 161. paene mihi perſuadet Palatini Voſſianique Codicum, qui raro fallit, conſenſus: neque hoc alia ratione dicitur, quam quod apud *Herodotum* III, 90. ἀπὸ τῶν Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ εἰσπλέοντι. Secundum etiam caſum adiungunt: *Lucianus* T. II. Ed. Salm. pag. 480. τοὺς ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσιόντων ἄφες: et Dial. Meretric. IV. εἰσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, quibus in locutionibus rariſſime, credo, reperies ἐπὶ δεξιὰ, vel ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῖς εἰσιοῦσι, vel ἐξιοῦσι. In *Lyſia* legebatur iunctis vocibus εἰσιόντων πρὸς τῇ Νεμέᾳ ἔστηκεν ἐπιδέξια. quod *Pollux* tanquam minus vſitatum pro ἐκ δεξιᾶς χειρὸς, obſeruare non neglexit II, 159. alias etiam ſolent τῶν εἰσιόντων vel ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ, ἐν δεξιᾷ, veluti non Lucianus quidem, ſed eruditus tamen et ingenioſus *Scriptor Encomii Demoſthenis* ad ipſum initium. *Aelianus* V. H. VIII, 16. *Philoſtratus* de Vitis Soph. Lib. I. in fine, itidem ἐκ δεξιᾶς. Sed vſu rariore praepoſitionem omiſit *Pyrgion* apud Athen. IV. p. 143. F. τράπεζα τρίτη δεξιᾶς εἰσιόντων εἰς τὰ ἀνδρεῖα. Non me fugit, Caſaubonum ἐκ δεξιᾶς corrigere vel ἐν δεξιᾷ: ſed, quo minus adſentiar, retinet me *Schol. Pindari* ad O II, 32. qui ex Theopompo protulit, εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν ἀριστερᾶς χειρὸς, vbi ἐξ perinde deficit. Tum ſecundum illud ἐνδέξια legiſſe Heſychium, vel potius vetuſtiorum aliquem Grammaticorum, ex quo iſta fuerant deſcripta, ſic ſatis eſt manifeſtum. Non me fugiunt, quae, quia locus ſit mutilatus, ſi quis pertendat, contra poſſint diſputari, haec alio pertinere, atque adeo eſſe transferenda ad praecedens ἐν δεξιᾷ, ἐκ δεξιῶν. cui Thucydideum iſtud ad vulgatas Edd. ex endandum exempli vice fuerit adiectum: ſed multo minore, vt quidem puto, probabilitatis ſpecie, quam ſi hunc in modum ſententiam verborum capiamus: Ἐνδέξια quando antepenultimam habet acutam, addere non poterimus in orationis proximo membro, quod oppoſitum eſt: ita Thucydides nullam facturus mentionem loci alterius ad ſiniſtram ſiti, ſcripſit ἐνδέξια εἰσπλ. In iis autem, quae perierunt (hoc ſatis oſtendit εἰ MEN) diuerſam eſſe rationem docuerat, ſi ſcribas ἐν δεξιᾷ: tum enim ſolere ἐπιφέρεσθαι τὸ ἀντικείμενον, quomodo in *Strabone* XVII.

apud eundem atque alios. Ego quidem discrimen illud haud magni facio; sed tale tamen est, pag. 1144. B. κατὰ μὲν τὸν εἰσπλουν ἐν δεξιᾷ ἡ νῆσος etc. κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν χεῖρα. et saepius vt ingenio Grammaticorum et consuetudine minime sit indignum. *Etymologus* itidem, sed alia paulum via, haec vtraque separauit, quoniam quae notat ad Homerum proprie pertinent, cuius οἰνοχοεῖν, δεῖξαι, αἰτεῖν ἐνδέξια Il. A, 597. H, 184. Od. P, 365. duplici fere modo Veteres interpretantur, ἐπιδεξίως aut ἐκ δεξιῶν μερῶν ἀρξάμενον: nam ἐνδέξια σήματα Il. I, 236. fine controuersia sunt αἴσια καὶ καλὰ, vt recte *Etymol.* Iam in Thucydide quin per linguae Graecae genium scribi possit ἐνδέξια εἰσπλέοντι minime videtur dubitandum. Si *Lysiae* licuit εἰσιόντων ἕστηκεν ἐπιδέξια (de statua, credo, loquebatur), cur displiceat εἰσπλέοντι πόλις ἐστὶν ἐνδέξια; praesertim quum ista phrasis habere videatur nescio quid Atticismi veteris, qualia sunt huius generis plura, χρημάτων δυνάμει ὄντες ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις etc. Neque tamen idcirco tertiam lectionem et vulgatam damnauero, quam similium exemplorum multitudo tuetur: verum hoc solum contendo, nunc difficulter admodum posse diiudicari, quid ab ipso Historicorum principe reuera sit profectum. De his porro, quae pag. 668. in Addend. [T. II. p. 777.] ad Thucyd. p. 145. Sylburgium sequutus scripsi, et de loco Thucyd. I, 44. ita pergit Idem Vir Clar. Sed quoniam in *Etymologi* mentionem incidi, alium eius locum, qui ad Thucydidem pertineat, indicare lubet p. 449. v. 50. quem librariorum errore turbatum in hunc ordinem redigo: Θειαζόντων, μαινομένων, ἢ θεολήπτων γινομένων· καὶ θειάσαντες· καὶ ἐπιθειάσας, τὸ ἐπιθαυμάσας· ὁ δὲ Μιλήσιος παρὰ τῷ συγγραφεῖ, θεοὺς ἐπικαλεσάμενος καὶ κατευξάμενος· ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπιθεάζειν. Θειάσας τὸ θ. εἰσδ. etc. Vtrumque θειάσαντες et ἐπιθειάσας apud *Thucydidem* exstat, illud VIII, 1. hoc II, 75. quod posterius recte quidem animaduertit accuratissimus *Sylburgius:* sed Idem valde aberrat, quum scribit, *verum loquitur ibi non Milesius, sed Archidamus;* immo vero non Archidamus: nam is Etymologi Milesius est Orus Milesius, Grammaticus non ignobilis, qui in Thucydidem, vt opinor, scripsit Commentarios, a Scholiasta quoque nonnusquam laudatus: ipse *Etymologus* pag. 816. v. 39. ἡ ὀρθογραφία Ὥρου τοῦ Μιλησίου, et pag. 315. v. 10. Μιλήσιος ὁ Ὠρίων. Ὧρος enim et Ὠρίων saepe commutantur: Ὧρος ὁ Μενδήσιος et Ὠρίων, vtroque modo *Galenus;* et in Historia Ecclesiastica plures inter Aegyptios Ὧροι, qui iidem apud alios Ὠρίωνες. Verum hic etiam Grammaticorum mihi videor argutias subodorari. Disiunxerunt θεάζειν et θειάζειν, illud interpretati Deos inuocare vel obtestari, hoc Deorum numine correptum agitari. *Hesychius* aperte: Ἐπιθεάζει, θεοὺς ἐπικαλεῖται· at Ἐπιθειάσας, τὸ θεῖον δεξάμενος, θεοφορηθείς. Eo referendum arbitror in *Etymol.* ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπιθεάζειν: ideoque parum abest, quin pro certo putem, voluisse Orum Milesium in Thucydide scribi non ἐπιθειάσας, sed ἐπιθεάσας, cuius rei monendae commodus sane locus erat in Orthographiae libro. *Scholiasta* quidem *Thucydidis* in verbi huius definienda potestate non satis constat, triplicem fere proponens interpretationem, θεοφορεῖσθαι, θεῖά τινα ἐπιφθέγγεσθαι vel ἐπιβοᾶσθαι, et θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι, vt, si conferamus, quae scripsit ad VIII, 1, 53. VII, 75. facile patebit. Nondum a tuo Thucydide discedo, quandoquidem opportune in mentem venit emendatio quaedam *Andreae Dounaei* Prael. ad Demosth. Orat. de Pace pag. 135. in I, 44. vbi sede duarum vocum immutata legendum censet, Κερκυραίοις ἐπιμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι .... συμμαχίαν δ' ἐποιήσαντο. Quaeso te, modo libri sit copia, rationes expende: nam me profecto paene perpulerunt, vt ad istam sententiam accederem. Haec ille. Quae sub nomine *Spanhemii* leguntur, ex oris exemplaris, quo Vir summus vsus fuerat, descripta ad me misit Clariss. *de la Croze:* quae etsi

fortaſſis quidam omitti potuiſſe putabunt, tamen huc conferre volui, quod magnorum hominum reliquias huius generis, quantumuis tenues, potius vndique eruendas et colligendas, quam obliuione ſepeliendas, eſſe exiſtimo. Ad ea, quae *Scholiaſtes* ad I, 13. de Maſſilia Africae ſcribit, addi velim, quae in *Mauſſaci* Diſſertat. Critica pag. 401. Edit. Harpocrat. Blanc. leguntur.

Habet praeterea haec Editio praeter tres *Indices*, qui iam ante in Oxonienſi erant, additis, detractis, et mutatis quibusdam emendatos, quatuor alios, quorum ipſe tres compoſui, rerum, vocum et phraſium, de quibus in Adnotationibus agitur, Graecum et Latinum, et tertium Scriptorum veterum, qui in iisdem emendantur, vel illuſtrantur. Quartum, vocum et phraſium Graecarum in Hiſtoria Thucydidis, inſtituerat Clar. *Waſſe*, quem, quoniam aliquanto perturbatior erat, quam vt ita, vt ſcriptus erat, in publicum edi poſſet, non ſine magno labore in ordinem redegit vtriusque linguae bene peritus Iuuenis *Iacobus Wallis*, Hibernus.

His omnibus denique addita eſt maxima pars *Annalium Thucydideorum* Eruditiſſimi *Dodwelli*, ea nimirum, quae ad Hiſtoriam Belli Peloponneſiaci pertinet: qua in re ipſe me deinde reprehendi, qui Librariis non fuiſſem auctor potius integros illos Annales, quam hanc partem tantum, hic exhibendi. Sed ſera erat poenitentia, et factum infectum fieri non poterat. Haec ſunt, Lector, quae Te de hac Editione monendum putaui, quibus exponendis ſi quibusdam iuſto longior fuiſſe videbor, alii fortaſſis harum rerum curioſi gratiam mihi hoc nomine habebunt.

De Thucydide ipſo, eiusque dictione, et aliis, quae de Scriptoribus vetuſtis praefari ſolent, qui eos edunt, non eſt, quod multis Te morer. Abunde hoc praeſtiterunt ii, quorum iudicia et teſtimonia poſt *Marcellini* vitam Thucydidis leguntur; quibus ex Edit. Oxonienſi transſcriptis adiuncta ſunt, quae de eo Viri doctiſſimi *Voſſius* I. de Hiſtoric. Graec. 4. et *Fabricius* II. Biblioth. Graec. 25. ſed haec ab eodem nunc aucta, ſcripſerunt. Ad ea, quae de diuiſione Hiſtoriae Thucydideae, quam alii in octo, alii in nouem, alii in tredecim libros partiebantur, obſeruarunt *H. Stephanus* p. 662. [T. II. p. 744.] et *Fabricius* l. d. addi poſſunt, quae *Scholiaſta libri Caſſ.* habet in fine Libri tertii, Τῶν εἰς ιγ΄ τέλος τῆς ε̄ καὶ ἀρχὴ τῆς ϛ̄; et quae Idem ad verba Thucydidis IV, 114, ἔλεξε τοῖς ἐν τῇ Ἀκάνθῳ παραπλήσια, adnotat, ἐν τῷ ϛ΄ τῶν συγγραφῶν διάλεξις Βρασίδου πρὸς Τορωναίους. Nec non frigida illa quaeſtio, et frigidior illius ſolutio, vtraque Graeculae ſtultitiae plena, in fine Lib. IV. cur Thucydides, cuius nominis prima litera eſt Θ, tantum octo, Herodotus autem, cuius prima eſt H, nouem libros Hiſtoriarum ſcripſerit. Sed de numero octo librorum ſatis idoneus teſtis eſt *Dionyſius Halicarnaſſenſis* in Libro περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος Cap. XXIV. Τὰς ὀκτὼ βίβλους, ἃς μόνας κατέλιπε, τρέφων ἄνω καὶ κάτω: qui et ibidem Cap. XIX. Prooemium, quod tribus et viginti capitibus Libri primi abſoluitur, quingentorum verſuum fuiſſe tradit. Quod autem in Epiſtola ad Pompeium Cap. III. ſcribit, eum finem Hiſtoriae facere in proelio ad Κυνὸς σῆμα, quod ibi anno ſecundo et vigeſimo belli Peloponneſiaci factum dicitur, emendatione videtur opus habere. Nam certum eſt ex vltimo Libro VIII. proelium hoc anno XXI. belli factum eſſe. Etſi autem Hiſtoriam huius belli tantum ad annum XXI. eumque nondum finitum perduxit Thucydides, tamen videtur in animo habuiſſe eam ad finem vsque pertexere. Hoc oſtendunt, quae V, 26. ſcribit: Γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγένετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνας, μέχρις οὗ τὴν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθηναίων Λακε-

δαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέλαβον· ἔτη δὲ ἐς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. Sed morte interceptus, an alia de caulà conſilium exſequutus non fuerit, non liquet. Praeter Hiſtoriam huius belli exſtat etiam, ſi *Athenaeo* V, 3. quem ad Homer. Il. β'. p. 284. ſequitur *Euſtathius*, credimus, Epigramma Thucydidis in Euripidem, quod et in *Antholog. Graec.* III, 25. pag. 395. translatum eſt. Sed huius auctorem alios Timotheum μελοποιὸν feciſſe prodit *Scriptor vitae Euripidis.* Alia de eo, deque eius Hiſtoria, et loco mortis ac ſepulturae e *Dodwelli* Apparatu peti poſſunt.

Illud mihi hoc loco non praetereundum viſum fuit, a veteribus quibusdam Scriptoribus interdum ſub nomine Thucydidis laudari, quae in eo fruſtra quaeras: de quo ne quis dubitet, nonnulla, quae mihi nunc in promtu ſunt, huc conferam. *Dionyſius Halicarn* Epiſt. ſecunda ad Ammaeum §. 3. inter γλωσσηματικὰ, quae vocat, Thucydidis numerat vocabulum περιλογισμὸς, vel, vt ibi in quibusdam *MSS.* eſt, ἐπιλογισμός. In eadem Epiſtola §. 4. ſcribit: ἡ δὲ οὐκ ἀποτείχισις τοῦ Πλημμυρίου, ἣν ἐν τῇ ἑβδόμῃ βίβλῳ τέθεικεν ἐν δημηγορίᾳ: et ibidem §. 10. τὴν μὲν ταραχὴν, τάραχον καλεῖ, τὸ θηλυκὸν ἐκφέρων ἀρσενικῶς. Horum nihil in Thucydide inuenias, in quo ſemel iterumque ἀναλογισμὸς eſt, περιλογισμὸς, vel ἐπιλογισμὸς, numquam; et III, 45. διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν, ad quem locum reſpicit *Euſtathius* ad Homer. Il. ά. pag. 111. *Harpocration* in ἀρχαίως haec habet: Θουκυδίδης δ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο. Φησὶ περὶ τῶν ἀρχαίων τοὺς νεωτέρους διεξέρχεσθαι. Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοσούτῳ διεξιόντας ἀπιθανωτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἁπάσας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων. *Henr. Stephanus* Diatribe VII. in Iſocratem, nihil aliud dicit, quam locum hunc Thucydidis videri emendatione opus habere. *Mauſſacus*, *Valeſius*, et *Gronouius tacent.* Et tamen certum eſt, haec neque in primo, neque in vllo alio libro legi: nam quae Thucydides I, 20. et ſeqq. de his, qui res vetuſtas memoriae prodiderunt, ſcribit, longe ab illis, quae ex eo adfert Harpocration, diuerſa ſunt. *Pollux* VI, 38. Θουκυδίδης δὲ ἔφη, εἰς ὀψώνιον ἤτησε τριώβολον. Haec videri poſſunt ad contentionem inter Tiſſaphernem et Peloponneſios de ſtipendio his promiſſo pertinere, de qua eſt in *Thucydide* VIII, 29. et ſeqq. ſed nusquam in eo leguntur; non magis quam quae IX, 16. ex illo laudat idem *Pollux*, ἐν περιπολίοις τισὶν ἐλήφθη. *Stephanus* de Vrbib. Θέα πόλις Λακωνικῆς. Φιλόχορος τρίτῳ. οἱ πολῖται Θεᾶεις. ὡς Θουκυδίδης. In Thucydide nusquam ſunt hi Θεᾶεις, nec Interpretes Stephani quidquam nos de iis docent. Sed mihi ſuſpicio eſt, hunc locum ὑποβολιμαῖον eſſe, et potius cuiuis alii, quam Stephano, deberi. Indicium faciunt ea, quae Idem in Αἰθαία ſcribit: Αἰθαία πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν. Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεὺς, ὡς Θουκυδίδης πρώτῃ. Ex eo, quod vtrobique Philochorum in tertio, et Thucydidem teſtes citat, apertum eſt, vtroque loco de eadem vrbe, et eodem nomine gentili agi. Quum autem in Thucydide I, 101. gentile ſit Ἀθεᾶεις, non Θεᾶεις, quos περιοίκους Spartanorum vocat, altera illa ſcriptura Θέα et Θεᾶεις locum habere, aut defendi e leui diſcrimine τοῦ ε et αι non poteſt. Nec credo Stephanum tam ſupinae negligentiae fuiſſe, vt haec ex iisdem Philochori et Thucydidis locis aliter atque aliter deſcripſerit. *Phrynichus* in Eclog. Diction. Atticar. pag. 50. dicit, ſe in nullo probato Scriptore inueniſſe κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ſed putare in Thucydidis Lib. VIII. legi κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. Itaque, ſi quis huius auctoritate fretus ita dicere velit, ei addendum eſſe articulum τοῦ. Hoc *Thomas Magiſter* aliis de ſuo additis ita exornauit: κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ βέλτιον λέγειν, ἢ κατ' ἐκείνου (leg. ἐκεῖνο) καιρ-

ρου. ἀεὶ γὰρ μετὰ ἄρθρου Θουκυδίδης λέγει: quasi crebrum sit in Thucydide hoc genus loquendi, apud quem hoc semel, idque nonnihil dubitans, se legisse dicit *Phrynichus*. Sed non memini me vel Lib. VIII. vel vsquam alibi in hoc Scriptore legere κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ: semel tantum VII, 2. inueni κατὰ τοῦτο καιροῦ. *Suidas* quoque interdum testimoniis Thucydidis confirmat, quae nusquam in eo leguntur: cuius generis sunt sequentia. Διαβούλομαι, ἀναπείσω. Θουκυδίδης. Διαλέγουσαν, διοικοδομοῦσαν. λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν. καὶ διαλέγου, διοχύττου, Θουκυδίδης. Item in λέγω: διαλέγουσι, διοχύττουσι. Θουκυδίδης. Et in αὐτόθεν: Θουκυδίδης· χειμὼν ἦν, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὕτως ἐδόκει. Rursus Ἀνέσπακε. Θουκυδίδης. ἀνεύρηκεν, εἵληφε. et Χέδροπες, ὄσπρια. καὶ ἐνικῶς χέδροψ, τὸ ὄσπριον. οὕτω Θουκυδίδης. quorum nihil, nisi admodum fallor, in Thucydide inuenias. Sed in his, quae in ἐδήουν habet, Ἐδήουν παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ διέκοπτον, διέφθειρον. Ἅπασαν κατεδήουν τὴν ἀνατολικὴν χώραν, illa ἅπασαν — χώραν, non putem cum Viris doctis ab eo laudari tamquam Thucydidea, sed ex alio anonymo descripta, et testimonium Thucydidis tantum ad ἐδήουν, et fortassis ad id, quod II, 12. legitur, τὴν γῆν ἐδήουν, referendum esse; quo modo in περίνεως quoque, quum testimonium Thucydidis aduocasset, alium anonymi locum addit. *Auctor Etymologici M.* in δεκατευτήρια: Θουκυδίδης δὲ ἐπὶ τοῦ τελωνεῖν τὴν δεκάτην ἔθηκε, καὶ τὸ δεκατεύειν. Et in ἐμποδών: Ἐμποδὼν Θουκυδίδης, ἀντὶ τοῦ προχείρως. φησὶ γάρ, τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπεῖν. Eadem habent *Priscianus* Lib. XVIII. pag. 1180. *Suidas* in ἐμποδών, et *Apostolius* VIII. Prouerb. 20. e Lib. VIII. vt dicunt, et quidem auctiora his verbis, πορρωτέρω δὲ μηδὲν ἐπεξέγεσθαι ταῖς διανοίαις. Sed horum omnium nec vola, nec vestigium est in Thucydide. *Vlpianus* in Demosthen. Phil. IV. pag. 79. Ed. Paris. Ἐχρήσατο οὖν Θουκυδιδείῳ λύσει, ἥπερ ὁ Λέσβιος χρώμενος φαίνεται, ὅτι τῷ μὲν δοκεῖν ὑπὲρ ἄλλων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὑπὲρ ἡμῶν τὰ γινόμενα. Respexit ad Orationem Mitylenaeorum ad Peloponnesios III, 9. verum haec, quae ex illa describit, neque ibi, neque alibi, quod sciam, leguntur. *Eustathius* in Hom. Odyss. ψ'. p. 1946. scribit, Atticos primas personas singulares plusquamperfectorum in ειν per η efferre, vt ᾔδη, ἐνενοήκη, ἐπεποιήκη, pro ᾔδειν, ἐνενοήκειν, ἐπεποιήκειν, et Attica hac consuetudine vti Thucydidem. Hoc mihi nusquam, quantum nunc meminisse possum, obseruatum est. *Moeris Atticista:* Πομπεῖα, Ἀττικῶς, τὰ θυμιατήρια, καὶ τὰς χέρνιβας. ὡς Θουκυδίδης. Eadem habet *Thomas Magister* in πομπή. Habuerunt, puto, ante oculos verba Thucydidis II, 13. ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας. Nec tamen Thucydides vel ibi, vel alibi vocabulo πομπεῖα vtitur, et Attice hac significatione πομπεῖα dici, non ex illo, sed e Demosthene apud Harpocrationem, vel ex aliis Scriptoribus Atticis ostendere debuerant. *Apostolius* II. Prouerb. 80. Λειβηθρίων ἀνοητότερος. Θουκυδίδης ταύτῃ ἐχρήσατο. Certissimum est eum falli, nec vsquam hoc prouerbium in Thucydide inueniri. In *Thoma Magistro* quoque non pauca huius generis deprehendi; veluti in ἐπίτιμος: ἐπιτίμους τὰς οὐσίας ἐποίουν, quod perperam e V, 34. descriptum suspicor; in εὔγνωμον: ἄγνωμον ἀνθρώπιον; in λαμυρία: λαμυρὰ πηγή: et alia alibi; quorum quum pleraque a Clar. *Wasse*, postquam prima aliquot folia Indicis acceperam, obseruata viderim, pluribus colligendis supersedeo. De his omnibus quid dicam non habeo, nisi verosimile esse, alios ex his memoria confisos Thucydidem, quum scribebant, non inspexisse, eoque factum esse, vt vel alia, quam apud eum legebantur, scriberent, vel ei tribuerent, quae aliorum erant; alios exemplaribus ab iis, quae nunc habemus, discrepantibus vsos esse; ac denique loca quaedam, in quibus testimonio Thucydidis vtuntur, corrupta esse, vt vtrumque locum Pollucis, in quo libri scripti variant, et quidam nomen

Thucydidis non habent. Sed non satis mirari possum, quid in mentem venire potuerit *Pantino*, vt haec Graeca Apostolii III, 29. Τῆς Πυθίας ἡ γνώμη, ἣν εἶπε πρὸς Γλαῦκον τὸν Ἐπικυδίδην, Σπαρτιάτην, verteret, *sententia est Pythiae, quam apud* Thucydidem *Glauco Spartiatae* dixit, et ex Epicydide Thucydidem nobis mira metamorphosi faceret. Habuit alibi mentem, quum haec scribebat, *Pantinus*. Quod Pythia Glauco dixit, ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενὴ μετόπισθεν ἀμείνων, non in *Thucydide* est, sed in *Herodoto* VI, 86. et ex eo in *Stobaeo* Serm. XXVII. nec Ἐπικυδίδης est Thucydides. In *Apostolio* autem pro τὸν Ἐπικυδίδην scribendum est τὸν Ἐπικυδίδου, quod *Herodotus* et *Stobaeus* dicunt τὸν Ἐπικυδείδεος.

Hic iam modum Praefationi huic statuere potuissem, nisi mihi improbitas maledicentissimi et ἀποταυρουμένου illius paedagogi, quem supra tetigi, necessitatem imposuisset infamiam, qua me publice adspergere non veritus est, publice a me amoliendi. Equidem inuitus facio, vt, qui omnem vitam litium et certaminum expertem habuerim, nunc demum exacta prope aetate inadsueta manu haec arma tractare incipiam; nec dignum habuissem, cui vel verbum reponerem, si nihil praeter insciti literarum in me reprehendisset, quippe quum de ea re non melius, quam caecus de coloribus, iudicare possit. Verum quoniam vitam moresque meos criminosissime insectando me ad posteritatem infamare conatus est, nec quisquam vel in his terris, vbi mihi nocere non potest, vel in aliis, in quibus Acta Eruditorum Lipsiensia leguntur, sed pauci sunt, qui vitae meae rationes cognitas habeant, ea in me iacta esse ignorat; neminem, cui sua existimatio cordi est, fore spero, qui mihi veniam non daturus sit, si in hac re, in qua mea agitur, mihi ipse non desim, et importunissimi animalis furibundos impetus reprimendos suscipiam, fraudesque et calumnias ita palam faciam, vt nemo posthac dubitare possit, quin sycophantarum omnium improbissimus sit.

Anni sunt paullo minus quatuor, quum bibliopola, qui hic ephemeridas nouorum literariorum publicabat, in vna earum scripsit, non maximam esse de illius opera in Seneca Tragico, cuius tum nouam editionem parabat, exspectationem, quod neque ante in Epistolis Ciceronis interpretandis, neque in Epicteto et Cebete quidquam, quod magnopere laudari posset, praestitisset, atque etiam Relandi Editionem Epicteti ignorasse videretur. Hoc ille quum a me in contumeliam suam profectum leuissima suspicione ductus sibi persuasisset, amens ira et furore praeceps quinque post mensibus in Praefatione Senecae ea in me effudit, quae et ibi, et in Actis Lipsiensibus, quo loco Seneca recensetur *), legi possunt. Post tam atrocem ab eo acceptam iniuriam, neque enim magis cum vllo homine de his publicandis egeram, quam ipse, tamen me continui; quod mihi neque lege cum eo agere, quod quidam mihi auctores erant, et in alieno foro lites sequi, ac per mille tricas causidicorum et moras iudiciorum cum maximo sumtu et molestia trahi lubebat; et occasionem aliquid in publicum edendi, qua semel hac contentione defungi possem, exspectandam, neque interim hanc serram cum eo reciprocandam, putabam. Deinde, postquam vulgatum est Lipsiensium de illius Seneca iudicium, noua et inusitata quadam rabie inflammatus edito famoso libello **), et conquisitis ex omnis aeui memoria conuiciis et probrosis appellationibus, ea in me et Lipsienses euomuit, quae non modo ab homine Theologo et Philosopho, ac literarum humaniorum studioso, quae omnia se esse vult, sed ne quidem ab vllo baiulo, ἀγοραίῳ, nauta, mulione, et quidquid est huius generis abiectissimae et vilissimae terrae marisque faecis

*) [A. 1728. pag. 449. ff.]
**) [*Io. Casp. Schroederi* Notarum et Animaduersionum in Senecae Tragoedias Vindiciae, Delph. 1730. 4.]

de plaustro conuicia iacere doctae, quisquam facile exspectasset. Quae omnia, maximeque ea, quae in me vtroque scripto debacchatus est, eiusmodi sunt, vt non nisi ab immemori, vel incapace omnium non ciuis solum, verum etiam hominis officiorum bellua, aut a φρενοβλαβεῖ et imminutae mentis homine, proficisci potuerint. Horum ego malorum, quorum illud scutica dignum est, hoc helleboro indiget, neutri remedium adhibere possum: nam neque cum bestiis pugnare didici, neque artis Medicae peritus sum, et, si vel Aesculapius essem, tamen ne tribus quidem Anticyris sanare hoc caput possem.

Sed operae pretium est cognosci, quae illae tam magnae et graues causae fuerint, quae impellere coelestem animam in tantum furorem potuerint. Ipse duas adfert; alteram, quod me famam et fortunas suas dolosa criminatione petiisse dicit; alteram, quod bibliopolam ea, quae supra scripsi, me impulsore publicasse suspicatur. *Pergula pictoris, veri nihil, omnia ficta.* Nam illam se, quum Praefationem Senecae scribebat, ementiri non ignorabat; hanc vanam et falsam esse et ante eam scriptam scire poterat, et deinde, priusquam sacerrimum illum libellum, in quo eam repetit, ederet, e Lipsiensibus pro certo resciuit.

De criminatione mea quae dicit, vera, an falsa sint, hinc intelligi potest. Ante annos plus vndecim Senator quidam Delphensis, cum quo mihi vetus consuetudo erat, per literas ex me quaesiuit, quid de eo, tum inter illos, qui digni videbantur, quibus cura Gymnasii Delphensis committeretur, nominato, sentirem. Respondi, eum Graece et Latine scire, quantum ornandae illi spartae satis esset, et disciplinam scholasticam diligenter regere. Addidi, quod et ipsum apud amicum nonnihil valiturum putabam, esse eum in re angusta familiari, et numerosam familiam liberorum alere, eaque de causa nuper consilium iniuisse, cuius illum, *si ei hic manendum foret*, aliquando poenitere, vel (neque enim quidquam interest, vtro modo Latine vertas phrasin vernaculam, qua vsus sum) quod ei aliquando damnosum esse posset. Haec tantum, nec quidquam praeterea de eo scripsi. Nam quod me etiam alia sibi parum honorifica scripsisse deinde apud nonnullos sparsit, id totum non aliam ob causam, quam vt mihi iure irasci videretur, commentus est, quum ego Camarinam illam non mouissem. Quod autem de consilio illius scripseram, id eo spectabat, quod, quum sibi annua, quorum partem Pitiscus tum rude donatus acceperat, augeri cuperet, ignarus rerum hominumque, et adhuc nouus incola huius Vrbis, peruersam eius rei rationem ingressus erat, et eos sibi adiutores adiunxerat, quorum in manu id non magis erat, quam sua, eoque facto non leuiter quosdam ἐν τέλει offenderat. Hoc amicus ille meus, quem ego huic cupere credideram, quamobrem non scio, nisi quod semper detrudendi huius causa ab eo factum esse suspicatus sum; sed ille Delphis hoc ita interpretatus fuerat, vt non nominato auctore diceret, sibi Traiecto scriptum esse, illum ibi propter inopiam rei familiaris facinus viro probo atque honesto indignum admisisse, de quo ego numquam cogitaueram. Quod vbi Delphis iactari ex hoc ipso intellexi, statim ab eo, ad quem scripseram, mihi caput illud epistolae meae, quod ad hunc pertinebat, descriptum mitti petii. Quum accepissem, sine mora domum ad hominem veni, eique, quod nihil de me sinistrae suspicionis apud animum illius residere volebam, omnem rem exposui; factum, vt in quo nulla mea, sed aliena culpa versaretur, excusaui; literas, quas acceperam, ipsi legendas dare volui; quum eas legere obstinate recusaret, recitaui; quod is, ad quem scripseram, perperam interpretatus fuerat, quo pertineret ostendi, idque vel ex his verbis epistolae meae, *si ei hic manendum foret*, apertum esse dixi. Videbatur tum mihi adsentiri, nec negabat verum esse, quod de offensione potentio-

rum quorumdam dicebam, ac denique poſt multos vltro citroque habitos ſermones ita me dimiſit, vt qui mihi plane iam placatus videretur, (et quis paullo modo generoſior, etiamſi aliqua in ea re culpa mea fuiſſet, ſibi ita ſatisfieri non pateretur?) ac non multo poſt Delphos discedens nullam mihi offenſi aut inimici animi ſignificationem dedit. Haec quum ita eſſe non ignoret, quaero ex illo, qua fronte deinde haec omnia, quaſi nihil eorum inter nos actum eſſet, non impudenter magis, quam improbe, quod videbat ſcilicet adimi ſibi, niſi hoc reticeret, hanc facinoris ſui cauſam, diſſimulare, atque inſuper mentiri auſus fuerit, me *famae fortunisque ſuis nocere* conatum fuiſſe, *nec, quum tam praeclaris auſis excidiſſem, ſtolidam iracundiam cohibere potuiſſe?* quum ego ex animi mei ſententia adſeuerare poſſim, neminem fuiſſe, quem illi praelatum cupiuerim, meque non mediocriter tanto illius bono gauiſum fuiſſe, nec quidquam tum dixiſſe aut feciſſe, e quo iracundiam meam intelligere potuerit. Si me famam fortunasque ſuas oppugnaſſe, et ſibi nulla de cauſa tam iratum eſſe ſciebat, cur etiam diu poſt amicitiam, quae ante inter nos fuerat, colere voluit? Neque verum, neque probabile eſt, quod dicit. Sed fingenda erat in ſpeciem cauſa criminationis, et mendacium de literis meis calumniae praetexendum, quo ſe liberiore abuſurum ſperauit, poſtquam is, ad quem eas dederam, e medio exceſſit, qui ſi viueret, ne hiſcere quidem auſus fuiſſet. Sed mihi vel eo exſtincto non deeſt, quo conuincere ſycophantae huius fraudem poſſim, qui, vt furori ſuo colorem quaereret, animi conſcientiae quaſi vim adhibere, et prudens ac ſciens publice falſum dicere, quam me, a quo ſe alia in re laeſum modo ſuſpicabatur, non vlciſci, et vindictae cupiditati morem non gerere, maluit.

Nec verior eſt altera illa cauſa de bibliopola a me ad ea, quibus *eruditae famae* ſuae funus parabatur, publicanda impulſo. Nam quibus indiciis, quibus argumentis, quibus teſtibus hoc, quum Praefationem Senecae ſcribebat, compertum habuit? Nullis. Arripuit temere conceptam *e puellarum et adoleſcentum fabulis* (nouit quid hoc ſit), quibus ego auctor illius rei deſignabar, ſuſpicionem, et quamuis facile ſcire potuiſſet, eam vanam eſſe, tamen nihil vlterius inquirendum ratus ſibi hoc ſatis cauſae eſſe, cur me publice omnibus probris laceraret, arbitratus eſt. Qua re quam graui atque intolerabili iniuria me laeſerit, quantum flagitii, immo ſceleris admiſerit, iudicare volo omnes, qui, quid ius, quid bonum, quidque aequum ſit, intelligunt. Quid enim? nonne, quum rem non leuem aut ludicram pararet, ſed *famae* meae *veſpillo* fieri decreuiſſet, prius quam me, vt vita moribusque turpem proſcriberet, quam diligentiſſime in eam rem inquirere, et, quod etiam pueros docet, veritatem prius multum explorare, quam ſtulta praue iudicaret ſententia, debebat? Habebat hic amicos, e quibus reſciſcere, quid verum eſſet, poterat; non ignorabat, certe ignorare non debebat, me, quod famigeratores quidam ſparſerant, conſtanter negare; ac denique fictam eſſe illam de me fabulam vel ex eo, niſi furor iraque mentem praecipitaſſent, intelligere potuerat, quod bibliopolam ea, quae in eadem illa ephemeride de me falſo ſcripta erant, ſtatim proxima mutare et reſcribere adegi. An hominem id aetatis, et, quod plus eſt, Theologum et Philoſophum, quique nomen ſuum inter eos, qui ſeuera lege vitam inſtituunt, profitetur, ſine vllo certo indicio, quo arguere me poſſet, ſuſpicionibus iudicare oportebat? An, poſtquam deinde pro certo comperit, illa omnia prius Lipſiae, quam hic, edita fuiſſe, eum in illa non amplius ſuſpicione, ſed iam impudentiſſimo et incredibilis vecordiae mendacio, perſeuerare, et *repetiti* a me *facinoris atrocitatem* memorare verum erat?

Sed *praeuaricari*, id est, vt opinor, de compacto mecum agere ait Lipsienses. At quomodo de compacto? quum neque ego illis auctor fuerim ea, quae deinde hic repetita sunt, vulgandi, neque id factum ante sciuerim, quam bibliopola Traiectinus, ad quem expostulandi de his, quae de me scripserat, causa veneram, mihi chartam illam Lipsiensem praesentibus aliis ostendit. Nam quod de commercii epistolaris inter me et illos necessitudine garrit, somnium est: neque enim octo annis plus quaternas, aut summum quinas, ab iis literas accepi, ac ne quidem eos de infamibus illis Vindiciis certiores faciendos putaui. Ego porro solus sum, qui non maximam de tanti Viri eruditione opinionem habeat, vt non alius illis tam acerbi et iniqui, vt putat, iudicii auctor esse potuerit? Valde sibi placet, si hoc credit. Nam si mihi quemquam immanitati ac truculentiae illius obiicere luberet, nec paucos, nec indoctos ei nominare possem, qui idem, quod Lipsienses, iudicant; qui cur magis de illo, quam de aliis, iudicium meum requirerent, causa non erat. Sed neque solus ad illos scribo: nam et hic, Hagae, Lugduni, Amstelodami, et in aliis huius Belgii vrbibus sunt, cum quibus illis commercium epistolare intercedit. Sed vbique vaticinatur, et, quod semper malignae ac pessimae indolis habitum fuit, suspicionibus indulget, ex iisque, quod peius etiam est, conuiciandi et maledicendi causas arripit: cuius generis et hoc est, quod me ludibriorum, quibus faceti quidam homines leuitatem vanitatemque illius notandam putauerunt, vel auctorem, vel conscium fuisse satis aperte significat; de quibus mihi, priusquam ipse suo id indicio prodidit, nihilo plus innotuerat, quam de iis, quae in Luna geruntur. Qua quidem in re non satis potui mirari stultitiam hominis, qui, quod paucis cognitum erat, ipse vulgare, omniumque de se risus concitare voluerit.

Sed quid tandem in illa ephemeride tam inexpiabili in me ira atque odio dignum scribebatur? Nimirum censor ille, qui hoc suum de eo iudicium in publicum proposuit, minus magnifice de eruditione illius, quam ipse, sentiebat. Hoc erat illud laesae maiestatis paedagogicae crimen, quo δάκρυον εὖδον excitatum fuit, haec illa *repetiti a me facinoris atrocitas, propter quam sibi tacere non licuisse, quum iam superioris iniuriae memoriam deposuisset*, dicit. Atrocissimum vero et flammis vltricibus expiandum facinus, credere aut dicere velle, ludimagistrum Delphensem non inter doctissimos esse, in quo si quidquam est atrocitatis, tamen ne nunc quidem id meum facinus esse scit, nec verum est esse. Et cur, quum hoc a me ortum suspicaretur, tam grauiter iudicio meo offendebatur, nec cogitabat, non posse me de his rebus iudicare, qui ei adeo parum nomine docti dignus videor, vt, quum id mihi translaticio honore impertiti fuissent Lipsienses, exclamauerit, *risum teneatis amici?* Quo etsi nihil frigidius et scurrili vernilitate inficetius dici potuit, tamen hoc illius de me iudicio minime offendor, atque etiam vltro ipsi adsentior, me doctum non esse. Cur porro hoc potius maledictis et conuiciis, quam rebus ipsis, confutare voluit, et efficere, vt omnes hoc ab imperito et indocto iudice profectum intelligerent? Aut quid ita oblitus erat Epicteti sui, qui eum docuerat, ὅταν εἴπῃ σοι τὶς, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότ' ἴσθι, ὅτι ἄρχῃ τοῦ ἔργου, et rebus ipsis, non verbis, multo minus conuiciis, eruditionem demonstrare iusserat? Sed ille se Theologiae et Philosophiae, si quondam tenuit, praecepta nunc bona fide eiurasse rerum ipsarum documentis ostendit, et quid dicat aut scribat parum pensi habet, dum maleuolo ac superbo, quo natus est, animo obsequatur.

Nam, si quis recta ratione rem aestimet, non alia ei tanti furoris causa fuit, quam *Caecus Amor sui, Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.* Etenim quum se, qui pueris interpre-

tationes in Epistolas Ciceronis scripsisset, qui Epictetum et Cebetem sine vllo adiumento veterum et recentiorum librorum recensuisset, qui Clar. Bentleium laceſſiuisset, qui denique, quod longe maximum est, Gymnasii Delphensis Rector esset, quam spartam nactus mirum in modum cristas tollere coepit, iam aliquem esse, et sibi propter has omnes grauissimas causas inter principes huius saeculi eruditorum locum deberi putaret; minime ferendum ratus, si ego, quem infinitis partibus se indoctiorem, et prae aliis iniuriae opportunum esse credebat, contemnere se auderem, sibi exemplum in me statuendum, et maledictorum calumniarumque metu iniecto omnes, ne quid asperius de eruditione sua iudicarent, deterrendos putauit. Hac via deinde grassatus est in Lipsienses, et grassabitur semper in omnes, qui maiestatem suam magistralem venerari comiter non volent, et de doctrina tanti heroïs et prodigii nostri saeculi, diuino quodam munere ad retinendas Musas fugientes huic aetati dati, non optime existimare audebunt. *Sic dabo; age nunc, age, Phormionem, qui volet, laceſſito, Faxo eum tali mactatum, atque hi sunt, infortunio.*

Nam quantum se virum esse existimet, vel ex eo intelligi potest, quod se non obscure Lipsio, Casaubono, Grutero, Salmasio, Heinsio, et Gronouio aequat, quum sibi in vetustis scriptoribus tractandis idem, quod illis, licere putat. Verum aliter catuli olent, aliter sues, et duo quum faciunt idem, non tamen est idem. Illi omne genus Scriptores, Graecos, Latinos, veteres, nouos, a pueris dies noctesque versando improbo labore multisque vigiliis hoc tandem consequuti sunt, vt ad consummatae eruditionis culmen escenderint: huic sola dos est, quod sibi, postquam e Theologiae et Philosophiae desertore ludimagister factus est, legendis paucis quibusdam et vulgatissimis Scriptoribus, quorum explicatione pueri tirocinio linguae Latinae imbuuntur, mediocrem quamdam Latinos sonos fundendi facultatem comparauit, et Dialecticis e pristina disciplina argutiis lectores fatigare, et Virorum Doctorum verba captare nouit. Hac tumens, et sui plenus glorioſus Thraso, magnidicis verbis de Critice, deque ratione Scriptores vetustos tractandi ita differit, vt hominem oracula e tripode fundere, vel Scaligerum aliquem, aut certe vnum ex aliis illis heroïbus loquentem audire te credas: verum vbi magnifica illa dicta ad rem conferas, nihil tanto hiatu dignum, nec quidquam praeter *apinas tricasque, et si quid vilius istis*, inuenias. Quid sciat, et quam peritus sit rerum tractandarum, quibus, dum omni modo famae se ingerere nescio qua δοξομανίᾳ captus conatur, se immiscet nasutissimus ardelio, res ipsa loquitur, nec quemquam fugere potest vel mediocriter literarum peritum, qui, quae adhuc ab eo prodita sunt, inspexerit; quae cum superba illa verborum pompa nihil aliud sunt, quam quod Volusi Annales vocat Catullus.

Ille tamen non tenuiter neque abiecte de se sentit, et imparatus a veterum et nouorum Scriptorum lectione, sine qua nulla, quantumuis sollers, mentis sagacitas quidquam laudabile in studio Critico effecerit, eam sibi fiduciam studiorum sumit, vt se *Gronouii* et aliorum Doctorum *censorem* profiteri; Interpretes Senecae, *vbicumque necesse videbatur, acumine Critico compunxisse; confidentiam Criticorum sale perfricuisse, et singula quaeque ab aliis adlata iudicii rationisque seuera lance pensitasse*, gloriari non erubescat. *O te, Bolane, cerebri Felicem!* Sed crede mihi: Ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ τοῦτό σε, Τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι· καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους: et qui alios remigio rationis non vti arguis, ipse remigio alarum Icari niteris, non alium, quam hic, facturus exitum.

Et haec omnia quum paedagogici fastus et insipientis arrogantiae plena sint, nihilominus mire iactat modestiam suam, et lectores rogat, an quidquam in Gronouium vel alios magni nominis viros contumelioſe a ſe dictum offenderint. Non eſt in illos ita, vt in me et Lipſienſes, aliosque, contumelioſus; ſed non raro eos tractat vt pueros ſuos, et qui de ſe discere debeant. Nam quid hoc eſt, quum a Bentleio diſſentiens dicit: Bentleius *toto coelo errat, cauillatur, inſigniter hallucinatur, contortis argutiis Ciceronem ſtuporis inſimulat, audaci calamo refigit quae ſunt integerrima; non intellexit hunc locum, quum ita argutatur:* et de Gronouio: Gronouius *cauillatur*, eſt *lepidum commentum, lepida coniectura* Gronouii, *monſtra loquitur*, τερατολογεῖ, *non ſubſcribo leuibus coniecturis, inſignis hallucinatio, de plerisque omnibus, quae acutus ille Criticus in Seneca tanta fiducia correxit, larga ſupereſt dubitandi materia?* Et quam ſuperbe de ſe, et contemtim de illis ſcribit, quibus laudes illis ereptas in ſe transfert, quum Gronouium, quem emunctae naris et purgatiſſimae auris Virum fuiſſe vno ore quidquid vbique eſt eruditorum conſentiunt, *non calluiſſe aure legitimum ſonum*, et Bentleium *non habere tritas Ciceronis lectione aures* ſignificat. Haec ſunt praeclara illa modeſtiae paedagogicae ſpecimina, et honorifica in Viros omnis eruditionis laude florentiſſimos dicta; qui ſi iam aliqua in re aberraſſent, tamen non decebat miſellum ludimagiſtrum ac tenebrionem ita de iis loqui, quibus, ſi in coetum doctorum irrepere velit, vix dignum, qui ſoccos detrahat, aut baxeas extergeat, habiturae ſint Muſae. Et eſt hoc profecto non leui admiratione dignum, et ſingulare omnium ſaeculorum exemplum, hominem ſine vllo veterum Scriptorum vſu repente tam acutas, tam teretes, tritasque notandis illorum generibus loquendi aures nactum eſſe, vt nihil haeſitans ſtatim dicere poſſit, hoc Ciceronis, hoc Senecae eſt, hoc non eſt: niſi fortaſſis idem illi, quod quondam Melampo accidit, qui, quum ei ſerpentes lambendo aures exterſiſſent, ſubito volucrum linguas intellexit, et vates factus eſt. Verum *auriculas aſini Midae Rex habet*, et meliores ὑομουσίας, quam Ciceronianarum et poëticarum elegantiarum, arbitras.

Iam illud quam glorioſum eſt, quum de Viris quibusdam doctis, quos graculos pennis alienis ſe exornantes vocat, ita loquitur, vt qui lectoribus perſuadere velit, ſe minimo negotio animaduertere, vnde hi quaeque ſumſerint, et e quorum fontibus hortulos ſuos irrigauerint. Si haec omnia nouit tamquam vngues digitosque ſuos, qui factum eſt, vt Virorum doctiſſimorum, qui et ante et poſt Gronouium floruerunt, interpretationes et coniecturas in Seneca ſuo praeterierit? An, vt alios taceam, Heinſios et Bentleios pro obſcuris nominibus habebat, et ſua ſolius luce, tamquam fulgentiſſimi in orbe literato ſideris, eum illuſtrari volebat? An, quod plerique credent, commentarios eorum numquam legerat? Cur, quum Cebetem recentabat, vt ait, in fine ſcripſit, *cetera deſiderantur?* Nimirum quia duorum Virorum Clariſſimorum, Iac. Gronouii et Hemſterhuſii, editiones, in quibus clauſula illa, quae ab omnibus aliis abeſt, dudum legebatur, non viderat. Si tantam in ſe habet vim ac poteſtatem aſtutiae, vt nihil ei facilius ſit, quam ipſo adſpectu pennas alienas, quas ſibi aptarunt graculi, qui non parum moleſti ſunt hominibus, internoſcere, cur non ipſe paulo has iis detrahit, et alienis thesauris incubantes e clandeſtina praeda euoluit? Aut cur non melius aliquid, quam Viri omnium iudicio docti, et merito a Lipſienſibus laudati, quos e Lexicis, libellorum nomenclaturis, et alienis compilationibus ſapere arguit, componit, et in publicum emittit, vt ipſe quoque, quod adhuc conſequi non potuit, eruditorum ſuffragiis laudetur? Sed prius pili in vola enaſcentur vaniſſimo, et ignaua opera, philoſophia ſententia, aretalogo,

quam hoc possit: qui haud dubie melius famae suae consuluisset, si se intra pelliculam suam tenere, et a bonis Scriptoribus commaculandis manum abstinere potuisset.

Atque hic quum tam immodeste, tamque superbe Viros doctissimos tractet, non miror, si in me multo maiore intemperantia ac petulantia meuerit. Literarum me non magnopere peritum esse facile ei largior, etsi se earum peritiorem esse nondum cuiquam probauit: sed quod se saepe putidas ac difficiles meas nugas pro minutiis Grammaticis, tamquam pro grauissimis sublimium doctrinarum dogmatis, cum aliorum contemtu dissertantis risisse dicit, id eum argumenti exornandi causa, et vt ridiculum me faceret, vt in huius generis concertationibus solet, commentum arbitror, neque vmquam vel iurato, ita fidem apud me praemortui pudoris calumniator decoxit, credam. Sed esto: riserit. Quid tum? An vsquam lex scripta est: *Quidquid Magister Ioannes Casparus Schröderus, Gymnasii Delphensis Rector*, praetereo ceteros ridicule superbos titulos, quos nomini suo adscribit, *putidum ac ridiculum esse decreuerit, id vti putidum ac ridiculum fiet, et ab omnibus habeatur?* Non puto. Est ille quidem Rex Scholasticus, eoque regno suo non minus magnifice se efferat, quam si Persarum et Medorum imperium obtineret: sed errat, et se ignorat, nec modulo ac pede suo metiri se didicit, si credit, sibi extra territorium ius dicenti quemquam vel mediocriter literarum peritum, qui scripta sua inspexerit, pariturum; in quibus pleraque omnia adeo putida, ridicula atque inepta esse, vt nihil supra, in procliui foret demonstrare, si quis tam ignauo sanguine inquinari vellet.

Obiectat etiam mihi insanam Viris eruditis detrahendi libidinem, et Zoilum me vocat, credo, quod me suum, magni scilicet Homeri, ingenium detrectasse suspicabatur. Neque tamen ostendere poterit, me vsquam ea, qua se, verborum arrogantia aduersus Viros, quorum praeclara et omnibus nota sunt in rem literariam merita, vsum esse; quum ne illi quidem, quem vnum, quod se in rebus, in quibus nihil videbat, plus omnibus doctis sapere putabat, fortassis paullo acriore aceto perfudi, ceterorum studiorum laudem detraxerim. Sed *quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* Nam quid ipse designauit, et quam perspicua singularis inuidiae ac maledicentiae argumenta atque indicia dedit, quum Viro doctissimo tam petulanter ac proterue insultauit, vt eum pro imperito literarum et plagiario traduceret, multisque aliis conuiciis infectaretur, non aliam ob causam ei iratus, quam quod publicus in Academia literarum Professor est, quum ipse ludimagister Delphensis sit (neque enim ita celare inuidiam potest, quin perluceat), et quod a Lipsiensibus laudatus fuerat? Aut quum necessarios meos, ad quos lis nostra nihil pertinebat, et a quibus neque dicto neque facto vllo vmquam laesus fuerat, mendaciis et calumniis improbissimis lacerauit? Quorum illud liuore suffusi et maleuolentia ieiuni, hoc humillimi minimeque virilis animi est. Neque enim vllus generoso pectore puer, immo ne mulier quidem paullo erectior, iniuriam ab alio acceptam iniuria in immerentes illius propinquos vlcisci sustineat.

Illud porro quam leue ac friuolum est, quod mihi pro nouo atque inaudito crimine exprobrat, audiuisse se, quum dicerem, editionem Suetonii a Pitisco procuratam indignam esse, quae lucem adspexisset, ne quid debere tam veteri ludimagistro viderer. Hoc dixerim, nec ne, non scio. Sed Pitisci Commentariis in Suetonium nihil debeo, nisi quod me labore quaerendi multa loca Scriptorum veterum, quae docti Interpretes sine indicio librorum, capitum et versuum laudauerant, leuauerunt. Neque vmquam, quid de iis in vtramque partem sentirem, dissimulaui, atque etiam dudum publice scripsi, multa esse in iis ἀκριβείας

et inſcitiae argumenta. Id nunc, vt Magiſter Delphenſis audiat, repeto, et hoc amplius, quo magis ringatur, addo, mihi certiſſimum eſſe, ipſi bonam magnamque partem Suetonii aenigmata Sphingis eſſe.

Non lubet mihi, nec operae eſt, cetera, quae contumelioſe in me iecit, perſequi, quod fere translaticia ſunt, et vulgo ab aliis quoque, qui ſe minus doctos, quam ipſi ſe putabant, habitos indignabantur, in aduerſarios dicta. Sed quod ſe contemtum fremens impotenti naturae ac velanae irae ita frenos laxare potuit, vt illa, quae in Praefatione Senecae et infamibus Vindiciis aduerſus Lipſienſes leguntur, in me effundere non veritus fuerit, ſine more et exemplo, nec hominis, ſed importuniſſimae belluae eſt. Multas legi et meae et ſuperioris aetatis Virorum doctorum contentiones, in quibus non pauca falſa, acerbe et contumelioſe ſcribebantur: ſed qui oblitus ſuae, oblitus alienae perſonae et aetatis, nulla illius, quod publice honeſtum eſt, ratione habita, ſe irae furentis impetu eo vsque abripi paſſus fuerit, vt adverſarium ſuum impium et nequiſſimum hominem proſcripſerit, adhuc inueni neminem. Nam etiamſi illa, quibus belluinae ſuae naturae immanitatem aduerſus me incitatam dicit, feciſſem, immo etiamſi mihi probri alicuius conſcius fuiſſet, quod neque eſt, neque erit vmquam, tamen ei ius non fuiſſet mores meos publice infamare. Etenim in illo de ſcriptis eius iudicio nulla inerat morum illius reprehenſio: in priuatis literis autem licuiſſet mihi, id quod ſemper licuit, et licebit, arcanos animi mei ſenſus apud amicum, in cuius fide me adquieſcere poſſe putabam, expromere. Itaque, ſi omnino vlciſci me volebat, tamen ei non niſi par pari referre, et quod dici ſolet, iure talionis vti, non publicam vitae ac morum turpitudinis notam mihi inurere licebat: quo nomine etiam ſe a bonis et grauibus ſibique non inimicis Viris reprehenſum eſſe non ignorat; et ipſe, qui vbique pietatis non ſimulatae ſtudium praefert, quibus Theologiae aut Philoſophiae praeceptis hoc et alia furoris ſui facinora defendere poſſit, viderit. Mihi vitae morumque meorum ratio ſatis conſtat, et leue eſt a tam leui iudice iudicari. Non multo minus quadraginta annos in diuerſis huius Belgii locis vixi, et cum multis omnium ordinum hominibus verſatus ſum. Hi fortaſſis hilariores nonnullos ſermones meos et innoxios iocos audiuerunt: qui impium vllum aut nequam factum dictumue meum, ſe vidiſſe vel audiuiſſe, aut dolos ac fraudes meas expertum eſſe dicturus ſit, futurum puto, niſi qui mentiri volet, neminem. De conſcientia, quam dicit, mea, de qua neſcio quid blaterat, iubeo illum ſine cura eſſe. De ea mihi et dudum, antequam illum vidi, curae fuit, et nunc eo magis eſt, quo magis aetas iam ingraueſcens me dies numerare, et de ſarcinis colligendis cogitare iubet. Neque tamen, ſi ita non eſſet, vllius minus de ea re admonitionem, quam huius Catonis, audire vellem, in quem notum illud, Ἰατρὸς ἄλλων αὐτὸς ἕλκεσι βρύεις, ita conuenit, vt in neminem alium magis. Nam qui, poſtquam Delphos venit, conſcientias alienas ſollertius, quam vllus aruſpex fibras pecudum, rimari didicit, ſi depoſito amore ſui in ſe deſcendere, et animum ſuum excutere volet, quot, et quam immania in eo monſtra ſtabulari animaduertet? Vanam δοκησισοφίαν, intolerabilem faſtum, atrociſſimas de aliis ſuſpiciones, malignam inuidiam, implacabilem iracundiam, effrenem conuiciandi et maledicendi libidinem, et indomitam vindictae cupiditatem: quorum omnium θηρίων ſub imperio ſe teneri non tenuem quamdam ſuſpicionem, ſed manifeſtiſſima in illa Praefatione et Vindiciis documenta dedit. Si, poſtquam ſe bona fide concuſſit, nihil horum in ſe deprehendet, et ab omni horum vitiorum (de aliis hic non eſt dicendi locus) labe intactam habebit ſanctiſſimam piiſſimamque animam, per me licet dicat, *Gratias tibi ago, Domine, quod non*

sum sicut ceteri homines, et *famae securus*, quod iactat, *nouicius Sanctus* audiat. Nec tamen his rebus efficiet, quo minus a plerisque *nouus officiorum* sed immane quantum ab his, quae et vnicus Praeceptor, et ipsi illi, quos edidit, Philosophi praescripserunt, diuersorum, *Doctor* habeatur.

Sed piget me diutius in hoc luto volutari, itaque breuis ero. Ego, quae me in hac re causaque feciſſe, vel non feciſſe dixi, ea omnia, vti hic scripta sunt, ita certa, clara et vera esse, liquido, si apud Praetorem res ageretur, iurare possem. Ille quandoquidem duas, quas dixi, insaniae suae causas praetendit, iure meo ab eo postulo; primum, vt certis et perspicuis argumentis demonstret, me vel cum bibliopola Traiectino, vel cum quocumque alio, quisquis ille est, de iis, quae eum praecipitem in furorem egerunt, publicandis egisse, vel cuiquam impulsorem hortatoremque eorum publicandorum, quod ego nego et pernego, fuisse; sibique id vel tum, quum Praefationem illam et Vindicias scribebat, compertum fuisse, vel nunc quoque esse: deinde, vt proferat et in publicum edat illas quas crepat, et Delphis teneri dicit mea manu scriptas, nefarii mei aduersus se consilii indices, tabulas, vt ex iis intelligere omnes possint, verum sit, nec ne, quod ego me scripsisse, mihique ab eo, ad quem illas miseram, rescriptum esse, et ipsi dudum, quum ad eum venissem, dixi, et nunc dico. Si ostendet, me illorum, quae eum tam vehementer vsserunt, in vulgus edendorum cuiquam auctorem fuisse; si in literis meis ei benignum atque honorificum, quo mihi tum dignus videbatur, testimonium non impertitus sum: si denique in iis legentur, quae sibi scripta esse amicus ille meus dixit, quaeque me scripsisse deinde monstrum hoc hominis iactauit, causam non dicam, quin me merito plecti fatear. Sin autem; et neutrum eorum, quae postulo, faciet, iudices illi fero omnes, quibus vllus humanitatis, honestatis et aequitatis sensus est, ni sycophanta impudentissimus, ni impius et bipedum nequissimus, quae ille per scelus et rabiem in me erupit, ni denique improbus atque intestabilis sit. Propono illi conditionem non iniquam, et habet in manu, si verum dixit, victoriam. Sed iam video, quid facturus sit. Non defungetur aperta et simplici responsione, sed ad suas artes se conuertet, et turgentes verborum strophis ac πομφολυγοπλάσμασι, maledictisque et calumniis paginas emittet. His ego, vt nunc est sententia, numquam respondebo, et satis firmus aduersus talia, euomere eum, quaecumque illi splendida bilis suggesserit, sinam; neque operae pretium esse existimabo, in hominem, quem sua ipsius animi conscientia iniuriae mihi factae numquam non condemnabit, iterum stilum acuere. Ille autem, si nouit hoc Tragici, Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, Κοὐ ποικίλων δεῖ τὰ ψυχ' ἑρμηνευμάτων. Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος Νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν, ne speret, se his rebus iudicibus non insulsis, et *quid solidum crepit, et fictae victoria linguae* dignoscere peritis, fucum facturum, caliginemque offusurum, aut se et causam suam apud illos meliorem, me et meam deteriorem facturum. Nondum illis quemquam eorum, qui me norunt, a me alienauit, a se autem bonos non paucos: qui quum antea simulatione modestiae ab eo decepti non malum putassent, deinde, postquam diritatem naturae morumque suorum prodidit, ita eum auersari coeperunt, vt se eorum iudiciis confossum, laceratum et concisum esse dudum ipse intelligat. Ac ne Delphis quidem deesse audio Viros cordatos, qui et ipsum et facinus illius adspernentur ac despuant. Si qui ibi sunt, quibus factum placet, hi gaudeant et fruantur sorte sua, qui Gymnasii sui Rectorem habeant digniorem, qui asinis ac mulis curandis praeficiatur, aut vrsos in spectacula et certamina circumducat, quam cui ingenuorum adolescentum mores ac studia formanda committantur. Παρ' ἐμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Traiecti ad Rhenum a. d. VIII. K. Mai. CIↃIↃCCXXXI.

IOANNIS HVDSONI

PRAEFATIO.

BIENNIVM iam elapſum eſt, ex quo nouam pollicitus ſum Thucydidis editionem: quam amicorum quorundam, qui apud me plurimum poſſunt, hortatu ſuſcepi. Ecce promiſſi reus, tandem, aliis licet negotiis paene diſtrictus, fidem libero; Thucydidemque mea qualicunque opera recenſitum in manus tuas trado; citius certe, quam vellem: quum is ſit Scriptor, quem, niſi me decipit amor in illum meus, magni intereſt reip. literariae non ſolum quam emaculatiſſimam edi, ſed et notis uberioribus illuſtratum prodire. Verum quum, fide ſemel data, et Bibliopola quotidiano comicio librum efflagitante, mihi vix integrum fuerit editionem diutius premere; pro inſtituto meo quid in ea praeſtitum ſit, et quibus adiutus praeſidiis ei adornandae me accinxerim, mox exponam; vbi pauca de Thucydideis Editionibus et Verſionibus veluti in transcurſu praelibauero.

Auctorem hunc nobiliſſimum, vna cum Scholiis Gr. Venetiis anno MDII. *primus omnium typis deſcripſit* Aldus Manutius, *vir optimus, et de re literaria poſt natam typographiae artem praeclariſſime meritus. Hunc proxime ſequutus eſt* Bernardus Iunta *Florentiae, anno eiusdem ſeculi vigeſimo ſexto. Deinde annos post quindecim* Heruagius *Baſileae; editionem accurante* Ioachimo Camerario: *qui Scholia percenſuit, et Lectiones variantes adiecit e Codice vetuſtiſſimo, quem Ioanni Aretino donauit Eugenius quidam Conſtantinopolitanus. Nec multo poſt, tres priores Thucydidis libros edidit* Vascoſanus *Pariſiis, anno* MDXLIX. *nullis (quod quidem ſciam) priſcis manu exaratis libris inſtructus. Ille enim, quod et caeteri ante eum omnes, per Aldina veſtigia inceſſit, nec aliud (vt mihi videtur) in animo habuit, quam vt, editione omnium principe adhibita, culti huius Scriptoris textum ex coniectura emacularet. Hunc excepit* H. Stephanus; *qui Thucydidem, in quo expoliendo egregiam praeter caeteros nauauit operam, ſemel atque iterum typis ſuis elegantiſſimis adornatum dedit, anno* MDLXIV. *et* MDLXXXIX. *Compluribus vetuſtis codicibus excuſſis, loca nonnulla male affecta et luxata integritati ſuae reſtituit, alia a mendis, quae priores obſidebant Editiones, ſcite liberauit; et quaedam, peruerſas interpunctiones mouendo, notasque parentheſeos inferendo, ex obſcuriſſimis clariſſima reddidit: in Scholiis vocabula deprauata ſuſtulit, errorum monſtra profligauit, et expoſitiones, quae ſuis e locis in alienos migrauerant, proprias ad ſedes reduxit. Nouiſſimus omnium Auctori huic operam addixit* Aemilius Portus: *qui et aliam ſpecioſam admodum molitus eſt editionem Francofurti, anno* MDXCIV. *Caeterum nullis in auxilium aduocatis exemplaribus MSS. Stephani impreſſis adhaeſit, niſi quando (quod paſſim accidit) erratis typographicis laborat.*

Interpretationem quidem Latinam quod attinet, primus omnium Thucydidem noſtrum Latio donavit Laurentius Valla. *Sed incuriam et negligentiam (grauiori enim verbo uti non libet) ſummam vbique prodit; quod oſtendunt H. Stephani, qui verſionem eius recognouit, emendationes, interiori Editionis ſuae margini appoſitae. Haud longo poſt interuallo nouam verſionem publico dedit* Vitus Winſemius *Witebergae, anno* MDLXXX. *diſſimili quidem oratione ac ſtilo, non diſpari tamen ſucceſſu. Poſt eum, operis difficultate nihil deterritus, ſpartam hanc adornauit* AEmilius Portus; *qui Stephani veſtigiis inſiſtens, patriſque commentarios accurate ſequens, Metaphraſtae fideliſſimi defunctus eſt officio; quicquid autem, ad Thucydidis ſenſum familiarius explicandum de ſuo addidit, vncis incluſit, vt facilius dignoſci et ſecerni poſſit, et ne quid lectori fraudi eſſet. Vltimus omnium opus integrum aggreſſus eſt* Georgius Acacius Enenckel: *qui, ſi dictionis elegantiam et ſermonis puritatem ſpectemus, caeteris palmam prae-*

ripuit; hac tamen boni interpretis dote meo iudicio superior illo erat AEmilius, quod Graeca satis intricata et perplexa ordine dilucidiori exponat, et obscura luce maiori perfundat. Hi fere sunt, qui totum Thucydidem in linguam Latinam transtulerunt: caeteri, quibus cum Thucydide res erat, orationes aliquot sibi delegere, in quibus elaborarent; aut descriptionem aliquam insigniorem, in qua eorum opera enitescerent; horum in numero censendi sunt viri eruditionis laude sui seculi principes, Casa, Camerarius, Canterus, Paulinus, Veratius, *et* H. Stephanus.

Hactenus de iis, quorum cura et industria perpolitus ad manus nostras deuenit Thucydides. Quid post tot illustria nomina contulerim ipse, paucis accipe. In textu exprimendo (cuius mihi prima fuit cura et antiquissima) ad Stephani editionem posteriorem haec nostra conformata est; idque tanta fide et religione, vt vix latum vnguem ab ea discesserim: eorum officiosam procul habens diligentiam, qui verba Auctorum dictatoria licentia plerumque in deterius immutant, et suspiciones suas pro genuinis Scriptorum dictis venditant et inculcant. Verum, vbicunque Stephanus seu codicum Fuggerianorum (vt puto) auctoritate, seu iudicio suo, quo valebat acerrimo, subnixus, aliquid innouârit, ac ab editione Aldina aliaue quauis recesserit, accurate verba ipsa subnotaui. Codices etiam MSS. quos comparare vndecunque licuit, haud perfunctorie relegi, et cum excusis ea, qua par est, diligentia contuli. Codicem vnum mihi, cum primam operi manum admouerem, suppeditabat Bibliotheca Norsolciana; alium Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxon. qui Claymondi primi praesidis, viri suo aeuo celeberrimi, olim fuerat; tertium, qui conciones tantum complectitur, Bibliotheca nostra Barocciana, Bodleianae pars non ignobilis. Postquam autem editio haec nostra paene ad vmbilicum perducta esset, duos porro melioris notae codices ope virorum amicissimorum obtinebam: vnum ex instructissima Bibliotheca illustrissimi, ac eruditione non minus quam natalium splendore longe nobilissimi, Henrici Comitis Clarendoniae: alterum pro singulari sua humanitate, conatusque literarios promouendi studio, mittendum curauit vir omni laude maior Ioannes Georgius Graeuius. Lectiones variantes tam e Codd. impressis, quam manu scriptis pridem excerptas, legentium oculis qualibet in pagina subiecci: serius autem aduectas in Appendice fideliter repraesentaui. Quod si cui minus arrideat, quod minutissimas quasque varietates, quae non erant manifesta librarii sphalmata, anxie et solicite conquisiuisse videar: sciat delicatulus huiusmodi Lector, minutula ista mihi laboris improbi taedium non parum auxisse, sibi autem moram nullam iniicere, molestiamue facessere. In iis quidem non verti Graeciae fortunas libenter agnosco; sed neglectis istis, Auctori saepe decedere gratiam et venustatem, aut peculiarem quandam sermonis elegantiam, agnoscent omnes, quibus sanum in hisce rebus iudicium. Imo vero in tam ampla segete delectum adhibere, verborumque etiam apices et minutias praeterire eo minus placuit, quod Thucydidem πολυσυνδεσμότατον esse notet Scholiastes, *et vocalium concursationem minime fugisse scribat* Cicero. *Quid quod, si singulorum arbitriis standum esset in eliminandis lectionibus, idem paginae nostrae euenturum credo, quod seni in fabulis; qui a puella vetulaque adamatus, hac nigros, illa albicantes capillos vellente, subito caluus apparuit. Textui, in hunc quem dixi modum accurato, et ad leuandum lectoris fastidium in tmemata siue sectiones distincto, Latinam* AEm. Porti *versionem suppositi. Quod autem de loco, quem versiones fere obtinent, dimoueatur, id plane in causa est, quod huiusmodi non sit, vt aequis passibus cum Graeco Thucydidis textu ambulare mereatur: ne dicam, quod hoc pacto nitoris et elegantiae nescio quid accrescat paginae, liberque commodiorem in molem sit redactus. Interpretationi autem huic non adeo seruiliter memet addixi, vt eam, prout sensus exigit, paululum immutare non sustinuerim; itaque in consilium adhibui versiones Latinas caeteras omnes, vt et Gallicam* Ablancurtii, *et Anglicanam* Hobbesii: *(quem, vt obiter id moneam, fontes Graecos non adiisse acerbe magis, quam iuste, queritur Auctor notarum ad Marmora Oxoniensia.) Hasce translationes, quae mearum castigationum praecipuus fundus erant, cum textu*

Graeco inter legendum commiſi: et vbi nodus aliquis vindice dignus occurrit, iſtorum etiam interpretum ſententias poſt variantes lectiones appoſui.

Infimam paginae partem occupant Scholia antiqua, quae H. Stephanus (cuius ad exemplar iſta edidi) Marcellum *quendam auctorem habuiſſe tradit *) ex Cod. vet.* Corinthi de dialectis; *ſi tamen vnius et non potius diuerſorum et diſſimilium ſint enarrationes, ad oras codicum primitus adſcriptae, et poſtea in vnum faſciculum congeſtae. Vt vero lectores illos eruditiores demerear, qui praeter hiſtoriam ipſam, textumque emaculatum, temporis etiam, quo quaeque geſta ſunt, notitiam deſiderant, Chronologiam accuratiſſimam, quam mecum communicauit* Henricus Dodwellus, *temporum emendator longe maximus, exteriori cuiuslibet paginae parti ab initio libri ſecundi apponendam curaui.*

*Haec de ſumma operis. Reſtat, vt de iis, quae ad vberiorem cultum et lucem huius Hiſtoriae adiecta ſunt, paucis agam. In aditu libri, vitam Thucydidis per Marcellinum itidemque per Anonymum et Suidam deſcriptam exhibui, cum notulis quibusdam, quae ad illuſtrationem faciunt. His ſubtexui Elogia Auctorum ac iudicia de Thucyd de: plura daturus ex Dionyſio Halicarnaſſeo, niſi quod in Thucydidem ſe paulo iniquiorem oſtendat; criticumque calamum in auctorem probatiſſimum ſtrinxerit, cum iuuenis eſſet, iudiciique parum ſubacti, vt apparet ex Stephani Schediasmate, quod annotationibus **) ſubiunxi. Tum vero et tabulas duas Geographicas, vnam Graeciae, Siciliae alteram, hiſtoriae huic in primis accommodatas, ſuis in locis inſerendas dedi. Tabulam Graeciae, vulgatis aliquanto forſan caſtigatiorem, partim ex hiſtoria ipſa delineaui, partim ex chartula, quam mihi perhumaniter commodauit inſignis ille Mathematicus,* Edmundus Halleius. *Siciliae alteram maxima ex parte* Philippo Cluuerio *acceptam debeo, in Siciliae Geographia exercitatiſſimo. Hiſtoriam ipſam ſequitur Epitome eiusdem per* Georgium Acacium, *vt et Argumenta concionum per* Iobum Veratium, *et Proparaſceue* H. Stephani *ad lectionem Scholiorum. His ſuccedunt prolixiores* Stephani *et* Palmerii *Annotationes, quae lectionibus variantibus commode interſeri non potuerunt: quibus ex Porti et Aca ii commentariis notas hinc inde delibatas immiſcui, quae forte ad obſcuriorem aliquem locum explicandum quidquam conferunt: noſtris parcius et modeſtius additis ſine nomine. Plura forſan in hanc editionem contuliſſem, ſi per temporis anguſtias huic negotio maturius et diutius vacare licuiſſet; aut ſi* Camerarii *libelli notarum in Thucydidem copia quoquo modo facta eſſet, quem noſtris in terris et Bibliothecis fruſtra et diu requiſiui; aut ſi demum tempori huic veniſſent ſchedae doctiſſimi* Frederici Roſtgaardii, *nobilis Dani, qui pro ſummo, quo bonas literas proſequitur amore, vltro recepit ſe cum editis Scholiis collaturum MSS. quae in Regia Bibliotheca Pariſiis repoſita ſunt. Quae ſi ad manus in poſterum tempeſtiue peruenerint, daturum me ſpondeo mantiſſae loco ad Annales Thucydideos, quos Clariſſimus Dodwellus noſter in lucem propediem miſſurus eſt, vna cum Diſſertatione de Anno Attico veteri.*

Opus claudunt Indices tres, de nouo confecti, vberiores et emendatiores, primus Latinus, rerum memorabilium: ſecundus Graecus, verborum et locutionum inſigniorum: tertius, Auctorum a Scholiaſte citatorum. Adiecta ſunt errata, quae ex collatione textus noſtri cum MSS. Clarendonio et Graeuiano deprehendi. Vale. OXONIAE e Collegio Vniuerſitatis Kalendis *Ianuariis* $169\frac{5}{6}$.

*) Vide ***Henr. Stephani*** Animaduerſiones ad libellum de Dialectis Graecis, p. 27.

) Id in hac [Duker.] Editione legitur poſt Epiſtolam ***H. Stephani* ad Lectorem. Epitomae ***Acacii*** in fronte cuiusque libri poſitae, et ***Veratii*** Argumenta Concionum omiſſa ſunt, auctore Clar. ***Waſſe.***

HENRICI DODWELLI

Praemonitio ad Lectorem.

HABES hic, Amice Lector, antiquissimi omnium, quos habemus, Annalistae *annos* ad marginem Editionis huius designatos, vt vno deinceps intuitu, quibus in temporibus versëris, intelligas. Incipiunt *anni* illi a Libro *secundo*, vnde suos ipse quoque *Thucydides* contexuit *Annales*. Prooemii enim vicem praestat Liber primus. *Annus* omnium *praecipuus* is est, quem arcessit Auctor ab initio *Belli Peloponnesiaci*. Hinc enim annum Belli *primum*, *secundum*, et sic deinde reliquos ipse numerauit. Hos autem annos non a rebus *gestis*, sed ab Anni potius *tempestate*, qua Bellum erupit, arcessiuit: a *mensibus* nimirum Anni Attici *vernis*, qui quidem in Anno Embolimaeo *quatuor* numerantur, in Anno communi *tres* duntaxat, ante initium *Hecatombaeonis*. Ita menses illi *verni* aestiuis *tribus* additi *Aestatem Thucydideam*, quae anni integri *ciuilis* pars *dimidia* erat, absoluebant. Inde *Hyemem* eiusdem similiter *semestrem* implent menses *autumnales tres*, mensibus *hyemalibus* proprie sic dictis, ipsis quoque *tribus*, adiuncti. Hic *annus* nec cum anno *Attico* concurrebat, nedum *Olympico*, multo minus *Varroniano*. Proinde necessarium duximus, vt singulos *Belli annos* cum annis *Atticis*, atque adeo *Olympicis duobus*, et *Varronianis* similiter *duobus*, committeremus. Ita nimirum, vt *prior* Anni pars cum Annis *Atticis*, *Olympicis Varronianisque prioribus* concurrerit, *posterior* autem cum *posterioribus*. Id quoque operam dedimus, vt, *quota* pars illa fuerit, quae in Annos illos *Ciuiles* inciderit, vno etiam intuitu, Lector intelligeret. Eo spectat, quod *duplicium notarum*, quibus *Anni* Belli Peloponnesiaci *partes* designantur, *minores* aliae sint, aliae paulo *maiores*. Minores illae *partem Anni* indicant *minorem*, maiores autem partem similiter *maiorem*. Sic *Annus* Belli Peloponnesiaci *primus* idem dicitur *Olymp.* 87. $\frac{1}{2}$. Quoniam scilicet pars anni longe *minor* in annum *Olymp.* 87. 1. incidit, pars autem longe *maior* in annum eiusdem *Olympiadis* 2. *Olympiadum* autem annos per annos *Atticos Archontum* distinximus. Non quod *vna* coeperint, sed quod eorum initia *non longe* inuicem distarint. Coepit enim *Annus Atticus* ab *Hecatombaeonis* ciuili *Nouilunio*, quod *Cycli* saltem *initio*, primum erat a *Solstitio Aestiuo*; *Olympicus* autem a ciuili *Plenilunio*, Luna nimirum XI. mensis, qui etiam ipse, Cycli *Eliensis* initio, numerabatur ab eodem Solstitio *primus*. Nos tamen res ab *Athenienſibus* gestas anno potius *Attico*, qui *Olympico* respondebat, non ipso *Eliensi*, designandas existimauimus. Idque pro mente etiam *Thucydidis*, qui foedera *Archontibus Atticis*, quorum Magistratu inita fuerint, insignita retulit. Nondum enim, cum scriberet ille, in vsum *Graeciae* vniuersae *chronologicum* venerant *Olympiades*. Postea tamen venerunt, vt proinde locus *Archontis Attici* in Epocha *Olympiadum* deinceps in *Chronologia Graeca* fuerit vtilissimus. Itaque pars illa *prior*, quae Anno *Attico* respondebat illi, qui numerabatur *Olympiadis* LXXXVII. primus, mensibus constabat *Atticis Vernalibus*, et quidem *solis*. Caeteri deinde ab *Attico Hecatombaeone* menses ad menses *Vernales* proximos, ad *Olympiadis* praedictae annum *Atticum secundum* referendi erant, a cuius mensibus itidem *Vernalibus* annus inibat Belli Peloponnesiaci *secundus*. Sic itaque conferendi sunt inuicem anni *Belli Peloponnesiaci* cum annis *Olympiadum Atticis*.

Eundem porro Belli Peloponneſiaci *annum* numeramus Epochae ab Vrbe Romana Condita *Varronianae* 32¾. Annos autem Epochae *Varronianae*, quales hodierni ſunt, vbique *Iulianos* intelligimus, qui a *Kalendis* ineunt *Ianuariis*. Maior nota eſt anni *Varroniani* 323. Inde Lector intelliget, *maiorem* anni *Thucydidei* partem anno *Varroniano Iuliano* conuenire praedicto 323. *minorem* autem fuiſſe, quae proxime ſequentis anni *Varroniani Iuliani* 324. *Kalendas* ſequebatur *Ianuarias*. Sic ergo facile contendet Lector Hiſtoriam *Thucydidis* cum aliis *Graecorum* temporibus per Epocham *Olympiadum;* cum *Romanis* autem per Epocham Vrbis Conditae *Varronianam*. Diem enim *Iulianum* ſi quis velit cum anni *Romani veteris* die conferre, id quoque Nos, in *Praelectionum Hiſtoricarum Appendice*, quo pacto faciendum ſit, oſtendimus. *Rationes* autem, quibus *Anni Attici* formam, nondum a Chronologis eruditiſſimis conſtitutam, eruimus, et ad formam *Iulianam* redegimus hodie notiſſimam, noſtris trademus de *Anno Attico veteri* Diſſertationibus, breui ſecuturis: neceſſariis plane non ad *Thucydidem* tantummodo, ſed omnes, quicunque etiamnum exſtant, *Graecorum* Hiſtoricos. Nec enim in illis duntaxat, quibus verſatur ille, *temporibus*, Anni formam conſtituimus; ſed per illa quoque Secula *omnia*, quibus geſta *menſium Atticorum diebus* deſignata vlla legimus. Alias vero *Notas* temporum *Thucydideas* in *Annalibus* explicabimus *Thucydideis*, qui etiam ipſi praedictas *Diſſertationes* comitabuntur, vna cum Cyclorum Menſiumque *tabulis*. Vale, Lector, ſtudiisque noſtris faue. Scias autem, quae hic pollicemur, iam praelo eſſe ſubiecta. Scribebam *Oxonii*, viii. Id. *Septemb.* Anno Aerae *Chriſtianae* receptae MDCXCV.

HENRICVS STEPHANVS

IOACHIMO CAMERARIO S. D.

REDDITAE mihi fuerunt literae tuae, Ioachime cariſſime, breues illae quidem, ſed longae a me ſaepius relegendo factae. Miras enim quasdam prae omnibus ſuperioribus amoris tui blanditias auribus meis inſtillabant. Verum de munuſculo (ne ſis neſcius) nihildum ad me praeter exſpectationem peruenit. Pro quo tamen non ſecus ac iam accepto, et gratias tibi ſingulares ago, et ἀντίδωρον, Thucydidem meum Latinum, vna cum Graeco, viciſſim mitto. Quidni enim meum appellem, cuius debetur maximis meis ſudoribus editio? Sed eorum, quantumuis magni fuerint, ſi feliciter ſudatos eſſe cenſebis, nequaquam me poenitebit. Quid dico, feliciter? Imo, ſi duntaxat, non omnino infeliciter in hoc opere deſudaſſe me iudicaueris, mi Ioachime, beaueris. Quantus quidem certe fuerit, qui ſudores illos prouocauit, labor, vel ex eo poſſis coniecturam facere, quod non aeſtate, nec interdiu, ſed mediis mediae hyemis noctibus, in medio Aquilonis regno ſudati a me fuerunt. Quid? (inquies) adeone te lucubrationes intempeſtiuae delectabant? Minime vero: ſed poſtquam typographica totius diurni temporis negotia varias in partes animum meum diſtraxerant, quid praeter nocturnas horas relinquebatur? Totum ergo diem partim domi cum variis mearum operarum ingeniis altercatus, rixatus, tumultuatus, digladiatus, et variis typographicis officiis ad eas in officio retinendas functus, partim foris multiplicia negotia eaque non admodum mihi iucunda exſequutus, tum demum, quum tenebrae oppreſſiſſent, ad recognitionem interpretationis Vallae (bellam ſcilicet animi relaxationem) me conferebam. Ibi ſaepe mihi contingebat, dum diſtractum ac veluti ſparſum animum recolligere conarer, χασμᾶσθαι καὶ σκορδινᾶσθαι: ſaepe etiam, dum hinc loci alicuius Thucydidei obſcuritas animum angeret et cruciaret, illinc temporis anguſtiae premerent, ἀλιγγιᾶν καὶ σκοτοδινιᾶν. Ecquid te mei miſerebit, haec legentem, mi Ioachime? Si te bene noui, miſerebit. Sed id tamen non prius plane perſuaſum habebo, quam duplicem ex hac tua commiſeratione fructum percepero: vnum, vt eo te aequiorem mei laboris cenſorem praebeas, quo iniquius mecum, dum eum ſubirem, actum eſt: alterum, vt mihi poſthac operam tuam denegare deſinas. Equidem, quum a te repulſam in huiusmodi rebus patior, ea mihi cum omnibus ſtudiorum humanitatis cultoribus communis eſt, eam, quotquot ſunt veterum ſcriptorum amatores, quotquot Muſas colunt, ipſae denique Muſae mecum patiuntur. Scribit Plato (quod tu non ignoras), nos non nobis ſolum natos eſſe, ſed ortus noſtri partem a patria, partem a parentibus, partem ab amicis vendicari: quid? non putas arctiſſimo quodam neceſſitudinis vinculo inter ſe iunctos eſſe (etiamſi ſint οὔρεα πολλὰ μεταξὺ καὶ ἠχήεσσα θάλασσα) quos eaedem iisdem ſacris ſorores initiauerint? Canit ingenioſiſſimus ille poeta:

Sunt tamen inter ſe communia ſacra poëtis,
Diuerſum quamuis quisque ſequamur iter:

quidni et de caeteris artibus ac disciplinis idem dicamus? Sed quum hae variae ſint, quo te pluribus illae ſorores excoluerunt atque erudierunt, eo tibi cum pluribus hominibus con-

iunctionem illam intercedere fatearis neceſſe eſt. Quinetiam quo maioribus ſingularum opibus te cumularunt (quid enim ad multiplicem, quam tibi largitae ſunt, doctrinam addi poteſt?), eo certe magis in animi ingrati crimen incurres, niſi te totum litterariae illarum reip. (cuius te velut columen eſſe voluerunt) ita dedas, ita illius commodis inſeruias, vt omnia omnium principum atque adeo regum negotia illis, tanquam profana ſacris, poſthabenda ducas. Sed de his hactenus. Quid autem meis illis ſudoribus effecerim (efficere quidem certe conatus ſim, atque ex parte, ni fallor, effecerim), non circa Thucydidis interpretationem duntaxat, ſed et circa Graecum eius, vt vulgo loquimur, textum, itemque circa Graeca in eum ſcholia: ex epiſtola lectori inſcripta (ſi legere et vacabit, et graue non erit) plane atque aperte intelliges. Vale, et me amare perge.

Scripta iam erat epiſtola, quum verſuum quorundam recordatus ſum, quos a me nuper inter equitandum luſos in hunc auctorem, mittendos ad te, tuumque de illis iudicium exſpectandum cenſui. Quod ſi meam iſtam equeſtrem (vt ita loquar) muſam alteri meae pedeſtri praeferendam iudicaueris, ſuperioribus petitionibus hanc nouam addam, vt tu, qui et φιλιππότατος et ἱππικώτατος haberis, ad deligendum mihi aliquem bucephalum omnem illam tuam conferas ſolertiam, vt ego, inuectus equo μεγάλῳ, μεγαλείους μεγαλωστὶ pangam verſus. Interim hos accipe, ἐπὶ πονηροῦ ἱππαρίου ἀκαλλιθοξυβωδομουσοταχυπατάκτους.

Hi verſus, quorum primus eſt: Ὦ ξένε, εἰ μύθων πολυδαίδαλα ψεύδεα δίζῃ, *leguntur inter Elogia et Iudicia de* Thucydide *ab* Hudſono *collecta.*

HENRICVS STEPHANVS

LECTORI Thucydidis Studioso S. D.

VTINAM, Lector, ista mea Thucydidis editio, multorum votis eam iampridem auidissime expetentium respondeat: hoc saltem de ea, qualiscunque est, affirmare non verebor, eiusmodi esse, quae et meam ipsius spem, et quam aliis concitaui exspectationem, longe superet. Multo enim plura, quam me praestiturum aut sperassem, aut cuiquam pollicitus essem, praestita esse comperientur. Quum autem tres in partes diuisum sit quicquid studii atque operae in hunc auctorem contuli, (partim enim circa ipsum Thucydidis contextum, partim circa scholia ei apposita, partim circa Latinam eius interpretationem meus versatus est labor) in tres itidem partes meum sermonem diuidere, et de horum vnoquoque sigillatim, eo quo proposita sunt ordine, pauca differere instituí.

De primo igitur hoc tibi primum persuade, me in conquirendis, more meo, veterum codicum lectionibus curam et diligentiam quantam potuerim maximam adhibuisse: nec minori tamen cum religione, quam in aliis, quos antehac edidi, auctoribus, diuersas editionum superiorum lectiones (praeter eas, quae manifeste deprauatae erant) vel in ipso textu, vel saltem in margine retinuisse. Imo alicubi nimis etiam (vt ingenue fatear) religiosus fui: quippe qui ipsemet postea in locis aliquot, quum eos per otium attentius expenderem, lectiones margini a me appositas esse animaduerterim, quas in ipsum potius textum recepisse debueram. Ac vereor, ne mea in hoc quoque reprehendatur religio, quod nonnullas plane absurdas expungere ausus non fuerim. Sed ita me iampridem comparaui, vt malim timiditatis in rebus huiusmodi, quam audaciae, culpam sustinere. Hoc erat, quod tibi primo loco exponendum censebam. Sequitur alterum, in re parui momenti positum, (vt quidem prima fronte videri possit) sed cuius maximum esse pondus, quotidie in legendis auctoribus experimur. Qua igitur in re alterum illud versatur? In interpungendi ratione. Quantum enim obscuritatis huic auctori, nimium iam obscuro alioqui, ex praeposteris interpunctionibus accessisse existimas? Tantum accessit, meo quidem iudicio, vt ipsummet Thucydidem antehac multos suae historiae locos in superioribus editionibus legentem, diu dubitaturum et haesitaturum fuisse existimem. Vallae certe saepenumero suorum itidem exemplarium peruersae interpunctiones magnorum errorum ansam praebuerunt. Quae omnia in meo Annotationum in Thucydidem libro exemplis probare decreui. Iam vero et typographicas parentheseωs notas plurimis locis sic inseruimus, vt ex obscurissimis clarissimos reddiderimus. Si quis tamen roget, an omnes praeposteras distinctiones loco suo mouerimus, an quaecunque omissae erant addiderimus, an item parentheseωs notis quaecunque includenda erant inclauserimus, tam exactam sane diligentiam nobis non arrogabimus, sed multa huiusmodi praetermissa esse fatebimur, quorum aliqua in calce interpretationis Latinae breuiter indicauimus, tantisper dum et ea ipsa et alia insuper multa in illo nostro Annotationum libro latius exponeremus. Sed quod ad parentheses (id est parentheseωs notas) attinet, vt aliquas per imprudentiam, ita etiam nonnullas consulto praetermissas esse scito, in iis nimirum locis, in quibus, quum Thucydides vti parenthesi primo adspectu videatur, eam si quis propius inspiciat,

pſeudoparentheſis eſſe comperitur. Quae niſi deprehendatur, quos occuparit locos, ſic involutos impeditosque, et (vt ita dicam) λαβυρινθώδεις relinquit, vt ex illis ne ipſe quidem Daedalus ſe euoluere expedireque poſſit.

De Scholiis ſecundo loco nobis dicendum eſt, id eſt, de nauata a nobis in illorum editionem opera: ſi tamen prius noſtram de illis expoſuerimus ſententiam. Quisquis igitur ea leget, non vnius, ſed diuerſorum, et quidem longe diſſimilium, enarrationes eſſe ſciat. Diſſimilium autem, non habita tantum ratione temporis, ſed multo etiam magis doctrinae, dico. Nonnulla enim quendam vetuſtatis πῖνον, et quandam eruditionem ἀρχαιοπρεπῆ (vt ita dicam) prae ſe ferunt: nonnulla contra Graeculorum ludimagiſtrorum, non multo aetate noſtra ſuperiorum, triuialem neſcio quam doctrinam redolent. Hunc autem ſcholiorum velvti cinnum inde ortum eſſe arbitror, quod quum margini vetuſtiſſimorum Thucydidis exemplarium in paucos duntaxat locos enarrationes priſcorum virorum eorumque doctiſſimorum, breues (vt mos eorum temporum ferebat) adſcriptae eſſent, illorum itidem codicum margini, qui multis poſt annis deſcripti fuerunt, ſuas adſcribendas cenſuerint, qui tunc aliquod inter ſuos nomen ob veteris linguae Graecae cognitionem adepti erant. Hinc, inquam, factum eſſe arbitror, vt in his ſcholiis mala ſint permixta bonis, vel potius peſſima optimis: ideoque ſummum adhibendum eſſe in eorum lectione iudicium praemoneo. Nec vero dubium eſt, quin hunc in auctorem multo plura ſcripta fuerint illis, quae ad nos peruenerunt: quae ſi omnia exſtarent, facilius multo de Phoebammone, de Aſclepio, de Antyllo (quorum ſententiae interdum in his ſcholiis proponuntur) iudicium ferri poſſet. Haec de ipſis ſcholiis habui quae dicerem. Supereſt, vt, quid noſtro circa ea labore effectum ſit, intelligas. Effectum eſt nimirum, vt quae antea plurimis in locis ex vtilibus inutilia reddita fuerant, atque adeo lectorem turbabant etiam, nunc ſummo cum fructu a quolibet, qui modo attentionem adhibeat, legi poſſint. Quid vero ea prius inutilia reddebat? Partim ea, quae in illis paſſim occurrebant, deprauata vocabula, partim (et multo quidem magis) quae ſuis e locis in alienos migrauerant expoſitiones. Saepe enim in aliqua verba expoſitio afferebatur, quae cum illis nullo modo conueniebat; quomodo autem conuenire potuiſſet, quum non ad ea, ſed ad alia, multorum verſuum, interdum et multarum paginarum ſpatio inde diſtantia, pertineret? Cuius permutationis, aut potius perturbationis, exempla plurima partim ex noſtrae editionis cum ſuperioribus collatione, partim ex noſtro Annotationum libro tibi ſuppetent: in quo et illa ſcholia, quae in ſuas ſedes nondum reducta fuerunt, (ſubterfugerunt enim noſtram feſtinationem aliquot eorum, quae migrauerant) reducere, et quae ſuperſunt in illis depraуationes tollere, magna ſaltem ex parte, conabimur.

Postvlat qui a nobis eſt propoſitus ordo, vt iam de Latina Thucydideae hiſtoriae interpretatione dicamus. Vallae igitur interpretationem quum recognoſcendam ſuſcepi, non tam duram me prouinciam, quam poſtea expertus ſum, cepiſſe exiſtimaui. Quam enim obſcurus eſſet Thucydides non eram neſcius, verum meliori fide verſatum eſſe Vallam in illo interpretando, et omnia ſuae aetatis oracula, ad eruendum ex obſcuriſſimis quibusque locis ſenſum, conſuluiſſe credebam. Animum etiam addebat Gallica Claudii Seyſſellii Epiſcopi Maſſilienſis interpretatio, quam mihi ſummopere amici quidam commendauerant. Sed vbi ad rem ventum eſt, me συχνὴν ἐπικουρίαν fretum eſſe comperi. Primum enim, ad Vallam quod attinet, vix ſatis mirari poſſum illius partim inſcitiam, partim negligentiam: inſcitiam, quum in male vertendis quibusdam locis, qui plane ſimiles ſunt, ſui et ipſe ſimilis eſt, ſibique in ſuo

errore conſtat: negligentiam, quum locos ſimiles, et interdum plane eosdem, vno in libro recte, in altero peſſime interpretatur. Miror etiam, quî fieri potuerit, vt qui de Latinae linguae elegantiis ſcripſerit, tam ineleganti plerumque (ne quid grauius dicam) ſermone vſus ſit: ac praeſertim quomodo temporum vſum tam pueriliter multis in locis confuderit. Adeo quidem, vt vix adduci potuerim, vt hanc interpretationem ab eo poſt ſcriptas Latinae linguae elegantias editam fuiſſe crederem. Sed hac de re aliorum eſto iudicium: eum certe malae in interpretando fidei aperte conuincunt meae infinitis propemodum in locis emendationes, margini appoſitae: ac potiſſimum in concionibus, quae quo difficiliores reliquo ſunt opere, eo magis a me in earum elaboratum eſt recognitione: ac primo certe eam ſolam interpretationis partem inſtitueram recognoſcere. Hactenus de Latino interprete. Quid autem Gallicus ille nobis attulit? Riſum ſaepenumero maximum. Atqui ſe Laſcarin conſuluiſſe dicit. Eius enim haec verba ſunt, de Gallicis Latina facta: *Quum hiſtoriam hanc percurrere coepiſſem, tot mihi res intellectu difficiles in ipſo limine occurrerunt (et quidem in concionibus potiſſimum, quae, Cicerone teſte, ſemper a doctiſſimis etiam obſcuriſſimae ſunt habitae), vt iam ab incepto propemodum deterrerer. Praeſertim vero quod Latina Laurentii Vallae interpretatio perobſcura mihi eſſe videretur. Ac incepto deſtitiſſem profecto, niſi Ianus Laſcaris, hunc auctorem ſummopere mihi praedicando ſuamque operam in recognoſcenda illa interpretatione pollicendo, me confirmaſſet.* Haec ille: quem de conſulto a ſe Laſcari (quo ne Valla quidem certius vllum oraculum conſulere potuiſſet) verum dicere, facile mihi perſuadeo: ſed paucis tantum in locis adhibitum fuiſſe in conſilium comperio: in quibus nimirum, quum Vallae mentem ſibi aſſequi non videretur, ex Laſcaris ore exceptam multo meliorem interpretationem ſequutus fuerit. Nam paſſim alibi tantum abeſt, vt meliorem afterat, vt multis in locis, in quibus Vallae interpretatio ſtadiis tantum paucis a Thucydidis ſenſu aberrarat, hic multis paraſangis ab eodem aberrauerit. In cauſa eſt autem, quod, vt Valla plerumque diuinum potius quam interpretem Thucydidis egerat, ita hic Epiſcopus viciſſim Vallae ſenſum diuinabat potius, quam interpretabatur. Nec vero minus infelix (imo ſaepe infelicior) illius circa Latina, quam huius circa Graeca, erat diuinatio. Atque vt ex magna exemplorum turba vnum deligam, pulcherrimum ex Libro VIII. locum proferam, pag. 566. huius editionis [Duck. ſ. VIII, 96.] ex quo illi ipſi amici, qui hanc interpretationem laudibus apud me extollere ſolebant, quantum ſua eos opinio fefellerit, quantoque mihi credulitas mea conſtiterit, intelligant. Idem certe, quod illis, aliis multis contigit, qui ſparſam de hac interpretatione famam, ἀβασανίστως (vt noſtri Thucydidis verbis vtar) παρ' ἀλλήλων ἐδέξαντο.

THVCYDIDES.

Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ ξυμφορώτατοι πρὸς πολεμῆσαι ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς. διάφοροι γὰρ πλεῖστον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν, ὀξεῖς, οἱ δὲ, βραδεῖς, καὶ οἱ μὲν, ἐπιχειρηταὶ, οἱ δὲ, ἄτολμοι, ἄλλως τε καὶ ναυτικῇ ἀρχῇ, πλεῖστα ὠφέλουν. ἔδειξαν δὲ οἱ Συρακούσιοι· μάλιστα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι, ἄριστα καὶ πρὸς πολέμησαν.

VALLAE INTERPRETATIO.

Verum non in hoc tantum bello Lacedaemonii, ſed in aliis etiam multis, omnium hoſtium Athenienſibus vtiliſſimi exſtitere, qui quod plurimum inter ſe moribus differentes eſſent, alii properi, alii cunctabundi, et alii manu promti, alii formidoloſi, praecipue in gu-

bernanda classe plurimum Athenienſibus profuere. Quod maxime declarauere Syracuſani, qui concordes inter ſe, praeclariſſime belligerauerunt.

SEYSSELLII GALLICA INTERPR. EX VALLA.

Mais les Lacedemoniens en ceci et en pluſieurs autres choſes furent moult utiles aux Atheniens, et meſmement pour la multitude et diverſité des gens qui eſtoyent en leur compagnie: leſquels eſtoyent moult differens de volonté et de maniere de vivre; car les uns eſtoyent ſoubdains et diligens, les autres tardifs et muſards: les uns hardis, et les autres craintifs; et meſmement touchant le faict de la mer eſtoyent ſouvent en diſcord: qui redonda au grand prouffit des Atheniens. Et cela ſe peut bien cognoiſtre par les Syracuſains: leſquels pourtant qu'ils eſtoyent tous d'un accord et d'une volonté, firent de grandes choſes, et eurent de belles victoires.

EADEM SEYSSELLII INTERPR. LATINE REDDITA.

Sed Lacedaemonii tam in hac re quam in aliis multis vtiliſſimi Athenienſibus exſtiterunt, potiſſimum vero ob multitudinem diuerſitatemque hominum eos comitantium, qui ſtudiis et moribus valde inter ſe differebant; alii enim celeres gnauique erant, alii tardi et cunctabundi: et alii audaces, alii timidi: maxime vero de rebus ad rem naualem pertinentibus ſaepe inter ſe diſſentiebant: quod maximo Athenienſibus emolumento fuit. Atque hoc ex Syracuſanis facile cognoſci queat, qui quod concordes et vnanimes eſſent, res magnas geſſerunt, praeclarasque victorias adepti ſunt.

NOSTRA INTERPRETATIO Graecis verbis inſiſtens.

Verum non hic tantum Athenienſibus commodius fuit bellum aduerſus Lacedaemonios quam vllos alios gerere, ſed et alibi ſaepe. Quum enim valde diuerſo ingenio praediti eſſent, illi celeres, hi cunctatores: illi ad quiduis aggrediendum promti, hi timidi, ac praeſertim in re nauali, magnam vtilitatem afferebant. Quod Syracuſani declararunt, qui vt ſimillimo *Athenienſibus* ingenio praediti erant, ita optime in ſuo aduerſus illos bello ſe geſſerunt.

Viden' Lector, verum eſſe, quod de vtroque horum interpretum dixi? Viden', vt Vallam quidem prius in errorem ariolatio ſua traxerit, Seyſſellius autem deinde illum a Valla ſumtum duplicauerit? Siquidem quum Valla in poſterioris duntaxat partis interpretatione manifeſte erraſſet, vtpote priorem ita ambigue interpretatus, vt defendi poſſet (ab iis quidem certe, qui ſequentia non legerent, in quibus mentem ſuam Thucydideae repugnantem detexit), ille, ſublata omni ambiguitate, apertiſſime, tam in priori quam in poſteriori parte a Thucydidis ſententia tam procul diſceſſit, vt in Thucydide non amplius Thucydides agnoſcatur. Nuda enim verborum Vallae interpretatione non contentus, quandam etiam diuinatricem adiecit paraphraſin. Nam quum (vt in rem praeſentem veniamus) Valla dixiſſet, *Quod plurimum moribus inter ſe differentes eſſent, alii* properi etc. poterant haec, licet non ſatis proprie dicta, de Laced. et Athenienſium inter ſe differentia non minus intelligi (ſicut et intellexit Thucydides), quam de Lacedaemoniorum inter ſemetipſos diſcrepantia: ſed rationem habendam putans Seyſſellius eius, quod mox de Syracuſanis per antitheſin dicitur, *qui concordes inter ſe* etc. ex poſteriore parte priorem emendauit, quum potius ex priore poſteriorem emendare debuiſſet.

Et de illorum quidem huius loci interpretatione hactenus. Ad meam autem vt veniam, fateor, me hic ἄλλως τε καὶ ναυτικῇ ἀρχῇ secus quam in mea recognitione interpretatum esse: sed in causa hoc fuit, quod tum scholiastae iudicium meo praetulissem, quum postea meum contra sequendum potius existimauerim. Ea enim, quam affero, et multo magis altera mihi iam tum placebat, et nunc sola placet interpretatio. Videnturque illa verba, si ad ἄτολμοι referantur, optime cum iis, quae alibi ab hoc scriptore dicuntur, conuenire: nimirum Athenienses velut veteranos in re nauali esse, Lacedaemonios autem, tirones; merito enim ἄτολμοι sint tirones aduersus veteranos. Quod si quis ampliorem huius pulcherrimi loci explicationem requirat, legat p. 46. 47. huius operis [T. I. p. 126. nost. ed.], ex qua etiam intelliget, ἐπιχειρητὰς male a Valla esse redditum: legat et pag. 457. [VII, 21.] in qua Hermocratis Syracusani consilium de opponenda audacibus Athenienſibus audacia inueniet. *In audaces* (dixit poëta quidam) *non est audacia tuta.* Certe in audaces Syracusanos miserrimum exitum habuisse Athenienſium audaciam, contra in Lacedaemonios inaudaces eandem videmus cessisse plerumque feliciter. Celeres erant ad res aggrediendas Athenienses: huic illorum celeritati non opponebant vicissim celeritatem Lacedaemonii, sed contra sua cunctatione et tarditate celeritati illorum locum dabant. At Syracusani minime, qui celeritatem aduersus celeres adhibebant. Possimus vero hunc ipsum locum liberius quidem paulo, sed multo elegantius, ita interpretari:

Verum non in hac vna re, sed et in aliis multis, opportunius Athenienſibus aduersus Lacedaemonios, quam vllos alios, fuit bellum. Vt enim Lacedaemonii Athenienſibus maxime dispares moribus erant (quippe quum hi celeres, illi cunctatores, etc.), ita maximam illis rerum gerendarum opportunitatem afferebant. Argumento sint ipsi Syracusani, qui vt similimo, etc.

Nec desunt et aliae interpretationis loci huius formulae: quas proferrem, nisi finem facere statuissem. In hac certe verbis vti placuit, quae illa inter se veluti relata διάφοροι πλεῖστον, et πλεῖστα ὠφέλουν, simili relatione exprimerent: et *Opportunius* atque *Opportunitatem* dixi (pro quibus si quis *Commodius* et *Commoditatem* malit, non valde repugnem), vt ostenderem, Thucydidi idem plane ξυμφορωτάτους εἶναι et πλεῖστα ὠφελεῖν significare. Ad verba autem illa quod attinet, ἐν τούτῳ, et ἐν ἄλλοις πολλοῖς posse ad τούτῳ subaudiri non solum πράγματι, sed etiam καιρῷ, et pro *In hac vna re*, posse etiam verti *In hoc vno facto*, alius erit docendi locus. Nunc germanam huius loci sententiam declarasse sit satis: a qua quam procul lectorem suae interpretationis Seyssellius abducat, etiam Gallicae linguae imperitis (quum eius Gallica verba Latina fecerim) iudicandum relinquo. Caeterum vel ex hoc vno loco coniecturam fieri velim, qualia interpretationum monstra Valla et Seyssellius nobis pepererint: cum quibus ego licet acerrime (quoad per temporis anguſtias licuit) bellauerim, non omnia debellasse tamen, sed multa in meum Annotationum librum reseruasse, vel potius aliis, qui praeuenire illum volent, debellanda reliquisse fateor. Vale, lector, et interim hosce meos labores, qui tibi aditum ad praeclarum scriptorem patefecerunt, boni consule.

HVIC AD LECTOREM EPISTOLAE ADIECTA HAEC IN POSTERIORE EDITIONE FVERVNT.

Ista quidem olim, lector, priorem in editionem praefatus sum: sed quandoquidem in hac posteriore, labori veteri nouum adieci, par est, vt ad ea, quae ibi dixi, aliquid itidem

adiiciam. Sic igitur habeto: quum meus ille vetus labor tres diuiſus in partes fuiſſet, nouum non ſolum in totidem diuiſiſſe, ſed aliam inſuper materiam illi a me datam eſſe. Primum enim, non ſolum quem vocant textum, ſed ipſa etiam ſcholia magis accurate emendata nunc edidi: et ad Vallae interpretationem quod attinet, quamuis iam antea in locis quamplurimis ab eo male redditis meam, margini adſcriptam, illi velut oppoſuiſſem: nunc tamen in pluribus idem praeſtiti. Deinde nouam laborioſae meae diligentiae materiam proponens, non ſolum ANNOTATIONES in Thucydidem et adiuncta illi ſcholia (in primum quidem certe ac ſecundum librum) ſcripſi, ſed etiam PROPARASCEVEN ad illorum ſcholiorum lectionem dedi: vt quibus aditus ad ea, propter ſcholicarum quarundam formularum ignorationem, non patebat, eum patefacerem. Ideo autem vlterius Annotationes meae progreſſae non ſunt, quod, eas dum ſcriberem, litteras tam ex Gallia quam ex Germania eodem fere tempore acceperim, quibus de nonnullis in Thucydidem pariter et in eius ſcholiaſtem emendationibus, et quidem etiam de quibusdam ad huius ſcholia acceſſionibus ſpes fiebat. Iuſtam enim mihi viſus ſum habere differendae reliquae meae ſcriptionis rationem: praeſertim quum, vtcunque ſe res haberet, alias annotationes, in quibus de difficiliorum locorum interpretatione ageretur, ſimulque libelli Dionyſii Halicarnaſſei de Thucydidis idiomatis expoſitionem pariter et locupletationem, poſtea dare cogitarem. Ac te ne hoc quidem celabo, additum in litteris Gallicis fuiſſe, vno eodemque vetuſto volumine non Thucydidem ſolum, ſed Herodotum quoque contineri: quae altera ſpes de acceleranda eius ſtatim poſt Thucydideam editione mutare ſententiam coëgit.

HENRICI STEPHANI

OPERARVM IN DIONYSIVM HALICARNASSEVM

CAP. XVI. De DIONYSII imitatione THVCYDIDIS.

In quo oſtenditur, Dionyſium *imitatum fuiſſe* Thucydidem, *etiam in iis, quae in ipſo cenſebat reprehendenda.*

QVO magis mirum eſt, *Dionyſium Halicarnaſſeum* non paucis imitatum eſſe in locis *Thucydidem*, eo minus haec imitatio tacenda eſt. Ideo autem valde hoc mirum eſſe aio, quod de illo alioqui ita loquatur, vt plura reprehenſione, quam laude, digna habere videri poſſit. Sed eſto tamen, licuiſſe nihilominus *Dionyſio* nonnulla eorum, quae laudanda iudicabat, imitari: quid quod ex illis ipſis, quorum apud *Thucydidem* μωμητὴς fuerat, quaedam ſunt, quorum poſtmodo μιμητὴς eſſe non erubuit? Verum ſi (vt perſuaſum habeo) vel ſenex vel ſaltem iam ſeneſcens ſcribere hiſtoriam aggreſſus eſt, iuuenis autem in *Thucydidis* ſcripta critice inquiſiuit, minus mirum eſt, eum aliqua iuuenili quodam et ambitioſo reprehendendi ſtudio vituperaſſe, quae poſtea imitationis honore dignatus ſit. Scimus enim, ita comparatam eſſe hominum naturam, vt iidem eadem alio tempore probent, alio improbent: praeſertim vero eadem ſenibus, quae iuuenibus, vel placere vel displicere, haud videmus. Quae tamen huius inconſtantiae cauſa fuerit, aliis disquirendum relinquo: et potius ad quosdam ex iis, qui quam dixi imitationem teſtari poterunt, locis, iam nunc me confero.

Quum autem *Thucydidis* imitator fuerit *Dionyſius* haud in iis ſolum, quae ſunt τῆς λέξεως, ſed in iis etiam, quae ſunt τῆς διανοίας, ab illis initium ſumam. Duobus igitur modis hunc noſtrum hiſtoricum imitatum eſſe *Thucydidem* dico in iis, quae ſunt τῆς λέξεως. Prior eſt (qui et frequentiſſimus), quum aliquod verbum, aut loquendi genus, eundem apud illum, quem apud *Thucydidem*, vſum habet. De iis porro ſeu verbis ſeu loquendi generibus loquor, quae non vulgaria ſunt, et vel *Thucydidea* omninò, aut propemodum *Thucydidea* videri queunt. Poſterior imitationis eſt modus, quum non iisdem plane loquendi generibus vtitur, ſed nonnullis, quae velut ad *Thucydideorum* formam effinxit. Inter prioris exempla collocari poteſt vocabulum καταβολή: ac primum locum ſuo quodam iure ſibi vindicat, quod prae quouis alio *Thucydideum* ſit, et quidem a *Dionyſio* apud ipſum *Thucydidem* notatum: ſed ita, vt librarii errore apud illum (*Dionyſium* inquam) καταβολὴ in eius locum irrepſerit: voce valde vſitata ſedem alius occupante (vt ſaepe fit), quae rara et vulgo inaudita eſt, ſed ſcripturae alioqui et ſoni magnam ſimilitudinem habet. Vtitur autem illo καταβολὴ *Dionyſius* non vno in loco; nam legimus libro VII. τήν τε ἀχάϊστον τοῦ δήμου καταβολήν. In eodem libro vtitur hoc nomine in dandi caſu cum verbo χρῆσθαι: ſcribens, καὶ πολλῇ καταβολῇ τῶν βουλευτῶν ἐχρῶντο. Vbi tamen magis placeret κατὰ τῶν βουλευτῶν. Et omiſſionis occaſionem id videri poteſt dediſſe, quod eadem praepoſitione ſtatim poſt vtatur, in his, κατά τε συχροφὰς καὶ ἑταιρίας. Poteſt tamen et abeſſe illa praepoſitio, et eius vſum dici praeſtare ea, quae illi compoſitae voci ineſt; vt perinde ſit ac ſi diceretur, καὶ πολλῇ βοῇ κατὰ τῶν βουλευτῶν ἐχρῶντο. Idem nomen cum eodem verbo inuenies et libro VI, καὶ τότε ἀντέπραττον, καὶ πολλῇ καταβοῇ ἐχρῶντο:

quin etiam alibi idem vocabulum tibi occurret. Verum, ad alia vt veniam, διαγνώμη quidem non itidem dicit, exemplo *Thucydidis*, sed διάγνωσις, (quod etiam apud hunc exstat) saepe dicentem audimus. Amat et nomen δικαίωσις *Dionysius*, sicut et *Thucydides* eo gaudet. Inter illa, quorum vsu ille, quemadmodum et hic, delectatur, ponendum et ἀλκή, licet magis poëticum sit (vnde et πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι, apud eundem): poni etiam debet καρτερόν: quod et ipsum inter illa, quae sunt ποιητικώτερα, sedem habere scimus. Multis vero et aliis vtitur *Dionysius*, quae sunt ποιητικώτερα, et quidem pluribus quam *Thucydides:* quorum nonnulla cum hoc communia habet. Ex iis est ὁμαιχμία, quod non aliud quam συμμαχία sonat.

Sed vt ad aliud vocabulorum genus transeam, in eorum numero, quae *Dionysius*, exemplo *Thucydidis*, familiaria habet, ponere possumus ἀβασάνιστος, et aduerbium ἀβασανίστως, et ἀγχίστροφος, nec non ἀγχώμαλος (pro quo alicubi αἰχμόμαλος male irrepsit) et ἀγχωμάλως, ponenda videri possunt.

Thucydides nomine δυνατὸς cum datiuo χρήμασι libenter vtitur: idem et *Dionysius* facit. Nec non, sicut ei opposito ἀδύνατος, praefixa negante particula, cum infinitiuo λέγειν illum vtentem, ita et hunc loquentem audimus. Nam libro XI. scribit *Dionysius*, ἀνὴρ καὶ τὰ πολεμικὰ δεινὸς, καὶ λέγειν οὐκ ἀδύνατος. Itidemque libro X, cum εἰπεῖν, eo vtitur, εἰπεῖν τε, ὡς στρατιώτης, οὐκ ἀδύνατος. Vbi etiam obseruandus talis particulae ὡς, qualis apud *Thucydidem*, vsus: quum itidem dictum sit a *Thucydide*, ἦν δὲ οὐκ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, λέγειν.

Quod si πολέμια pro πολεμικὰ (id est, in huius significatione) apud vtrumque non mendose scriptum habemus, ea quoque voce illius exemplo vti dicere possumus.

Παραστήσασθαι πόλιν, aut eius incolas, quum dixit, in eo quoque fortasse *Thucydidem* imitari voluit. Φυλάττειν, pro *obseruare*, minus vsitata significatione, apud vtrumque non vno in loco legimus: et quidem alicubi cum eodem accusatiuo: vbi videlicet dicunt, φυλάξαντες νύκτα ἀσέληνον. Nec solum composito κατορθοῦν, sed et simplici ὀρθοῦν eo, quo *Thucydides*, modo vtitur. Fortasse autem et verbum τεκμηριοῦν ex iis est, quibus eum exemplo *Thucydidis* vti dicere possumus.

Ad illa autem quod attinet vocabula, quae vsitatissima quidem sunt, et *Dionysio* non magis cum *Thucydide*, vel paucis aliis, quam cum quibuslibet communia, sed alia (vt ita dicam) quam vulgo recepta forma efferuntur: eo sunt e numero quaedam, quorum plurali loco singularis vtitur. Atque inter illa minus vulgare est, πλωΐμων γενομένων pro πλωΐμου γενομένου: sicut a *Thucydide* dictum fuit πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους, pro πλωϊμώτερον ἐγένετο. Huc pertinet illa innouatio, qua τὸ δυνάμενον et τὸ βουλόμενον pro ἡ δύναμις et τὸ βούλημα ponuntur. Sic enim libro X, οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὅπλοις ἡ λαμπρότης, ἀλλ' ἐν τοῖς λόγοις· οὐδὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τὸ δυνάμενον, ἀλλὰ κατὰ τῶν φίλων. Vtrumque apud eum habemus libro VII, p. 437, πολέμιον μὲν τὸ βουλόμενον ὑμῶν ἡγούμενος, δειλὸν δὲ τὸ μὴ δυνάμενον. At vero libro X, non τὸ βουλόμενον et τὸ δυνάμενον, sed τὸ βουλευόμενον et τὸ δυνάμενον habemus, p. 675. μετὰ μεγάλων μισθῶν ἔμαθον, ὅτι ἔλαττον ὑμῶν ἐστι τοῦ βουλευομένου τὸ δυνάμενον. Sed videndum tamen, ne hic quoque illa duo a *Dionysio* posita fuerint, sed librarius locum corruperit: praesertim quum *Lapi* exemplar id testetur; vertit enim ille, *magna mercede didici, minorem esse voluntate vestra potentiam.* Ad eam, qua de agitur, sermonis innouationem seu nouitatem pertinet et ille futuri vnius pro altero vsus: vt ἁλώσεται pro ἁλωθήσεται: et ἐλαττώσεσθαι pro ἐλαττωθήσεσθαι: et πολιορκησόμενοι pro πολιορκηθησόμενοι.

Sed iam ad loquendi genera veniendum est: et primum haec inter illud ἀλητὸς χὴν τετρέπεσθαι (cuius facta paulo ante mentio fuit) est ponendum. Nec omittendum, ἐν παντὶ ἀθυμίας εἶναι: pro quo male apud *Dionysium*, ἐν παντὶ δ' ἀθυμίας εἶναι. Praeteriri nec illud debet, περιέστηκε φερομένη, pag. 276, Paris. at 374, Germ. quod alius diceret περιέστηκεν εἰς τὸ φέρεσθαι, sicut a *Thucydide* dicitur, περιέστηκε φαινομένη, quum dicendum esset (vsitatam orationis sequendo formam) περιέστηκεν εἰς τὸ φαίνεσθαι. Fortasse autem et apud *Dionysium* φαινομένη, non φερομένη, scribendum est. Atque vt ab hoc loquendi genere, in quo magnam ἐξαλλαγὴν oratio habet, ad alia veniam, in quibus itidem esse λόγον ἐξηλλαγμένον dicere possumus (nam talium praesertim exempla afferre propositum mihi est), sciendum est, illum interdum verbali nomini iungere, more *Thucydideo*, id, quod verbo, vnde verbale illud ortum est, iungi solet: (quod tamen ad structuram orationis magis, quam ad genera loquendi, pertinere videri potest) veluti quum dicit, libro VII, οὐκ ἔχων συμβολὴν ὅ, τι τὸ δηλούμενον ἦν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, pro οὐκ ἔχων συμβάλλειν. Tale est istud libro IV, οἱ δὲ, κατὰ λογισμὸν μὴ ῥᾴδίαν εἶναι τὴν καθαίρεσιν τῆς τυραννίδος, ὄκνον ταῖς ἐπιβουλαῖς ἐπιφέροντες. pro eo quod dici solet, κατὰ τὸ λογίζεσθαι, vel potius διὰ τὸ λογίζεσθαι, siue ἐκ τοῦ λογίζεσθαι. Ac, quoniam τοῦ ἐξηλλαγμένου λόγου exempla iam nonnulla attuli, omittendus inter illa non fuerit hic locus, μάλιστα δ' ὅτι ταῖς αὐθαδείαις οὐ μετριότης γίνεται πρὸς τὸ ἀντίπαλον ἐπὶ θεραπείας τραπόμενον, ἀλλὰ βαρύτης: res enim pro persona ponitur, ταῖς αὐθαδείαις pro τοῖς αὐθάδεσι. Itidemque τὸ ἀντίπαλον pro τοὺς ἀντιπάλους dixit: sed haec tamen ἐξαλλαγὴ minus rara quam illa est. Ac quodam in loco non τὸ ἀντίπαλον tantum, sed et τὸ διάφορον eo modo dixit, τοὺς ἀντιπάλους et τοὺς διαφόρους volens significare.

Inter phrases autem, quae aliquid καινὸν aut saltem σπάνιον, et *Dionysio* tamen commune cum *Thucydide* habent, locum sibi vindicare videtur ista apud illum scriptorem, τὰ φοβερὰ μέχρι λόγου: ita enim et Atticus ille loquitur. Nec non hoc, μετὰ τοῦ δραστηρίου καὶ συνετός. Nam et istud *Thucydideum* est. Quid quod illam quoque qualibet alia magis miram phrasin, qua *Thucydides* aduerbio μᾶλλον duas hasce particulas ἢ οὐ subiungit, non vno in loco earum e numero, quas imitabatur, esse voluit? Ita enim dixit libro VI, μᾶλλον ἢ οὐχὶ τοὺς αἰτίους. Ita dixit et libro XI, δούλης ἀλλοτρίας ἀνελάμβανε παιδίον μᾶλλον ἢ οὐ γυναικὸς ἐλευθέρας. Quum autem multis hoc loquendi genus negotium exhibuerit apud *Thucydidem*, exhibuit certe et apud *Dionysium* non paucis: qui tamen, si eodem et *Thucydidem* loqui modo sciuissent, aliud de illo iudicium tulissent. De illis potissimum loquor, qui negantem particulam expungendam censuerunt. Fuit autem ex eorum numero *Gulielmus Xylander*, vir alioqui non paruam Graecae linguae cognitionem adeptus.

Venio ad posteriorem illum imitationis modum, quo, non iisdem plane verbis, sed aliis ita vtitur, vt interim *Thucydideum* loquendi genus effingat. Insigne huius rei exemplum habemus libro secundo pag. 91, vbi dicit ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν τοὺς λόγους: nec non libro tertio, pag. 155, vbi dicit, ἐπὶ τὸ βεβουλευμένον ἐλάμβανε τὰ πρασσόμενα. Nam quum vtatur *Thucydides* aliquot locis verbo λαμβάνειν, ei subiungens has voces, ἐπὶ τὸ μεῖζον, vel εἰς τὸ μεῖζον (quod genus loquendi imitatum esse *Liuium*, in quodam meorum Schediasmatum docui), *Dionysius* eundem verbo λαμβάνειν, aliis tamen vocabulis sequentibus, tribuit.

Idem (mea quidem sententia) et de hoc dicere libri secundi loco possumus, καὶ οὐδενὸς τῶν ἀνηκέστων ἀπεχόμενοι παρὰ τὸ νικᾶν. Quum enim dixisset *Thucydides*, libro I, de humana itidem natura, seu de humano ingenio, loquens, τῶν ἁπάντων ἀπερίοπτοι εἰσὶ παρὰ τὸ νικᾶν,

Dionyſius illa verba παρὰ τὸ νικᾶν aliis eundem ſenſum efficientibus accommodauit. Nam qui tanto victoriae deſiderio tenentur, vt prae illa omnia contemnant, iidem certe dici poſſunt οὐδενὸς τῶν ἀνηκέστων ἀπέχεσθαι: tam late enim patet ille contemtus, vt hoc etiam complectatur.

Sic et hoc *Thucydideum* παρὰ δύναμιν ad alia etiam quam *Thucydides* accommodat, praepoſitionem ὑπὲρ in παρὰ mutans.

Ad imitationes autem quod attinet eorum, quae ſunt τῆς διανοίας, quamuis multa eius exempla ſuppetant, duobus tamen contentus ero: quum alio properandum ſit, et quaedam meus Schediasmatum liber ſit ſuppeditaturus. Quum igitur dixiſſent apud *Thucydidem* Corinthiorum legati Lacedaemoniis, de Athenienſ. loquentes, οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, quidam apud *Dionyſium*, neceſſitatem duarum, quae hic proponuntur, rerum effectricem eſſe docens, ſcribit, δι' ἣν καὶ παρὰ γνώμην τολμηταὶ γίνονται τινὲς καὶ ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί. Vbi obſerua, quomodo, quum *Thucydides* iunxiſſet vocem τολμηταὶ cum illis παρὰ δύναμιν, hic dicere maluerit παρὰ γνώμην τολμηταί: at cum his ὑπὲρ δύναμιν, iungere μαχηταί. Qua mutatione conſiderandum eſt, plus dici a *Dionyſio*, quum duo illa *Thucydidea* τολμηταὶ et κινδυνευταὶ dici de iisdem poſſint. Caeterum eadem illa verba ὑπὲρ δύναμιν μαχηταὶ, alii loco adaptauit ſcribens, ἀγαθοὶ μαχηταὶ καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἐφάνησαν. Quam porro hic neceſſitati dat laudem, eandem aliis illi verbis tribuit: veluti vbi ſcribit, δεινὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ ὁ περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνος ἱκανὸς θάρσος ἐνθεῖναι τινὶ καὶ μὴ προϋπάρχον φύσει. Eodemque pertinet, quod libro IX. ſcribit, ἵνα τοῖς βλακεύουσι καὶ ἀποδειλιῶσιν ἐκ τοῦ ἀναγκαίου παραστῇ τὸ εὔψυχον (ita enim ſcribendum, non ἔμψυχον), vocans τὸ ἀναγκαῖον, quod alibi ἀνάγκην appellat.

Alter autem locus exemplum cuiusdam imitationis proponit, quam prae quauis alia occultam merito fortaſſe dixero. Quum enim dixiſſet *Thucydides*, καὶ ἐδόκει κωλύεσθαι πᾶν ἔργον (hic autem πολεμικὸν ἔργον intellige) ᾧ μή τις παρῇν, imitari hoc *Thucydideum* volens, dixit, καὶ τὸ νικᾶν οὐ παρ' ἄλλον τινὰ ἢ παρ' ἑαυτὸν ἕκαστος τιθέμενος. Niſi forte hoc quoque loquutus modo Atticus ille comperietur.

Elenchus codicum Thucydidis adhuc collatorum, editionum, verſionum, et libellorum ad eum illuſtrandum ſpectantium.

CODICES.

Qui codices ab Aldo Manutio et Ant. Francino in curandis primis editionibus, Aldina et Florentina, fuerint adhibiti, incertum eſt. Ex epiſtola ab Aldo ad Dan. Rainerium, Venetum patr. ſcripta, colligi poſſe videtur, codices ab Rainerio accepiſſe Aldum, ad quos Thucydidem typis redderet. Florentina autem editio Aldinam potiſſimum expreſſit.

Codicem *Baſileenſem*, qui Conſtantinopoli ab Eugenio Papa (ſic enim Graeci vocarunt ſuos magiſtros) donatus ſaec. XV. ineunte Ioanni Aretino cuidam Baſileam peruenerat, contulit *Hervagius* in vſum Camerarii, verum non ſatis diligenter. Itaque *I. I. Wetſtenius* eum denuo comparauit, atque lectionis varietatem inde excerptam et ſcholiorum ſupplementa cum *Dukero* communicauit, qui eorum p. (25) — (34) maximam partem ſeparatim exhibuit hac praemiſſa animaduerſione:

„Adnotata hic ſunt omnia, in quibus cod. Mſ. ab edit. Baſil. discrepat, etiam vbi eadem eſt ſcriptura huius edit. quae MSti, exceptis iis, quae ex adnotatt. Camerarii iam ante in Var. Lect. poſuerat *Hudſonus*, et emendationibus errorum typographicorum, quibus ed. Baſ. ſcatet. Quae aliter in hac edit. ac in Baſil., cuius ſcriptura in Var. Lect. Hudſoni eſt, leguntur, ea omnia, ſi nihil adnotatum eſt, eodem modo in Mſ. quo in ed. Baſ. ſcribuntur. Sed quia animadverti, *Hudſonum* in deſcribenda lectione *ed. Baſ.* aliquot locis aberraſſe, ea quoque adnotanda viſa fuerunt, quoties in illa incidi: nam et alia eſſe credo, a me non animaduerſa, quoniam totam edit. illam cum Hudſoniana non contuli. Hoc quoque monendus eſt Lector, me primum tantum excerpta variantis ſcripturae e Lib. VII. et VIII. profligato iam ab operis Libro VII. accepiſſe, ob eamque cauſam varias lectiones huius libri in *Addenda* contuliſſe: deinde, quum iam typis exſcripta fuiſſent Addenda, exemplar edit. Baſil. cum MS. conlatum nactum eſſe, et ex eo cognouiſſe, quaedam aliter in MS., cuius ſcripturam hic exhibui, legi, quam e Camer. Hudſonus adnotarat, et ego ex Excerptis illis in Var. lectionibus ſcripſeram."

In noſtra ed. codicis lectiones cum reliqua varietate iunctae leguntur.

Pariſinos codices fortaſſis Henr. Stephanus conſuluit. Certe in ep. primae editioni praemiſſa ſe dicit veterum codd. lectionibus conquirendis curam et diligentiam maximam adhibuiſſe. In ſecunda autem edit. non nouis codd. praeſidiis vſus eſſe videtur.

Pariſinus cod. n. 3044. cuius lect. cum Dukero communicauit Wetſtenius.

Codices *Anglicos* haud perfunctorie, ſed magna cum diligentia ſe contuliſſe dicit Hudſonus. Sunt autem hi: vnus bibl. Norfolcianae; alter bibl. Coll. Corp. Chriſti Oxon. qui Claymondi primi praeſidis olim fuerat; tertius, qui conciones tantum complectitur, bibl. Baroccianae; quartus bibl. Henrici com. Clarendoniae. De aetate et indole eorum nihil monuit.

Habuit idem codicem chartaceum, quem, quia Graeuius miſerat, *Graeuianum* appellat; poſſedit autem tum Guil. van. Cleef, cauſarum patronus, qui eum deinde in publicam bibliothecam *Traiectinam* intulit. Eum multo diligentius in vſum ſuae edit. adhibuit Dukerus.

Codex *Caſſellanus* bombyc. ſaec. XIII. a Dukero collatus, qui in praef. videndus eſt. Add. *Schminke* Beſchreibung der Hauptſtadt Caſſel p. 206. ff.

Codex *Havnienſis*, ſaec. XIV. vt videtur ſcriptus, ſed ita, vt inde a medio libro quinto recentior manus eum exaraverit, emtus Venetiis a. 1699. a Fred. Roſtgaardo, Dano; cuius lectiones Grammius ad Dukerum miſit.

Vindobonenſis codex, inter codd. hiſtor. graec. bibl. Caeſareae n. XXXIII. vnde varias lectiones Alterus excerpſit. Idem contulit locos Thucyd. a Stobaeo laudatos cum cod. Vindob. Stobaei inter Codd. philoſophh. graec. N. LXVII.

Codices *Anguſtanus* et *Mosquenſis*, quorum variae lect. in hac edit. leguntur. v. praef. T. I.

De cereris codd. nondum accurate conſuitis v. Cel. Harleſ. ad Fabric. B. Gr. T. II. p. 729. Add. *Morell.* V. C. Bibl. mſta gr. et lat. (Ven.) T. I. p. 237.

Editiones graecae integri operis.

Thucydides (graece) — Venetiis in domo Aldi Menſe Maio. M. DII. In fol. vid. *Renouard* Annales de l' imprim. des Alde T. I. p. 50. ſ. Serie dell' Ediz. Aldine ed. 2. p. 16.

Scholia graeca anno poſt idem Aldus, adiecta aliis operibus edidit: *Xenophontis* omiſſa; quae et graeca geſta appellantur. Georgii Gemiſthi: qui et Pletho dicitur: ex Diodori: et Plutarchi hiſtoriis de iis: quae poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt: per capita tractatio. Herodiani a Marci principatu hiſtoriarum libri octo: quos Angelus Politianus elegantiſſime latinos fecit. *Enarratiunculae antiquae: et perbreues in totum Thucydidem:* ſine quibus auctor intellectu eſt quam difficillimus. Graece. Venet. in Aldi Neacademia menſe Octobri M. DIII. In fol.

Quum Aſulanus a. 1525. Xenophontem integrum ederet, reciſa hiſtoria graeca Xen. reliqua ex ſuperiore edit. nouo titulo et praefatiuncula praemiſſis vendidit:

Georgii Gemiſti, qui et Pletho dicitur, ex Diodori etc. *Enarratiunculae — in Thucydidem* — qua difficillimus. Gr. Ven. — m. Oct. MDIII. f. Sed titulus nouus eſt 1525. et tertium a. 1527. praefixus.

v. *Renouard* p. 64. f. Serie p. 22. f.

Thucydides gr. cum ſcholiis graecis, Florentiae ap. Bernard. Iuntam 1506. die ſecunda Nouembr.

v. Maittair. Ann. Typogr. Indic. voc. Thucyd. p. 289. et Panzer. Ann. typogr. VII. p. 10. qui tamen e catalogis Thott. et Menken. tantum laudat. Nam Bandinius eam ignorat, et mirum eſt, eadem die abſolutam, dici, qua ſequentem.

Θουκυδίδης, μετὰ σχολίων παλαιῶν καὶ πάνυ ὠφελίμων, χωρὶς ὧν οὐκ εὐξύνετος ὁ συγγραφεύς. Thucydides cum commentariis antiquis, et valde vtilibus, ſine quibus auctor intellectu eſt quam difficillimus. Ad calcem: *Ἐν τῇ Φλορεντίᾳ παρὰ Βερνάρδῳ τοῦ Ἰούντα ἔτει ἀπὸ τοῦ Χριϛοῦ γενέσεως χιλιοϛῷ πεντακοσιοϛῷ τε καὶ εἰκοϛῷ ἕκτῳ ἀνθεϛηριῶνος δευτέρᾳ ἱϛαμένου* (1526. 2. Nou.) fol. cum epiſtola Graeca Antonii Francini ad Alexandrum Corſinium.

v. Ang. Mar. Bandinius de Florentina Iuntarum typographia eiusque cenſoribus T. II. (f. Ann. Iuntarum typogr.) p. 208. f.

Θουκυδίδης μετὰ σχολίων παλαιῶν καὶ πάνυ ὠφελίμων, χωρὶς ὧν ὁ συγγραφεὺς πολὺ ἀνευχερής ἐϛι. Thucydides cum ſcholiis et antiquis et vtilibus, ſine quibus autor intellectu multum eſt difficilis. Acceſſit praeterea diligentia *Ioachimi Camerarii*, in caſtigando tum commentariis vna cum textu tum annotationibus eius. Baſileae, ex off. Heruagiana. Anno M. D. XL. fol.

Epiſtolam Camerarii ad Mauricium praeſulem Eyſtatenſem d. III. Cal. Mart. ſcriptam excipiunt Aphthonii encomium Thuc., vita Thuc. gr., Marcellini vita eiusdem, Dionyſius *περὶ τῶν ἰδιωμάτων Θουκ.*, vita Thuc. ex Suida; tum annotata loca quae aliter in aliis exemplis ſcripta et animaduertenda viſa eſſent. Hiſtoriam Thucyd. ſequuntur graeca ſcholia.

Thucydidis de bello Peloponneſiaco Libri octo, graece ad editionem Dukeri expreſſi. Viennae typis Io. Tho. Nob. de Trattnern. MDCCLXXXV. II. voll. 8.

Curauit editionem *Franc. Car. Alterus*, Prof. Vindob. nuper mortuus, qui, praeter var. lect. cod. Vindob. addidit *Iacobi Tuſani* (Toullain) Paris. philologi mortui a. 1547. correctiones margini ed. Ald. adſcriptas, et ſpecimen graecitatis Thucydideae.

Thucydidis de bello Peloponneſiaco libri octo ad optimas editiones in vſum ſcholarum diligenter expreſſi, graece. Bremae. P. I. II. 1791. 92. 8. (curante *Herm. Bredenkamp*, Athenaei Brem. Subrect. qui et animaduerſiones promiſit, quae nondum prodierunt.)

Cf. Allg. d. Bibl. CVIII. p. 285. Neue allg. d. Bibl. VI. p. 35.

Editiones graeco-latinae.

Θουκυδίδου — Βιβλία ὀκτώ. Thucydidis, Olori filii, de bello Peloponn. libri octo. Iidem latine, ex interpretatione Laur. Vallae ab Henr. Stephano recognita. Anno M. D. LXIIII. Excudebat Henr. Stephanus, illuſtris viri Huldrichi Fuggeri typographus. fol.

Margo textus interior habet varias lect. aliquot, exterior ſcholia. Subiuncta eſt latina verſio, cuius margini nonnullae emendationes ſunt adiectae.

Thucydidis de b. pel. L. octo. Iidem lat. ex interpr. L. V. ab H. St. recognita. *Secunda editione, quae amplius quam in prima praeſtita fuerint, extrema ad lectorem epiſtola docebit.* 1588. fol.

Scilicet tum graeca oratio tum eius verſio emendata eſt ſecundis curis adiecitque Stephanus proparaſceven ad lectionem Scholl. et adnotationes vberiores ad l. I. et maiorem partem libri II. Thucyd. et Schol. abſoluturus hunc laborem, niſi ex Gallia et Germania ei ſpes fuiſſet facta emendationum in Thucydidem et eius Scholia, quae tamen vana fuit. Praemiſit vitam Marcellini, cum Iſ. Caſauboni verſione et caſtigationibus, ſubiecit Iac. Veratii argumenta orationum et concionum Thucyd., denique Chytraei chronologiam et argumenta librorum Thucydidis.

Θουκυδίδου — βιβλία ὀκτώ. Thucydidis Olori filii de Bello Peloponneſiaco Libri octo. Iidem latine ex interpretatione Laur. Vallae ab Henr. Stephano nuper recognita, quam *Aemil. Portus*, Franc. Porti Cret. f. paternos commentarios accurate ſequutus, ab infinita grauiſſimorum errorum multitudine nouiſſime repurgauit, magnaque diligentia paſſim expolitam innouauit. In hac poſtrema editione, quid praeterea praeſtetur, ſequens pagina docet. Francofurti apud heredes Andr. Wecheli, Claud. Marnium et Io. Aubrium. M. D. XCIV. fol.

Expreſſa eſt Stephani recenſio, niſi quod plura irrepſerunt vitia operarum culpa. Variae lectiones auctae ſunt. Scholiis antiquis immixta recentia Aem. Porti. Subiuncti ſunt Franc. Porti Commentarii in Thucyd. cum Appendice, in qua multa explicantur, quae in ſuperioribus commentariis ſunt omiſſa — tum Chytraei antea indicata opuſcula — et Indices, latinus atque graecus.

Prodierant *Fr. Porti* Adnotatt. in Xenoph. et *Thucydidem* ſeparatim 1586. 4. et 1594. f. Geneuae.

Θουκυδίδου — Βιβλία ὀκτώ. *Thucydidis* de bello Pelop. Libri VIII Quid in hac editione praeſtitum ſit, Praefatio ad Lectorem indicabit. Oxoniae e theatro Sheldon. impenſis T. Bennet ad inſigne Lunae falcatae in Coemet. D. Pauli. Anno Dom. MDCXCVI. fol.

Iohannes Hudſonus hanc editionem curauit, et praefatus eſt. Textis, e ſecunda Steph. recenſione accurate redditis, ſed in minores ſectiones diſtinctis, additae ſunt in margine temporum notationes ex Dodwelli Chronol., ſubiecta eſt (in quauis pag.) latina verſio minuſculis litteris ſcripta, hanc excipiunt variae lectiones trium codd. et edd. vett, eas ſcholia. Additae ſunt duae tabulae geogr. vna Graeciae, ad Thucyd. hiſtoriam, adiuuante chartula Edm. Halleii, delineata, altera Siciliae ex Cluuerio petita. In calce leguntur (p. 530.) *Geo. Acacii* Epitome Hiſtoriae Thucyd., *Veratii* Argumenta concionum (p. 532.), Stephani Proparaſceue et Annotatt. in Thuc. atque Sch. (p. 538.), Appendix varr. lectt. Codd. Clarendon. et Graeuiani (p. 598.), denique Indices.

Θουκυδίδου — Βιβλία ὀκτώ. Thucydidis de bello Pelop. Libri octo, cum adnotationibus integris *Henr. Stephani* et *Ioaun. Hudſoni.* Recenſuit et notas ſuas addidit *Ioſeph. Waſſe.* Editionem curauit, ſuasque animaduerſiones adiecit *Car. Andr. Dukerus.* Cum variis diſſertationibus, MSCtor. collationibus et indicibus nouis locupletiſſimis. Amſtelaedami apud R. et I. Wetſtenios et Gul. Smith. MDCCXXXI. fol.

Quum Wetſteniis primum placuiſſet non niſi Oxonienſem editionem, auctam tamen repetere, quumque Dukerus non ipſe conſtituiſſet, ſcriptorem recenſere, ſed a librariis ad curam nouae editionis ſuſcipiendam vocatus eſſet, non mirandum fuit, in emendanda oratione graeca nihil eſſe praeſtitum, atque multa eſſe futuro editori relicta. Caeterum negari non potuit, ſuperare hanc editionem ſuperiores praeſidiorum ad Thuc. rectius vel emendandum vel explicandum multitudine et vtilitate. Nam quid praeſtare Duk. potuerit, bene docuit *Sixius* in laudat. Dukeri p. 32. ſ.

Cf. Acta Erudd. 1732 p. 1. ff. Bibl. raiſonnée T. VII. P. I. p. 126. ff.

Recuſa eſt Dukeri editio primum Glasguae 1758 per Rob. et Andr. Foulis VIII. voll. 8. tum Biponti:

Thucydidis de bello Pelop. Libri VIII. graece et latine ad editionem Ioſ. Waſſe et Car. Andr. Dukeri accurate expreſſi, cum varietate lectionis et annotationibus. Studiis ſocietatis Bipontinae. Biponti, ex typ. Soc. 1788. 89. VI. voll. 8

Non ſatis commode illa editio eſt deſcripta. Separatim Graeca cum lat. verſione exhibentur, ſequuntur cui que volumini ſubiectae variae lectiones et adnotationes. Volumine quinto continentur etiam ſcholia, et ſexto Annotatt. in Scholia cum Indicibus.

Dukerianam excepit noſtra, de cuius rationibus in praef. vtriusque vol. dictum eſt.

Nic. Blancardum etiam nouam editionem Thuc. molitum eſſe *A. C. Eſchenbachius* teſtatur in epiſt. in *Schelhornii* Amoen. litt. F. V. p. 195.

Editiones ſingularum particularum.

Liber I. et II. gr. ap. Wechel. Paris. 1535. 4.

Libri I. Conciones gr. Paris. ap. Chriſt. Wechel. 1531. 4.

Liber I. gr. 1548. II. et III. Paris. 1549. 4. ap. Vaſcoſanum.

Platonis, *Thucydidis* et Demoſthenis funebres Orationes. Graece. Venetiis apud Aldi filios. M.D.XLIX. in 8. (Serie dell' Ed. Ald. p. 159. Renouard Ann. T. I. p. 258.)

Libri IV. curante Vito Winſemio. Viteb. 1562. (f. 1561.) 4.

Periclis funebris laudatio eorum qui in bello occubuerunt ex libro Thucyd. ſecundo. Par. 1605. 4.

Libri III. graece et latine. Par. 1626. 12.

Orationes Thucydidis ſeorſim excuſae, gr. curante M. Andr. Coruino, in vſum auditorum ſuorum. Lipſ. 1631. 8.

Thucydidis, Platonis et Lyſiae orationes funebres. Ox. 1753. 8. cum verſ. lat. et not. angl. (Edidit Ed. Bentham.)

Thucydidis funebres orationes, gr. et lat. Glasguae 1755. 12. (etiam locus de peſte adiectus eſt).

Thucydidis Orationes cum animaduerſionibus et indice Car. Ludou. Baueri, Lipſ. A. M. Schol. Laub. Rect. Lipſiae, 1759. 8.

Promiſit iam tum Bauerus in praef. Lexicon Thucydideum, et Philologiam Thucydideam, ſ. Notationes figurarum Thucydidis.

Thucydidis, Platonis, Lyſiae et Xenophontis orationes funebres, cum notis anglice ſcriptis. Oxon. 1768. 8.

Platonis Menexenus et Periclis *Thucydidei* oratio funebris, recenſuit et animaduerſionibus illuſtrauit *Io. Chr. Gottleber.* Lipſ. 1782. 8. m.

Oratio funebris Periclis (Thuc. II, 35 — 47.) et deſcriptio peſtis Thuc. cum animaduerſionibus (grammaticis) francogall. ſcriptis et adiectis excerptis ex Fabii Paulini Comment. in locum de peſte, et verſione orationis Periclcae francogall. auctore et editore *I. B. Gail,* Prof. litt. gr. in coll. Franc. Paris ſ. a. (1802. vt videtur) 8. m.

Cf. Neue Leipz. Lit. Zeit. 1803. n. 79. p. 1229.

Ἐκλογαὶ ἰσοῤῥικαί, Selecta principum Hiſtoricorum, Herodoti, *Thucydidis* etc. — diſcip. inſtit. accommodauit *Dan. Wyttenbach,* Amſt. 1794 8. p. 61. ff.

Hiſtoriae Graecae capita praecipua ſ. Excerpta ex Herod. *Thucydide,* Xenoph. Collegit *Aug. Matthiae,* Gymn. Alt. Direct. — Altenb. 1804. (p. 178. ff. L. I. et VII.)

VERSIONES.

a. *Latinae.* Prima eſt *Laur. Vallae* a. 1452. facta, atque primum ſaec. XV. f. l. et a. nota, 4. tum ſaepius edita. Recognouerunt eam Coor Heresbachius, Col 1527. f. *Sebaſt. Caſtellio* Baſ. 1564. f. *Henr. Stephanus* 1562. et Franc. f. 1582 12 *Aemilius Portus* 1594. f cum textu gr. et ſeparatim 1594. 12.

Secunda eſt *Vti Winſemii*, patris, Vit 1569. f. 1580. 8.

Tertia *Georgii Acacii Eneckel* L. B. *Hohenecri* cum annotatt. perpetuis, nominum item propriorum, tam hominum quam regionum etc. deſcriptionibus, chronographia inſuper in Thucyd. et veteris Graeciae Geographia aeneis typis ſeorſim excuſa. Tub. 1596. 8. Argentor. 1614. 8.

Hudſonus verſionem Aem. Porti (h. e. a Porto recognitam) aliquot locis caſtigauit adhibitis ceteris verſionibus Latinis et gallica Abiancurtii, atque anglica Hobbetii. Hanc Oxon. editionis interpretationem repetiit Dukerus.

Orationes ex hiſtoria Thucyd. latine verterunt *Phil. Melanchthon* Viteb. 1562. 8. — Ioannes Caſa (della Caſa) archiepiſcopus Beneuentanus (Florent. 1564. 8) in Eius monumentis latinis, et ſeparatim Helmſt. 1610. 4. cum praef. Ioh. Caſelii et ſaepius — *Iobus Veracius* — Periclis orationem *Guil. Canterus*, ad calcem oratt. Ariſtidis — inſignes locos e Thuc. hiſtoria *Ioach. Camerarius* Viteb. 1565. 8.

Cf. Io. Caſelii prolegomena in Thucyd. interpretationem. Roſt. 1576. 4. eiusd. *Thucydidea*, edita ab *I. H. Ackero*, Ien. 1714. 8.

b. Germanicae ſunt: *Hieronymi Boneri*, praetoris Colmar. Auguſtae Vind. 1533. f. *Studiis* ſocietatis virorum doctorum, Francof. et L. 1757. II. 4. (etiam tom. X. Operis: Neue Sammlung der merkwürdigſten Reiſegeſchichten).

Thucydides Acht Bücher der Geſch. vom peloponn. Kriege. Aus dem Griech. mit vielen crit. Anmerkungen überſetzt von *Ioh Dav. Heilmann.* Lemgo 1760. 8.

Orationes Thuc. germanice verſas cum notis latinis criticis in omnes Thuc. libros edidit *Io. Iac. Reiskius.* Lipſ. 1761. 8.

c. Anglica antiquiſſima eſt *Tho. Nicolls* non ex graeco, ſed ex gallico Seyſſelii facta. Lond. 1515. f. (et 1550.) Hanc exceperunt:

The Hiſtory of the Grecian War, in 8. Books. Written by Thucydides. Translated by *Tho. Hobbes* of Malmesbury. Lond. 1628. f. it. 1634. 1676. f. 1723. II. 8. Praemittitur diſſ. de vita et hiſtoria Thuc. repetita etiam in eius Opuſcc. moralibus et politicis (*Tho. Hobbes's* Moral and Political Works, Lond. 1750. f.) p. 652. ff. Laudatur haec verſio, quamquam non admodum diligens eſt et fida.

The Hiſtory of the Pelop. war, translated from the Greek of Thucydides. By *Will. Smith* M. A. Lond. 1753. II. voll. 4. it. 1781. II. 8. cum annotatt. et tribus diſſ. de vita, virtutibus, et indole operis, Thucydidis.

Thucydides 's Account of the Plague of Athens, translated by *Francis Clifton*, (adi. eius verſioni Hippocratis l. de aëre, aquis, et locis. Lond. 1734 p 95. ff)

Two Orations in Praiſe of Athenians, ſlain in Battle. From the Greek with Reflections. Lond. 1759. 8. (Ex Smithi verſ)

d. Francogallicae: Prima eſt *Claudii Seyſſelii* (*Claude de* Seyſſel, epiſc. Maſſil.) in vſum, non Franciſci I., ſed *Ludouici* XII. regis Gall. facta, peſſima illa, cum auctor ne verſionem quidem latinam Vallae ſatis intellexerit. Prodiit Paris. 1527. ap Badium et elegantiſſime ap. Vaſcoſan Par. 1558 f.

Secunda Vſelii (*Louis Iauſſaud d' Vſez*), qui graecae non patriae linguae aeque peritus erat. Prodiit Geneuae 1610. fol. min. Sine graecis eius verſio intelligi nequit

Tertia Ablancurtii (*Nic. Perrot d' Ablancourt*, Par 1662. f. 1671. 12. III. voll. Amſt. 1713. III. 12. et ſaepius. Haec verſio vt aliae ab eadem V. D. editae, parum graecis reſpondet, videturque auctor verſiones recentes, non ipſum ſcriptorem, reddidiſſe.

Quarta *Leveſquii.* Hiſtoire de Thucydide, fils d' Olorus, traduite de Grec par *Pierre Charles Leveſque.* Paris 1795. (An IV. de la Rep.) IV. 8. mai. etiam 4. In praef. recenſuit p XXXIV. ff ſuperiores interpp. Ipſe addidit et criticas exegeticasque animaduerſt. conſulto etiam Corayo, doctiſſimo Graeco. T. IV. p. 242. ff. Supplementum hiſtoriae Thuc addidit, vsque ad finem belli Pelop.

Cf. Allgem. Lit. Zeit. 1796. I. p. 1443.

Harangues et Concions de Thucydide et autres Auteurs par *Fr. de Belleforeſt.* Par. 1572. f.

Harangues tirées d' Hérodote, de *Thucydide* etc. traduites par *Ath. Auger.* Par. 1788. 8. vbi T. II. etiam notae in nonnulla loca Thuc. leguntur.

e. Italicae: Gli otto Libri di Thucydide Atheniese, delle guerre fatte tra popoli della Morea et gli Atheniesi. Nuouamente dal Greco idioma nella lingua Thoscana con ogni diligenza tradotto par *Franc. di Soldo Strozzi* Fiorentino. L' Annotatione e dichiaratione di tutti i luoghi difficili etc. In Venetia. Apreſſo Vinc. Vaugris 1545 8 repet. 1550. 1563. et ſaep.

Tucidide nuovamente co' teſti Greci riveduto e dagli errori emendato colla vita dell' Autore da *Tommaſo*

Porcacchi deſcritta — Verona 1735. II 4. cum not. V. D. Rom. 1789. 90. II. 4.

f. Laudantur etiam *Hispanica Didaci Gratiani de Aldrete* (En Salamanca 1564. f. — nam verſio *Io. de Caſtro Salinae* inedita eſt), *Danica Franc. Mich. Wochelii*, *Belgica H. Frieſemanni*, Amſt. 1786. II.

Scripta, quae Thucyd. eiusque Scholiaſten illuſtrant.

Martini Cruſii Orat. XVIII. praemiſſa praelectionibus in Thucydidem. Tub. 1566.

Dan. Chytraei Programmata in Thucyd. quae leguntur in Scriptis in acad. Roſtoch. publice propoſitis ab a. 1560 — 67. (Partes II.) Roſt. 1567. 8.

Praelectiones Marciae ſ. Commentaria in Thucyd. hiſtoriam de peſte Athenn. ex ore *Fabii Paulini* Vtinenſis excepta. Ven. 1603. 4.

M. *Io. Stiliconis* Hamb. diſp. Ritus περὶ τῆς φυκτοφορίας ſiue de excubiarum accenſis ignibus actione, ad illuſtr. Thuc. l. III. Viteb. 1714. 4.

Bened. Auerani Florent. diſſ. LVIII. in quaedam Thucyd. loca, Opp. eius T. I. (Flor. 1716. f.)

Io. Grammii Caſtigationes ad Scholia graeca in Thucyd. Hafniae 1721. 22 4.

Incerti Britanni, ſub litera Π ſe occultantis, Obſeruationes in *Mycell Obſervatt.* (Batauis) Vol. II. T. I. p. 60 — 62. et T. II. p. 157 — 163. — Ibidem Vol. III. T. I. p. 147 — 152. et T. II. p. 302 — 308. *H* (h. e. Abreſchii) Animaduerſſ. in Thucydidem.

Frid. Ludov. Abreſch Dilucidationes Thucydideae quibus et paſſim cum Noui Teſt. tum aliorum Scriptt. loca illuſtrantur aut emendantur. Traiecti ad Rhen. 1755. 8. Eiusd. Dilucidationum Thucydidearum Auctarium, adi. Animaduerſionum ad Aeſchylum Libro tertio, Zwollae 1763. p. 213. ff.

Petri Horrei Obſeruationes criticae in Scriptores quosdam graecos hiſtoricos. Leovard. 1736. 8. Ibi p. 391 — 513. Obſeruatt. ad Thucyd. leguntur.

Io. Iac. Reiskii Animaduerſiones ad Graecos auctores, Vol. tertio p. 1 — 78.

Remarks on Thucydides, in Obſervations on the Greek and Roman Claſſics. In a ſeries of letters to a young Nobleman. Lond. 1753. 12.

Some general criticiſms on Thucydides, by *Iam. Moor* in eius Eſſays — Glasg. 1759. p. 148. ff.

31. Et in praeſentia, cum alii alios cum periculis iam mutuo relicturi eſſent, pericula tunc in mentem ipſis magis veniebant, quam quum hanc expeditionem decernebant: verumtamen propter praeſentem potentiam, et multitudinem rerum ſingularum, quas *in hoc apparatu* cernebant, *harum* ſpectaculo animos recolligebant. Peregrini vero, et caetera multitudo ad ſpectaculum perrexit, vt ad rem viſu dignam, ac opinione maiorem. Hic enim apparatus, qui primus ex vna ciuitate cum Graecorum copiis profectus eſt, ſumtuoſiſſimus atque magnificentiſſimus fuit omnium, qui ad illam diem *ex Graecis ciuitatibus emiſſi fuerunt.* Nam nauium et grauis armaturae militum numero, et ille *apparatus*, qui cum Pericle in agrum Epidaurium *miſſus eſt*, et *alter* ille, qui cum Agnone ad Potidaeam *miſſus eſt*, non erat inferior *hoc apparatu.* Nam *in illo* erant ex ipſis Athenienſibus quatuor millia militum grauiter armatorum, et trecenti equites, et centum triremes, et Lesbiorum atque Chiorum quinquaginta, praeterea multi ſocii ad eandem expeditionem cum illis proficiſcebantur. Sed *Pericles et Agnon* in breuem expeditionem, et cum tenui apparatu profecti ſunt. Sed haec expeditio, quippe quod diuturna futura eſſet, vtraque ratione, vtra opus *ei* fuiſſet, et nauibus ſimul et peditatu, erat inſtructa. Et claſſis quidem magnis trierarchorum et reipublicae ſumtibus erat laborioſe parata. Nam respublica quidem ſingulas drachmas ſingulis nautis quotidie dabat, et naues inanes ſexaginta quidem veloces, quadraginta vero ad grauis armaturae milites vehendos ſuppeditarat. Trierarchi vero praeſtantiſſimos miniſtros his, et praeter publicum ſtipendium etiam extraordinarium *de ſuis priuatis fortunis* dabant illis nautis, qui Thranitae vocantur, et *praeſtantiſſimis nauium* miniſtris. Et caeteris etiam in rebus ſignis, et artificiis ſumtuoſis inſtruxerant, et *eorum* * vnusquisque ſummum ſtudium *ad hoc* adhibuerat, vt ſua nauis inter caeteras et aliquo decore et celeritate longe praeſtaret.

* Vnoquoque in longiſſimum praeparante, vt ſua etc. *Valla.* Vnoquoque in quam longiſſimum ſibi tempus proſpiciente, vt etc. *Acacius.* HVDS.

κτήσοιντο] τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν. Μετὰ κινδύνων] οἵ τε ἀπόντες ὀλιγονότι τοὺς μένοντας, καὶ οἱ μένοντες ἐκείνους. Ὡς ἐπὶ ἀξιόχρεων] ἦγον μεγάλην. Τετράκις γὰρ χίλιοι] οἱ μετὰ Περικλέους, ἢ οἱ μετὰ Ἄγνωνος. Ἐξαρτυθεὶς] παρασκευασθεὶς, ἑτοιμασθείς. Ἐκπονηθὲν] ἦγον ἀπαρτισθὲν, μετὰ παρισμοῦ συταθέν. Ἐπιφοράς τε πρὸς τῷ] ἔξωθεν τῷ δημοσίᾳ μισθῷ, ἐκ τῶν ἰδίων ἐπιδόσεις παρεῖχον. τοῦτο γάρ ἐστιν αἱ ἐπιφοραί. οἱ δὲ θρανῖται, μετὰ μακροτέρων κωπῶν ἐρέττοντες πλείονα κόπον ἔχουσι τῶν ἄλλων. διὰ τοῦτο τούτοις μόνοις ἐπιδόσεις ἐποιοῦντο οἱ τριηράρχαι, οὐχὶ δὲ πᾶσι τοῖς ἐρέταις. Καὶ τἆλλα σημείοις] ἤτοι κυρίως σημείοις λέγει, καθάπερ καὶ τὰ στρατεύματα· ἢ (ὡς ἔνιοι) σημεῖα τὰς ἔξωθεν καταγραφὰς τῶν τριηρῶν. Καὶ ἐς τὰ μακρότατα] ἤτοι ἐπιπλεῖσου.

εἶναις est qſ. oppoſitum τ. θρανιτῶν, quorum miniſtri eſſent remiges, vel alii quoque miniſtri, Unterbootsleute, Matten.

Ἐπιφοράς] Explicat *Pollux* III, 94. Ἐπιφορήματα pro τραγήματα *Herodotus*, vnde Noſter. WASS.

Τοῖς θρανίταις] Vide ad IV, 32. DVK.

[καὶ τἆλλα) in Schol. Aug. eſt τριήρων pro τριηρῶν.] Haud ſane contra Analogiam, quia accentus Genit. Plur. non eſt in ε, ſed in η, Antepenult.]

Σημείοις] Sententiam Interpretum, qui hoc apud *Scholiaſten* de picturis nauium exponebant, confirmat *Lucianus.* Nam hic quoque in Nauig. pag. 494. inter reliquum κόσμον nauium recenſet γραφάς. Sed poteſt etiam cogitari de παρασήμοις, et tutelis nauium. DVK. De *pictura* nunquam dicitur. Intell. paraſema et apluſtria, Deorum tutelarium imagines, in puppi, et figuras, in prora, a quibus dicerentur, vt notum ex Virgil. Aen. 5, 116 — 123. et Ouidii verſu in Triſtib. — *Eſt mihi — tutela Mineruae Nauis, et a picta Caſſide nomen habet.*

χρησαμένων) χρησομένων Baſil. non male; *vſuris*; necdum enim vtebantur. Aut χρῆσθαι hic eſt *aſſumere*, addere, anbringen. Veniebat in mentem; χρισαμένων, anſtreichen, inducentibus, linentibus. Sed damnaui; vt ſilere tamen nollem.

[ἐς τὰ μακρότ.) Schol. abeſt Aug.]

ἐς τὰ μακρότ.) retulerim ad προέξει, *longe* ſuperaret, non ad προδυμηθέντες, ad quod diceret, ἐς τὰ μάλιστα.

ταχυναυτεῖν. τὸ δὲ πεζὸν καταλόγοις τε χρηστοῖς ἐκκριθὲν, καὶ ὅπλων καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα σκευῶν μεγαλῃ σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους ἀμιλληθέν. ξυνέβη δὲ, πρός τε σφᾶς [z] αὐτοὺς ἅμα ἔριν γενέσθαι, ᾧ τις ἕκαστος [a] προσετάχθη, καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπίδειξιν μᾶλλον εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας, ἢ ἐπὶ πολεμίους παρασκευήν. εἰ γάρ τις ἐλογίσατο τήν τε τῆς πόλεως ἀνάλωσιν δημοσίαν, καὶ τῶν στρατευομένων τὴν ἰδίαν, τῆς μὲν πόλεως, ὅσα τε ἤδη [*] προσετετελέκει, καὶ ἃ ἔχοντας τοὺς στρατηγοὺς [b] ἀπέστελλε· [c] τῶν δὲ ἰδιωτῶν, ἅ, τε περὶ τὸ σῶμά τις καὶ τριήραρχος ἐς τὴν ναῦν [d] ἀνα-λώκει, καὶ ὅσα ἔτι ἔμελλεν ἀναλώσειν· χωρὶς δ', ἃ εἰκὸς ἦν, καὶ ἄνευ τῆ [e] ἐκ δημοσίου μισθῷ, πάντα τινὰ παρασκευάσασθαι ἐφόδιον, ὡς ἐπὶ χρόνιον [f] στρατείαν· καὶ ὅσα ἐπὶ μεταβολῇ τις ἢ στρατιώτης ἢ ἔμπορος ἔχων ἔπλει· πολλὰ ἂν τάλαντα [g] εὑρέθη ἐκ τῆς πόλεως τὰ πάντα ἐξαγόμενα. καὶ ὁ σόλος οὐχ ἧσσον τόλμης τε θάμβει καὶ ὄψεως λαμπρότητι περιβόητος ἐγένετο, ἢ στρατιᾶς, πρὸς ἃς ἐπῆσαν, ὑπερβολῇ, καὶ ὅτι [h] μέγιστος ἤδη διάπλους ἀπὸ τῆς [i] οἰκείας, καὶ ἐπὶ μεγίστῃ ἐλπίδι τῶν μελλόντων, πρὸς τὰ ὑπάρχοντα, ἐπεχειρήθη.

λβ'. [k] Ἐπειδὴ δὲ αἱ νῆες πλήρεις ἦσαν, καὶ [l] ἐσέκειτο [m] πάντα ἤδη, ὅσα ἔχοντες ἔμελλον ἀνάξε-σθαι, τῇ μὲν σάλπιγγι σιωπὴ [n] ὑπεσημάνθη, εὐχὰς δὲ τὰς νομιζομένας πρὸ τῆς ἀναγωγῆς, ἃ κατὰ ναῦν

z Αὐτὸς καὶ ἅμα *Ar. C. Dan.* a Προσετάχθη legisse videtur *Valla*, quam lectionem non ferendam esse censet *Steph.* * προσετελέκει Mlq. b Ἀπέστελλεν *Gr.* c Τῶν δ' ἰδ. *Gr.* d Ἀνηλώκει *Gr.* ex emendat. Antea ναῦ Mlq. et mox ἂν pro ἄ. e Ἐκ omittit *Cl. Reg.* Ἐκ τῆ δημοσίᾳ *Caff.* Aug. f Στρατιὰν *Ar. C. Ald. Flor. Baf. Gr. Dan.* et in marg. *Caff.* στρατείαν Aug. a correct. p. στρατιάν. g Εὑρεθῇ *Reg.* h Ὁ μέγιστος *Dan.* i Οἰκίας *Gr.* k Ἐπεὶ δὲ *Cl.* l Ἐπέκειτο *Gr. Reg.* Mlqu. m Πάντα ὅσα ἤδη *Ar. C. Dan.* n Ἐπεσημάνθη *C.*

καταλ. τε χρηστ.) In Schol. dubium est, intelliganturne κατάλογοι *delectus* ipse, opus scribendorum militum, Werbung, an *indices* et commentarii, Listen, Rollen? His quidem magis congruerit ἀληθέσι, *veris*, i. e. vbi et omnis militaris aetas esset conscripta, neque vtiles bello omissi, neque inutiles pro iis suggesti; quin et βεβασανισμ. *exploratis*, diligenter confectis, genau; paene vt *Indices* magis, Militairlisten, videatur intellexisse. Tamen et delectus ipse possit esse *verus*, vt nemo vtilis transmittatur, neu inutilis intrudatur; et multo magis dicatur *exploratus*. Et vero vtrumque notet κατάλογος· *Indices* tamen magis; vt νεῶν κατάλογος, Homeri Lib. 2. Certe vocab. χρηστοῖς aptius fuerit Indicibus, quam delectibus. Hoc sensu Ablat. notaverit, *ex* Indicibus, κατὰ, *secundum*, *ad* Indices probos, accuratos, fidos, zuverläßig. ἐκκριθὲν quoque fuerit Indicum notioni vel commentariorum: nach guten (brauchbaren) Listen ausgehoben.

[χρηστοῖς) Schol. abest Aug.]

ἀμιλληθέν) δι' ἀμίλλης παρασκευασθὲν expl. Abresch., probante *Gottleb.* Non video, cum Medium sit ἀμιλλᾶσθαι, sicut ἀγωνίζεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι, quae et ipsa huc conuenirent, alterum maxime, quidni intelligas: qui inter se concertassent aemulatione ac studiis vincendi cultu et paratu.

ξυνέβη) c. 11. confert Abr. δείξαντες τὴν δύναμιν ἀπελθεῖν. Alienum plane. Ibi sign. *exercitu* (eum ibi notat δύναμις) *admoto* mox redire, tentata expeditione, non perfecta. Quid simile huic loco, vbi de ἐπιδείξει, ostentatione, sermo sit? Compilantis verba hoc est, non illustrantis sensum.

ἐς τ. ἄλλ. Ἕλλ. — — εἰκασθ.) ἐς hic est *apud*, vel pro Dativo, τοῖς Ἕλλησι· εἰκασθῆναι autem sign. δοκεῖν, νομισθῆναι· aut, per Hypallagen, cum ἐπιδείξιν, est pro, ἐπιδείξει εἰκασθ. *assimulari*, comparari cum ostentatione. Hoc placet, non altero tamen adspernato.

[εἰκασθ.) Schol. deest Aug.]

[καὶ ἐξουσ.) in Schol. Aug. est εἶχεν pro φησίν.]

ἐξουσίας) Vix est, vt aliud notet, nisi περιουσίαν. Ac sic forte explices etiam 1, 38. ἐξουσίᾳ πλούτου· quod ego interpretatus, licentiam, quam largiantur illis diuitiae, nunc facile patiar, *abundantiam*, copiam diuitiarum, intelligi. Apertius 4, 49. ἐνδεεστέρως, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν, parcius, quam pro *copia*.

[ὅσα τε ἤδη) Schol abest Aug.]

ὅσα τε ἤδη) Per appositionem additur ad παρασκευὴν, qs. intellecto, τοῦτ' ἔστι, vel, καὶ, quod ipsum tamen explicantis vim habeat, non iungentis.

προσετετελέκει] Ita quidem omnes libri: sed tamen nonnihil suspectum est. Nam προστελεῖν nihil aliud esse potest, quam *ad* et *praeter alia aliquid impendere*, aut *praestare*. Ignorant hoc verbum *Lexica*, sed habet *Xenophon* VII. Ἀναβάσ. p. 416. Εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προστελεῖ. Sed id hui loco non optime conuenit. *Stephanus*, *Acacius*, et eos sequutus *Portus* vertunt: quae *ante erogauerat*. Hoc autem est προτελεῖν; quo verbo hac significatione vti *Xenophontem* VII. Ἀναβ. 421. Ἀναμνήσθητι δὲ καὶ σὺ, τί προτελέσας ἡμῖν συμμάχους ἡμᾶς ἔλαβες, ostendit *Budaeus* in Commentar. Ling. Gr. pag. 617. Et rursus *Xenophon* in Lib. de Agesilao, pag. 654. Ὡς δὲδὲν προτελέσαντες οἱ φίλοι αὐτῷ. Dvk. Pro simplici, neglecto πρὸς, acceptum omnes Interr. curas eluserit. Quid enim *admonere*, *addiscere*, aut Graecum προσδείσθαι, προσαιτεῖν, plus notat simplici? Luc. 10, 35. ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, (simillimum huic προστελεῖν) i. e. δαπανήσῃς. Quippe nildum erogauerat ibi deuersitor.

Ἀνάλωκεν] Corrector *Cod. Gr.* ἀνηλώκει. Potuerat continere manum a corrigendo. Nam alterum est Atticum. *Thom. Magister* in ἀνάλωσα, *Stephanus* Append. ad Scripta de Dial. p. 147. et *Kuhnius* ad Polluc. VIII, 130. Neque tamen ἀνήλωκα ita κοινὸν est, vt eo non vtantur Attici, quod dicat *Thomas*. Dvk.

Εὑρέθη] Non contemnenda est scriptura *Cod. Reg.* εὑρεθῇ. Pendet ab illis, quae aliquot versibus ante dicit, εἰ γάρ τις ἐλογίσατο. Dvk.

Peditatus vero conſcriptus fuerat delectu accuratiſſime habito, et magno ſtudio inter ſe certauerant armorum et veſtitus elegantia. Contigit autem, vt ſimul et illi inter ſe certarent *de illa re*, quae vnicuique fuerat aſſignata; et apud caeteros Graecos *hoc* potentiae potius ac magnarum opum oſtentatio videretur, quam aduerſus hoſtem apparatus. Si quis enim rationem iniiſſet et ſumtuum, quos ciuitas publice et vnusquisque militum priuatim fecerat, tum ea, quae ciuitas iam ante erogauerat, tum ea, quae imperatoribus, quos mittebat, ſecum absportanda dederat, tum etiam ea, quae vnusquisque priuatorum in corporis cultum, et Trierarchus in *ſuam* nauem impenderat, aut quae praeterea in poſterum erat impenſurus: praeter ea, quae veriſimile erat vnumquemque, praeter publicum ſtipendium, praeparaſſe viatici cauſa, quippe quod ad diuturnam militiam iturus eſſet; item quaecunque vel miles, vel mercator negotiationis gratia ſecum tulit: *is profecto* permultorum talentorum ſummam ex vrbe *tunc* exportatam fuiſſe comperiſſet. Haec igitur expeditio non minus ob admirandam audaciam, et ſpectaculi ſplendorem, quam ob exercitus magnitudinem, celebris fuit *apud eos*, aduerſus quos proficiſcebantur: praeterea, quod haec nauigatio ab *agro* domeſtico longiſſime, et rerum adipiſcendarum propoſita ſpe longe maiori, quam praeſentes *ipſorum* opes ferrent, tunc ſuſcepta fuiſſet. Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 1. U. C. Varr. 339.

32. Quum autem naues *viris* impletae fuerunt, omniaque iam impoſita, quae ſecum erant laturi, tuba ſilentium indictum eſt; et ante profectionem, non in ſingulis nauibus, ſed vniuerſi per praeconis

Καταλόγοις τε] καταλόγοις ἀκριβέσι δοκιμασθὲν καὶ προκριθέν. Χρησοῖς] ἀληθέσι, βεβασανισμένοις. Τῶν περὶ τὸ σῶμα σκευῶν] οἱ μὲν ὁπλῖται ὅπλα εἶχον· οἱ δὲ ἐρέται, καὶ τέκτονες, καὶ λιθουργοὶ, τὰ ἐπιτήδεια ὄργανα. Εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως] εἰκασμὸν δοῦναι. Καὶ ἐξουσίας] τὴν περιουσίαν ἐξουσίαν φησίν. Ὅσα τε ἤδη προσετετελέκει] προσανήλωσε. Τόλμης τε θάμβει] ἐκπληξὶν τε παρασχὼν διὰ τὴν τόλμαν πλέον ἢπερ τῶ κατὰ πλῆθος ὑπερέχειν τῶν ἐναντίων. Καὶ ὅτι μέγιστος ἤδη διάπλους] ὁ χρόνος, ἀλλὰ τόπος. Καὶ ἐπὶ μεγίστῃ ἐλπίδι] μείζονα ἐλπίσαντες, δηλονότι τῆς ὑπαρχούσης δυνάμεως. Καὶ ἐσέκειτο πάντα ἤδη] ἐνεβλήθησαν. Τῇ μὲν σάλπιγγι] διὰ τῆς σάλπιγγος. Παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα] ἤγων, διὰ

[τόλμ. τε θάμβ.) In Schol. Aug. eſt, ἢπερ τὸ, pro ἤπ. τῷ] intell. διὰ τὸ, vel διὰ τοῦ, et ad τὸ, in Aug. repete παρέσχεν.

πρὸς οὓς ἐπῆεσ.) Minus promtum, quo referas iſta verba, aut quì ſuppleas. Portus addidit, *apud eos*; minus aptum ὑπερβολῇ, quae non eſſet apud Siculos, ſed in ipſorum Athen. exercitu. Equidem ſimpliciius intellexerim ἐκείνων· magnitudine exercitus *eorum*, quos aggrederentur. Quippe omnis Sicilia in armis erat contra Athenienſes; quorum tenuiores copias, quam pro hoſtium viribus, ſatis ſupra ſit queſtus Nicias.

ἤδη) ἢ δὴ malit Abreſch. probante *Gottl.* At quid ἦ in media oratione, quod ſemper incipiat? Alienum vero ab vſu Graeco! δὴ ſolum probarim. Sed ἤδη notat *iam*, nunmehr, jetzt, cum antea tam longe non abiiſſent, quam *nunc. iam* auderent. Sic Paullus adhibet ἤδη. Rom. 13, 11. ὥρα (ἐστὶν) ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι, tempus eſt *iam* (nunc, nunmehr) ſurgendi, ſomni relinquendi, vbi τῶ ἤδη, ſuggerat, νῦν γὰρ, *nunc* enim; Forte et 1. Cor. 4, 8. ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε, vbi minus tamen vrgeam; at manifeſtius apud Theophr. Char. Eth. Praef. n. 6. τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον, *nunc* vero conuertar ad diſputationem, ad rem accedam Xen. Mem. 2, 9, 17 ἐπεὶ ἤδη διετράξατο, cum *iam* perfeciſſet, da er es nunmehr zu Stande (gebracht) hatte. Virg. Ecl. 10, 62.

Iam neque Hamadryades rurſum, nec carmina nobis
Vlla placent;

i. e. *nunc*, jetzt; quin et Noſter mox, 32. init. ἐσέκειτο ἤδη, da nunmehr alles eingeſchifft war. Liu. 3, 35. *Demiſſa iam in diſcrimen dignitas*, c. 36 init. *ſuo iam inde viuere ingenio coepit.* 2, 1. init. *Liberi iam hinc pop. R. res*; 7, 29. init. *Maiora iam hinc bella.* Parcamus ergo corrigere, vbi interpretari detur! *Poëticum* etiam fere eſt ἦ.

[καὶ ἐπὶ) Schol. Aug. ita leg. (memorabiliter ſatis!) μείζονα ἐλπίσαντες τῶν οὐχ ὑπαρχούσης δυνάμεως.] Quid ſibi vult τῶν; an τῆς. at tunc abeſſet οὐχ. An excidit ὑπαρχόντων, vt, οὐχ ὑπ. δυνάμ. ſit aut aliud Schol. aut explicatio vberior τῶν ὑπαρχόντων; Certe poſt τῶν aliquid deeſt.]

Πρὸς τὰ ὑπάρχοντα] Omnes *Interpretes* probarunt ſententiam *Scholiaſtae*. Sed nulla ratio eſt, cur ſuperlatiuus μεγίστῃ hic pro comparatiuo poſitus eſſe dicatur. Puto, πρὸς τὰ ὑπάρχοντα eſſe πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν, *pro praeſentibus viribus*, et *Thucydidem* hoc dicere, cum maxi. a ſpe in futurum, quam ex praeſenti magnitudine adparatus et virium conceperant. Ita vtitur praepoſitione πρὸς V, 9. Καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρεσιν ποιεῖται, *pro viribus ſuis.* Et IV, 39. Ἐνδεεστέρως ἑκάστῳ παρεῖχεν, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν, *quam pro copia.* Et eadem ſignificatione τὰ ὑπάρχοντα dicit paullo poſt hoc Cap. Ὁρᾶτε, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς. Dvk. In Vergleichung mit den jetzigen Umſtänden. *Gottleb.* Haud commodo ſenſu; μείζονι ſi ſit, audiam. Mihi ſimpliciter eſt, *ad* praeſentia, pro viribus, quoad tum poſſent, pro praeſenti copia; et retulerim ad ἐπεχειρήθη· vt Liv. 1, 9. *Quanto maximo apparatu tum potuit.*

C. 32. [καὶ ἐσέκ.) Schol. abeſt Aug.] Obſ. in hoc Schol. obiter, ἐνεβλήθησαν, plurali, ad Neutrum, et Singular. verbi in textu.

Ἐσέκειτο] *Gr.* ἐπέκειτο. *Scholiaſtes* cum vulgata. Wass. Melius, ἐσέκειτο de *naui*; ἐπέκειτο, de *iumentis.*

ναῦν ἑκάστην, ξύμπαντες δὲ ὑπὸ κήρυκος, ἐποιοῦντο, κρατῆράς τε κεράσαντες [o] παρ' ἄπαν τὸ στράτευμα, καὶ ἐκπώμασι χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς [p] οἵ τε ἐπιβάται καὶ οἱ ἄρχοντες σπένδοντες. ξυνεπεύχοντο δὲ καὶ [q] ὁ ἄλλος ὅμιλος ὁ ἐκ τῆς γῆς, τῶν τε πολιτῶν, καὶ εἴ τις ἄλλος εὔνους παρῆν σφίσι. [r] παιωνίσαντες δὲ, καὶ [s] τελεώσαντες τὰς σπονδὰς, ἀνήγοντο. καὶ [t] ἐπὶ κέρως [v] τοπρῶτον ἐκπλεύσαντες, ἄμιλλαν ἤδη μέχρι Αἰγίνης ἐποιοῦντο· καὶ οἱ μὲν, ἐς τὴν Κέρκυραν, ἔνθα περ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα τῶν ξυμμάχων ξυνελέγετο, ἠπείγοντο ἀφικέσθαι. ἐς δὲ τὰς Συρακούσας ἠγγέλλετο μὲν [x] πολλαχόθεν τὰ περὶ τῶ ἐπίπλω, ὡ μέντοι [y] ἐπιστεύετο ἐπὶ πολὺν χρόνον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ γενομένης ἐκκλησίας, ἐλέχθησαν τοιοίδε λόγοι ἀπό τε ἄλλων, τῶν μὲν, πιστευόντων [z] τὰ περὶ τῆς [a] στρατείας [b] τῆς τῶν [c] Ἀθηναίων, τῶν δὲ, τὰ ἐναντία λεγόντων· καὶ Ἑρμοκράτης ὁ Ἕρμωνος παρελθὼν, αὐτοῖς, ὡς [d] σαφῶς οἰόμενος εἰδέναι τὰ περὶ αὐτῶν, ἔλεγε, καὶ παρῆνει τοιάδε.

λγ'. [*] »ΑΠΙΣΤΑ μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, δόξω ὑμῖν περὶ τῶ [e] ἐπίπλω τῆς ἀληθείας λέγειν. καὶ γιγνώσκω, ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ἢ λέγοντες, ἢ ἀπαγγέλλοντες, ὡ μόνον ὡ πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι· ὅμως δὲ ὡ καταφοβηθεὶς ἐπισχήσω, κινδυνευούσης τῆς πόλεως· πείθων γε ἐμαυτὸν, σαφέστερόν τι ἑτέρω εἰδὼς, λέγειν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' [f] ἡμᾶς (ὃ πάνυ [g] θαυμάζετε,) πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ· πρόφασιν μὲν, Ἐγεσταίων ξυμμαχία, καὶ Λεοντίνων [h] κατοικίσει, [i] τὸ δὲ ἀληθὲς, Σικελίας ἐπιθυμία, μάλιστα δὲ τῆς [k] ἡμετέρας πόλεως, ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἆλλα ἕξειν. ὡς ἔν ἐν τάχει παρεσομένων, ὁρᾶτε, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ὅτῳ [l] τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς, [m] καὶ μήτε, καταφρονήσαντες, ἄφρακτοι ληφθήσεσθε, μήτε, † ἀπιστήσαντες, τῶ ξύμπαντος ἀμελήσετε. εἰ δέ τῳ καὶ πιστὰ, τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ δύναμιν μὴ ἐκπλαγῇ. ἔστε γὰρ βλάπτειν ἡμᾶς πλείω [n] οἷοί τε ἔσονται, ἢ πάσχειν·

o Παράταν *Gr.* Mſq. *p* Οἵ τ' ἐπιβ. *Reg.* *q* Ὁ deeſt *Gr.* *r* Παιανίσαντες *Ar. C.* Aug. a correct. ω in α mut. *s* Τελέσαντες *Reg.* *t* Ἐπικαίρως *Marg. Reg. Baſ.* ἐπικέρως τους, hoc ſine acc. *v* Τὸ πρῶτον *C. Baſ. Caſſ. Gr.* *x* Πολλαχόθεν καὶ τὰ *Ar. C.* Μὲν πανταχόθεν *Cl.* Καὶ habet etiam *Dan.* *y* Ἐπιστεύοντο *Gr.* *z* Scilicet ἀγγελλόμενα. Hvds. *a* Στρατιᾶς *Ar. C. Caſſ. Reg. Dan.* Aug. *b* Τῆς deeſt *Ar.* Τῆς ἀπὸ τῶν *Gr.* *c* Ἀθηνῶν *Reg. Caſſ.* Aug. mox τἀναντία Mſq. *d* Αὐτὸς *Reg.* * Παραίνεσις Ἑρμοκράτους πρὸς τοὺς Συρακουσίους ſuprafcr. Mſqu. tria verba extr. a m. 2. mox ἀπαγγέλλοντες, vno λ. et πείθων γ' ἐμαυτ. *e* Ἐπίπλω τῶν Ἀθηναίων *Marg. Cam.* *f* Ἐφ' ὑμᾶς Aug. *Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ.* *g* Θαυμάζεται *Dan.* *h* Κατοικήσει *Cl. Reg. Caſſ.* *i* Τὸ δ' ἀλ. *Gr.* *k* Ἡμετέρας *Ar.* Mox pro τἆλλα, τἆλλα *Baſ.* *l* Τρόπῳ μάλιστα *Gr.* *m* Καὶ μὴ καταφρονήσαντες *Ar.* † ἐπιστήσ. Mſq. *n* Οἷοί τ' ἔσονται *Ar. C. Reg. Caſſ.*

Κρατῆράς τε κεράσαντες — καὶ σπένδοντες] Inſtaurarunt hunc morem veterum *Muretus* XIV. Var. Lect. 2. et *Cerda* ad Virgil. III. Aeneid. 776. Add. *Arrian.* de Exped. Alex. VI, 3. Καὶ ἐπιβὰς τῆς νεὼς, ἀπὸ τῆς πρῴρας ἐκ χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, τόν τ' Ἀκεσίνην ξυνεπικαλέμενος τῷ Ἰνδάσπῃ. Et, Ἔπειτα δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ προπάτορι σπείσας, καὶ Ἄμμωνι, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ὅσοις αὐτῷ νόμος, σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει τῇ σάλπιγγι. Dvk.

[παρ' ἅπαν) abeſt Schol. Aug.

Ἐπὶ κέρως] In *Cod. aliis* ἐπικαίρως. Sed licet vox ἐπικαίρως videatur habere ſenſum non incommodum, ἐπὶ κέρως legendum eſſe conſtet, tum ex L. 2. c. 90. tum, quod vox militaris eſt, apprime commoda huic loco, quae opponitur τῷ εἰς μέτωπον. nam ἐπὶ κέρως eſt, quod dicimus verbo militari *à la file*, μέτωπον vero dicimus, *de front*. Quod non intelligentes exſcriptores, ἐπὶ κέρως non intellectum mutauerunt in vocem magis ſolitam ab illis intellectam. *Palmerius* ad Gr. Auct. p. 77. Hvds. Permutantur haec etiam infra Cap. 50. Vid. *Scholiaſten* ad II, 90. qui exponit μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ. *Xenophon* hoc videtur dicere ἐπὶ μιᾶς I. Graec. pag. 446. Παρὰ δὲ Διομέδοντα οἱ Σάμιοι δέκα ναυτὶν ἐπὶ μιᾶς τεταγμένοι. ἔχόμεναι δὲ τῶν ταξιάρχων δέκα καὶ αὗται ἐπὶ μιᾶς. *Polybius* I, 26, 27. ἐπὶ μίαν. Dvk. V. Valkenaer ad Herod. L. 6. p. 443. *Gottleb.* Eſt pro ἐπὶ κέρας· vel ἐπὶ *modum* explicat.

παρελθ. αὐτ.) ad ἔλεγε refert αὐτοῖς Abr. Sel C. 35. hui. L. παρελθὼν αὐτοῖς, i. e. ἐν αὐτοῖς, vel, αὐτῶν. *Gottleb.* Recte; nam quoties Homer. in Il. τοῖσι δ' ἀνέσχε· non tamen ſign. Dat. ἐν αὐτοῖς, ſed πρὸς αὐτοὺς, *ad* eos, nempe verba facturus. αὐτῶν, quod addit *Gottl.* haud dubie intellexit, ἐξ αὐτῶν, ex eorum numero. Sed ita non adhibetur Dat. et vero frigeat hoc additamentum.

C. 33. [περὶ τοῦ) in Schol. Aug. deeſt ἤτοι.]

περὶ τ. ἐπ. τ) i. e. περὶ τῆς ἀληθ. τοῦ ἐπίπλου, περὶ τοῦ ἀληθῆ εἶναι τὸν ἐπίπλουν.

[ἢ λέγοντες) Schol. abeſt Aug.]

ἢ λέγ.) quomodo differt ab ἀπαγγέλλοντες; forte illud, *voce* coram, hoc per *literas* nuntiosue abſentium. Nam, ad *fidem* quod refert Schol. vix tenuerit, vt *vera* ergo ſint τὰ ἀγγελλόμενα.

[ὅμως δὲ οὖ) Schol. ad h. v. in Aug. refertur ad ἄφρονες, (male,) et ſic leg οὐ φοβηθήσομαι διὰ τὸ ἄφρων νομισθήσεσθαι, καὶ (i. e. καὶ οὐ, οὐδὲ,) διὰ τοῦτο σιωπήσω.] In Schol. Duker. paruo Graece, ἄφρονα ὑπειλῆφθαι, pro ἄφρων· vt recte alterum Schol.

[ἐπισχήσω) Schol. abeſt Aug.]

[σαφέστ τι) in Schol. Aug. abeſt ἀληθέστερον in extr.]

Καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ] *Thomas Magiſter* ſcribit, cum *Demoſthene* et aliis omnibus dicendum eſſe πεζῇ στρατιᾷ, non πεζικῇ, etſi hoc ſit apud *Thucydidem*; nam eſſe ποιητικώτερον.

vocem vota solennia nuncuparunt, et crateras miscentes, in aureis argenteisque poculis cum nauium defensores, tum *ipsi* duces, libarunt. Simul autem vota faciebat et caetera turba, quae erat in terra, tam ciuium, quam aliorum etiam, si quis beneuolus ipsis aderat. Cum autem paeana ceciniissent, et libationes peregissent, e portu soluentes in altum vela fecerunt. * Atque primum longa nauium serie nauigantes, iam ad Aeginam vsque cursum certatim tenuerunt. Atque hi quidem Corcyram, quo et reliquus sociorum exercitus conueniebat, peruenire properabant. Syracusas vero ex variis quidem locis nuntii de infesto huius classis aduentu afferebantur: sed tamen diu nihil horum creditum est. Quinetiam, conuocata concione, huiusmodi sententiae dictae fuerunt cum ab aliis (quorum alii quidem credebant, *vera esse*, quae de Athenienſium expeditione *nuntiabantur*, alii vero contraria dicebant,) tum etiam ab Hermocrate Hermonis *filio*, qui *in medium* progressus, quippe persuasum haberet, se plane scire, quae de illis *rebus ferebantur*, ipsis haec dixit, ac suasit. Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 1. U. C. Varr. 339.

33. „Incredibilia quidem, quemadmodum et alii nonnulli, forsitan et ego apud vos de certissimo classis hostilis aduentu dicere videbor. Illud autem probe noui, eos, qui vel dicunt, vel nuntiant res, quae fidem superant, non solum non persuadere, verum etiam amentes videri. Veruntamen, cum reipublicae periculum impendeat, non *idcirco* deterritus abstinebo: quia persuasum habeo, me aliquid exploratius dicturum, quam quemuis alium, quod hoc sciam. Athenienses enim aduersus nos (quod vehementer admiramini) cum ingenti exercitu et nauali et pedestri veniunt. Hoc quidem praetextu, vt Egestaeis sociis auxilium ferant, et Leontinos in suas sedes restituant: sed re vera Siciliae, praecipue vero nostrae vrbis cupiditate, existimantes, si hanc obtineant, *se caeteras etiam Siciliae partes* facile obtenturos. Quoniam igitur propediem *huc* sunt appulsuri, videte, qua ratione pro viribus ipsos honestissime propulsaturi sitis; et *cauete*, ne per *hostium* contemtionem, imparati opprimamini, neue *nuntiis* fidem non habentes, rerum summam negligatis. Quod si cui etiam res credibiles *dicere videbor*, illorum audaciam ac potentiam *is* ne reformidet: nam non magis nos laedere, quam a nobis laedi, poterunt. Quod autem cum magna classe veniunt, *hoc modo nobis* non inutiles *erunt*. Imo vero

* In speciem cornu primo nauigantes etc. *Valla.* In cornu primo tendentes, certatim Aeginam vsque nauigarunt. *Acacius.* Vide *Scholiast.* ad 2, 70. v. κατὰ μίαν. Hvds.

πάντὸς τῆ στρατεύματος. Περὶ τῦ ἐπίπλω τῆς ἀληθείας λέγειν] ἤτοι, περὶ τῦ ἀληθῶς αὐτὸς ἐπιπλεῖν. Ἢ λέγοντες, ἢ ἀπαγγέλλοντες] ἦγον, ἢ ἀφ' ἑαυτῶν λέγοντες καὶ λογοποιῦντες, ἢ ἀπαγγέλλοντες, ἐξ ἑτέρων ἀκούσαντες πλευσάντων. Ὅμως δὲ ὁ καταφοβηθεὶς] ἦγον, ὅμως ὁ καθεξῆς ἐμαυτὸν ἤδη κινδύνῳ ἐπερχομένῳ τῇ πόλει, καταφοβηθεὶς τὸ δόξαι ἄπιστα φθέγγεσθαι, καὶ ἐκ τούτῳ ἄφρονα ὑπειλῆφθαι. Οὐ καταφοβηθεὶς. ὃ φοβηθήσομαι διὰ τὸ ἄφρων νομισθήσεσθαι, καὶ διὰ τῦτο σιωπήσω. Ἐπισχήσω] ἐμαυτὸν δηλονότι. Σαφέστερόν τι ἑτέρῳ εἰδὼς] ἀκριβέστερον τῶν ἄλλων ἐπισάμενος, ἀληθέστερον. Ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων] δυνατῶν. Ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα] ἦγον, ἀνδρικώτατα καὶ φρονιμώτατα. Ἄφρακτοι ληφθήσεσθε] ἦγον ἄοπλοι. Εἰ δέ τῳ καὶ πιστὰ] τὰ τῆς

Sed vide, quae adnotauit *Stephanus* in Thes. Legit autem hic *Thomas* ἐν στρατιᾷ ὥρμηνται. Dvk.

ξυμμαχ. — κατοικ.) Dilogiam habet Datiui structura; in ξυμμαχίᾳ est, *ob* societatem, iure, officio societatis, in κατοικίσει est pro ἐπὶ, *consilii* nota. *Causſam* tamen indicat vtrobique, vtut impellentem alteram, alteram consilii. Quin alio sensu deinde, Σικελίας ἐπιθυμίᾳ· paene *Tibi logiam* vt dixeris.

Κατοικίσει] Non dubium est, quin libri optimi perperam exhibeant κατοικήσει, vt et supra aliquoties in principio huius Libri. Lege quae Viri Docti adnotant ad *Pollucem* IX, 7. Dvk.

τὸ δὲ ἀλ.) scil. κατὰ, εἰς.

[ἀπὸ τ. ὑπαρχ.
[ὅτῳ τρόπῳ } Scholl. abſ. Aug.

ἀπὸ τ. ὑπαρχ.) ad δρᾶτε retuleris: consilium *ex re* capite. Tac. Ann. I, 24. *ex re consulturum.* Sed et ad ὅπως, qui *pro facultate* vestra eos repellatis. Sed talem traiectionem non amat Thuc.

Κάλλιστα] Ita *Mſſ.* et *Scholiastes. Gr.* μάλιστα corrupte. Wass. κάλλιστα) nescio, cur hic vertatur, *quam honestissime. Honestatis* enim quae ratio hic, quae dubitatio? Immo sign. *facillime*, commodissime, efficacissime: *optime* denique. Quid, si μάλιστα legerimus?

[ἄφρακτοι
[εἰ δέ τῳ } Abſ. Schol. Aug.]

καὶ πιστὰ) redundat καὶ, vt solet, in distribuendo: aut traiecte intell. καὶ εἰ. Male expressit Portus τὸ καὶ, *etiam*; qui praesertim, pulchre vidisset, referri, vt diuersum, ad init. ἄπιστα μὲν ἴσως, vtut nihil opus, vbi suppleri simplicius detur ἐστί. Quippe illi ἄπιστα iam respondebat supra, ἀληθῆ δὲ ὅμως.

ἄθ', ὅτι μεγάλῳ στόλῳ [o] ἐπέρχονται, ἀνωφελεῖς· ἀλλὰ πρός τε τὰς ἄλλας Σικελιώτας πολὺ ἄμεινον· μᾶλλον γὰρ [*] ἐθελήσουσιν, ἐκπλαγέντες, ἡμῖν ξυμμαχεῖν. καὶ ἦν ἄρα [p] ἢ κατεργασώμεθα αὐτὰς, ἢ ἀπράκτας, ὧν ἐφίενται, [q] ἀπώσωμεν, ([r] ἃ γὰρ δὴ, μὴ [s] τύχωσί γε, ὧν [t] προσδέχονται, φοβοῦμαι·) κάλλιστον δὴ [v] ἔργων ἡμῖν ξυμβήσεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστον ἔμοιγε. ὀλίγοι [x] γὰρ δὴ στόλοι μεγάλοι, ἢ Ἑλλήνων, ἢ βαρβάρων, πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀπάραντες, κατώρθωσαν. ὅτε γὰρ πλείας τῶν ἐνοικούντων καὶ ἀσυγειτόνων ἔρχονται· (πάντα γὰρ [y] δὴ ὑπὸ δέους [z] ξυνίσταται·) ἦν τε δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ σφαλῶσι, τοῖς [a] ἐπιβουλευθεῖσιν ὄνομα, κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω [b] πταίσωσιν, ὅμως καταλείπουσιν. ὅπερ καὶ † Ἀθηναῖοι αὐτοὶ ἔτοι, τῷ Μήδῳ [c] παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος, [d] ἐπὶ] τῷ ὀνόματι, ὡς [e] ἐπ' Ἀθήνας [f] ἦει, ηὐξήθησαν· καὶ ἡμῖν, οὐκ ἀνέλπιστον, τὸ [g] τοιοῦτο ξυμβῆναι."

λδ'. "Θαρσοῦντες οὖν, τά τε αὐτοῦ παρασκευαζώμεθα, καὶ, ἐς τὰς Σικελὰς πέμποντες, τὰς μὲν μᾶλλον βεβαιωσώμεθα, τοῖς δὲ Φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι· ἔς τε τὴν ἄλλην Σικελίαν πέμπωμεν πρέσβεις, δηλοῦντες, ὡς κοινὸς ὁ κίνδυνος· καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅπως ἢ ξυμμαχίαν [h] ποιῶνται ἡμῖν, ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους. δοκεῖ δέ μοι, καὶ ἐς Καρχηδόνα, ἄμεινον εἶναι, πέμψαι. οὐ γὰρ ἀνέλπιστον αὐτοῖς, [i] ἀλλ' ἀεὶ διὰ φόβου [k] εἰσὶ, μή ποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσιν. ὥστε τάχ' ἂν ἴσως, νομίσαντες, εἰ τάδε [l] προήσονται, [m] καὶ ἂν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι, ἐθελήσειαν ἡμῖν ἤτοι κρύφα [n] γε, ἢ φανερῶς, ἢ ἐξ ἑνός γέ [o] του τρόπου, ἀμῦναι. δυνατοὶ δέ εἰσι μάλιστα τῶν νῦν,

o Ἐπέρχονται *Ar. C. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ. Dan.* * ἐθελεσήσουσι Mſqu. p Εἰ *Reg.* q Ἀπώσομεν *Gr. Bal.* r Οὐ γὰρ μὴ δὴ *Reg.* s Τύχωσιν *Caſſ. Gr.* Aug. t Προσδέχονται *Gr.* v Ἔργον *Ar. C. Reg.* Mſqu. in Aug. corr. e in ω. x Γὰρ ἤδη στόλοι *Gr.* y Δὴ omittunt *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. In *Caſſ.* manus recens adſcripſit. z Ξυνίσανται *Gr.* Mſq. a Ἐπιβουλευθεῖσι *Caſſ.* b Πταίωσιν *Gr.* Hvds. Immo πταίσωσιν. Πταίωσιν *Reg. Caſſ.* Aug. † οἱ Ἀθην. Mſq. c Παραλόγων *Caſſ. Gr.* Aug. d Ἐπὶ deeſt *Cam.* e Ἐπὶ Ἀθήνας *Reg. Caſſ Gr.* Aug. f Ἦκει *Gr.* Εἴη *Caſſ.* g Τοιοῦτον *Cl. Gr. Ar. C. Reg.* h Ποιώμεθα *Ar. C. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ.* Ποιῶνται *Cl.* in marg. Ποιώμεθα *Reg. Caſſ. Dan.* Aug. i Ἀλλὰ ἀεὶ *Gr.* k Εἰσὶν *Caſſ.* Aug. l Ποιήσονται *Reg.* m Κἂν σφεῖς *Gr.* n Γε omittunt *Ar. C.* o Πω τρόπω *Gr.*

Ἐπέρχονται] Sic *Mſſ.* quorum auctoritati parendum. antea ἔρχονται. Wass.

ἀνωφελεῖς) *noxii*, graues, pericu'oſi. Cic. *multis modis inutile*, i. e. noxium; Ebr. 13, 17. ἀλυσιτελὲς ὑμῖν τοῦτο, *nociturum*. Varietatem it. mobſerua: — πολὺ ἄμεινον· ergo aut antea ponerer, ἀνωφελὲς, aut hic, ἀμείνους. Certe in ἄμεινον intell. τοῦτο.

πρός τε τ. ἄλλ.) Non eſt, quod reddatur huic πρός τε, quod exſpectare iubeat, καὶ πρὸς rel. *Etiam* vertit Port. τε· male, quia nil *aliud* praeceſſit, e i *etiam* ſubiiceretur. An γε legendum, *certe*, ſaltem, vtique? Sed ſalua res, et conſtat tibi Thuc. ſin verbis, at re: ſubiicit enim, poſt breuem Parentheſin: καὶ ἦν ἄρα ἢ κατεργασώμεθα αὐτούς· hoc quid eſt, niſi: καὶ πρός γε ἡμᾶς οὐκ ἀνωφελεῖς; ita cauſſa, explicatione, allata, contineat in ſeſe id, cuius rationem reddat.

[ἢ κατεργασ.) Schol. abeſt Aug.]

[οὐ γὰρ δὴ) In Schol. Aug. abeſt φησί.]

μὴ τύχ. γε) γε hic eſt *certe*, quidem; ac ſi ſit: οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε φοβ μὴ τ. *id quidem* certe non verear, ne, rel. Denn, daß ſie ihre Abſicht erreichen ſollten, dieß wenigſtens beſorge ich nicht.

Προσδέχονται] *Gr.* προσεδέχοντο. at caeteri, et *Scholiaſtes*, nihil mutant. Wass.

ἔργ. — ξυμβ.) Minus congruit τὸ ξυμβαίνειν cum ἔργων, vel ἔργον neque enim *facta* nobis *acciderint*, *noſtra* vtique. ξυμβαίνειν hic eſt *ſuccedere*, effici, von ſtatten gehen, vt et alibi; aut, per Metonym. cauſſae, *gloria* facti nobis ceſſerit; immo, preſſius ac ſimplicius, quaſi intellecto ποιῆσαι, ἀποδεῖξασθαι· *contigerit* nobis *perpetraſſe* opus pulcherrimum.

[ὀλίγοι γὰρ —
[κατώρθ. } Scholl. deſ. Aug.]

[τ. ἐνοικ.) Aug. abeſt in Schol. τε poſt Καρχηδονίας.]

Γὰρ δή] Sic Noſter paſſim. *Gr.* minus bene ἤδη. Wass.

πάντα — ξυνίστ.) πάντα eſt pro πάντες, more Noſtri, et ξυνίστανται pro ξυστήσεται, Praeſ. p. Fut.

[ἦν τε δι' ἀπορ.) Schol. abeſt Aug.]

[ὅπερ κ. Ἀθ.) Schol. Aug. ſic leg. τρία πραγματεύεται διὰ τούτων· ἓν μὲν, ἐν ἐλπίδι ποιῆσαι τοὺς Συρακουσίους τῆς νίκης, ὡς σφαλησομένων τῶν Ἀθηναίων περὶ αὐτούς, ὃν τε τρόπον ἐσφάλησαν οἱ Μῆδοι στρατεύσαντες περὶ τὴν Ἑλλάδα· ἕτερον δὲ, τὸ, μένους Συρακουσίους, ἂν κατορθώσωσιν, δοκεῖν νενικηκέναι τοὺς Ἀθηναίους· ἐπειδή γε ἐπὶ Συρακουσίους ἐκεῖνοι προηγουμένως στρατεύονται· καὶ γὰρ τὸν Μῆδον, ὑπὸ πάντων νενικημένον τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ μόνων τῶν Ἀθηναίων ἡττῆσθαι νενομίσθαι· διὰ τοῦτο, ὅτι, ἐπ' Ἀθήνας, λόγος ἦν, στρατεύειν αὐτόν· τρίτον δὲ, ἀπαλλάξαι φόβου τοὺς Συρακουσίους· ἐπεὶ γὰρ καταπεπλήγασιν ἀκοῇ τοὺς Ἀθηναίους νενικηκότας τὸν Μῆδον, παραδείκνυσιν αὐτοῖς, ὅτι ὁ Μῆδος, αὐτὸς περὶ αὑτῷ πταίσας τὰ πλείω, τὴν δόξαν τῆς νίκης ἐκείνοις προσέθηκεν.

[παρὰ λόγ.) Schol. abeſt Aug.]

ἐπὶ τῷ ὀνόμ.) Si verum ἐπὶ, ſign. *ſub*; et Latinis liberum, *ea ſpecie* et *ſub ea ſp. alieno nomine*, et *ſub al. nom.* dicere.

τοιοῦτο] *Thom. Magiſter* in βάλομαι habet τοιοῦτον cum pleriſque *Mſſ.* Dvk.

C. 34. [τά τε αὐτ.
[βεβαιωσ. } Scholl. ad h. vv. abſ. Aug.]
[κ. ξυμμαχ.

[ἔς τε τ. ἄλλ.) In Schol. Aug. d. τῶν ante Ἑλλήνων.]

Σικελίαν) Ἰταλίαν malit Reiſk. notante *Gottleb.* temere, vt ſolet; quae enim Italiae mentio, vt *reliqua* ſubiiciatur? Aut quod commune periculum Italiae ex iſto conatu?

etiam apud caeteros Sicilienſes *hoc nobis erit* longe melius: facilius enim *illorum aduentu* territi ſeBell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 1. U. C. Varr. 339. nobis ſocios adiungere volent. Et ſi forte vel ſubegerimus ipſos, vel ea, quae cupiunt, non adeptos repulerimus (* non enim vereor, ne conſequantur, quod exſpectant) praeclariſſimi facinoris gloria nobis continget; † neque mihi ſaltem deſperandum. Paucae enim aut Graecorum aut barbarorum magnae claſſes, procul ab *agro* domeſtico profectae, rem feliciter geſſerunt. Nam neque veniunt numero ſuperiores incolis et vicinis; (omnes enim prae metu congregabuntur;) et ſi propter inopiam rerum neceſſariarum in alieno ſolo rem male geſſerint, quamuis ipſimet magna ex parte ſibi cladem inuexerint, tamen nomen *et victoriae gloriam* illis relinquent, quibus inſidiati fuerint. Qua ratione etiam hi ipſi Athenienſes creuerunt, quod Medus praeter opinionem ſaepius offenderit, dum praedicaret, ſe vnam ciuitatem, Athenas videlicet, bello petere. Cui rei ſimile quiddam nobis etiam euenturum, non eſt deſperandum."

34. „Confidenter igitur et res in hoc ipſo loco praeparemus, et *nuntiis* ad Siculos miſſis, hos quidem magis confirmemus, cum aliis vero amicitiam atque ſocietatem inire conemur. Et in reliquas Siciliae partes legatos mittamus, et hoc periculum commune eſſe demonſtremus; et in Italiam, vt aut ſocietatem nobiscum faciant, aut ne recipiant Athenienſes. Exiſtimo autem, ſatius eſſe, Carthaginem etiam *legatos* mittere. * Nam ne ipſis quidem eſt dubitandum: ſed in perpetuo metu degunt, ne quando Athenienſes co.ra ſuam vrbem veniant. Quamobrem fortaſſe exiſtimantes, ſi res iſtas neglexerint, ſe quoque laboraturos, aut clam, aut palam, aut quouis alio modo nobis opem ferre volent. Et profecto, ſi velint, *hoc facere* poterunt vel maxime omnium, qui nunc *rerum potiuntur.*

* Nec enim vel minimum, vt voti ſui compotes fiant, metuo. *Acacius.* HVDS. † Id quod (vt mea fert opinio) ſperare debemus. *Valla.* Quod futurum haud deſpero. *Acacius.* IDEM. * Nam minime praeter opinionem id iis accidit, quia in perpetuo etc. *Acacius.* IDEM.

ἐφόδῳ τῶν Ἀθηναίων. Ἢ κατεργασώμεθα αὐτὲς] ταπεινώσωμεν, νικήσωμεν Οὐ γὰρ δὴ, μὴ τύχωσί γε, ὧν προσδέχονται, φοβῶμαι] ὃ γὰρ φοβῶμαι, (φησὶ,) μὴ ἐπιτύχωσι τῶ ἐλεῖν ἡμᾶς. Ὀλίγοι γὰρ δὴ τόλοι] ἀντὶ τῶ ὃδ' ὀλίγοι. Κατώρθωσαν] ἤγων ἠρίστευσαν. Τῶν ἐνοικούντων] ἤτοι, τῶν ἐνοικούντων ταῖς Συρακούσαις· (ἵνα ἀσυγείτονας τὲς ἄλλες ἀκούσωμεν Σικελιώτας·) ἢ τὲς μὲν ἐνοικοῦντας δεκτέον τὲς Σικελιώτας, ἀσυγείτονας δὲ, Καρχηδονίες τε καὶ Ἰταλιώτας. Πάντα γὰρ δὴ ὑπὸ δέος] ὁ γὰρ φόβος ὁμοφρονεῖν ἀναγκάζει καὶ τὲς τασιάζοντας. Ἦν τε δι' ἀπορίαν] ἂν ἄρα (φησὶ) δι' ἀπορίαν ἐπιτηδείων περὶ αὐτὲς σφαλῶσι, δόξαν ἡμῖν προσθήσουσιν ὡς ὑφ' ἡμῶν νενικημένοι. Τῶν ἐπιτηδείων] τῶν τροφίμων. Ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι] τρία πραγματεύεται διὰ τέτων· ἓν μὲν, ἐν ἐλπίσι ποιῆσαι τὲς Συρακουσίες τῆς νίκης· ἕτερον δὲ, τὸ μόνον Συρακουσίες, ἂν κατορθώσωσι, δοκεῖν νενικηκέναι τὲς Ἀθηναίες· τρίτον δὲ, ἀπαλλάξαι τὸ φόβῳ τὲς Συρακουσίες. Παρὰ λόγον] παρὰ δόξαν. Τά τε αὐτὸ] ἤγων, τὰ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. Βεβαιωσώμεθα] βεβαίες φίλες ποιήσωμεν. Καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι] ἐχθροῖς ὄσι δηλονότι. Ἐς τε τὴν ἄλλην Σικελίαν] μὴ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων οἰκουμένην. προεῖπε γὰρ περὶ τῶν βαρβάρων. Οὐ γὰρ ἀνέλπιστον αὐτοῖς] ἄφοβον· τὸ κακὸν δηλονότι. προσδοκῶσι γάρ. Διὰ φόβου εἰσὶ] φοβοῦνται Καρχηδόνιοι, μὴ αὐτοῖς ἐπέλθωσιν Ἀθηναῖοι. Εἰ τάδε προήσονται] τὰ καθ' ἡμᾶς. Καὶ ἂν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι] ἐν ταλαιπωρίᾳ. Ἤτοι κρύφα γε] κρύφα μὲν χρήματα ἡμῖν λάθρα

Ποιῶνται ἡμῖν] Ποιώμεθα ἡμῖν omnes *Mſſ.* et *Edd.* ante *Stephanum*, qui primus edidit ποιῶνται ἡμῖν· adpoſite quidem ad ſententiam, ſed, an vere, incertum. Nam etiam aliae, non omnino improbabiles, coniecturae adferri poſſent. Verum, potius videndum, arbitror, an, ὅπως ξυμμαχίαν (ſcil. αὐτῶν) ποιώμεθα ἡμῖν, poſſit referri ad ſingularia *Thucydidis*, pro, ὅπως ξυμμάχες αὐτὲς ποιώμεθα ἡμῖν Non negari poteſt, non admodum vlitatum eſſe hanc φράσιν· ſed *Thucydides* vbique amat dicere viam tritam, et, quod alicubi dicit *Scholiaſtes*, ἐν πᾶσι φεύγει τὴν συνήθειαν. Nec rarae ſunt apud eum huiusmodi ellipſes, ſtructurae πρὸς τὸ σημαινόμενον, et mutationes perſonarum. DVK. ποιῶνται recte, ad δέχωνται. vbi (ad ἢ μὴ) intell. γε, *ſaltem*. ποιώμεθα praeſert Abr. quaſi pro ξυμμάχους. Abuti hoc eſt figuris! Quis vnquam legit, ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι pro ξύμμαχον π.

[οὐ γὰρ ἀνέλπ. α.] [διὰ φόβ.] } Schol. Aug. habet: προσδοκῶσι γὰρ, τὸ κακ. δηλ. Translatum videtur e Schol. ad διὰ φόβου, quod ita leg. προσδοκῶσι γὰρ οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ φυβοῦνται, μὴ αὐτοῖς ἐπέλθωσιν Ἀθηναῖοι.]

αὐτοῖς ἐπὶ τ. πόλ.) pro, ἐπὶ τ. πόλ. αὐτῶν.

[εἰ τάδε] [κ. ἂν σφ.] } Scholl. abſ. Aug.]

[ἤτοι κρ. γε) In Aug. ita leg. Sch. κ. μ. χ. ἡ. λ. τ. Ἀ. πέμψαντες· ἐν δὲ τῷ, ἢ ἐξ ἑνὸς γε τρόπου, περιττὸς ὁ ἢ σύνδεσμος· παρὰ γὰρ τὸ, ἢ κρύφα ἢ φανερῶς ἀμῦναι, τρίτον οὐδέν ἐστιν.]

ἢ ἐξ ἑνός γε τ. τρ.) Recte ſane monet Abr. hoc additum, non, quo *alia* ſit ratio aut *media* inter occultam et apertam, ſed, quo comprehendat omnia, nil relinquat. Nec male comparat Rom. 8, 39. vbi, enumeratis omnibus fere, (fere

βεβληθέντες. χρυσὸν γὰρ καὶ ἄργυρον πλεῖστον κέκτηνται, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καὶ * τἆλλα εὐπορεῖ. πέμπωμεν δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ ἐς Κόρινθον, δεόμενοι P δεῦρο κατὰ τάχος βοηθεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν. ὃ δὲ μάλιστα ἐγώ Q τε νομίζω ἐπίκαιρον, r ὑμεῖς τε, διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον, ἥκιστ' ἂν ὀξέως πείθοισθε, ὅμως εἰρήσεται. Σικελιῶται γὰρ εἰ s θέλοιμεν, ξύμπαντες, εἰ δὲ μή, t ὁτιπλεῖστοι μεθ' ἡμῶν, v καθελκύσαντες ἅπαν τὸ ὑπάρχον ναυτικὸν μετὰ δυοῖν μηνοῖν τροφῆς, ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς x Τάραντα καὶ Ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ δῆλον ποιῆσαι αὐτοῖς, ὅτι ὰ περὶ τῇ Σικελίᾳ πρότερον ἔσαι ὁ ἀγών, ἢ τὸ ἐκείνης περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον· μάλιστ' ἂν αὐτὸς ἐκπλήξαιμεν, καὶ y ἐς λογισμὸν κατασήσαιμεν, ὅτι z ὁρμώμεθα μὲν ἐκ Φιλίας χώρας Φύλακες· (ὑποδέχεται γὰρ a ἡμᾶς Τάρας,) τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ b περαιοῦσθαι μετὰ πάσης τῆς παρασκευῆς, χαλεπὸν δὲ, διὰ πλῆ μῆκος, ἐν τάξει c μεῖναι· καὶ ἡμῖν ἂν εὐεπίθετος εἴη, d βραδείᾳ τε καὶ e κατὰ λόγον προσπίπτουσα.

* τἆλλα Baſ. mox πέμπομεν Mſq. p Δεῦρο omittit *Gr.* κατατάχος Aug. κατὰ τ. δ. Mſq. q Τε deeſt *Reg.* r Ὑμεῖς δὲ *Ar.* s Θέλομεν *Reg.* t Ὅτι πλεῖστοι *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr.* Aug. v Μεθελκύσαντες *Reg.* x Τάραντα *Reg.* Ταράκαντα Mſq. y Id eſt: *αὐτὸς τοῦτο λογίζεσθαι ἀναγκάσομεν. Ae. Port.* Hvds. z Sic diſtinguit *Ae. Port.* ὁρμώμεθα μὲν ἐκ φιλίας, χώρας φύλακες. Hvds. a Ἡμᾶς *Caſſ.* Aug. ſed corr. in ἡμ. b Περαιοῦται, in marg. περαιοῦσθαι *Gr.* c Εἶναι *Ar. C. Gr. Dan.* d Βραχεῖα legiſſe videtur *Valla*: nam vertit, *breui ſpatio et ordine venientes inuadere.* Hvds. Βραχεῖα *Reg.* Aug. Mſqu. e Κατ' ὀλίγον *Cl.* in marg.

tamen ibi, non omnino,) addatur, *οὐδέ τις κτίσις ἑτέρα.* Verteris: *aliquo denique modo*; Germ. kurz, mit einem Worte, auf irgend eine Weiſe: *vtcunque* potuerint aut voluerint. Pro τοῦ (τρ.) tamen legerim, του, i. e. τινός. Alienus enim hic eſt Articulus. Forte et ἢ delendum, vt fruſtra e prioribus repetitum. Tunc γε valeat *certe, ſaltem, vtique*, nec fuerit quidquam difficultatis.

[κ. τἆλλα) Schol. abeſt Aug.]

δεῦρο βοηθ.) Breuius, more Noſtri in hoc verbo, pro, *βοηθήσοντας ἥκειν.*

καὶ τ. ἐκ. πόλ. κιν.) Primo, per traiectionem, ſolitam illam Thucydidi, pro, κ. *ἐκεῖ* κιν. τ. πόλ. Neque enim *tunc* iam erat *ibi* bellum, quippe compoſita pace, et *moueri* nunc demum, *incipi*, iubebatur. Quod ſi deinde ἐκεῖ eſt, vt ſolet ac debet, *ibi*, illic, in Graecia nempe: καὶ non refertur ad δεῦρο βοηθεῖν, tanquam *vnum* opus notet, *effectumue* illius, ſed ſign. *etiam*, *inſuper*; aut pro *vel*, *aut*, dictum: aut huc miſerint auxilia, aut illic incipiant bellum, quo auertant eos et a nobis diſtincant, eine Diverſion machen. Vtut, auxiliis quoque ſummiſſis, dubium non eſſet, quin continuo, et hoc ipſo, mouerentur arma Graeciae. Iuris gentium iſta cauſſa eſt; Romanis quidem ſic habita, vt pro hoſte haberent, quicunque hoſtibus ipſorum auxilia ſubmiſiſſet. Ita Philippum Macedonem, Carthaginienſibus ex occulto fauentem, ita Syriae regem Antiochum, qui Aetolis profeſſus magis adeſſet, pro hoſte illico habuere. Graeci ita an ſeruauerint, quaeri liceat. Athenienſes quidem, Corcyraeis auxilio tantum lato, continuo hoſtes Corinthiis, vtut ξυμμαχίᾳ tantum inita, non ἐπιμαχίᾳ. Ceterum, ad formam certe, cum intereſſet, auxilia tantum velut mercenariorum, ad Siculorum exercitus mitterentur, an *ex edicto*, vt Liu. loquitur 1, 27. init. (vbi legere malim, *ex indicto,*) *palam*, vt itid. addit Liu. φανερᾷς, vt ſupra Noſter, cui κρύφα opponat, quod et ad auxilia non ex profeſſo ſubmiſſa retuleris: diſſimulare poterant Athenienſes, ne maior domi moles praegrauaret, neque ideo aperte hoſtes deſtinare Corinthios, vtut coloniae ſuae vindices. Quare magis eſt, vt καὶ hic valeat ἢ, aut *etiam*, *praeterea*; *non* auxilia mittant *modo*, *ſed et* bellum in Graecia moueant. Talia nimirum curanda erant recte interpretaturis vnum illud καὶ, quod ſecure transmitti, ſocordis eſſet, nec rite haberi absque illa rei ipſius cura liceret. Fuerit tamen, cui non diſpliceat, ἐκεῖ h. l. eſſe *hîc*, ἐνθάδε, in Sicilia; ſed hic Siculorum nimirum erat, κινεῖν τ. πόλεμον, non Corinthiorum.

ὑμεῖς τε) τε valet εἴτε, vt frequenter καὶ, idem, atque εἰ καί. *Gottl.* τε ſignificare non magis poteſt εἴτε, quam καὶ poni pro εἰ καί· Vbi enim εἰ ita omittitur? De re tamen, aut ſententia, recte: *vtut vos haud credatis.* Sed et ſic proceſſerint verba, vt poſita ſunt: dicam, quod ego opportunum maxime habeam, *vos autem*, (τε pro δὲ,) difficillime inducamini, vt faciatis. Fruſtra denique arguere, cum ipſe Thuc. diſtinguat et opponat, ἐγώ τε — ὑμεῖς τε, *equidem*, *vos vero*: *et* ego, *et* (contra) vos. πείθοισθε hic non eſt, *crediderit*is, ſed, *feceritis.* πείθ. ſcil. πράττειν, ἐπιχειρῆσαι αὐτῷ.

Σικ. γὰρ) γὰρ hic eſt *nempe.* v. ad 1, 25. *Gottl.* (ex Abr.) Alieniſſimum illi affert Abr. Matth. 3, 3. μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλ. τ. οὐρ. Vbi *cauſſam* mutandae mentis aperte ſignet τὸ γάρ· nec minus alienum 1. Cor. 14, 9. ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες· vbi rurſus cauſſam inutilitatis reddat τὸ γάρ. Rectius afferret Matth. 1, 18. *Chriſti natalem ita feſe habuere*; μνηστευθείσης γάρ, rel. Hic vero manifeſto ſign. *nimirum*, *nempe.*

Ὅτι ὰ περὶ τῇ Σικελίᾳ πρότερον ἔσαι ὁ ἀγών] Περὶ τῇ Σικελίᾳ eſt *circum*, vel, *ad Siciliam*, non, vt omnes verterunt, *de Sicilia.* Probabile tamen eſt, mentem *Thucydidis* et, quem haec dicentem inducit, Hermocratis, eſſe eam, quam *Interpretes* expreſſerunt. Nam Athenienſes in animo habebant tentare, an Sicilia potiri poſſent. Sed hoc Graeci dicunt, περὶ τῆς Σικελίας ἔσαι ὁ ἀγών. *Thucydides* V, 9. Ὀρθῶντες, περὶ ὅσων ὁ ἀγὼν ἐστίν. VI, 11. Οὐ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἑγεσταίων ἡμῖν ἀνδρῶν βαρβάρων ὁ ἀγών. Add. II, 42. III, 53. et V, 101. Sic ὁ περὶ ψυχῆς, κρεῶν, βασιλείας ἀγών, et plurima alia hoc genus, in quibus περὶ ſemper genitiuum habet. Haec mihi ſuſpectam faciunt vulgatam huius loci ſcripturam. Dvk.

περὶ τῇ Σικ. rel.) Duplicem ſenſum τῇ περὶ hic tribuit Abr. probante *Gottl.* Etſi idem Abr. recte monet, etiam cum Dativo ſignificare poſſe *de*: mihi tamen *caſu* ipſo diſtinxiſſe videtur Thuc. aſperius paullo, vt vni vocabulo ſemel poſito duos adiungeret caſus; vt ſenſum tamen videatur diſtinguere voluiſſe: non *circa* Siciliam fore concertationem, i. e. non

Nam maximam auri argentique vim poſſident, vnde et bellum et caetera commode adminiſtrantur. Lacedaemonem etiam et Corinthum *legatos* mittamus, ac oremus, vt celeriter auxilium huc mittant, et bellum illic *aduerſus Athenienſes* moueant. Quod autem ego maxime opportunum arbitror, et *quod* vos propter ſolitam deſidiam minime celeriter probabitis, tamen *a me* dicetur. Si enim vniuerſi Sicilienſes, ſin minus, quam plurimi nobiscum, omnem praeſentem claſſem cum duorum menſium cibariis deducere velimus, et Athenienſibus ad Tarentum et ad Iapygiam promontorium occurrere, ipſisque demonſtrare, non de Sicilia prius *ipſis* certamen fore, quam de Ionio mari ab ipſis traiiciendo; ipſos maxime terrebimus, et cogemus *ipſos hoc* conſiderare, nos quidem ex *agro* amico, regionis *noſtrae* cuſtodes, proficiſci, (Tarentum enim nos excipiet) ipſis vero cum toto *claſſis* apparatu pelagus ingens eſſe transeundum, et propter nauigationis longitudinem difficile eſſe ordinem ſeruare. Nobis vero facile fore, *ipſorum claſſem* lente nauigantem et ordine, *nec frequentem* contra *nos* venientem inuadere.

Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 1. C. Varr. 339.

τῶν Ἀθηναίων πέμψαντες. Ὅθεν ὅ, τε πόλεμος] καὶ ἐν πολέμῳ δύναμιν ἔχει μεγίσην καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις πράγμασι τὰ χρήματα. Καὶ τἄλλα] τὰ κατὰ τὰς ἀνθρώπους. Διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον] διὰ τὸ σύνηθες ὑμῖν εἶναι τὸ ἡσυχάζειν. Καὶ ἐς λογισμὸν καταςήσαιμεν] καὶ ποιήσαιμεν αὐτὲς ἐν φροντίδι καὶ διαλογισμῷ γενέσθαι. Χώρας φύλακες] λείπει τῆς Σικελίας. Εὐεπίθετος εἴη] εὐεπιχείρητος ἡμῖν ἔσαι ἡ δύναμις αὐτῶν, ῥᾳδέως τε πλέουσα διὰ τὸν ἐν τῷ πελάγει κάματον, καὶ ὡς ἀθρόα.

paſſuros ipſos, eo vsque penetrare Athenienſium claſſem, ſed *procul* a Sicilia impedituros, atque occurſuros, vt ne Ionium quidem mare traiiciant, nedum Siciliae immineant. τὸν Ἰόνιον, intell. κόλπον. Notum eſt Virgilii: *Inſulae Ionio in magno.* Item Ge. 2, *Noſſe, quot Ionii* (ſcil. maris) *veniant ad litora fluctus.* Quodſi abſit aut τοῦ, aut ᾗ, vt ad illud redeam; commodum ſane ſenſum reddiderint verba: non *prius* de Sicilia, vel circa Siciliam, concertationem futuram, *quam* (donec) illi transmiſerint Ionium: i. e. prius eluctandum illis eſſe, nobis ſcil. prohibentibus, Ionium mare, quam ad Siciliam tam prope accedant. Vt verba nunc leguntur, πρότερον ſit pro μᾶλλον· nicht ſo wohl, *non tam, minus.*

Ἰόνιον] Dixi ſupra; ſic etiam *Dio* XLII. p. 190. et alibi, quomodo et *Xiphilin.* p. 718. Aliquando addunt κόλπον, vel ſimile quid. *Euripides* Helen. 772. ἐν Αἰγαίῳ. *Arrian.* in Epict. II, 6. τὸν Ἀδρίαν. *Herodotus* vtroque modo locutus eſt. *Aeſchylus* et *Pindar.* vix vnquam ἁπλῶς. *Virg. Ionio* in magno. Wass.

[ἐς λογισμ.) in Schol. Aug. eſt ποιήσομεν pro ποιήσαιμεν.]

ἐρμώμ. μὲν) Acute monet Abr. omiſſum ἡμεῖς, neceſſarium ob diuerſitatem, αὐτοῖς· exemplo allato etiam Scr. S. vbi *ego* ſimiliter omittatur: 1. Reg. 18, 18. *non peruerto Iſraëlem, ſed tu*, i. e. non *ego*. Nam et in Ebr. eſt tantum, עָכַרְתִּי, omiſſo אֲנִי; unde neque in Graeco eſſe poſſit. Etiam in Ebr. (vnde pendeant LXX.) ſubinde tali contextu abeſt (immo deeſt) וְאַתֶּם, וְאַתֶּן, וְאָנִי: v. c. Deuter. 7, 10, 11. vbi de Deo cum fuerit ſermo, ſubiicitur: et *ſeruabis*, rel. i. e. *tu* vero, *tu* itaque obſeruaueris. 30, 1. *Vbi venerint ſuper te omnes iſtae poenae*, rel. וְהֵשַׁבְתָּ, *et reputaueris*, i. e., *tu* autem reput. Inſigne in primis ſuccurrit 2. Tim. 2, 12. εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Vbi duplex omiſſio, et τοῦ ἡμεῖς, ad κἀκεῖνος, καὶ praeterea additio, et αὐτὸν, ad ἡμᾶς. Et Vſ. 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, i. e. εἰ ἡμεῖς ἀπις. Sic contra, quod obiter addidiſſe liceat, *redundat* pronomen perſonae, vbi referat verbum ad *idem* ſubiectum. Ebr 4, extr (ex Pſ. 95. extr.) ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν, rel. *ſemper abripiuntur errore mentis: illi autem non obſeruant*, i. e. *neque* obſ. Sed et alterum notaret idem; *traiecta* eſſe verba membri diuerſi: τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς, rel. vbi diuerſitatis formula poſcat, αὐτοῖς δὲ πέλ. V. Phil. Th. Paull. p. 287. med. et ex pag. 282. lit. *c.* adde 2. Cor. 12, 11.

φύλακες) Hoc quorſum addit? Nempe, quia φύλακες, Küſtenbewahrer, 1) haud longe progrediuntur e ſua terra, nec committuntur mari aperto; quod facere cogerentur Athenienſes; 2) receptum habent et in tuto, et ex propinquo. Vtrumque ſatis interpretetur Parentheſis: *recipit enim nos Tarentum.* Quae ex Abr. adſcripſ. erat *Gotth.* partim ſuperuacanea ſunt, in ſuppleto αὐτῆς, quod et facile quiuis addiderit, et hic nullo modo, opus ſit, addi; et alieniſſima, addito, *in terra nullis inteſtinis diſcordiis agitata.* Hoc vero quid ad rem? Num Athenienſium terra, quorum hic diuerſitati omnia dentur, diſcordiis agitabatur? Immo de longinquitate hic ſola, et receptu nullo hic propoſito, vnice agitur.

Εὐεπίθετος] Εὔκολος εἰς ἐπιτίθεσιν, ἤτοι εὐεπιχείρητος, exponit *Thom. Magiſter.* Supplendum eſſe, ἡ παρασκευὴ, adnotat *Scholiaſtes Caſſ.* In *Thoma* legendum eſt ἐπίθεσιν. Dvk.

Ibid. Βραδεῖά τε καὶ κατὰ λόγον προσπίπτουσα] Κατ' ὀλίγον, quod eſt in marg. *Cod. Clar.* optimum ſenſum habet; eique conuenit interpretatio *Scholiaſtae*, ὡς ἀθρόα, ex ipſo *Thucydide* ſumta, qui mox τῷ βραδεῖα opponit τὸ τακυναυτοῦν, et alteri illi τὸ ἀθροώτερον· huic autem recte opponitur τὸ κατ' ὀλίγον· quemadmodum IV, 10. κατ' ὀλίγον, et πολλοὶ μαχόμενοι, et V, 9. κατ' ὀλίγον, et ἅπαντες κινδυνεύοντες. Sed ſcriptura recepta fortaſſis nihil vitii habet: nam hoc κατὰ λόγον eſt, et ratio ac natura rei ita ferit, vt magna claſſis multis onerariis aliisque nauibus impedita, et commeatu atque adparatibus belli grauis, lente nauiget, ac late diffundatur, nec conferta progredi poſſit. Itaque ἐπέχω, etſi valde blanditur κατ' ὀλίγον. Dvk. Port. verterat, *lente et ordine nauigantem*, primo ſecutus eſt Leſt. κατὰ λόγον· quod tamen haud veriteret, *ordine:* primo, quia hoc non ſign. immo hoc ſit, ἐν τάξει, κατὰ κόσμον· deinde, quia hoc non reddiderit claſſem εὐεπίθετον, ſi ordine proceſſerit: eo tutior potius futura. Quin ipſe ait Thuc. difficile fore ἐν τάξει μένειν, vt fluctu iactatam; vbi qui ordini locus? Deinde

Ἐν Θησείῳ etc.] Vide *Meurſii* Athen. Attic. p. 38. etc. *Eiusdemque* Lect Attic. l. 5. c. 15. Hvds.

[διὰ ταῦτα) in Schol. Aug. pro ὑποπτεύοντας eſt ὑποπτευθέντας, et pro ὑποκειμένους, ἀποκειμ.] Rectius vtrumque.

Ὑποψία] *Scholiaſtes* Ariſtophanis ad Lyſiſtr. v. 1096. ſcribit, auctorem facinoris mutilatorum Hermarum a *Thucydide* prodi Alcibiadem. Hoc, quod ſciam, nusquam differtis verbis dicit *Thucydides*, ſed nihil illud, quam, ſuſpicionem illam fuiſſe, et Cap. praeced. numquam auctores illius pro certo potuiſſe ſciri. Quod, a *Philochoro* hoc Corinthiis tributum, narrat, id pluribus exponit *Plutarchus* in Alcib. Deinde apud eum legendum eſt: μόνον δὲ, φησὶν, ἃ περικοπῆναι τὸν

ſupplicio fuerant affecti, *iure*, *an* iniuria, ſupplicio affecti fuiſſent. Reliqua tamen ciuitas in praeſentia commodum *ex hac re* manifeſte percepit. Belf. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 1. C. Varr. 339.

61. De Alcibiade vero, inſtigantibus inimicis *iisdem*, qui, vel priusquam ille diſcederet, aggreſſi fuerant, Athenienſes *delationem* iratis animis accipiebant. Poſtquam autem de *violatis* Mercurii ſimulacris rem compertam ſe habere exiſtimarent, tunc vero multo magis etiam myſteria, de quibus *pollutis* accuſabatur, ab illo polluta fuiſſe videbantur, eodem conſilio, et cum coniuratis, aduerſus ſtatum popularem. Nam quidam non magnus Lacedaemoniorum exercitus per hoc ipſum tempus, quo *Athenienſes in vrbe* propter iſtas res perturbabantur, ad Iſthmum vsque progreſſus eſt, neſcio quid aduerſus Boeotos moliens. Videbatur igitur illo ſolicitante, non autem Boeotorum cauſa, ex compoſito veniſſe; et, niſi ipſi per indicium homines illos mature comprehendiſſent, futurum fuiſſe, vt ciuitas proderetur. Unde etiam vnam quandam noctem apud Theſei templum, quod eſt in vrbe, ſub armis pernoctarunt. Quinetiam Alcibiadis hoſpites, qui Argis erant, per idem tempus in ſuſpicionem venerunt, fore, vt populum aggrederentur. Argiuorum autem obſides, qui collocati fuerant in inſulis, Athenienſes tunc Argiuo populo his de cauſis interficiendos tradiderunt. Denique ſuſpiciones Alcibiadem vndique circumſtabant. Quamobrem *Athenienſes*, quod eum addoctum ad iudicium morte mulctare vellent, ita demum mittunt Salaminiam nauem in Siciliam, cum ad illum *reuocandum*, tum ad alios, de quibus indicia delata fuerant. Mandatum autem fuerat, vt ipſi *Alcibiadi* praeciperent, vt ſe purgaturus ſequeretur, non tamen ipſum comprehenderent: cauentes, ne ſui milites, qui erant in Sicilia, tumultum aliquem excitarent, neue hoſtes, *hoc animaduerſo*, *caſtra aggrederentur*, praecipue vero cupientes Mantineos et Argiuos *in illa expeditione* permanere, quod exiſtimarent, illos illius opera inductos ad hanc militiae ſocietatem. Hic igitur habens ſuam nauem, itemque ii, qui vna inſimulati fuerant, ex Sicilia cum naui Salaminia, tanquam Athenas ituri, diſceſſerunt. Et cum in Thuriis fuerunt, *illos* non amplius ſunt ſequuti; ſed ex naui egreſſi euanuerunt: poſt criminationem ad iudicium proficiſci non auſi. Qui vero naui Salaminia vehebantur, aliquamdiu quidem Alcibiadem, eiusque ſocios quaeſiuerunt: ſed cum nusquam apparerent, nauigationis curſum conficere perrexerunt. Alcibiades

κοινὸν τό, ἡ πόλις. Διὰ ταῦτα] διὰ τὰ κατηγορημένα τῷ Ἀλκιβιάδῃ, καὶ διὰ τὰς ξένας αὐτῷ τὰς ἐν Ἄργει, ὑποπτεύοντας ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἀργείοις, οἱ Ἀθηναῖοι παρέδωκαν τῷ δήμῳ τῶν Ἀργείων τὰς ὁμήρους τὰς ἐν ταῖς νήσοις ὑποκειμένας, ὡς οἰκείας ὄντας τῶν τῷ Ἀλκιβιάδῃ ξένων. Προειπεῖν αὐτῷ] εἰρήκεσαν δὲ, ὥστε προειπεῖν αὐτῷ. Τό, τε πρὸς τὰς ἐν τῇ Σικελίᾳ] τὸ τότε οὐκ ἴσχι χρονικόν, ἀλλ' ἀνέσραπται ὅτω, θεραπεύοντές τε τὸ πρὸς τὰς ἐν τῇ Σικελίᾳ στρατιώτας τε σφετέρους καὶ πολεμίους μὴ θορυβεῖν, ὥστε μηδένα θόρυβον, συλληφθέντος τῷ Ἀλκιβιάδῃ, μήτε ἀπὸ τῶν Ἀττικῶν στρατιωτῶν, ἀγανακτούντων, γενέσθαι, μήτε ἀπὸ τῶν πολεμίων, καταφρονησάντων. Δείσαντες τὸ ἐπὶ διαβολῇ] προσδιαβεβλημένοι ἐπὶ δίκην καταπλεῦσαι. Ἐν ἀριστερᾷ] δυτικώτατα

Ἀνδοκίδῃ Ἑρμῆν, addita particula negante, quae non recte abeſt. *Andocides* Orat. de Myſteriis pag. 203. Ὁ Ἑρμῆς, ὃν ὁρᾶτε πάντες, ὁ παρὰ πατρῴαν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν — ὁ περιεκόπη μόνος τῶν Ἑρμῶν τῶν Ἀθήνησιν. Et ita omnes alii. Vid. *Lambinum* ad Cornel. Nep. Alcib. Cap. III. Dvk.

οὕτω) *tum* demum; vel pro οὖν, διὰ ταῦτα.

ὧν πέρι ἄλλα.) Minus vſitatum, vt Praepoſitioni ſubiectae caſu ſuo, et reuocato accentu, aliud eodem referendum ſubiiciatur, p. ὧν ἄλλα. πέρι.

θεραπεύ.) Plut. (Alc.) p. 41. *Gottleb* θεραπεύοντες idem eſt, quod inſera, βουλόμενοι· quod omittere poterat Thuc.

τό, τε πρὸς τ. — — μὴ θορ.) Cum θεραπεύειν ſeu per, etiam, vb., verbis iunctum, *conſilium* notet ac curam. Accuſatiuum (cuius loco ſit Infinit.) cum τὸ habeat: τὸ hic non ad πρὸς retulerim, quaſi ſit, τὸ πρὸς τοὺς — στρατιώτας, i. e. τοὺς στρατ. ſed ita ordinarim: θεραπεύ. curantes, operam dantes, τὸ μὴ θορυβεῖν, i. e. θόρυβον κινεῖν, ἐμποιεῖν, πρὸς τοὺς στρ. *apud* milites; ita enim adhibentur Verba, vt ſint pro Subſt. vel Adiect. et Verbo εἶναι vel ποιεῖσθαι V. Phil. Th. P. p. 74. γ. et p. 83. vbi plura deinde mihi adſcripta reddam in Ind. v. *Verbum*; etſi iam ipſum θορυβεῖν ſimpliciter ita adhibetur, vt *turbare* Liuio; *in Volſcis*, *in caſtris*, et Tacito, *apud exercitus* (plane, vt hic πρὸς) *turbatum*. Aut intell. τοῦτο· θερ. τὸ μὴ θορ. τοῦτο (τὸ πρᾶγμα) πρὸς τ. στρ. ne ea res motus daret.

[δείσαντες) Schol Aug. προδιαβεβλημένοι p. προσδιαβ.] Rectius, opinor; nam, quae vis hic ſit τοῦ πρός;

ἤδη φυγὰς ὤν) Non *declaratus* ille publice quidem, aut iudicatus, ſed *factus*, qui ſemet feciſſet, exſulem, fugiendo et latitando. ἤδη hic eſt *nunc*, iam, nunmehr.

φυγὰς ὧν, [l] ὃ πολλῷ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη [m] ἐς Πελοπόννησον ἐκ τῆς Θουρίας. [n] οἱ δ' Ἀθηναῖοι [o] ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτῷ τε καὶ τῶν μετ' ἐκείνου.

ξβ'. [p] Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσαντες τῷ στρατεύματος, καὶ λαχὼν ἑκάτερος, ἔπλεον [q] ξὺν παντὶ ἐπὶ Σελινοῦντος καὶ Ἐγέστης· βουλόμενοι * μὲν εἰδέναι, τὰ χρήματα εἰ δώσουσιν [r] οἱ Ἐγεσαῖοι, κατασκέψασθαι δὲ καὶ τῶν Σελινουντίων τὰ πράγματα, καὶ τὰ διάφορα μαθεῖν τὰ [s] πρὸς Ἐγεσαίους. παραπλέοντες δ' ἐν ἀριστερᾷ τὴν Σικελίαν, τὸ μέρος τὸ πρὸς τὸν Τυρσηνικὸν κόλπον, ἔσχον ἐς [t] Ἱμέραν, ἥπερ μόνη ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς Σικελίας, Ἑλλὰς πόλις † ἐστί. καὶ, ὡς οὐκ [v] ἐδέχοντο αὐτοὺς, παρεκομίζοντο· καὶ ἐν τῷ παράπλῳ αἰροῦσιν [x] Ὕκκαρα, πόλισμα [y] Σικανικὸν μὲν, Ἐγεσαίοις δὲ πολέμιον· ἦν δὲ παραθαλασσίδιον. καὶ ἀνδραποδίσαντες τὴν [z] πόλιν παρέδοσαν [a] Ἐγεσαίοις· (παρεγένοντο γὰρ αὐτῶν [b] ἱππεῖς·) [c] αὐτοὶ δὲ πάλιν τῷ μὲν πεζῷ ἐχώρουν διὰ τῶν [d] Σικελῶν, ἕως ἀφίκοντο ἐς Κατάνην· αἱ δὲ νῆες περιέπλευσαν, τὰ ἀνδράποδα ἄγουσαι. Νικίας δὲ, εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων ἐπὶ Ἐγέστης παραπλεύσας, καὶ ** τἆλλα χρηματίσας, καὶ λαβὼν τάλαντα τριάκοντα, παρῆν ἐς τὸ στράτευμα· καὶ τἀνδράποδα [e] ἀπέδοσαν, καὶ ἐγένοντο ἐξ αὐτῶν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα. καὶ ἐς τὰς τῶν †† Σικελῶν ξυμμαχίας περιέπλευσαν, στρατιὰν, κελεύοντες, πέμπειν· τῇ τε ἡμισείᾳ τῆς ἑαυτῶν ἦλθον ἐπὶ [f] Ὕβλαν τὴν [g] Γελεᾶτιν, πολεμίαν [h] ὄσαν, καὶ οὐχ εἷλον. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

ξγ'. [i] Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ χειμῶνος εὐθὺς τὴν ἔφοδον οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ Συρακούσας παρεσκευάζοντο· οἱ δὲ Συρακούσιοι καὶ αὐτοὶ, ὡς ἐπ' ἐκείνους ἰόντες. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῖς, πρὸς τὸν πρῶτον φόβον καὶ τὴν προσδοκίαν, οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ εὐθὺς ἐπέκειντο, κατά τε τὴν ἡμέραν ἑκάστην προϊοῦσαν ἀνεθάρσουν μᾶλλον· καὶ, ἐπειδὴ πλέοντες τά τε [k] ἐπέκεινα τῆς Σικελίας [l] πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνετο, καὶ πρὸς τὴν Ὕβλαν ἐλθόντες καὶ πειράσαντες, οὐχ εἷλον βίᾳ, ἔτι πλέον κατεφρόνησαν· καὶ ἠξίουν τοὺς στρατηγοὺς, (οἷον δὴ ὄχλος φιλεῖ θαρσήσας ποιεῖν,) ἄγειν σφᾶς ἐπὶ Κατάνην, ἐπειδὴ [m] γε οὐκ ἐκεῖνοι ἐφ' ἑαυτοὺς ἔρχονται. [n] ἱππεῖς τε προσελαύνοντες ἀεὶ κατάσκοποι τῶν Συρακουσίων πρὸς τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων,

l Οὐ πολὺ ὕστερον *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. Mſq. *m* Tacitus in exſilium Elidem profectus eſt. *Iuſtinus* lib. V. c. 1. Hvds. Πελλοπόννησον *Gr.* *n* Οἱ δὲ Ἀθην. *Gr.* *o* *Diodorus Sic.* lib. XIII. δίκην ἐρήμην κατεδίκασαν θανάτου. Hvds. *p* Μεταταῦτα δὲ *Ald. Baſ.* Μετὰ ταῦτα δὲ *Gr.* *q* ξυμπαντὶ *Ald. Flor. Baſ.* * δὲ Mſqu. et mox δελινουντίων p. Σελ. *r* Οἱ omittit *Gr.* *s* Παρ' Ἐγες. *Gr.* *t* Ἰμέραν cum ſpiritu leni *Ar. Ald. Baſ. Steph.* 1. vtroque modo in Nummis vett. Vide *Parutae* Siciliam. Hvds. Ἡμέραν *Reg.* Ἰμέραν *Gr.* † ἐστὶν Aug. *v* ὡς in marg. Mſqu. Ἐδέχετο, et ex emendat. ἐδέχοντο *Gr.* *x* Ὕκκαρα et infra Ὑκκάρων in *Cod. C.* De origine vocabuli ſic refert *Athenaeus* lib. VII. Ὕκκαρα προσαγορεύεται διὰ τὸ τὸς πρώτους τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντας ἐπὶ τὸν τόπον ἰχθῦς εὑρεῖν τοὺς καλουμένους ὕκκας. Hvds. Ὕκαρα, et infra Τκάρων *Reg.* *y* Σικανὸν *Gr.* *z* Poſt πόλιν diſtinguunt *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* *a* Τοῖς Ἐγες. *Cl. Gr.* *b* Ἱππῆς *Gr.* Aug. *c* Scil. οἱ Ἀθηναῖοι, aut, vt volunt *Alii*, οἱ Ἐγεσαῖοι. *Ae. Port.* Hvds. *d* Σικελικῶν *Dan.* ** τἆλλα Baſ. mox τὰ ἀνδράπ. Mſq. *e* Id eſt: ὁ Νικίας καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, vel οἱ Ἀθηναῖοι. *Ae. Port.* Hvds. †† συκελῶν Baſil. *f* Hyblae tres fuere Siciliae vrbes, auctore *Stephano* περὶ πόλεων. Harum duarum tantum meminit *Thucyd. Maioris* infra; *Paruae*, ſiue *Geleatidis*, hic loci, quae, immigrantibus Graecis Megarenſibus, *Megara* dicta eſt. In cognomine eius Auctores variant. Nam *Stephano* dicitur Γαλεῶτις, *Pauſaniae* Γερεᾶτις, *Thucydidi* Γελεᾶτις. Vide *Cluuerii* Siciliam, p. 333. et *Bochartum*, lib. 1. de Phoenicum colonis, c. 28. Hvds. *g* Γελεάτιν *Caſſ. Gr.* γελεάτην Mſqu. *b* Πόλιν *Ar. C.* Πολεμίων πόλιν *Dan.* *i* Τῷ δὲ ἐπιγ. *Gr.* *k* Ἐπ' ἐκεῖνα *Gr.* *l* Πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο legendum cenſent *F.* et *Ae. Port.* Ἐφαίνοντο *Cl. Gr. Reg. Caſſ.* Aug. mox ἐφαίνοντο et μᾶλλον p. πλέον Mſq. *m* Γε deeſt *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. *n* Καὶ ἱππεῖς πρ. *Ar. C.* Ἱππεῖς προσ. *Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. Ἱππῆς προσελ. *Gr.* Aug. Ἱππεῖς προσελ. et pro τε inter verſus δὲ *Caſſ.* καὶ ἱππεῖς Mſqu. ſine τε.

Οὗ πολλῷ ὕστερον] *Mſſ.* non bene, ὃ πολὺ ὕστερον. Wass. Non bene πολὺ ὕστ. Libros habere, ait Waſſ. At C. 63. extr. πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο. Intell. κατὰ, εἰς.

C. 62. [ἐν ἀριστ.) In Aug. Schol. hoc refertur ad τὸ μέρος, (rectius haud dubie;) et leg. τὰ δυσικώτατα αὐτ.]

[οὐκ ἐδέχ.]
[παρεγέν.] } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.
[αὐτ. ἱππ.]

Ὕκκαρα] Ὕκκαρον ſcribit *Steph.* cum *Philiſto*, eoque modo etiam *Timaeus* et Nymphodorus apud *Athenaeum*. τὰ Ὕκκαρα *Pauſan* et *Mſſ. Gr.* Cl. *Apollodorus* in Chronicis, et, laudante Athenaeo, *Polemon*; cuius verba exſcripſiſſe videtur *Schol.* Ariſtoph. ad Plut. 179. Ita etiam *Diodorus* et *Plutarchus*. Nomen a piſcibus, quos ὕκκας vocant. In *Athenaei Cod. Regio* ὕκης ſcribitur. *Heſychius* ὗκος, ἰχυοθεῖνος, et ita vocaſſe Cyrenaeos τὸν ὕκκην, affirmat *Zenodotus*. *Oppian.* Hal. V, 628. ἦν δ' ἐσίδωνται Κάλλιχθυν, τότε δή σφι νόον μέγα θάρσος ἐκάνει. Eadem tamen *Anthiae* tribuit *Ariſtoteles*. Ibi certe bis le-

vero, cum iam exsul esset, non multo post ex *agro* Thurio in Peloponnesum nauigio vectus transmisit. Athenienses vero illum, et eos, qui cum illo erant, deserto iudicio, capite condemnarunt. Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 339.

62. Postea vero caeteri Athenienſium duces, qui erant in Sicilia, cum exercitum in duas partes diuisissent, et vterque suam partem sortito accepisset, cum omnibus copiis Selinuntem ac Egestam versus nauigarunt: partim quidem, quod scire vellent, an Egestaei pecunias *exercitui promissas* daturi essent; partim vero etiam, vt Selinuntiorum res explorarent, et controuersias cognoscerent, quae *Selinuntiis* cum Egestaeis intercedebant. Siciliae autem oram a sinistra legentes, ab ea parte, quae ad sinum Tyrrhenum vergit, Himeram appulerunt, quae sola, in hac Siciliae parte, est Graeca ciuitas. Cum autem *Himeraei* ipsos non recepissent, praeteruecti sunt. Et dum praeterueherentur, ceperunt Hyccara, oppidum Sicanicum quidem, sed Egestaeis hostile. Erat autem maritimum. Cum autem *oppidanos* in seruitutem abstraxissent, * oppidum Egestaeis tradiderunt. Ipsorum enim equitatus *Athenienſibus* adfuerat. Ipsi vero rursus cum peditatu quidem per Siculorum agrum iter fecerunt, donec Catanam peruenerunt. Naues vero, quae captiuos vehebant, circumuectae sunt. Nicias autem ex Hyccaris Egestam confestim praeteruectus, cum de caeteris rebus *cum Egeſtaeis* egisset, et triginta talenta *ab illis* accepisset, ad exercitum rediit: et captiuos vendidit, et ex ipsis confecta sunt centum et viginti talenta. Illinc autem *Nicias eiusque collega cum copiis* circumuecti ad socios Siculorum iuerunt, ac imperarunt, vt exercitum mitterent. Et cum dimidia sui exercitus parte aduersus Hyblam Geleatin, quae hostilis erat, profecti sunt, nec expugnarunt. Et aestas excessit.

63. Insequenti hyeme statim Athenienses sese praeparare coeperunt ad inuadendas Syracusas. Syracusani vero et ipsi vicissim, vt aduersus illos ituri, *se praeparabant.* Quod enim ad primum *ipsorum* pauorem et exspectationem Athenienses non protinus ipsos inuasissent, quotidie, temporisque progressu magis ac magis se ipsos colligebant: item quod, dum illam Siciliae oram praeterueherentur, valde procul ab ipsis proficisci visi fuissent, et ad Hyblam profecti, eam tentassent, nec expugnassent, multo magis *eos* contemserunt. Quare duces rogabant (vt vulgus confidens facere solet), vt se Catanam versus ducerent, quandoquidem illi contra se non venirent. Quinetiam equites Syracusani, qui ad speculandum assidue vsque ad Athenienſium castra prouehebantur, cum alia probra per

* Oppidum, ab se direptum, Egestaeis tradiderunt. *Cluuerius.* HVDS.

αὐτῆς. Οὐκ ἐδέχοντο] οἱ Ἱμεραῖοι. Παρεγένοντο γὰρ] τοῖς Ἀθηναίοις. Αὐτῶν ἱππεῖς] τῶν Ἐγεσταίων. Καὶ εἰ ξυνοικήσειαν] ἐν τῇ Ἱμέρᾳ. Ἐκπεσόντες] ἐκ τῆς Ἱμέρας. Ἐκ τῶν ἐπικρατείων

ἐφύβριζον [o] ἄλλα τε, καὶ, εἰ ξυνοικήσοντες σφίσιν αὐτοῖς μᾶλλον ἥκοιεν ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ, ἢ Λεοντίνους ἐς τὴν οἰκείαν κατοικιοῦντες.

ξδ'. Ἃ γιγνώσκοντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, καὶ βουλόμενοι αὐτὰς ἄγειν [p] πανδημεὶ ἐκ τῆς πόλεως [q] ὁτιπλεῖστον, αὐτοὶ δὲ ταῖς ναυσὶν ἐν τοσούτῳ ὑπὸ νύκτα παραπλεύσαντες στρατόπεδον [r] καταλαμβάνειν ἐν ἐπιτηδείῳ, καθ' ἡσυχίαν, (εἰδότες ὅτι οὐκ ἂν ὁμοίως δυνηθέντες, καὶ εἰ ἐκ τῶν νεῶν [s] πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιβάζοιεν, ἢ κατὰ γῆν ἰόντες γνωσθείησαν. [t] τοὺς γὰρ ἂν ψιλὺς τοὺς σφῶν, καὶ τὸν ὄχλον, τῶν Συρακουσίων τὰς ἱππέας πολλὰς ὄντας, σφίσι δ' ἀπὸ παρόντων ἱππέων, βλάπτειν ἂν μεγάλα· ὥστε δὲ, λήψεσθαι χωρίον, ὅθεν ὑπὸ τῶν ἱππέων οὐ βλάψονται ἄξια λόγου· ἐδίδασκον δ' αὐτοὺς περὶ τοῦ πρὸς τῷ [v] Ὀλυμπιείῳ χωρίου, ὅπερ [x] καὶ κατέλαβον, Συρακουσίων φυγάδες, οἳ ξυνείποντο·) [y] τοιόνδε τι ἔν, πρὸς ἃ ἐβούλοντο, οἱ στρατηγοὶ μηχανῶνται. πέμπουσιν ἄνδρα [z] σφίσι μὲν πιστὸν, τοῖς δὲ τῶν Συρακουσίων στρατηγοῖς τῇ δοκήσει οὐχ ἧσσον ἐπιτήδειον· ἦν δὲ Καταναῖος ὁ ἀνήρ· καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης ἥκειν [a] ἔφησεν, ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνόματα ἐγίγνωσκον, καὶ ἠπίσαντο, ἐν τῇ πόλει ἔτι ὑπολοίπους ὄντας τῶν σφίσιν [b] εὐνῶν. ἔλεγε δὲ, τοὺς Ἀθηναίους αὐλίζεσθαι [c] ἀπὸ τῶν ὅπλων ἐν τῇ πόλει· καὶ, εἰ βούλονται ἐκεῖνοι πανδημεὶ ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ ἅμα ἕῳ ἐπὶ τὸ στράτευμα ἐλθεῖν, αὐτοὶ μὲν [d] ἀποκλείσειν τοὺς παρὰ σφίσι, καὶ τὰς ναῦς ἐμπρήσειν, ἐκείνους δὲ ῥᾳδίως τὸ στράτευμα προσβαλόντας τῷ [e] σαυρώματι αἱρήσειν. εἶναι δὲ ταῦτα τοὺς [f] ξυνδράσοντας πολλοὺς Καταναίων, καὶ ἡτοιμάσθαι ἤδη, ἀφ' ὧν αὐτὸς [g] ἥκειν.

ξε'. Οἱ

[o] Ἄλλα τε ὡς ξυνοικήσ. *C.* Ἄλλα καὶ ὡς ξυνοικισοντες *Ar.* in margine. Ἀλλά τε ὡς ξυνοικήσ. *Dan.* [p] πανδημὶ Mſqu. [q] Ὅτι πλεῖστον *C. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr.* Aug. [r] Καταλαβεῖν *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan.* Aug Mſq. [s] Πρὸς παρεσκευασμένοις ἐκβιάζοιεν *Ar. C.* Ἐκβιάζοιεν etiam *Reg. Caſſ Dan.* Sed in *Caſſ.* manus recens inter verſus ſcripſerat β. [t] Τὰς γὰρ ἂν ψιλὰς τῶν σφῶν etc. *Ald. Flor. Baſ.* Hic verborum ordo: τὰς γὰρ ἱππέων τῶν Συρακουσίων etc. βλάπτειν ἂν μεγάλα τὰς ψιλὰς etc. *Ae. Port.* Καὶ poſt Συρακουσίων ponunt *Ar. C.* et totum ab ἱππέων ad βλάψονται omittunt. Hvds. Τῶν σφῶν *Reg. Gr.* Τῶν Συρακουσίων καὶ τὰς *Dan.* τ γ. ψιλ. τοὺς σφῶν καὶ ὄχλ. καὶ τῶν Συρ. καὶ τοῦς ἱππ. Mſqu. [v] Ὀλυμπείῳ *C.* Ὀλυμπίῳ *Ar.* Mſq. atque ita apud *Diodorum Siculum.* Non *templum* heic tantum fuiſſe *Iouis*, ſed et *Oppidulum* iuxta ſitum, auctor eſt *Thucyd.* lib. 7. Vide *Cluverii* Siciliam p. 179. Hvds. [x] Καὶ deeſt *Ar. C Dan.* [y] Τοιόνδ' ἔτι *Ald. Flor. Baſ.* [z] Σφίσιν *Gr.* [a] Ἔφη *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. Mſq. [b] Εὐνόων *Reg.* Aug. Sic quoque a prima manu videtur fuiſſe in *Caſſ.* nam eraſum erat aliquid inter ω et ν, et accentus recenti manu in prima ſyllaba ſcriptus. εὔνουν Mſqu. id. ante ἐπίσταντο p. ἡπ. [c] Potius ἄπο τῶν ὅπλων. ὅπλα apud *Thucyd.* caſtra, ſtationem, in qua armati milites ſunt, agmen e iam armatorum, ſignificat. Sic lib. 1. καὶ τῆς μὲν γῆς ἐκράτουν, ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων. et initio lib. 3. καὶ τὸν μὲν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον, τὸ μὴ προεξιόντες τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. *F. Port.* Hvds. Ἀπο *Caſſ.* ſed a manu recenti: nam adpatebant veſtigia abraſi accentus ſuper ο. [d] Ἀποκλείσειν αὐτὰς παρὰ σφίσι *C* Ἀποκλείσειν αὐτὰς *Ar.* abſque παρὰ σφίσι. margini tamen apponitur. Ἀποκλήσειν *Cl. Gr.* Ἀποκλήσειν αὐτὰς π. σ. *Reg. Caſſ* Αὐτὰς etiam *Dan* et σφίσιν *Gr.* ἀποκλήσ. ἀ. π. σφίσιν Aug. αὐτοὺς et Mſqu. qui et ante στρατόπαιδον (per αι) p. στράτευμα [e] Ita *Cam.* Mſqu. Στρατεύματι *Marg. Ar. C. Gr. Ald. Flor. Baſ. Dan.* et *Caſſ.* in marg. *Schol.* pro varia lectione. [f] Συμπράσσοντας *Cam.* ξυνδράσσοντας *Dan.* [g] Ἥκει *Marg.*

[καὶ, εἰ ξυνοικ.) In Schol. Aug. πρότερον eſt pro πότερον.] Perperam quidem. Nec video, quid velit ſibi Schol. cum ſuo γαμηθησόμενοι, qſ. vnum hoc notet τὸ ξυνοικεῖν. Sarcaſmo forte augendo dederit, propter ἐφύβριζον. Sed tum inepte εἰ expl. πότερον, quod reſpondeat ſane τῷ εἰ· ſed vide abſurde oppoſita: vtrum matrimonia hic inituri, an Leontinos deducturi, veniſſent?

εἰ ξυνοικ. σφ. αὐτ.) nil tento; poterat tamen Thuc. ξυνοικισοντες σφίσιν αὐτοὺς, ſemet apud ipſos *collocaturi.* ἄλλα τε eſt pro ἄλλοις (ἔπεσι,) per Hypallagen, et in καὶ inſell. ἐρωτῶντες.

ἐν τῇ ἀλλοτρ.) Traiecta ſunt verba: ἐν refer ad ξυνοικήσοντες, non ad ἥκοιεν, cui εἰς debeatur. τῇ Artic. hic redundat.

C. 64. [οἱ στρατ.) Schol. Aug ita inc. οὖσιν, στρατηγῶν τῶν Ἀθην. προσελ. rel. (male, et nullà ſtructura!) Sed pro προσελθεῖν habet προελθ.) Rectius hoc, et firmandae Abreſchii coniecturae.)

[καθ' ἡσυχ.) Schol. Aug. refertur ad εἰδότες tantum, et ſic leg. ἀπὸ κοινοῦ τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν· εἰδότες, ὅτι οὐχ ὁμοίως δυνήσονται στρατόπεδον καταλαβεῖν ἐπιτήδειον· οὐχ ὁμοίως, οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἡσυχίαν ὤοντο στρατόπεδον δυνήσεσθαι καταλαβεῖν· οὔτ' εἰ, rel. Deinde pro καὶ γὰρ καὶ οὕτως, habet, καὶ γὰρ οὕτως· (altero καὶ om.) et in extr. pro ἐπεξελθόντες, ἐξελθόντες.] Ad δυνηθέντες omnino referendum videtur hoc Schol. aut ad totam ῥῆσιν· libere vt vel huic verbo, vel alteri, affigeretur. Ceterum Parentheſi includenda curaui verba inde ab εἰδότες ad οἱ ξυνείπ. vt, quod ſequatur, τοιόνδε τι οὖν — — οἱ στρατ. μηχ. conſequens reddatur initio illi, ἃ γιγν. οἱ στρατ. per Epanalepſin; ita manifeſta neceſſitate, vt ſtatim mihi veniret in mentem, priusquam, Reiskio iam ita viſum, probantibus Abr. et *Gottl.* cognoſcerem.

[τοὺς γ. ἂν ψιλ.) Schol. poſter. ad hh. vv. abeſt Aug.]

[ὑπὸ τ. ἱππ.]
[ἐδίδασκον —
[οἱ ξυνείπ.
[πέμπουσιν
} Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

contumeliam *in eos* ingerebant, tum vero illud *percontabantur*, an potius ad ſecum in alieno *agro* habitandum veniſſent, quam ad Leontinos in propria ſede collocandos. Bell. Pelop. an. 17. Olymp. 91. 2. C. Varr 339.

64. † Quae cum cognoſcerent Athenienſium duces, et vellent ipſos *Syracuſanos* cum vniuerſo populo ab vrbe quam longiſſime abducere, ipſi vero interea ſub noctem cum claſſe praeteruecti, locum caſtris idoneum occupare, hoſte nullum negotium ſibi faceſſente; ſciebant enim, futurum, vt non perinde poſſent, ſi *aut* ex nauibus aduerſus *hoſtes iam* praeparatos deſcenderent, aut itinere terreſtri euntes *ab illis* animaduerterentur. Suae enim leui armaturae, et multitudini, quod nullus equitatus adhuc ipſis adeſſet, Syracuſanorum equitatum, qui magnus erat, magna detrimenta daturum. Ita vero, *vt ipſi facere ſtatuerant*, *exiſtimabant*, *ſe* locum capturos, vnde ab *hoſtium* equitatu nullum memoratu dignum damnum eſſent accepturi. Ipſos autem *Athenienſium duces* de *occupando* loco ad Olympieum ſito, quem etiam occuparunt, Syracuſanorum exſules, qui ipſos ſequebantur, admonuerunt. Duces *inquam* igitur, vt voti compotes fierent, huiusmodi commentum machinati ſunt. Mittunt quendam fidei ſibi probatae virum, et Syracuſanorum ducibus non minus amicum, vt ipſi opinabantur, *ad quos mittebatur;* erat autem Catanaeus: et, a quibusdam Catanaeis *miſſum* ſe venire, dicebat, quorum illi nomina cognoſcebant, et quos ſuae factionis ſtudioſos in vrbe adhuc ſupereſſe ſciebant. Hic autem dicebat, Athenienſes in vrbe procul a caſtris pernoctare, et, ſi illi certa die, primo diluculo ad exercitum cum vniuerſo populo venire vellent, ſe quidem excluſuros eos, qui eſſent apud ſe, et naues incenſuros, illos vero, ſi vallum adorti fuiſſent, exercitum *Athenienſem* facile capturos. Permultos autem Catanaeorum ad rem gerendam adiutores fore, et iam paratos eſſe, a quibus ipſe veniret.

† His cognitis, Athenienſium duces ſtatuerunt ipſos etc. *Acacius.* HVDS.

σοντες] οἷοι, εἰ γαμηθησόμενοι· τὸ δὲ εἰ ἀντὶ τῦ πότερον κεῖται. Οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων] οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, προσελαυνόντων τῶν Συρακυσίων καὶ ἐνυβριζόντων, ἀγανακτῦντες, βυλόμενοί τε τὰς Συρακυσίας ποιῆσαι προσελθεῖν πόῤῥω τῆς πόλεως παυδημεὶ, ἅμα τε καὶ αὐτοὶ στρατόπεδον ἐπιτηδειον καθ' ἡσυχίαν καταλαβεῖν. Καθ' ἡσυχίαν, εἰδότες] ἀπὸ κοινῦ τὸ στρατόπεδον· εἰδότες ὅτι ὐχ ὁμοίως οἱ Ἀθηναῖοι δυνήσονται στρατόπεδον καταλαβεῖν, ἤτ', εἰ κατὰ θάλασσαν φανερῶς καὶ πραχθημένων τῶν Συρακυσίων ἐπιπλέυσιεν, (χαλετὴν γὰρ ἔσεσθαι τὴν ἀπόβασιν, ἀντιταχθησομένων τῶν ἐναντίων, καὶ ὐκ ἀπαρασκεύων ὄντων,) ἤτ', εἰ κατὰ γῆν ἐπίοιεν ἐκ τῦ φανερῦ· (καὶ γὰρ καὶ ἅπως ἐδόκων βλαβήσεσθαι·) διὰ ταῦτα δὴ ἀπάτῃ ἐβύλοντο χρήσασθαι, καὶ παρασχεῖν δόκησιν τοῖς Συρακυσίοις ὡς κατὰ γῆν ἰόντες· ὅπως ἐπεξελθόντες ἐκεῖνοι πανδημεὶ παρατάξωνται. Τὰς γὰρ ἂν ψιλὰς] τάς τε ψιλὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον τὸν ἑπόμενον, ᾤοντο, βλαβήσεσθαι. Τὰς σφᾶν] τῶν Ἀθηναίων. Ἀπὸ τῶν ἱππέων] τῶν Συρακυσίων. Ἐσβᾶσκον αὐτὰς] τὰς στρατηγίδας. Οἳ ξυνείποντο] τοῖς Ἀθηναίοις. Πρὸς ἃ ἐβύλοντο οἱ στρατηγοὶ] πρὸς τὸ καταλαβεῖν τὸ στρατόπεδον. Πέμπουσιν ἄνδρα σφίσι] τοῖς Ἀθηναίοις. Τῇ δοκήσει] καὶ δοκῦντα ὐχ ἧττον εἶναι φίλον ἐκείνοις, ἥπερ κατὰ ἀλήθειαν τοῖς Ἀθηναίοις ἦν φίλος. Ἀπὸ τῶν ὅπλων] ἤγων, χωρὶς ὅπλων. Καὶ εἰ βύλονται ἐκεῖνοι] οἱ Συρακύσιοι. Τῷ σταυρώματι] γράφεται στρατεύματι. Καὶ ἡτοιμάσθαι ἤδη] καὶ ἑτοίμους εἶναι τὰς ἄνδρας, παρ' ὧν αὐτὸς ἥκει. Καὶ εἶναι ἐν

Πέμπουσιν] Vid. *Diodor.* 333. d. Hoc Alcibiadis fuiſſe commentum ait *Frontinus* III, 6. 6. ſed perperam. Pro *introductus* Mſ. Cantab. ibi *deductus*; bene; et pro *ipſorum*, Petrenſ. *ſua:* reſcribe, ſua *ipſorum* vrbe. WASS.

[τῇ δοκήσ.) Schol. Aug. abeſt καὶ i. it.]

ἦν δὲ Κατ.) δὲ pro γὰρ hic acceperis.

ἔτι ὑπολ. ὄντ.) Intell. ἐκείνους, nempe, ὧν τὰ ὀνόμ. ἐγίγν. Illos ibi relictos eſſe ex iis, qui cum ipſis facerent. Quod ſi cui diſplicuerit, is vero καὶ ad ἡπίστ. intellexerit, *omnino*que, vel: *et praeterea* nouerant.

[ἀπὸ τ. ὅπλ.) Schol. abeſt Aug.]

ἀπὸ τ. ὅπλ.) Vtrumque innuit hoc, et, *a caſtris* remotos, et, ſine *armis:* quaſi ὅπλα ſint *praeſidium*, ſtatio armatorum (Waffenplatz.) Ita θέσθαι τὰ ὅπλα Noſtro ſign 1) armatos, cum *armis* ergo, in armis, 2) conſiſtere, *locum* ergo capere.

[καὶ εἰ βούλ.) Schol d. Aug.]

αὐτοὶ μ. ἀποκλείσ.) Nempe *ipſos*. (Catanenſes) hoc facturos; quorum (vnus) cum eſſet interpres ille, de *ſe* quoque dicturus, quod de reliquis ciuibus ſuis diceret: apparet, cur Nominatiuo vtatur, αὐτοὶ, qui ad ἔλεγε referatur, tanquam ſit: ἔλεγεν, αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· qui et ipſi ſane hoc ἔλεγον, dicerent, illo quidem interprete. Duriſſime tamen et aſperrime iunxit, ἔλεγε, ſing. αὐτοὶ, plur. οὐδ' ἔτ' ἀνεκτῶς, niſi per Syneſin qſ. inuerſam, vt hic Verbi Singularis, ἔλεγεν, aptandus ſit Plurali, αὐτοί· quod contra alibi fiat; αὐτοὶ enim eſt pro αὐτός τε καὶ οἱ λοιποί. Cur tamen non dixit, σφᾶς αὐτούς; Nam ἔλεγον quidem haud poterat; vel, quia *de* ipſo ſermo, vel quod *ab* ipſo, nil in mandatis habente a ceteris, vt a ſe non conuentis.

[τῷ σταυρώμ.) Schol. abeſt Aug.] In Schol. Vulg. forte excidit καὶ poſt γράφεται, varietati Lect. indicandae: aut γράφεται eſt pro γραπτέον, corrigentis, non varietatem notantis.

εἶν. δὲ τ. ξυνδρ.) Traiect. pro, εἶν. δὲ τοὺς ξυνδράσ. ταῦτα. ξυνδράσοντας] *Camer.* ξυμπράσσοντας. vtrumque bene. WASS. Ἥκειν] *Marg.* ἥκει. Nihil audio. IDEM.

ξέ. Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων, μετὰ τῆ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν, καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι [h] παρεσκευάσθαι ἐπὶ Κατάνην, ἐπίστευσάν τε τῷ ἀνθρώπῳ πολλῷ ἀπερισκεπτότερον, καὶ εὐθὺς ἡμέραν ξυνθέμενοι, ᾗ παρέσονται, ἀπέστειλαν αὐτόν. καὶ αὐτοὶ (ἤδη γὰρ καὶ τῶν ξυμμάχων Σελινούντιοι καὶ ἄλλοι τινὲς παρῆσαν,) προεῖπον πανδημεὶ πᾶσιν ἐξιέναι Συρακοσίοις. ἐπεὶ δὲ ἕτοιμα αὐτοῖς [i] καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν, καὶ αἱ ἡμέραι, ἐν αἷς [k] ξυνέθεντο ἥξειν, ἐγγὺς ἦσαν, πορευόμενοι ἐπὶ Κατάνης, ηὐλίσαντο ἐπὶ τῷ [l] Συμαίθῳ ποταμῷ, ἐν τῇ Λεοντίνῃ. [m] οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς ἤσθοντο αὐτὲς [n] προσιόντας, ἀναλαβόντες τό τε στράτευμα ἅπαν τὸ ἑαυτῶν, καὶ ὅσοι Σικελῶν αὐτοῖς, ἢ ἄλλος τις, προσεληλύθει, καὶ ἐπιβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ πλοῖα, ὑπὸ νύκτα ἔπλεον ἐπὶ τὰς Συρακούσας. καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἅμα ἕῳ ἐξέβαινον ἐς τὸν κατὰ τὸ [o] Ὀλυμπίειον, [p] ὡς στρατόπεδον καταληψόμενοι, καὶ οἱ [q] ἱππῆς οἱ Συρακοσίων, πρῶτοι προσελάσαντες ἐς [*] τὴν Κατάνην, καὶ αἰσθόμενοι, ὅτι τὸ στράτευμα ἅπαν ἀνῆκται, ἀποστρέψαντες ἀγγέλλουσι τοῖς πεζοῖς· καὶ ξύμπαντες ἤδη ἀποτρεπόμενοι, ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν.

ξς'. Ἐν τούτῳ [r] δ' οἱ Ἀθηναῖοι, μακρᾶς ὕσης τῆς ὁδῷ αὐτοῖς, καθ' ἡσυχίαν [s] ἐκάθισαν τὸ στράτευμα ἐς χωρίον ἐπιτήδειον, καὶ ἐν ᾧ μάχης τε ἄρξειν ἔμελλον, ὁπότε βούλοιντο, καὶ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων ἥκις' ἂν αὐτὲς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ [t] καὶ πρὸ αὐτῆ λυπήσειν. τῇ μὲν γὰρ [v] τειχία [x] τε καὶ οἰκίαι [y] εἶργον καὶ δένδρα καὶ λίμνη· παρὰ δὲ τὸ, κρημνοί. καὶ τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες, καὶ [z] κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν, παρά τε τὰς ναῦς [a] σαύρωμα ἔπηξαν, καὶ ἐπὶ τῷ [b] Δάσκωνι· ἔρυμά τε,

b Παρασκευάσασθαι *Cl.* Παρασκευάσθαι *Gr.* Baſ. *i* Κατὰ τῆς παρασκ. *Caſſ. Gr.* ſed in *Caſſ.* deinde emendatum erat καὶ τὰ. *k* ξυνέθετο *Caſſ. l* Σημαίθῳ *Ar.* Σιμαίθῳ *Cl.* et *Reg. m* Οἱ δὲ Ἀθην. *Caſſ. Gr. n* Προσόντας *Ald. Flor. Baſ.* Aug. *o* Ὀλύμπιον *Ar. Gr.* paſſim. Ὀλύμπειον *C.* Vide *Var. Lect.* ad *C.* 64. n. *v.* Hvds. *Dan. p* Ὡς τὸ στρατόπεδον *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan.* Mſq. *q* Ἱππεῖς *Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. itidemque paulo infra, *Reg. Caſſ. Gr.* hic, et infra. *Dan.* infra. * τὴν abeſt Mſq. id. c. extr. ἀποστρεπόμ. *r* Δὲ οἱ *Gr. s* Καθίσαν *Ar. C. Gr. Ald. Flor.* Aug. *Baſ. Steph.* 1. Ἐκάθισαν *Cl.* ex emend. καθίσαν *Reg. Caſſ. Dan. t* Καὶ omittunt *Ar. C. v* Τειχία *Ald. Flor. Baſ. x* Τε deeſt *Gr. y* Διεῖργον *Marg. Cam. z* Μετενεγκόντες *Ar. a* Σταυρώματα *Reg. b* Δάσκων erat ſinus et caſtellum in Sicilia. Vide *Cluverii* Sici iam p. 180. et *Bochartum* de Phoenicum coloniis l. 1. c. 28. Δάσκωνι omiſit *Valla:* forteſſe quia deerat in *Cod.* vnde vertebat. Hvds.

C. 65. μετὰ τοῦ, rel.) Abreſch. vt ordinat, immo explicat tantum, haec verba, (ordo enim haud laborat, neque, vt *Gottl.* ait, *conſtituitur* ab Abr.) nil agit, quia τὸ εἶναι videtur habere pro verbo finito, quod reſpondeat τῷ μετὰ τοῦ; *praeterquam, quod* in ceteris eſſent fidentiores, etiam in animo habuiſſe, rel. quod ſit contra omnem Grammaticam; vel, quod non reſpexit, quod ſequeretur, verum conſequens, ἐπίστευσαν τῷ ἀνθρ. rel. id quod et Port. vidit; qui tamen, neſcio, cur Parentheſi incluſerit verba, et πολλῷ ἀπερισκεπτότ. manifeſtum Comparatiuum, verterit per Superl. *inconſideratiſſime.* Simpliciter procedit ſenſus ratioque: Praetores Syracuſanorum, praeterquam, quod in aliis rebus, vel *omnino*, eſſent confidentiores, vel, cum iam per ſe, ſponte, bonum animum de re ſumma, et in animo iam haberent, Catanam opprimere, eo nunc inconſideratius, tanto inconſultius, (analogice, vt par erat ex iſta ſecuritate,) per haec omnia, fidem homini habuere. Faciebat illorum vniuerſa fiducia, et conſilium iam captum Catanae occupandae, vt hôc, per id, eſſent proniores et incautiores ad fidem illi proditori habendam. Quid hic difficultatis aut obſcuritatis? μετὰ τοῦ eſt, *cum iam* per ſe — eſſent, vel, *praeterquam, quod* — confidebant. I, 32. init. μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως, *praeter* poſtulationem foederis, praeterquam quod ſocietatem petunt; vel, aptius et ibi, et hic, *cum* ſocietatem petant. ἰέναι παρεσκευάσθ. transpoſita intell. pro παρεσκευ. ἰέναι, vt παρεσκευ. pendeat a καὶ εἶναι ἐν διαν. cum cogitarent parare expeditionem. Male Portus, et vt laboraſſe videatur in ordine verborum conſtituendo: *cum apparatu praficiſci.*

[κ. εἶναι ἐν δ.) Schol. Aug. abeſt ἤγουν.]

Ἰέναι παρεσκευάσθαι ἐπὶ Κατάνην] *Portus* in his interpretandis ſequutus eſt *Vallam.* Conſiderent alii, an Graeca ita verti poſſint. Mihi, ſi ea eſt ſententia, quam illi expreſſerunt, potius participium, quam infinitiuus παρεσκευάσθαι, requiri videtur. *Acacius* nullam illius rationem habuit: nam vertit, *Catanam ducere.* Vnde colligere licet, ei ſuſpectum fuiſſe παρεσκευάσθαι, tamquam ab aliquo intruſum. Et ſufficiebat ἰέναι ἐπὶ Κατάνην. Nam, hoc ſine adparatu fieri non potuiſſe, facile quilibet intelligit. *Thucydides* III, 62. Τῇ μέντοι αὐτῇ ἰδέᾳ, ὕστερον Ἀθηναίων ὄντων ἐπὶ τὰς Ἕλληνας. Et IV, 93. Ἔπεισεν ἰέναι ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Omnino ſuſpectum habeo hunc locum. Dvk.

προεῖπ. πανδ.) πανδημεὶ refer ad ἐξιέναι, non ad προεῖπον.

ἕτ. αὐτ. καὶ τὰ τ. παρασκευ.) Et haec traiectio eſt; neque enim redditur, quid *praeterea*, aliud, ἕτοιμον fuerit; ſed *nouum* ſubiicitur verbum, alia ἕξις· καὶ αἱ ἡμέραι ἐγγὺς ἦσαν. Debebat ergo: καὶ τὰ τῆς παρασκ. ἕτοιμα ἦν, καὶ αἱ ἡμ. ἐγγ. ἦσαν. V. Phil. Thuc. P. p. 282. ζ) 285. α.)

Συμαίθῳ] Hanc veram ſcripturam huius nominis eſſe putant *Cluverius* I. Sicil. Ant. 10. et *Heinſius* ad Ouid. IX. Metam. 750. Dvk.

[ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλ.) Schol. abeſt Aug.]

Ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον] *Valla* vertit, in *magnum portum* ante Olympieum. Hoc indicio eſt, eum in ſuo exemplari itidem habuiſſe verba μέγαν λιμένα, quae hic in *Cod.*

65. Syracuſanorum autem duces, cum alioqui et caeteris in rebus eſſent confidentiores, et in animo haberent, vel ſine his *nuntiis* aduerſus Catanam cum apparatu proficiſci, longe inconſideratiſſime fidem huic homini habuerunt: ſtatimque conſtituta die, ad quam *ad Catanam* adeſſent, ipſum remiſerunt. Ipſi vero (iam enim Selinuntii et alii nonnulli ex ſociis aderant) Syracuſanis edixerunt, vt cuncti nullo delectu ad exeundum ſe expedirent. Cum autem res omnes ad illam expeditionem neceſſarias iam praeparaſſent, et dies aduentaret, ad quam ſe venturos conſtituerant, iter ingreſſi, vt Catanam verſus proficiſcerentur, ad Symaethum flumen, in agro Leontino, caſtra poſuerunt, Athenienſes vero, cum intellexiſſent, ipſos aduentare, aſſumtis omnibus copiis, et ſuorum, et Siculorum, quotquot ipſis *aderant*, et ſi quis alius ad ipſos acceſſerat, eisque in naues et nauigia impoſitis, ſub noctem Syracuſas verſus contenderunt. Et Athenienſes, ſimul ac dies illuxit, egreſſi ſunt in locum, qui erat iuxta Olympieum, ibi caſtrametaturi: et Syracuſanorum equites, qui primi ad Catanam acceſſerant, et qui cognouerant totum, exercitum claſſe vectum diſceſſiſſe, reuerſi *rem* peditatui ſignificarunt. Tunc vero cuncti regreſſi, ad ſuppetias vrbi ferendas accurrerunt. Bell. Pelop an. 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr 339.

66. Interea vero *Athenienſes*, quod ipſis longum iter eſſet, per otium caſtra poſuerunt in opportuno loco, et in quo proelii initium erant facturi, quotieſcunque vellent, et vel in ipſo proelio, vel ante proelium ab equitatu Syracuſanorum minime infeſtari poterant. Nam ab vna quidem parte munitiones, aedificia, arbores, et ſtagnum *hoſtes* prohibebant: ab altera vero, loca praerupta: caeſisque vicinis arboribus, et ad mare delatis, iuxta naues, et ad Daſconem vallum fixerunt, ab ea vero parte,

διανοίᾳ] ἦγεν διανοεῖσθαι. Ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον] τόπον ἐπιτήδειον ἐνστρατοπεδεύσασθαι. Ἀνῆκται] ἀνέπλευσεν. Ἀποστρέψαντες ἀγγέλλουσι] πρὸς τὰς Συρακούσας κινηθέντες. Ἀποστρατόμενοι] ὀπίσω ἐπανερχόμενοι. Τῆς ὁδῷ αὐτοῖς] τοῖς Συρακουσίοις. Ἐπιτήδειον] ἁρμόδιον ἐνστρατοπεδεύσασθαι. Ἔρυμά τε] φύλαγμα. Ἡ εὐφοδώτατον ἦν] προβῆναι δη-

Reg. ſuper ἐς τὸν manu recenti ſcripta ſunt. Ea vtrum e vetuſtis libris ſumta, an a Magiſtro aliquo profecta ſint, non facile dixerim. Sed magis ſuſpicor, ab aliquo addita eſſe, qui, ita explenda, quae ad ſententiam perficiendam deeſſe videbantur, putauerit: vel, quod, Olympium magno portui Syracuſarum vicinum eſſe, ſciebat; vt ex iis, quae de eo *Clauerius* habet, conſtat; vel, quod apud *Diodorum Siculum* Lib. XIII. pag. 333. legerat: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, παραπλεύσαντες εἰς τὸν μέγαν λιμένα τῶν Συρακουσίων, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας τῷ τε Ὀλυμπίῳ κύριοι κατέσησαν, καὶ πάντα τὸν παρακείμενον τόπον καταλαβόμενοι, παρεμβολὴν ἐποιήσαντο. *Thucydidem* ſcripſiſſe, ἐς τὸν μέγαν λιμένα, idem mihi non perſuadere poſſum, vt credam, quia verba μέγαν λιμένα ab omnibus aliis *Mſſ.* abſunt, et, quia ἐκβαίνειν eſt, *e naui in terram egredi*: quod multis oſtendi, non neceſſe eſt. Itaque, etſi verum eſt, quod *Diodorus* ſcribit, παραπλεύσαντες εἰς τὸν μέγαν λιμένα, tamen admodum improprie dicas, ἐξέβαινον ἐς τὸν λιμένα, ſi velis dicere, *nauibus portum ingreſſi exſcenſionem in terram fecerunt*. *Scholiaſtes* vulgatus, (nam in *Caſſ* hoc ſcholion non legitur,) ita ſcribit, quaſi putauerit, deeſſe τόπον· idque in interpretatione ſua expreſſit *Portus*. Hoc quoque non magnopere probo, ob eam cauſam, quod, quum, haec vox κατ' ἔλλειψιν deeſt, fere adiectiuum aut pronomen ponitur, cum quo coniungi poſſit, vt ἐν φανερῷ, ἐν ἐπιτηδείῳ, et alia, non articulus ſolus. Fortaſſis legendum eſt, ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον, per ellipſin τῷ χωρίῳ, vel μέρος, vt IV, 78. et alibi, τὰ ἐπὶ Θράκης. Cap. ſeq. τῇ μὲν, τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον — παρὰ δὲ τὸ, κρημνοί. Cap. 75. παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν. Cap. 64. περὶ τῷ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ χωρίῳ. Dvk. Non habeo, quod melius afferam, quam alii attulerint: vna tamen ſuccurrit velut obſcura ſimilitudo: τῆς στρατιᾶς ἡ πολλὴ, τῆς γῆς ἡ ἀρίστη, I, 2. τὸν πλεῖστον τοῦ βίου, I, 5. in quibus neque ipſum Subſt. nec, μέρος, aut aliud, addideris; ita neque hic τῷ τόν· Niſi forte eſt, vt, ab ειον abſorptum, excidetit νεών, *templum*.

Ὡς τραπόεδον] *Mſſ.* ὡς τὸ τραπόεδον. at praecedit τό. Wass.

[ἀνῆκται —]
[ἀποτρέψ.
[ἀποτρεπόμ
C. 66. [ἐπιτήδειον
} Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

μάχης τε ἄρξ) Non placet, verſum Porto: *proelii initium factu.i*, quoties vellent. ἄρχειν eſt, *in poteſtate* habere, non, *incipere*; (etſi dicimus ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, pro ἄρχεσθαι·) κρατεῖν. Preſtius vertens, *in poteſtate habituri* pugnam; nempe quum et declinarent, ſi pugnare nollent, nec cogi ad pugnam, poſſent, et ita eum ſuo commodo indidem iidem pugnam capeſſerent; αὐτοκράτορες τῆς μάχης καταστάντες.

Καὶ πρὸ αὐτῆ] Καὶ non habent *Ar. C.* minus eleganter. Wass. Tolerabilius abeſſet prius καὶ, quod eſt ante ἐν τῷ ἴσῳ Dvk.

[ἔρυμά τε) Schol. abeſt Aug.)

ἢ [c] εὐεφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις, λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις [d] διὰ ταχέων ὤρθωσαν, καὶ τὴν τῇ [e] Ἀνάπῳ γέφυραν ἔλυσαν. παρασκευαζομένων δὲ, [f] ἐκ μὲν τῆς πόλεως [g] ἀθεὶς ἐξιὼν ἐκώλυε· πρῶτοι δὲ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων προσεβοήθησαν· ἔπειτα δὲ ὕστερον καὶ τὸ πεζὸν ἅπαν ξυνελέγη. καὶ προσῆλθον μὲν ἐγγὺς τοῦ στρατεύματος τῶν Ἀθηναίων [h] τοπρῶτον, ἔπειτα δὲ, ὡς οὐκ [i] ἀντιπροσήεσαν αὐτοῖς, ἀναχωρήσαντες, καὶ διαβάντες τὴν [k] Ἑλωρίνην ὁδὸν, ᾐρίσαντο.

ξζ'. Τῇ δ' ὑστεραία οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην, καὶ ξυνετάξαντο ὧδε· δεξιὸν μὲν κέρας Ἀργεῖοι εἶχον καὶ [l] Μαντινῆς, Ἀθηναῖοι δὲ τὸ μέσον, τὸ δὲ ἄλλο οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι. καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτοῖς τοῦ στρατεύματος ἐν τῷ πρόσθεν ἦν τεταγμένον ἐπὶ οὐτῶ, τὸ δὲ ἥμισυ [m] ἐπὶ ταῖς εὐναῖς ἐν [n] πλαισίῳ, ἐπὶ οὐτῶ καὶ τοῦτο τεταγμένον. οἷς εἴρητο, ἤ ἂν τοῦ στρατεύματός τι πονῇ, μάλιστα ἐφορῶντας παραγίγνεσθαι. καὶ τοὺς σκευοφόρους ἐντὸς τούτων τῶν [o] ἐπιτακτῶν ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Συρακούσιοι ἔταξαν τοὺς μὲν [p] ὁπλίτας, [q] ἐφ' ἑκκαίδεκα, ὄντας πανδημεὶ Συρακοσίους, καὶ ὅσοι ξύμμαχοι παρῆσαν. ἐβοήθησαν δὲ αὐτοῖς Σελινούντιοι μὲν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ [r] Γελώων ἱππῆς, τὸ ξύμπαν ἐς διακοσίους· καὶ Καμαριναίων ἱππῆς ὅσον [s] εἴκοσι, καὶ τοξόται ὡς πεντήκοντα. [t] τοὺς δὲ ἱππέας ἐπετάξαντο ἐπὶ τῷ δεξιῷ, οὐκ ἔλασσον ὄντας, ἢ διακοσίους καὶ χιλίους· [*] παρὰ δ' αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἀκοντιστάς. μέλλουσι δὲ τοῖς Ἀθηναίοις πρότερον ἐπιχειρήσειν, ὁ Νικίας, κατά τε ἔθνη ἐπιπαριὼν ἕκαστα, καὶ ξύμπασι, τοιάδε παρεκελεύετο.

ξή. »ΠΟΛΛΗ[ι] [v] μὲν παραινέσει, ὦ ἄνδρες, τί δεῖ χρῆσθαι, οἳ πάρεσμεν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα; [x] αὕτη γὰρ ἡ παρασκευὴ [y] ἱκανωτέρα μοι δοκεῖ εἶναι θάρσος παρασχεῖν, ἢ καλῶς λεχθέντες λόγοι μετὰ ἀσθενοῦς στρατοπέδου. ὅπου γὰρ Ἀργεῖοι, καὶ Μαντινῆς, καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ νησιωτῶν οἱ

c Ἐφοδώτατον *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan.* Mſqu. Aug. In *Caſſ.* recenti manu inter verſus εὐ. Ἐυεφοδώτατον *Gr.* d Διαταχέων *Ar. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ.* διὰταχέων Mſqu. c. ſpir. aſp. ſed vno vocab. e Sic *Cam.* Ἀνάπλῳ *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* Atque ita legiſſe videtur *Valla*: nam vertit, *pontem, per quem remeatur a nauibus.* Hvds. Ἀνάπλῳ etiam *Reg.* et *Caſſ.* ſed hic in marg. γρ. ἀνάπτῳ, ὃ καὶ κρεῖττον. ἀνάπου Aug. ſed λ eraſ. f Ἐκ τῆς μὲν πόλ. *Gr.* g Οὐδεὶς *Ar. C. Dan.* h Τὸ πρῶτον *C. Baſ. Caſſ.* Aug. i Ἀντιπροήεσαν *Reg. Caſſ. Gr.* Aug. k Ἑλωρίδην *Gr. Ald. Flor. Baſ.* Ἐλωρίνην *Steph.* 1. Ἑλωρινὴν *Cl.* Ἐλωρινὴν Aug. *Ar. C.* et *Dan.* Ἐλωρινὴν *Reg. Caſſ.* ἐλωρίκην Mſqu. mox 67. init. ἐς μάχην. om. ὡς. l Μαντινεῖς *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* vt et paulo infra. *Reg. Caſſ. Gr.* vtroque loco. *Dan.* infra. m *M. Cruſius* intelligit Triarios, quales apud Romanos fuerunt. Hvds. n Πλαίσιον, ἡ τετραγώνοειδὴς τῶν στρατιωτῶν σύνταξις. *Herodianus.* Πλαίσιον (vt ſcribit *Aelianus*) proprie eſt, ὅταν ἐκ τεσσάρων πλεύρων γένηται ἡ παράταξις, οὐκ ἐν τετραγώνῳ, ἀλλ' ἑτερομήκει σχήματι. Idem. Πλησίῳ a prima manu *Reg.* πλησίοι Aug. o Ἐπεισάκτων *Ar.* in marg. Ἐπιτάκτων *Reg. Caſſ. Dan.* Aug. p Ὁπλίτας πάντας *Gr.* Mſqu. q Ἐπικκαίδεκα *Reg. Caſſ. Gr.* ſed in *Gr.* emendatum erat ἐφ'. ita et in Aug. ἐπ' ἑκκαίδ. Mſqu. r Γελώων ἱππεῖς ὅσον cetera in marg. *Gr.* Ἱππεῖς etiam *Reg. Caſſ. Dan.* et plerumque. s Εἴκοσιν *Caſſ.* t Τὰς δ' ἱππέας *Gr.* * παρα δ' αὐτ. Mſq. Mox c. 68. inſcr. Νικίου λόγος πρὸς τοὺς στρατιώτας. a m. pr. v Μὲν οὖν παρ. *Dan.* x Αὐτὴ *Ar. C. Bar. Cl. Gr. Reg.* Aug. et ex emendat. *Caſſ.* y Ἱκανοτέρα *Gr.*

[εὐεφοδώτ.) Schol. Aug. habet, προεσβῆναι p. προβ. (rectius ad h. l. et ad ἐπί·) et om. δηλονότι.]

[λίθ λογ.) Schol. ad hh. vv. *Lemma* vocat Abr. quod, alivnde repetitum, huc non pertineat, neque ſit a Schol. Thuc. profectum. Sed tamen additur ἐντεῦθεν, i. e. *ex hoc* loco; ex quo tamen δῆλον quî ſit, non videam. Forte et hoc voluit Abr. non legiſſe ideo Schol. λογάδες.]

λίθ. λογ.) λογάδας λίθους apud Plutarch. p. 658. reperit Abr. *Gottl.* At ni ex Plut. ſ. o'at Abr. forte *reperi* ſcr. *Gottl.* λογάδην vel ad λίθους, cui adiunctum haereat, qſ. pro Adiect. λογάδι, vel ad ὤρθωσαν, retuleris: vbi ſit λογ. ὤρθ. per breviloquentiam, pro, συλλεξάμενοι τοὺς λίθους ὤρθ *Milites* proprie dicuntur λογάδες, *delecta manus*; et, ſi λογάδην congregantur lapides, quidni λογάδες et ipſi dicantur, vt in Schol.

Λογάδην] *Scholiaſtes* ſcribit, *Thucydidem* lib. IV. dicere λογάδας λίθους. Non memini, me hoc legere. Eſt ibi Cap. 4. λογάδην δὲ φέροντες λίθους. et Cap. 31. καὶ ἔρυμα αὐτόθι ἦν παλαιὸν, λίθων λογάδην πεποιημένον. Λογάδας *Thucydides*, vt alii, dicit delectos milites IV, 125. V, 60. et 73. Dvk.

Ἀνάπῳ] Recte ille, qui *Cod. Caſſ.* tractauit, pronunciat, hoc melius eſſe, quam, quod plerique libri habent, Ἀνάπλῳ. Adi *Clauerium* I. Sicil. Ant. 13. Dvk.

παρασκευαζ. — — ἐκώλ.) Debebat, παρασκευαζομένους, ad ἐκώλυε· ſed in hoc intell. αὐτούς. Genitiuum ſimplicem, conſequentiae, dederit et alteri verbo, προσεβοήθησαν; quod hic ſimpliciter eſt, *impetum* facere; nulla plane *auxilii* ferendi conditione; et πρὸς redundat; vel pro ἐπὶ poſitum, ἐπεβοήθησαν, quod ſolennius; ſed et προσβολὴ *impetum*, incurſum ſign.

[ἐκ τ. πόλ.] [ἐβοήθησ.] Scholl. abſ. Aug.

Οὐθείς] *Ar. C.* οὐδεὶς, peſſime, vt ſolent. Wass.

Τὴν Ἑλωρίνην ὁδὸν] Non minor eſt varietas in nomine Ἑλωρινὴν paullo poſt Cap. 70. et VII, 80. Ἕλωρος prima ſyllaba adſpirata fere ſcribunt Graeci; et recte, ſi verum eſt etymon *Seruii*, qui ad Virgil. III. Aen. v. 698. ab ἕλος deriuat. Latini aliquanto inconſtantius, Elorus et Helorus. In antiquis libris *Virgilii* Helorus eſſe, teſtatur *Pierius* ad Virg. l. d. Et ſic in *Ouidio* IV. Faſtor. 477. vbi et *Neapolis* videri

quae aditu hoſtibus erat facillima, munitionem ex ſaxis electis lignisque conſtructam celeriter erexerunt, et Anapi pontem ſoluerunt. Dum autem hae munitiones fierent, ex vrbe quidem nemo egreſſus *earum opus* impediuit: ſed primi Syracuſanorum equites ad opem *ſuis rebus* ferendam procurrerunt, deinde vero mox et vniuerſus peditatus conuenit. Et primum quidem ad Athenienſium caſtra propius acceſſerunt, deinde vero, *cum illi* contra ipſos non prodirent, regreſſi, ac, via Helorina transmiſſa, caſtra poſuerunt. Reif. Peſop. an 17. Olymp. 91. 2. U. C. Varr. 339.

67. Inſequenti vero die Athenienſes eorumque ſocii vt ad proelium ſe praepararunt, et aciem hoc modo inſtruxerunt. Dextrum quidem cornu tenebant Argiui et Mantinei, Athenienſes vero medium *agmen*, alterum vero *cornu* caeteri ſocii *tenebant*. Et dimidium quidem ipſorum exercitus ſic erat inſtructum, vt in fronte octoni milites ſtarent, dimidium vero, quod erat ad tentoria, et ipſum octonis militibus erat inſtructum, ita tamen, vt agminis longitudo latitudinem longe ſuperaret. Quibus praeceptum fuerat, vt qua parte exercitus laboraret, diligentiſſime obſeruantes ſe conferrent. Atque intra hos, qui in ſubſidiis collocati fuerant, lixas poſuerunt. Syracuſani vero *ſuos* grauis armaturae milites, qui erant Syracuſani ex omni totius populi ordine atque aetate collecti, et ſocios, quotquot aderant, ſic inſtruxerunt, vt deni ſeni *in aciei fronte* ſtarent. Auxilium autem ipſis tulerunt in primis quidem Selinuntii, mox vero et Geloi equites, vniuerſi ad ducentos. Et Camarinaeorum equites ad viginti, et ſagittarii circiter quinquaginta. Equites autem in dextro *cornu* collocarunt, non pauciores, quam mille et ducentos. Iuxta autem ipſos, et iaculatores. Cum autem Athenienſes proelium priores inituri eſſent, Nicias et ſingulas gentes, vt quamque adibat, et vniuerſas huiusmodi verbis adhortabatur.

68. „Longa adhortatione, viri, quid opus eſt *nos* vti, qui ad idem certamen adſumus? Hic enim apparatus ad confidentiam vobis praebendam magis valere mihi videtur, quam verba praeclare facta, quae copiarum firmitate careant. Vbi enim ſumus Argiui, et Mantinei, et Athenienſes, et praecipui

λονότι δυνατόν. Λίθοις λογάδην καὶ ξύλοις] ὅτι λογάδας ἐν τῇ τετάρτῃ λέγει λίθους τοὺς ἐπιλέκτους, καὶ ὃ τοὺς ἐπιτυχόντας, δῆλον ἐντεῦθεν. Ἐκ μὲν τῆς πόλεως] τῶν Συρακουσίων. Ἐν πλαισίῳ] ἐν τετραγώνῳ σχήματι. Ἐντὸς τούτων τῶν ἐπιτακτῶν] τῶν ὄπισθεν ἐπιτεταγμένων παρὰ ταῖς εὐναῖς. Ἐβοήθησαν δὲ αὐτοῖς] τοῖς Συρακουσίοις. Καὶ ὁπ

poteſt, et in *Silii* XIV, 269. editur. Sine adſpiratione in *Cicerone* III. in Verr. 43. et 56. IV, 26. *Liuio* XXIV, 35. et aliis. De Heloro, vnde viae Helorinae nomen, porro adeundus eſt *Cluuerius* I. Sicil. Antiq. 13. Habet etiam nonnulla *Caſaubonus* ad Polybium I, 6. Locum hunc *Thucydidis*, vel eum, qui Cap. 70. legitur, ante oculos habuit *Stephanus* in Ἕλωρος· Θουκυδίδης δὲ ἐν ἕκτῃ καὶ Ἑλωρινὴν ὁδὸν φησι. Male ibi *Berkelius*, contra omnes libros, ſua, vt dicit, auctoritate, pro ἐν ἕκτῃ ſubſtituit ἐν ἑβδόμῃ. Nam legitur in vtroque libro. Dvk.

C. 67. Ἢ ἂν τῷ στρατεύματός τι πονῇ] *Salluſtius* Iugurth. Cap. CIII. Marius cum turma ſua, quam e fortiſſimis magis, quam ex familiariſſumis, parauerat, vagari paſſim, ac modo *laborantibus ſuis* ſuccurrere, etc. Wass.

Καὶ τὰς σκευοφόρους — ἐποιήσαντο] *Suidas* in ἐπίτακτοι. Huic ἐπίτακτοι ſunt οἱ προτεταγμένοι τὴν μάχην ἐφορᾶν, καὶ τῷ πονοῦντι μέρει βοηθεῖν. *Portus*, laudante *Kuſtero*, ἐπιτεταγμένοι· imo προεπιτεταγμένοι. Idem.

Ἔλασσον ὄντ.) pro ἐλάσσονας. Qſ. *aliquid* minus, numerus (aliqui) non minor. Forte leg. ἐλάσσονας, deleto ὄντας, vt Gloſſ.

C. 68. οἱ πάρεσμεν) ante h. h. v. v. intell. πρὸς ὑμᾶς· Nam πάρεσμεν, per κοίνωσιν, *communicationem*, eſt pro πάρεστε. Vel intell. πρὸς ἀλλήλους. Aut ſimplicius, οἱ pro ὅτι, ἐπειδή, *cum* adſimus. Similia exempla v. in Phil. Th. P. p. 14. 15. lit. γ.)

ἐπὶ τ. αὐτ. ἀγ.) Quid ſibi vult τ. αὐτόν, *idem* certamen? An, quo iam *antea* functi? At nondum inciderat tale. Referas igitur ad populos varios, Argiuos, alios, (mox h. c. memoratos,) qui non eſſent meri Athenienſes; vnde et c. 67. ait: τὰ ἔθνη ἐπιταξιῶν ἕκαστα. Nempe, *vnum* omnibus diſcrimen et commune propoſitum, innuit, eandem omnium conditionem; nec multa ergo, i. e. varia, cohortatione vtendum; qua, v. c. Annibal vſus legatur apud Liv. 30, 33. med. inde a verbis: *Varia cohortatio*, rel.

Λόγοι] *Stobaeus* pag. 201. e Noſtro V, 69. Ἔργων ἐκ πολλῶ μελέτη πλεῖον σώζει, ἢ λόγων δι' ὀλίγα καλῶς ἐρηθέντων παραίνεσις. Wass.

ὅπου γὰρ) Verti ὅπου poſſit, *quoniam*, quandoquidem, *cum* ſimus, (vel, adſimus) vt 1 Cor. 3. ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἔρις ἐν ὑμῖν, *cum* inter vos verſentur diſſidia.

πρῶτοι ἐσμὲν, πῶς ἀ χρὴ μετὰ τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ξυμμάχων πάντα τινὰ μεγάλην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχειν; ἄλλως τε, καὶ πρὸς ἄνδρας πανδημεί τε ἀμυνομένους, καὶ ἀπολέκτους, ὥσπερ καὶ [z] ἡμᾶς· καὶ προσέτι Σικελιώτας, οἳ ὑπερφρονοῦσι μὲν [a] ἡμᾶς, [b] ὑπομενοῦσι δὲ ἀ, διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην τῆς τόλμης [c] ἴσσω ἔχειν. παρασήτω δέ τινι καὶ τόδε, πολύ τε ἀπὸ τῆς [d] ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι, καὶ πρὸς γῆ [e] ϑδεμιᾷ φιλίᾳ, ἥντινα μὴ αὐτοὶ μαχόμενοι κτήσεσθε. καὶ τἀναντίον ὑπομιμνήσκω [f] ὑμᾶς, ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς * εὖ οἶδ', ὅτι παρακελεύονται. οἱ μὲν γὰρ, † ὅτι περὶ πατρίδος ἔσαι ὁ ἀγών· [g] ἐγὼ δὲ, ὅτι ἀκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς [h] κρατεῖν δεῖ, ἢ μὴ ῥαδίως ἀποχωρεῖν· οἱ γὰρ [i] ἱππῆς πολλοὶ ἐπικείσονται. τῆς τε ἂν ὑμετέρας αὐτῶν ἀξίας μνησθέντες, ἐπέλθετε τοῖς ἐναντίοις προθύμως, καὶ τὴν παρεῦσαν ἀνάγκην καὶ ἀπορίαν φοβερωτέραν ἡγησάμενοι τῶν πολεμίων."

ξϑ'. Ὁ μὲν Νικίας, ** τοιαῦτα παρακελευσάμενος, ἐπῆγε τὸ στρατόπεδον εὐθύς. οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀπροσδόκητοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν ὡς ἤδη μαχόμενοι· καί τινες αὐτοῖς, ἐγγὺς τῆς πόλεως ὄσης, καὶ [k] ἐπεληλύθεσαν· οἱ δὲ καὶ διὰ σπουδῆς προσβοηθοῦντες δρόμῳ, ὑστέριζον μὲν, ὡς δὲ ἕκαστός πη τοῖς πλείοσι [l] προσμίξειε, καθίσαντο. ἀ γὰρ δὴ προθυμία ἐλλιπεῖς ἦσαν, ἀδὲ τόλμη, [m] ἅτ' ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, ἅτ' ἐν [n] ταῖς ἄλλαις· ἀλλὰ τῇ μὲν [o] ἀνδρεία ἀχ ἥσσας, ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη [p] ἀντέχοι· τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς καὶ τὴν βύλησιν ἄκοντες παρέδιδοσαν. ὅμως δὲ, ἀκ ἂν οἰόμενοι, σφίσι τὰς Ἀθηναίας προτέρας ἐπελθεῖν, καὶ [q] διὰ τάχος ἀναγκαζόμενοι †† ἀμύνασθαι, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, εὐθὺς

[z] Ἡμᾶς *Ar.* [a] Sic in *Gr.* emendatum erat ex ὑμᾶς. οἶδ' Mſq. [b] Ὑπομένουσι *Reg. Caſſ.* Aug. [c] Εἶσω: et marg. ἧσσω *Gr.* [d] Ὑμετέρας a prima manu *Gr.* [e] Οὐδε μιᾷ *Caſſ.* [f] Ἡμᾶς *Bar. Gr. Ald. Flor. Baſ.* [*] εὖ δ' ὅτι Mſqu. † ὅτι d. Mſqu. [g] Ἐγὼ δ' ὅτι *Gr.* [h] Pro κρατοῦντας ἀποχωρεῖν. *Ae. Port.* Hvds. [i] Ἱππεῖς *Ar. C. Ald. Flor Baſ. Caſſ.* [**] τοσαῦτα Mſq. [k] Ἀπεληλύθεσαν, vel ἐπὶ τὴν πόλιν ἐληλύθεσαν ſcribendum, cenſet *Ae. Port.* Hvds. [l] Προσμίξειεν ἐνκαθίσαντο *Ar.* Προσμίξειεν etiam *Caſſ Gr.* Προσμίξειν *Dan.* [m] Οὔτε ἐν *Ar.* [n] Ταῖς deeſt *C.* [o] Ἀνδρία *Ar. C. Reg.* [p] Ἀντέχει *Reg.* [q] Διατάχους *Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ.* Aug. †† ἀμύνασθαι Mſq.

πανδημεί τε) Vis τοῦ πανδημεὶ non eſt in *vniuerſis*, quod augendae ſit formidini, non minuendae; ſed in *colluuie* promiſcua, in diuerſitate τῶν ἀπολέκτων· *incondita* multitudine, non exercitata. τε autem non ἀπολέκτους reſpicit, quippe quod explicet tantum τὸ πανδημεὶ, ſed inferius, καὶ προσέτι.

[κ οὐκ ἀπολ.]
[οἱ ὑπερφρ. μ } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]
[παρασήτω]

ὅσπ. καὶ ἡμ.) redundat καὶ, vt ſolet in diuerſis et diſtribuendo. ἡμᾶς pro ἡμεῖς, ob priorem Accuſ. Quod et Latini imitentur.

πολύ τε — εἶναι) ſcil. ἡμᾶς, aut, ſi mauis, τὸν ἀγῶνα.

πρὸς γῇ) pro ἐν· vt Latinis ſaepius *apud*; Tacito maxime: *apud Germanias*, *apud vrbem*, *ſenatum*, alia.

οὐδεμ. φιλ.) Obſcurius vertit Port. *in nullo amico ſolo*; debebat: in ſolo, in terra, cuius nulla pars ſit amica nobis, (vel, Latinius, cum Liuio, *pacata*) quae omnis hoſtium ſit. Simili breuitate Liv. *per infeſta omnia*, *per praerupta et confragoſa omnia*, i. e. per *loca*, *quae plane* et vbique eſſent talia. Ita Latine dixeris: *per nihil pacatum transimus*, i. e. per terram, in qua ſit nil pacati.

ἥντινα μὴ αὐτ.) Videtur mihi τὸ ἢ poſt μὴ excidiſſe. *Gottl.* At enim, quo pertineat illud ἢ (cui tamen aliud reddendum nuſpiam appareat,) quem ſenſum iuuet, aut quî, non equidem video. Mutaturum, credo, *Gottl.* ſi ſuperſtes foret. Emendandum ſi ſit: ἤν τινα legerim pro ἥντ. Sed nil opus ita explicanti, vt oſtendi ad vv. οὐδεμ. φιλ.

εὖ οἶδ' ὅτι) Parentheſi liberaui haec verba, recte et ab Abr. ordinata: ὁ, εὖ οἶδ', ὅτι οἱ πολ. rel. *quod monituros* hoſtes, ſuis memoraturos, *ſciam.*

οἱ μ. γὰρ) ſcil. παρακελεύονται, ὑπομνήσειειν, (τοὺς ἑαυτῶν, ſuos,) ὅτι, rel.

οἵους κ Ἀθ.) Primo redundat καὶ, vt ſolet, in diſtribuendo et opponendo; quippe et hic diſtinguuntur homines audaces *omnino*, et Athenienſes *nominatim*. Nec verti plane debebat *et*; quod abeſſe, quis ſenſerit: *audentiores homines, quales ſint Athenienſes*. Deinde, οἵους καὶ Ἀθηναίους, eſt pro, οἷοι κ. Ἀθηναῖοι εἶεν. Latine certe non licuerit: *Viros audentes, quales Athenienſes:* (quarto caſu.) Liu. 2, 28. init. *vnum — virum, — qualis App. Claudius fuerit, momento temporis, diſcuſſurum illos coetus fuiſſe: Qualis — fuerit*, non, *qualem App. Claudium*. Nec Latine ſatis dixeris *tali viro, quali tibi*, pro, *qualis tu ſis*; at Graece licuerit: (τοιούτῳ,) οἵῳ σοί. Ad οἵους intell. εἶναι· id ipſum tamen pro οἷοί εἰσιν οἱ Ἀθ.

[ᾧ γ. ἐκ.] Scholl. ad hh. vv. in vnum coniung. Aug. ita: [εὖ εἰδέν.] ᾧπερ (p. ᾧ) γὰρ ἐκεῖνοι (φησὶ deeſt) φοβ. τ. πέλ. τουτ. δ. τὸ (τὰ non habet Vulg.) θρ κ. rel. τ. Ἀθ. εὖ εἰ. φ. ὅτι οἱ (non eſt Vulg.) Συρ. — — — οἱ Ἀθ. διὰ τῆς ἰδίας ἐμπειρίας (pro Vulg. διὰ τὰς ἐμπειρ.) rel.

[ὑποσχ) ad h. v. in Aug. notatur a m. ant. ὑποσχεῖν· ὑπολαβεῖν, ἀπαιτηθῆναι, ἢ ὑποβάλλειν.] Id. Schol. e Caſſell. Cod. (quicum conſentire Aug. ſubinde iam viderimus,) notat *Abr.* et, pro ὑπολαβεῖν legi, vult, ὑποβάλλειν, quin, ὑποβάλλειν habet pro correctione τοῦ ὑπολαβεῖν Comparat Idem ὑποσχεῖν h. l. cum δίκην, λόγον, τιμωρίαν, rel. ὑποσχεῖν. Mihi nec Schol. (e Gloſſario haud dubie repetitum,) neque Abr. interpretatio ſatis placet, vtrumque hic alienum, in Schol. maxime verbum ἀπαιτηθῆναι, quod, vt ad λόγον, δίκην, (adde εὐθύνας, *rationem.*) congruat, huc quidem nullo modo quadret. Neque, ὑποβαλεῖν, quid ad ὑποσχεῖν faciat, magis video; multo minus, quid hic loci; vbi aliud eſſe ὑποσχεῖν nil poſſit; niſi παρασχεῖν, *praebituros*, illaturos: eadem, eundem terrorem Athenienſibus allaturos Syracuſanos, vel incuſſuros, quem Athenienſes intulerint hoſtibus. Siue ὑποσχεῖν fuerit, *toleraturos*, perpeſſuros; quod Porto viſum, interpretatio loquatur vertentis, *idem ipſis euenturum*; qua quidem conditione σφᾶς referatur ad Athenienſes, et τοῖς ἐναντίοις ſignificet Athenienſium hoſtes; cui voc. iungendum fuerit ὁμοίως· ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις, itidem, vt Athenienſium hoſtibus euenerit: conſtiterit ſane ſua ſignificatio τῷ ὑπέχειν· ſed nimirum promtius, σφᾶς intelligi Syracuſanos, ἐναντίους autem Athenienſes. Exempla deſidero equidem τοῦ ὑπέχειν ſignificantis παρέχειν. Sed primo res et oratio pugnat; et ὑπέχειν fuerit, ſicut ὑποδεικνύναι, ὑποχορηγεῖν, ὑποβάλλειν, in quibus, vt Lat. *ſub* pro *ad*, vel Datiuo iunctum, notet *ſubiicere, ſubmonſtrare, ſuggerere*, i. e. *alicui* praebere. Cuius rationis ſi quem poeniteat, ei acquieſcendum fuerit in Porti interpretatione. Gloſſa quidem iſta vel Schol. ab h. l. eſt alieniſſimum.

ne res nauales aduerſus Athenienſes aggredi dubitarent: dicens, ne illos quidem hanc rerum nauticarum peritiam haereditariam aut perpetuam habere, ſed mediterraneos eſſe magis, quam Syracuſanos, et a Medis coactos rebus nauticis operam dare coepiſſe: illos autem, qui audax aliquod facinus auderent aduerſus homines audaces, quales eſſent et Athenienſes, ipſis aſperrimos viſum iri *dicebat*. Qua enim ratione illi alios terrerent, interdum non propter maiorem potentiam, ſed propter audaciam, quam in illis inuadendis praeſtarent; eadem etiam ratione ipſis quoque idem, quod aduerſariis, euenturum. Dicebat etiam, ſe illud probe ſcire, Syracuſanos, ſi Athenienſium claſſi ex improuiſo obuiam ire auderent, propter huiusmodi *repentinum audaciae facinus*, illis conſternatis, plus profecturos, quam Athenienſes, propter ſcientiam, Syracuſanorum imperitiae obfuturos. Hortabatur igitur, vt rei nauticae periculum facerent, nec *eam tentare* reformidarent. His autem et Gylippi, et Hermocratis, et ſi cuius alterius, adhortationibus inducti Syracuſani, animum ad nauale proelium appulerunt, et naues inſtruere coeperunt. Bell. Peloponn. an. 19. Olymp. 91. 3. U. C. Varr. 341.

22. Gylippus vero, poſtquam claſſis inſtructa fuit, omnes pedeſtres copias ſub noctem eduxit, et ipſe quidem a terra munitiones in Plemmyrio *exſtructas* aggreſſurus erat. Syracuſanorum vero triremes vno eodemque tempore ex compoſito, aduerſus *hoſtem* ex magno portu quinque et triginta nauigabant. Ex minore vero (vbi etiam erant ipſorum naualia) quinque et quadraginta. Circumuehebantur autem, eo conſilio, vt ſe coniungerent cum illis *nauibus*, quae intus *et in ipſo magno portu* erant, et ſimul Plemmyrium inuaderent, vt Athenienſes vtrinque turbarentur. Sed Athenienſes, cum ſexaginta naues aduerſus *hoſtilem claſſem* celeriter inſtruxiſſent, quinque et viginti nauale proelium com-

τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ θάλασσαν. ἢ, ὑπὲρ τοῦ μὴ δεδιέναι. Ὑπὸ Μήδων] τῶν μετὰ Ξέρξου. Καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηρούς] ἦγεν, καὶ τοῖς οὕτω τολμηροῖς, ὡς Ἀθηναῖοι εἰσὶ, τοὺς ἀντιτολμῶντας φοβερὰς φανήσεσθαι. Ὧι γὰρ ἐκεῖνοι] ᾧ γὰρ ἐκεῖνοι (φησὶ) φοβοῦσι τοὺς πέλας, (τυτέστι, διὰ θράσος, καὶ οὐχὶ δι᾽ δυνάμεως ὑπεροχὴν,) τούτῳ ἂν καὶ ὑπὸ Συρακουσίων ἐκφοβήσεσθαι τοὺς Ἀθηναίους. Εὖ εἰδέναι ἔφη] εἰδέναι, (φησὶν,) ὅτι Συρακούσιοι, τολμήσαντες ἀντισῆναι πρὸς τὸ τῶν Ἀθηναίων ναυτικὸν, μᾶλλον αὐτοὺς τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλήξαντες βλάψουσιν, ἥπερ ἐκείνους οἱ Ἀθηναῖοι, διὰ τὰς ἐμπειρίας εἰς τὴν πεῖραν τοῦ ναυτικοῦ. Ἐκ τοῦ ἐλάσσονος] λιμένος ὁρμουσῶν. Πρὸς τὰς ἐντὸς προσμίξαι] ταῖς ἰδίαις ταῖς ἐντὸς τοῦ μεγάλου λιμένος συμμίξαι. Ἀντιπληρώσαντες ἑξήκοντα ναῦς] εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν Συρακουσίων.

[εὖ εἰδ.) Aug. hoc Schol. iungit c. Schol. ad ᾧ γὰρ ἐκ]

διὰ τὸ τοιοῦτ.) Mſqu. omittit τό· tanquam τοιοῦτον ſit pro τοιοῦτόν τι, *tale quid*; ſed magis eſt pro τοῦτο· vt 1. Cor. 5, 5. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, i. e. τοῦτον, *illum* ipſum hominem.

Τὴν Συρακουσίων ἀπ.] *Cl.* τὴν τῶν Συρακουσίων· recte. Wass.

ἐς τὴν πεῖρ.) Supra, init. cap. ἀπόπειραν. Nil ergo affert praepoſ. ἀπὸ, aut demit. Etſi ſupra magis de *primo* periculo, hic de *vniuerſa* meditatione.

εἴ του ἄλλου) pro, εἴ τις ἄλλος ἦν.

C. 22. Παρεσκευάσατο] *Gr.* παρεσκεύασο. Vide *Polyaenum* I, 42. Wass. Non adſpernendam, cenſeo, ſcripturam *Cod. Gr.* Παρεσκεύασο τὸ ναυτικὸν, eſt, αἱ νῆες ἐπληρώθησαν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων. Vtitur ita et alibi illo tempore huius verbi *Thucydides*: III, 107. Ἐπεὶ δὲ παρεσκεύασο αὐτοῖς. Et IV, 67. Ἐπειδὴ παρεσκεύατο ἀμφοτέροις. Ad ea, quae de diſcrimine inter νεώρια et νεωσοίκους in *Var Lect.* habet *Hudſonus*, add. quae ad *Pollucem* IX 28. adnot uit Clar. *Hemſterhuſius*. De νεωσοίκοις rurſus *Hudſon.* infra ad Cap. 25. Dvk.

ὑπὸ νύκτα) κατὰ νύκτα, vel ὑπὸ τὴν τ. νυκτὸς παρουσίαν, expl. Aem. Port. Plerumque notat, *paullo ante* noctem. Interdum et *poſt*, *ad*. Liu. 21, 18. extr. *Sub hanc vocem* (legati Rom.) *ſuccelamatum eſt*; i. e. *illico* poſt, *ad* — cum dixiſſet. At I, 35. init. *ſub tempus* (comitiorum) *pueros ablegauit*; i. e. paullo ante. V. Sanct. Mineru. L. 4. C. 6. n. Periz. 6. et quae ipſe ibi notaui in noua Edit.

αἱ δὲ τριήρ) Legendum, aut inferendum, putat Abr. ξύμπασαι vel ἅπασαι ὀγδοήκοντα ἅμα· idque propter artic. αἱ μὲν, αἱ δέ· Tanquam non ipſe ſupra, ad c. 18. (τ. τριάκ.) monuerit, redundare Articulum ad numeros! Deinde οὖσαι quoque ad ferretur ante ὀγδοήκοντα. Quod ſi ex 35. et 45. *octoginta* colligi Abr. non video, quî colligendum reliquiſſe non debeat Thuc. Nec vero, inſeri tam multa, quisquam probaverit, aut, quî exciderint in omnibus Libb. aſſequi poſſit. Neque vero ad *naues* refertur ἅμα, quaſi *ſummae* index, ſed ad ἐπέπλεον, propter καὶ, quod ſequatur, καὶ ἀπὸ ξυνθήμ.

ἀπὸ ξυνθήμ.) ſcil. ὁρμηθεῖσαι, ἐξελθοῦσαι, ἀρξάμεναι· vt c. 21. ἀπ᾽ αὐτοῦ κατεργάσεσθαι.

[ἐκ τ. ἐλάσσ.) Schol. abeſt Aug.]

[ἀντιπλήρ.) abeſt Schol. Aug.] Sane hic conſtiterit vis ſua τῷ ἀντὶ, *contra*; certe, *viciſſim*, *et ipſi*, Gall. *à leur tour*, *de leur côté*. Alibi ἀντιπληροῦν eſt, *pro amiſſis nouas*, *alias* inſtruere.

ταῖς μ. π. κ. εἴκ.) rurſus redundat Artic. in deſcriptione, vel partitione.

πέντε καὶ εἴκοσι πρὸς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα τῶν Συρακουσίων, τὰς ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι, ἐναυμάχουν, ταῖς δ' [i] ἐπιλοίποις ἀπήντων ἐπὶ τὰς ἐκ τῆ νεωρίω περιπλεούσας. καὶ εὐθὺς πρὸ τῆ στόματος τῆ μεγάλω λιμένος ἐναυμάχουν, καὶ ἀντεῖχον ἀλλήλοις ἐπίπολύ, οἱ μὲν, βιάσασθαι βελόμενοι τὸν [k] ἔσπλουν, οἱ δὲ, κωλύειν.

κγ'. [a] Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Γύλιππος, τῶν ἐν τῷ Πλημμυρίῳ Ἀθηναίων πρὸς τὴν θάλασσαν [l] ἐπικαταβάντων, [m] καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τὴν γνώμην [n] προσεχόντων, φθάνει προσπεσὼν ἅμα τῇ ἕῳ [o] αἰφνιδίως τοῖς τείχεσι· καὶ αἱρεῖ τὸ μέγιστον πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἐλάσσω δύο, οὐχ ὑπομεινάντων τῶν φυλάκων, ὡς εἶδον τὸ μέγιστον ῥᾳδίως ληφθέν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ πρώτου [p] ἁλόντος, χαλεπῶς οἱ ἄνθρωποι, ὅσοι καὶ ἐς τὰ πλοῖα καὶ ὁλκάδα τινὰ κατέφυγον, [q] ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον. τῶν γὰρ Συρακουσίων ταῖς [r] ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυσὶ κρατούντων τῇ ναυμαχίᾳ, ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης [s] ἐπεδιώκοντο· ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τειχίσματα ἡλίσκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακούσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ῥᾷον παρέπλευσαν. αἱ γὰρ τῶν Συρακουσίων αἱ πρὸ τῆ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι, βιασάμεναι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, ὀδενὶ κόσμῳ † ἐσέπλεον, καὶ ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας, παρέδοσαν τὴν νίκην τοῖς Ἀθηναίοις. ταύτας [t] τε γὰρ [v] ἔτρεψαν, καὶ ὑφ' ὧν [x] τοπρῶτον ἐνικῶντο ἐν τῷ λιμένι. καὶ ἔνδεκα μὲν ναῦς τῶν Συρακουσίων κατέδυσαν, καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσον ἐκ τριῶν νεῶν ὃς ἐζώγρησαν. τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες διεφθάρησαν. τὰ δὲ ναυάγια ἀνελκύσαντες τῶν Συρακουσίων, καὶ τροπαῖον ἐν τῷ νησιδίῳ στήσαντες τῷ πρὸ τῆ Πλημμυρίου, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον.

κδ'. Οἱ δὲ Συρακούσιοι κατὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν ὅτως ἐπεπράγεσαν, τὰ δ' ἐν τῷ Πλημμυρίῳ τείχη [y] εἶχον, καὶ τροπαῖα ἔστησαν αὐτῶν τρία. καὶ τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον [z] λειφθέντοιν κατέβαλον, τὰ δὲ δύο ἐπισκευάσαντες ἐφρούρουν. ἄνθρωποι δ' ἐν τῶν τειχῶν τῇ ἁλώσει

i Ἐπιλοίπαις *Caff.* Aug. Mox ἀλλήλους Aug. antea ἐναυμάχησαν Mſqu. k Ἐπίπλουν *C.* Εὔπλουν *Reg.* l ἐν τούτῳ δὲ Mſqu. m Ἐπιβάντων *Reg.* n Καὶ ναυμαχίᾳ τῇ γνώμῃ προσεχόντων *Ar.* Καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ γνώμῃ προσεχόντων *C. Cl.* Καὶ τ. ν. τὴν γνώμην προσαγαγόντων *Gr.* Hvds. In *Gr.* eadem ſcriptura eſt, quae in *C.* et *Cl.* Et ſic etiam *Dan.* o Αἰφνιδίως deeſt *Dan.* αἰφνηδίως Mſqu. p Ἀλώματος *Reg.* q Ἐς τὸ στρατόπεδον ἐξεκομίζοντο Aug. *Reg. Caſſ.* ἐς τὸ στρατόπεδον Mſqu. r Ἐν deeſt *Dan.* s Ἀπεδιώκοντο *Reg.* † ἐπέπλεον Mſqu. t Τε deeſt *Gr.* v Ἔπεμψαν *Ar. C.* Ἐπ relicto ſpatio vacuo, quantum duae ſyllabae explerent, *Dan.* x Τὸ πρῶτον *Caſſ. Gr.* Aug. y Εἶχον omittunt *Ar. C.* ſed ab aliena manu reponitur in *Cod. Ar.* deeſt etiam *Dan.* εἶλον Mſqu. z Λειφθέντοιν *Ar. C. Cl. Gr.* atque ita omnino reſcribendum. Hvds. Ita etiam *Reg. Caſſ.* Aug.

ταῖς δ' ἐπιλ.) ſcil. σύν. ἐπὶ nil noui affert vocabulo λοιπαῖς, vt nec κατὰ in κατάλοιπος. Ἐπιλοίποις rectius haud dubie, non ἐπιλοίπαις· communia enim ſunt ita compoſita, vbi accentus ab vltima reuocetur.

C. 23. [ἐν τούτῳ δὲ — } Scholl. abſ. Aug.]
[τῶν ἐν τῷ Πλημμ. }

Et vero careri vtroque poteſt.

ἐπικαταβ.) ἐπὶ ſign. vel vt *auxilio* eſſent his, quos aggreſſi forent Syracuſani, vel *aduerſus* hos, vt his occurrerent.

[τ. γνώμ. }
[τὸ μέγ. πρ. } Scholl. abſ. Aug.

Τὴν γνώμην προσεχόντων] Τῇ γνώμῃ, quod hic et I, 95. in quinque *Mſſ.* legitur, fortaſſis ortum eſt e male expreſſo ν, quod pro ι adſcripto accipi potuit. Προσέχειν τὸν νῶν et τὴν γνώμην vbique dicunt Scriptores Graeci: non τῷ νῷ, nec τῇ γνώμῃ. *Thucydides* II, 11. V, 26. VII, 15. et omnes. Nec quisquam probabit ſcripturam *Cod. Reg.* προσαγόντων· qui et paullo ante male ἐπιβάντες. Ἐπικαταβάντες eſt etiam ſupra VI, 97. Dvk. Τὴν γνώμην legendum, non τῇ γνώμῃ, vel alter Datiuus oſtenderit, τῇ ναυμαχίᾳ, et Schol. τὸν νοῦν, nec non Cod. Reg. (vtut perperam,) praeferens προσαγόντων.

πρῶτον) male expl. Schol. *primo ſtatim* (incurſu) *impetu*; cum ſubiiciatur, ἔπειτα δέ. Ad *nauem* ergo refertur πρῶτον.

[ἐς τὸ στρατ.) Schol. abeſt Aug.] Et vere friget.

εὖ πλεούσ.) vti nos, welches gut ſegelte. Angl. *the beſt ſailor.*

ἐπεδιώκ.) non quaeritur, an *ſubinde occurrat* Vulg. quippe ἀποδιώκειν quoque occurrit, ſed, vtrum *tenori* ſit aptius, ἀπεδιώκ. an ἐπεδ. Illud fuerit, *repellebantur*; quod in *pugnantes* tamen cadat, vel obſiſtentes; hic *iam fugientibus* aptius ἐπεδιώκ. nempe φεύγοντες mox vocantur.

κ. οἱ Συρ.) καὶ reſpondet alteri, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν, ſcil. τῶν Ἀθηναίων· vt opponantur inter ſe illi duo.

[ἐτύγχ. }
[οἱ ἐξ αὐτ. } Scholl. abſ. Aug.

αἱ γ. τ. Σ. — ναυμ.) traiectum, pro, αἱ γ. τ. Συρ. νῆες αἱ πρὸ τ. στόμ. ναυμ. vt lac. I, 5. παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, pro, παρὰ τ. θεοῦ, τοῦ διδ. πᾶσ. ἁπλ. Herodot. I, 34. extr. τῶν μελλόντων οἱ γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα· pro, τ. κακῶν τ. μελλ. γεν. οἱ κατὰ τ. παῖδα. Et paullo infra ibid. εἰωθότα στρατηγέειν μιν τῶν Λυδῶν οὐκέτι — ἐξέπεμψε· pro,

miſerunt cum illis quinque et triginta Syracuſanorum *nauibus*, quae erant in magno portu; cum reliquis vero obuiam iuerunt illis, quae ex naualibus circumuehebantur. Statim autem ante magni portus oſtium confligere coeperunt, et diu alteri alteris reſtiterunt, quod hi quidem *in portum* per vim ingredi conarentur, illi vero impedire. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 3. V. C. Varr. 34½.

23. Interea vero, cum Athenienſes, qui erant in Plemmyrio, ad mare deſcendiſſent, et animos ad pugnam naualem intentos haberent, Gylippus prima luce *illorum* munitiones repente inuaſit. Ac primum *quidem e tribus* maximam cepit, deinde vero et *reliquas* duas minores. Cuſtodes enim *illarum*, cum maximam *munitionem* facile captam animadvertiſſent, ſuſtinere non ſunt auſi. Atque ex prima quidem *munitione*, quae capta fuit, homines, quotquot et in nauigia et in quandam onerariam nauem confugerant, aegre in *ſua* caſtra ſe receperunt. Cum enim Syracuſani cum ſuis nauibus, quas in magno portu habebant, nauali proelio ſuperiores eſſent, vna *illorum* velox triremis ipſos inſequebatur. Dum autem hae duae munitiones caperentur, interea et Syracuſani iam *proelio nauali* vincebantur, et *magni* qui ex his *munitionibus* fugiebant, facilius praeterueĕti ſunt. Nam Syracuſanorum naues, quae ante *portus* oſtium pugnabant, cum Athenienſium naues per vim loco pepuliſſent, nullo ordine in *portum* nauigabant; et, quod propter confuſionem inter ſe colliderentur, victoriam Athenienſibus praebuerunt. Nam *Athenienſes* et has in fugam verterunt, et illas, a quibus initio in ipſo portu ſuperati fuerant. Atque vndecim quidem Syracuſanorum naues depreſſerunt, et maiorem hominum partem interfecerunt, exceptis illis, qui erant in tribus nauibus, quos viuos ceperunt. Ipſorum vero *Athenienſium* tres naues profligatae fuerunt. Cum autem Syracuſanorum naufragia ſubduxiſſent, et tropaeum erexiſſent in parua inſula ante Plemmyrium ſita, in ſua caſtra redierunt.

24. Atque Syracuſani in proelio quidem nauali rem ita geſſerunt: at munitiones in Plemmyrio ſitas habebant *in ſua poteſtate*, et tria ipſarum tropaea ſtatuerunt. Et e duabus quidem munitionibus poſterius captis alteram diruerunt, duas vero refecerunt, et impoſito praeſidio tuebantur. In hac autem

Οἱ μέν, βιάσασθαι βουλόμενοι] οἱ Συρακόσιοι. Ἐν τούτῳ δέ] τῷ καιρῷ δηλονότι. Τῶν ἐν τῷ Πλημμυρίῳ Ἀθηναίων] ἦγον, ἐν τῷ φρουρίῳ τῷ ἐν τῷ Πλημμυρίῳ. Τὴν γνώμην προσεχόντων] τὸν νοῦν. Τὸ μέγιστον πρῶτον] ἦγον, κατὰ τὴν πρώτην εἰσβολήν. Ἐς τὸ στρατόπεδον] τὸ ἑαυτῶν δηλονότι. Ὑπὸ τριήρους μιᾶς καὶ εὖ πλεούσης ἐπεδιώκοντο] οἱ ἐκ τῆ πρώτη τείχους ἀλόντος διαφυγόντες δηλονότι. Ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακόσιοι] οἱ ἐκ τῶν τειχῶν τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ τῷ Πλημμυρίῳ. Ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι] τῇ ναυμαχίᾳ. Καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν] τῶν Ἀθηναίων. Βιασάμενοι] νικήσασαι. Καὶ ταραχθεῖσαι] ἦγον, ἀπὸ ταραχῆς περιπίπτουσαι ἀλλήλαις. Ταύτας γὰρ ἔτρεψαν] οἱ Ἀθηναῖοι δηλονότι. Καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς] ἕνδεκα ναῦς τῶν Συρακουσίων κατέδυσαν οἱ Ἀθηναῖοι. Τῶν δὲ σφετέρων τρεῖς νῆες] ὅτι τρεῖς νῆες τῶν Ἀθηναίων διεφθάρησαν. Οὕτως ἐπεπράγεσαν] ὥτως εὐτύχησαν.

σὺκέτι ἐξέπ. μιν, εἰωθότα στρατ. τ. A. Liu. 6, *et imminentem molem libertati*, pro, et molem libertati imminentem. Obſeruanda haec ſunt, ne iungas non iungenda, neu ſtructura laboret, quin et ſe. ſus, hinc oneratus adiectione aliena, hinc deſtitutus neceſſaria notione. 1. Theſſ. 1, 4. εἰδότες — ὑπὸ θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν· non ὑπὸ θεοῦ εἰδότες, ſed, εἰδ. τ. ἐκλ. ὑμ. ὑπὸ θεοῦ, beneficia *diuinitus* vobis *tributa*; vel, vos *diuinitus factos* Chriſtianos.

[βιασάμ. [ταραχθ [ταύτ. τε [κ. ἕνδ. } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

βιασάμ.) νικήσασαι expl. Schol. qſ. per Meton. ſed largius, quam p o vi verbi reſpondet hic noſtro forciren, *vi perrumpere* et *pellere*.

ταραχθ.) Hoc quoque largius expl. Schol. περιπίπτουσαι· Eſt tantum, *turbatae inter ſe*; περὶ pro ἐν. Port. vertens, *cum colliderentur*, videri poſſit legiſſe ἀραχθεῖσαι· non male; aut Schol. ſecutus eſt.

πλὴν ὅσ. — — οὓς ἐζώγρ.) redundat ὅσον ad πλὴν, aut vnum cum eo vocab. conſtituit, vt in μικρὸν ὅσον, Ebr. 10, 37. Debebat, πλὴν ὅσους — ἐζώγρησαν, vt et οὓς abeſſet. Ad μόνον quoque redundet ὅσον.

Νησιδίῳ] Inſulam intellige Ortygiam, Ibyci tempore aggere continenti adiunctam, ponte vero Ciceronis aetate. vid. *Strabonem* I, 59. VI, 270. *Diodor.* V. p. 200. *Cic.* Verrin. IV, 52, 53. WASS.

C. 24. [οὔτ. ἐπεπρ.) Schol. abeſt Aug.] Et huic verbo notionem addidit Schol. quae non illi ineſſet: neque enim πράττειν ſimpliciter eſt δυστυχεῖν· quippe et εὖ, καλῶς, πράττειν licet.

ἀπέθανον καὶ ἐζωγρήθησαν πολλοί, καὶ χρήματα, πολλὰ τὰ ξύμπαντα, ἑάλω. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα, καὶ σῖτος, ἐνῆν, πολλὰ δὲ [a] καὶ τῶν τριηραρχῶν· ἐπεὶ καὶ ἱστία [b] τεσσαράκοντα [c] τριηρῶν καὶ τἄλλα σκεύη [d] ἐγκατελείφθη, καὶ τριήρεις [e] ἀνελκυσμέναι τρεῖς. μέγιστον δὲ καὶ ἐν τοῖς πρῶτον ἐκάκωσε τὸ στράτευμα [f τὸ] τῶν Ἀθηναίων ἡ τῆ Πλημμυρίᾳ λῆψις· [g] ἦ γὰρ ἔτι ἀδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων, (οἱ γὰρ Συρακόσιοι ναυσὶν αὐτόθι ἐφορμοῦντες ἐκώλυον·) καὶ διὰ μάχης ἤδη [h] ἐγίγνοντο αἱ ἐσκομιδαί· [i] ἔς τε τὰ ἄλλα κατάπληξιν παρέσχε καὶ ἀθυμίαν τῷ στρατεύματι.

κέ. Μετὰ δὲ τοῦτο ναῦς τε [k] ἐκπέμπουσι δώδεκα οἱ Συρακόσιοι, καὶ Ἀγάθαρχον ἐπ' αὐτῶν Συρακόσιον ἄρχοντα. καὶ αὐτῶν [l] μία μὲν ἐς Πελοπόννησον ὤχετο, πρέσβεις ἄγουσα, οἵπερ τὰ σφέτερα φράσωσιν, ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον [m] ἔτι μᾶλλον ἐποτρύνωσι γίγνεσθαι. αἱ δὲ ἕνδεκα νῆες πρὸς [n] τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμεναι, πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων, ἐπιτυχοῦσαι, τὰ πολλὰ διέφθειραν, καὶ ξύλα ναυπηγήσιμα ἐν τῇ [n] Καυλωνιάτιδι κατέκαυσαν, ἃ τοῖς Ἀθηναίοις ἕτοιμα ἦν. ἔς τε Λοκροὺς [o] μετὰ ταῦτα ἦλθον. καὶ ὁρμισῶν αὐτῶν, κατέπλευσε μία τῶν ὁλκάδων τῶν ἀπὸ † Πελοποννήσου, ἄγουσα Θεσπιέων ὁπλίτας. καὶ ἀναλαβόντες αὐτοὺς οἱ Συρακόσιοι ἐπὶ τὰς ναῦς, παρέπλεον ἐπ' οἴκου. φυλάξαντες δ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι εἴκοσι [p] ναυσὶ πρὸς τοῖς Μεγάροις, μίαν μὲν ναῦν λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἄλλας ὀκ ἠδυνήθησαν, ἀλλ' ἀποφεύγουσιν ἐς τὰς Συρακόσας. ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σαυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, ἃς οἱ Συρακόσιοι πρὸ τῶν παλαιῶν [q] νεωσοίκων κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς

a Καὶ τῶν non agnoscunt *Ar. C. Dan.* Τῶν tantum abest a *Reg. Cass.* Aug. et Mſq. *b* Τετταράκοντα *Ar. C. Reg. Cass.* Aug. Mſqu. *c* Τριήρων *Cass.* Aug. *d* Ἐγκατελήφθη *Reg. Cass* Aug. Mſqu. *e* Ἀνειλκυσμέναι *Reg. Cass. Gr. Baſ.* Aug. *f* Τὸ deest *Ar.* *g* Οὐδὲ γὰρ ἔτι *Marg.* *h* Ἐγίνοντο *Gr.* ἐγίγνετο Mſqu. *i* Ἔς τε τἆλλα *Ar. C.* *k* Ἐκπέμπουσιν, et contra paulo poſt ἐλπίσι *Gr.* *l* Μὲν μία *Reg.* Aug. et mox φράσουσιν, a corr. ω mut. in ου. μὲν abest Mſq. *m* Ἔτι omittit *Gr.* * τὴν abest Mſq. *n* Vide *Cluverii* Ital. Antiq. p. 1304. Hvds. *o* Μεταταῦτα *Ar. Ald. Flor. Baſ. Reg.* Aug. † Πελοποννήσ. Mſqu. *p* Ναυσὶν et mox λαμβάνουσι et ἀνδράσιν *Gr.* antea (φυλ.) αὐτοῖς pro αὐτοὺς Aug. *q* Νεώσοικοι, καταγώγια εἰσὶν ἐπὶ θαλάσσης εἰκοδομημένα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν νεῶν. *Etymol. Magn.* Vide *Suidam* et *Heſychium*, atque etiam *Bayſium* de Re Nauali p. 135. et *Scheffervm* p. 214. Hvds.

χρήματα) v. ad c. 25. init. ad Schol. γέμ. χρημ.

ὥστε γὰρ) pro καθάπερ poſitum, docet *Abreſch.* ad h. l. a quo allatis adde Hom. Il. ε, 289. 290. ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεκροὶ, χῆραί τε γυναῖκες, Ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἰκόνδε νέεσθαι. (Quem locum haud minus hoc Noſtri reſpexiſſe Heſych. poteſt:) *Lamentantur* (Graeci) *inter ſe* (cupientes) *reuerti domum, ἅστε, ceu,* tanquam, *veluti, non ſecus, ac pueri teneri, et mulieres viduae*; (ad parentes nimirum reuerſur. e poſt mortem maritorum, vt Naëmi in Lib. Ruth.) ὥστε σύγγονον βροτοῖσι, quod ex Aeſchyli Agam. vſ. 83. affert *Abr.* eſſe poteſt, pro, οὕτω (γὰρ) σύγγ. (ἐστὶ) βροτ.

Ἀνελκυσμέναι] Hoc ſine dubio eſt vitium Editionum e *Stephaniana* in recentiores propagatum pro ἀνειλκυσμέναι. Vid. *Var. Lect.* Dvk.

μέγ. — ἐκάκ. — ἡ λῆψ.) Aliena fere ſunt, et contorta, (vt ſolent interdum,) quae hic affert *Abr.* neque expediant vſum Nominativi ſimpliciter poſiti, μέγιστον, i. e. ὡς μέγιστον, vel, ὃ (δὲ) ἦν τὸ μέγ aut pro Aduerbio quoque, (vtut inuſitato,) μεγίστως. *maxime.* V. Philol. Thuc. Paull. p. 169. lit. δ) et 170. init. vbi ſimillimum attuli Noſtri locum, 1, 132. init. μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται· duriori etiam poſitu, quam h. l. vbi molliſſime coëat μέγιστον ἐκάκωσε, p. ὡς μέγ. vt maximum, *tanquam* maximum; (incommodum;) *maxime* denique. Et plura ibi ſimiliter dicta reperies.

Οὐδ' οἱ — ἐπιτηδείων] *Thom. Magiſter* pro ἔσπλοι, διέπλοι legit, pro διέσπλοι opinor. Wass. Verba *Thomae* in ἐπαγωγὸς ſunt: Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ· οὐδ' οἱ διέπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τοῖς ἐπαγωγοῖς τῶν ἐπιτηδείων. ἤγουν, τοῖς κομίζουσι τὰ ἐπιτήδεια. Haec multiplici vitio laborant. Pro διέπλοι *Kuhnius* ad Aelian. VII. Var. Hiſt. 8. legit διέκπλοι. Dvk.

[αἱ ἐσκομ.) Schol. abeſt Aug.] διὰ μάχης eſt pro σὺν μάχῃ, vt pugnare, ſubuehentes neceſſaria, cogerentur. Sic, διὰ κινδύνων ἔχειν, p. 10 μετὰ κινδ.

C. 25. [τὸν ἐκεῖ πόλ. / ἐποτρύν.] } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.

αἱ δὲ ἕ. δ.) Aut redundat artic. αἱ, aut, quia *duodecim* poſuit, int. λοιπαὶ, ἄλλαι.

[γέμ. χρημ.) Schol. abeſt Aug.] Et hic abeſſe malim; neque enim intelligo, quid ſit primo, ὥσπερ νῦν, *vt nunc*; quaſi, *ſuo* tempore ac ſerius *ita* dici, vituperet. Quod ſi νῦν ſign. *hic*, i. e. in n. l. Thucydidis: cur addit ἀδοκίμως, *falſo*, perperam, a *probo* v u linguae alienum? Tanquam ἀδόκιμα ſint, quibus Thuc. vtatur. Immo nugatorium totum eſt ac falſum. Nec vero Graecum ſatis arbitror, πολυτίμων εἰδῶν. Quid ſunt εἴδη; nempe qſ. *ſpecies*, figurae, Verarbeitungen, ἀγάλματα, κειμήλια. Sane, χρήματα haec dici, ἀδόκιμον fuerit At χρυσίον, et *res pretioſas* omnino, *quoad* ſint *res*, Effecten, *diuitiarum* pars, *pecunia* denique, quae *pretioſa* quoque complectatur ICtis: neſcio, cur, ἀδοκίμως ita dici, velit Schol. An ἀδοκίμως pro ἀδοκιμάστως, *ſecure*,

iſtarum munitionum expugnatione multi perierunt, viuique *multi* capti fuerunt. Praeterea et vniuerſa pecunia, quae ingens erat, capta fuit. Quod enim Athenienſes his munitionibus vt aerario vterentur, multa quidem negotiatorum pecunia, et frumentum inerat, multa etiam trierarcharum, ſiquidem et quadraginta triremium vela, et caetera *nauium* inſtrumenta illic relicta fuerant, et tres triremes ſubductae. Haec autem Plemmyrii expugnatio Athenienſium copias maxime ac in primis afflixit. Nec enim commeatus *in caſtra* tuto amplius importari poterant (nam Syracuſani, qui cum ſuis nauibus illic ſtationem aduerſus *ipſos* habebant, *eos illuc importari* prohibebant), iamque importabantur *tantum* proelio commiſſo. Atque caeteris etiam in rebus *haec Plemmyrii expugnatio* terrorem, animique demiſſionem exercitui attulit. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 3. U. C. Varr. 345.

25. Poſtea vero Syracuſani naues duodecim cum Agatharcho Syracuſano, ipſarum praefecto, miſerunt. Atque harum vna quidem in Peloponneſum iuit, legatos vehens, qui rerum ſuarum ſtatum, et ſpem, quam *de propulſandis hoſtibus* concepiſſent, *Peloponneſiis* declararent; et *ipſos* ad bellum illic multo acrius, *quam ante*, adminiſtrandum incitarent. Caeterae vero vndecim naues Italiam verſus nauigarunt, quod audiſſent, naues pecunia onuſtas ad Athenienſes curſum tenere. Has autem naues nactae, plerasque corruperunt; et materiam ad aedificandas naues idoneam, quae Athenienſibus erat praeparata, in Cauloniatide concremarunt. Poſtea vero ad Locros iuerunt. Et cum *illic* in ſtatione eſſent, vna oneraria nauis ex Peloponneſo, Theſpienſium grauis armaturae milites vehens, *illuc* appulit. Syracuſani autem, his in ſuas naues receptis, domum redire coeperunt. Sed Athenienſes, qui cum viginti nauibus ad Megara ſtationem habebant, cum ipſos obſeruaſſent, vnam quidem *illorum* nauem cum ipſis viris interceperunt, caeteras vero *capere* non potuerunt; ſed Syracuſas elapſae ſunt. Quinetiam in ipſo portu leue certamen commiſſum eſt pro vallis, quos Syracuſani ante vetera naualia in mari defixerant, vt ipſorum naues intra *hos* ſtationem

Αἱ ἐσκομιδαὶ] αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν ἐπιτηδείων. Τὸν ἐκεῖ πόλεμον] τὸν ἐν Πελοποννήσῳ. Ἐποτρύνασι γίγνεσθαι] ἐπισπεύσασι. Γέμοντα χρημάτων] καὶ ἐπὶ τῶν τυχόντων πραγμάτων τὰ χρήματα λαμβάνεται· καὶ ὑχ, ὥσπερ νῦν, ἀδοκίμως ἐπὶ χρυσῷ καὶ πολυτίμων εἰδῶν. Ἕτοιμα ἦν] πρὸς τὸ ναυπηγεῖν δηλονότι. Φυλάξαντες δ' αὐτὰς] τηρήσαντες καιρὸν εἰς τὸ ἐπιθέσθαι αὐτοῖς.

promiſcue, nullo diſcrimine? Poſſit ſane: et, deleto οὐχ, quod etiam impedit diuiſionem per καὶ, καὶ ἐπὶ τ. τυχόντ. πραγμ. καὶ, ὥσπερ νῦν, *vt hic*, vt h. l. ἐπὶ χρυσ. rel. aliquid certe diſſ ultatis euanuerit. Abſonum enim profecto: *et* de qualibet re, *et non*, rel. At ſic: *et omnino* de quauis re, *et*, vt hic, de auro, rel. omnia congruerint, praeter illud ἀδοκίμως tamen, ſeu *praue*, ſeu *promiſcue*, ſignificet. Nam nec prauum eſt, χρήματα ſic dici: et, ἐπὶ τῶν τυχόντων dici, magis profecto fuerit promiſcuum, quam de auro. Vnde et ἀδοκίμως exſulare iuſſerim, fortaſſe a reprehenſore Scholii appoſitum. Quid, quod Aug. Codici abeſt, cui abeſſe, notauerim, pleraque aut ſuperuacua, aut falſa, aut aliena, aut recte ibi legi. Nec vero minus fallitur Moeris, *Attice* (vt ſolent Atticismorum indices,) μόνως, dicens, τὰ πράγματα Ἀττικῶς dici χρήματα, non ergo de *pecunia* aut opibus adhiberi. Quaſi non Xen. dixerit, Attica illa aeuis, quam vocant, M. S. 1, 2, 5. τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα, *pecuniam* non popoſcit; quam *mercedem* mox, μισθὸν vocet, aut Noſter, 1, 142. init. τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, *pecuniae* difficultate impedientur; et alibi eod. Lib. χρήμασι μὲν — ἐθάρσυνεν αὐτούς, (Pericles,) *pecunia* commonſtranda illos confirmauit.

[ἔτ. ἦν
φυλάξ.
προσαγ.
γ. μυριοφ.
παραφράγμ.] } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.

Ἐν τῇ Καυλωνιάτιδι] In Bruttiis circa Cauloniam: vt ex eo liquet, quod paullo ante πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, et mox ἐς τε Λοκρὰς μετὰ ταῦτα ἦλθον, dicit. Nam tota illa pars Italiae πολύδενδρος erat, et, vt *Thucydides* VI, 90. ξύλα ἄφθονα habebat. Erat etiam, ſi *Stephano* de Vrbib. fides habenda eſt, Caulonia Vrbs Sicil ae. Eam *Cluuerius* Sicil. Ant. Lib. II. pag. 349. a Siculis Cauloniam, a Stephano autem Καυλωνίαν dictam ſuſpicatur. *Ortelius* putat, *Stephanum* ſic ibentem, ἔστι καὶ ἄλλη (Καυλωνία) Σικελίας, more ſuo poſtremam hanc Italiae partem, in qua Caulonia erat, Siciliam nominare. Sed hoc minime probabile eſt, quum mox addat *Stephanus*: ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν· nam ita bis eamdem vrbem in eadem regione nominaſſet. *Pinedo* ad Stephanum ſcribit, Cauloniae in Sicilia etiam *Scylacem* mentionem facere in Sicilia, et *Strabonem* Lib. VI. quo nomine acerbe in eum invehitur, et bardum, ſtupidum, et Geographiae ac Linguae Graecae imperitum vocat *Berkelius*. De *Scylace* quidem pla-

ὁρμοῖεν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν [r] ἐμβαλόντες. προσαγαγόντες γὰρ ναῦν [s] μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι, πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ [t] παραφράγματα, ἔκ τε τῶν [v] ἀκατίων [x] ὤνευον ἀναδήσαντες τὰς σαυρὰς, καὶ ἀνέκλων, καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον. οἱ δὲ Συρακόσιοι ἀπὸ τῶν νεωσοίκων [y] ἔβαλλον· οἱ δ' ἐκ τῆς ὁλκάδος ἀντέβαλλον· καὶ τέλος τὰς πολλὰς τῶν σαυρῶν [z] ἀνεῖλον οἱ Ἀθηναῖοι. χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σαυρώσεως ἡ κρύφιος. ἦσαν γὰρ τῶν σαυρῶν, ἃς ἐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν· ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ ἀ προϊδών τις, ὥσπερ [a] περὶ ἕρμα, [b] περιβάλῃ τὴν ναῦν. ἀλλὰ καὶ τύτας κολυμβηταὶ δυόμενοι ἐξέπριον μισθῷ. ὅμως [c] δ' αὖθις οἱ Συρακόσιοι ἐσαύρωσαν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς ἀλλήλας (οἷον εἰκὸς, τῶν στρατοπέδων ἐγγὺς ὄντων, καὶ ἀντιτεταγμένων,) ἐμηχανῶντο, καὶ ἀκροβολισμοῖς καὶ πείραις παντοίαις ἐχρῶντο. [d] ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακούσιοι Κορινθίων καὶ [e] Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λακεδαιμονίων, [f] ἀγγελοῦντας τήν τε τῦ Πλημμυρίῳ λῆψιν, καὶ τῆς ναυμαχίας πέρι, ὡς, ἀ τῇ τῶν πολεμίων ἰσχύϊ μᾶλλον, ἢ τῇ σφετέρᾳ ταραχῇ, ἡσσηθεῖεν· τά τε ἄλλα [g] αὖ δηλώσοντας, ὅτι ἐν [h] ἐλπίσιν εἰσὶ, καὶ [i] ἀξιώσοντας [k] ξυμβοηθεῖν ἐπ' [l] αὐτὰς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ, ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων προσδοκίμων ὄντων

[r] Ἐσβαλόντες *Ar. C. Dan.* Ἐμβάλλοντες *Gr. Cl.* Aug. Mſqu. *Reg. Caſſ.* [s] Huius meminit *Strabo* l. 7. Vide *Caſauboni* notas p. 67. et *Bayſium* de Re Nauali p. 136. Hvds. [t] Quae *Thucydidi* παραφράγματα, et *Interpreti* παραπετάσματα, *Suidae* dicuntur περιφράγματα. *Aliis* vero παραβλήματα aut προκαλύμματα, pelles vel alia, quae in vtroque nauis latere aduerſus fluctuum impetum obiici ſolent. Naues enim non ſolum in ſummo Caſtromatis, ſed a lateribus ſepimentis quibusdam munitae erant. Vide *Schefferum* de Re Nauali, p. 132. et *Caſauboni* notas ad *Polyaeni* Stratagem. lib. 3. p. 298. Hvds. [v] Ἀκάτων *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan* Aug. [x] Vide *Nic. Loënſis* Mitcell lib. 9. c. 6. et *Annotſ. ad Schol.* Hvds. Ἔνευον *Dan.* [y] Ἔβαλον *Gr.* [z] Εἶλον *Reg. Caſſ.* Aug. [a] Περιέρμα *Marg. C. Ald. Flor. Baſ. Gr.* Abeſt a *Reg.* et *Caſſ.* ſed in hoc recens manus in marg. ſcripſerat περιέρμα. Aug. om. ſed a m. rec. ſupraſcr. περὶ ἕρμα. [b] Περιβάλλει *Ar. C. Dan.* [c] Δὲ αὖθις *Gr.* [d] Id eſt: οἱ Συρακούσιοι ἐς τὰς πόλεις τῶν Κορ. καὶ Ἀμπρ. καὶ Καλ πρέσβεις ἔπεμψαν. Vel, πρέσβεις ἐκ Κορινθίων καὶ Ἀμπρακιωτῶν αἱρεθέντας ἐς τὰς Σικελίας πόλεις ἔπεμψαν. *Ac Porr.* [e] Ἀμβρακιωτῶν *Reg. Gr.* Aug. [f] Ἀγγέλλοντας *Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr. Dan.* Aug. [g] Αὖ omittit *Gr.* Habet eti m τά τ' ἄλλα. [h] Ἐλπίσι *Gr.* et contra εἰσὶν *Caſſ.* εἰσὶν Aug. [i] Ἀξιώσονται *Reg. Caſſ.* Aug. ſed a corr. αι mut. in ας. [k] Ξυνβοηθεῖν *Caſſ.* Aug. ſed a corr. ν mut. in μ. [l] Αὐτῶν, et inter verſus αὐτὰς *Gr.*

ne fallitur *Pinedo*: nam is in deſcriptione Siciliae diſertis verbis Cauloniam in continente Italia ponit, pag. 20 *Ed. Gron.* Sed *Strabo* Lib. VI. pag. 261. de Caulonia ita ſcribit, quaſi etiam in Sicilia Vrbs hoc nomine fuerit: Ἔστι δ', in qua, ἔρημος (nempe Caulonia Italiae) οἱ γὰρ ἔχοντες ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον, καὶ τὴν ἐκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν. Si poſtrema haec verba *St abonis* non ſunt intelligenda de Caulonia Siciliae: debuiſſet *Berkelius* docere, quae illorum ſententia eſſet, ne et alii bardi ac ſtupidi in eumdem errorem, quem *Pinedo* obiicit, inciderent. Nam et *Caſaubonum*, in quem elogia illa maxime conueniunt, exiſtimaſſe, Cauloniam Siciliae a Cauloniatis, qui patria pulſi in Siciliam venerant, conditam, ex iis intelligi poteſt, quae ad haec verba *Strabonis*, ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον, adnotat. Dvk.

Ναῦν μυριοφόρον] Vide *Pollucem* IV, 165. Wass. Adde *Caſaubonum* ad Strabon. III. pag. 151. *Ed. Amſtel. Salmaſium* Obſeruat. ad Ius Attic. et Rom. p. 734. et *Interpretes* Pollucis ad I, 82. Anonymus apud *Suidam* in πλάτη itidem, vt *Thucydides*, memorat naue m μυριοφόρον πύργοις τε καὶ περιφράγμασι παντοίοις inſtructam. ξύλινα παραφράγματα munitionis dicit *Thucyd.* IV, 115. Dvk

[ὤνευον] Schol. Aug. ita leg. ἔνευός ἐστι μηχανὴ περιαγωγῆς, (ſ. περιαγωγὸς,) ᾗ οἱ χρώμενοι ὀνεύειν λέγονται. Cetera abſ.] ἔνευος, vt Subſt plane abhorret ab omni Analogia. Verbum ἀνακλᾶν, de quo multa Duk. in not. eo maxime congruit huic operi, quod per vim rotae vel ſuculae (der Winde) *infringitur* vis machinae, vt debilitata et victa retro flectatur. [x] Ὤνευον] Vide *Suidam* h. v. qui pro ὄνευος in *Scholiaſte*, et quidem rectius, legit ὄνος. *Thomas Magiſter* in ὤνευον etiam ἀκάτων habet, vt plerique *Mſſ.* Wass In *Suida* etiam alia quaedam melius leguntur, quam in *Scholiaſte*. [y] Ὠνευον *Aelius Dionyſius* apud *Euſtathium* in Homer Il. λ. p. 862. exponit ἐκίνει καὶ περιῆγον. Et ſic *Suidas* et *Thomas* De voce ὄνος, vnde ὀνεύειν, habet quaedam *Iſ. Voſſius* ad Catullum pag. 326 *Suculum* vertunt Lexica, et hic *Acacius*. Sed ἀνακλᾶν hic non eſt, quod *Idem*, et *Portus*, putarunt, *frangere*, verum, *ſurſum attollendo conuellere et educere*. *Suidas* et *Scholiaſtes* exponunt: *e fundo euellere*. Sic *Thucydides* II. 76. et alii apud *Lipſium* V. Poliorceticor. 8. ἀνακλᾶν machinam muro incuſſam, dicunt, eos, qui laqueis iniectis eam attollunt, et auertunt. Et in aliis generibus loquendi non frangendi, ſed inflectendi et in altum tollendi, ſignificatione habet. *Ariſtaenetus* I. Epiſt 3. Ὡς ἀνακλᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων βωτρύων. *Lucianus* de Gymnaſ. pag. 272. Ἡ δεξιὰ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη. Dvk

Ἐξέπριον] Agnoſcit *Pollux* VII, 114. Wass.

[ᾗ κρύφ.) Schol. abeſt Aug.] nec vero deſideretur; quis enim ſponte non intellexerit? Dictum autem, vt ᾗ πλείστη, ᾗ πολλὴ τῆς στρατιᾶς, τὸν πλεῖστον τοῦ βίου, pro, τὸ πλεῖστον, τὸ πλέον. Aut Singul. τῆς σταυρώσεως pro Plur.

ὑπερέχοντ.) int. ὡς, i. e. ὥστε ὑπερέχειν, (ita,) vt exſtarent; qſ. pro Aduerb. ὑπερεχόντως. Ita Lat. *rectum ſtatuere, transverſum iniicere, imponere*, pro, *ex* tr nsuerſo.

μὴ οὐ προϊδ.) int. φοβουμένων, φυλαττομένων, vel οις· difficile, periculoſum erat, accedere, *ne*, ſcil. *cum timendum*, cauendum eſſet.

haberent; vtque Athenienſes, ſi contra *Syracuſanos* nauigarent, *ipſis* nocere non poſſent, cum *in ipſos* impreſſionem facerent. Athenienſes enim, cum ad hos *vallos* admouiſſent ingentem nauem, quae decem milia *farcinarum* ferre poterat, et ligneas turres habebat, et pluteis munita erat, vallos ex nauiculis religatos circumagebant, fractosque conuellebant, et vrinantes *educebant*, *quos* ferra ſecabant. Syracuſani vero ex naualibus illos miſſilibus petebant, illi vero viciſſim ex oneraria naui tela *in ipſos* iaciebant. Ad extremum autem Athenienſes magnam vallorum partem euulſerunt. Sed omnium vallorum, illi, qui *ſub aquis* latebant, maximum negotium faceſſebant. Nam *Syracuſani* nonnullos vallos ſupra aquam non eminentes defixerant. Quare periculoſum erat *illuc* accedere, ne quis, re non praeuiſa, nauem *in vallum* vt in ſcopulum impingeret. Sed hos quoque *vallos*, vrinatores mercede *ſolicitati*, aquam ſubeuntes, ferra ſecabant. Syracuſani tamen *alios* vallos rurſus defixerunt. Multas etiam alias *nocendi* rationes alteri aduerſus alteros excogitabant, (vt inter vicinos exercitus et caſtra oppoſita habentes fieri credibile eſt,) et leuia proelia committebant, et nihil intentatum relinquebant. Praeterea Syracuſani legatos ex Corinthiis, et Ambraciotis, et Lacedaemoniis *delectos*, in *diuerſas Siciliae* ciuitates miſerunt, vt et de Plemmyrio capto, et de nauali pugna, in qua non tam hoſtium viribus, quam ſua confuſione, ſuperati eſſent, nuntios afferrent. Simul etiam, vt caeterarum rerum ſtatum declararent, et ſe ſpem habere *ſignificarent*, vtque rogarent, vt coniunctis viribus, claſſe pariter ac peditatu, opem *ſibi* aduerſus ipſos *Athenienſes* ferrent, quod et Athenienſes cum

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 3. U. C. Varr. 345.

Προσαγαγόντες] τοῖς ταυρώμασι δηλονότι. Ναῦν μυριοφόρον] μεγάλην, δυναμένην δέξασθαι μυρίον φόρτον. Καὶ παραφράγματα] ἤτοι παραπετάσματα. Ὤνευον ἀναδύμενοι τὰς ταυρὰς] ὄνευος, μηχανή ἐστι περιαγωγῆς, ᾗ εἰ χρώμενοι, ὄνευοι λέγονται. Ἄλλως. ὄνευος, ἔστι μηχανὴ ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχους, τὰς ταυρὰς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων. ἔστι γὰρ ἡ μηχανὴ ἐπὶ τ σῖτον βιαιοτάτη, ὥστε καὶ σαγήνην βαρεῖαν ὑπὸ δύο ἀνδρῶν ἀπόνως ἕλκεσθαι. καλοῦσι δὲ τὴν μηχανὴν οἱ τὰς χαμαιλίκους ἔχοντες ἁλιεῖς ὠλεκάτην· ἐξῃρημένέστερον δὲ πρὸς τὴν ἀνέλκυσιν καθίσαται, ὅταν καὶ πρὸ αὐτῆς τεθείη ἐπ' εὐθείας· γὰρ ἡ ἀντίσπασις τῶν ἀνελκομένων γίνεται. Ἡ κρύφιος] ταύρωσις δηλονότι. Τούτους] τοὺς κρυφίους ταυρούς. Ἐταύρωσαν] τοὺς ταυροὺς κατέπηξαν. Ὅτι ἐν ἐλπίσιν εἰσὶ] τὸ κρείττονες ἔσεσθαι. Συμβοηθεῖν] βοήθειαν πέμπειν. Προσδοκίμων ὄντων] θαῤῥούντων

περιβάλῃ) dictum, vt, περιτεσεῖν νόσῳ, κινδύνοις, pro ἐμπεσεῖν. Ac ſic forteſſe 1. Tim. 6, 10. περιέπειραν ἑαυτοὺς ὀδύναις, pro ἐνέπειραν. Vbi tamen vis ſua conſiterit τῷ περί· *vndique*, toto, ſeſe, induere, *confixere* doloribus, ceu *ſoinis*, per quas inceſſerint (Hom. Il. 5, 399. ὀδύνῃσι πεπαρμένος.) Certe Actor. 27, 41. propius etiam ad Noſtri locum: περιπεσόντες εἰς τόπον διθάλασσον. Et, cum *expellere*, ἐξοκείλαι, ἐξῶσαι, (Act. 27, 39.) ἐξ habeat pro εἰς, Noſter L. 1. de clypeo Braſidae: ἐς τὴν ηἰόνα περιερρύη, effluxit, *elapſus* eſt *in* litus. περιπλακῆναι quoque pro ἐμπλακ. inueneris.

[κ. τούτους — ἐσταύρωσ.] Scholl. abſ. Aug.

ἐσταύρ.) i. e. τὴν σταύρωσιν ἐποιήσαντο. Verbum ſimpliciter ſine caſu, vt φυλάσσειν pro φυλακὴν ποιεῖσθαι. V. Phil. Thuc. Paull. p. 74. extr. lit. γ.)

πρέσβ. — Κορινθ. rel.) Nempe non ſui corporis homines, ne eſſent κωμικοὶ μάρτυρες, quos Cic. vocat in Epiſt. Fam. 2, 13. do reſtici teſtes et ſuſpecti, ſed exteri, minus fauentes iplorum laudi; peritiores iidem (vt Corinthii,) rei naualis.

ὡς οὐ τῇ, rel.) ante ὡς int. καὶ, et de proelio omnino, commiſſum eſſe, *et*, non vi hoſtium, ſed, rel. Latine intellexeris, nempe; vt apud Liu. 21, 10. extr. *omnia inquiſita, et cognita: praeoccupatos — — animos eſſe*; i. e. *et cognitum*, vel, *nempe*, cognitum eſt: *cognita* enim iam habet caſum materiae (obiecti) *omnia*, vt hic ἀγγελοῦντες iam habet ναυμαχίας πέρι, i. e. τὴν ναυμαχίαν. Cornel. Eum. c. 11. 2. *multi*, *qui formam eius* cognoſcere *ſtudebant*, (an *ſtuderent*, vt antea *qui vellent*, qui cuperent? aut *qui* delendum;) *qualis eſſet*, *quem timuiſſent*. Ad *qualis eſſet* int. *et*, vel *nimirum*; nam *cognoſcere* habet iam caſum ſuum, *formam eius*.

[ξυμβοηθ. / προσδοκίμ.] Scholl. abſ. Aug.

ξυμβ. ἐπ' αὐτ.) Ad Syracuſanos ſi refertur αὐτοὺς, vt ſane par eſt, quia nominati non ſunt Athenienſes in proximo: ἐπὶ fuerit pro πρὸς, et ξυμβοηθεῖν, *auxilii* (ferundi) *cauſſa accelerare*. Si fieri poſſit, vt, obſcurius qui ſem ac remotius, ad Athenienſes referatur αὐτοὺς, propter ἐπὶ, quod ſemper, tali in cauſſa, ſit *contra*: ξυμβοηθεῖν erit *aggredi*, impugnare.

ὡς κ. τ. Ἀθ.) ὡς de re *vera*, *quia* et Athenienſes, rel. vt ſupra iam ſubinde, et 2. Pet. 1, 3. et Noſtro, 1, 134. ὡς ἄγος αὐτοῖς τὸ πεπραγμένον, *quia*, *quandoquidem* piaculum commiſiſſent.

προσδοκίμ. ὄντ.) Non *actiue* tantum accepit Schol. quod poſſit, vt φρόνιμος, ὠφέλιμος, κάρτιμος, θαλάσσιμος· ſed *paſſo* plane, pro θαῤῥούντων, et inepte, ad Datiuum, ἄλλῃ στρατιᾷ· vbi enim Datiuum habet προσδοκᾶν; Ad στρατιᾷ int. σὺν· quod Athenienſes exſpectentur (ab ipſis Syracuſanis,) venturi *cum* aliis copiis, i. e. nouis. Vt enim *nouus* pro *alio*, ita hoc pro illo, ob coniunctionem harum notionum ſummam.

ἄλλῃ στρατιᾷ, καὶ, ἣν Φθάσωσιν αὐτοὶ [m] πρότερον διαφθείραντες τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν, διαπολεμησόμενον. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ ταῦτα ἔπρασσον.

κϛ'. Ὁ δὲ Δημοσθένης, ἐπεὶ ξυνελέγη αὐτῷ [n] τὸ στράτευμα, ὃ ἔδει ἔχοντα ἐς τὴν Σικελίαν βοηθεῖν, ἄρας ἐκ τῆς Αἰγίνης, [o] καὶ πλεύσας πρὸς τὴν Πελοπόννησον, τῷ τε Χαρικλεῖ καὶ ταῖς τριάκοντα ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων ξυμμίσγει. καὶ παραλαβόντες [p] τῶν Ἀργείων ὁπλίτας [τινὰς] ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον ἐς τὴν Λακωνικήν. καὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἐπιδαύρου τι τῆς [q] Λιμηρᾶς ἐδῄωσαν· ἔπειτα, σχόντες ἐς τὰ [r] καταντικρὺ Κυθήρων τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός [s] ἐστι, τῆς τε γῆς ἔστιν ἃ ἐδῄωσαν, καὶ ἐτείχισαν ἰσθμῷδές τι χωρίον, ἵνα δὴ οἵ τε Εἵλωτες τῶν Λακεδαιμονίων αὐτόσε [t] αὐτομολῶσι, καὶ λῃσταὶ ἐξ [v] αὐτοῦ, ὥσπερ ἐκ τῆς Πύλου, ἁρπαγὴν ποιῶνται. καὶ ὁ μὲν Δημοσθένης εὐθὺς, ἐπειδὴ [x] ξυγκατέλαβε τὸ χωρίον, ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὅπως, καὶ τῶν [y] ἐκεῖθεν ξυμμάχων παραλαβών, [z] τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν [a] ὁτιτάχιστα [b] ποιῆται· ὁ δὲ Χαρικλῆς, περιμείνας, [c] ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ, ἀπεκομίζετο καὶ αὐτὸς ὕστερον ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ἐπ' οἴκου, καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα.

κζ'. Ἀφίκοντο δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν τῶν μαχαιροφόρων [d] τοῦ Διακοῦ γένους ἐς τὰς Ἀθήνας πελτασταὶ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ τριακόσιοι καὶ χίλιοι, οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ἐς τὴν Σικελίαν [e] ξυμπλεῖν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὡς ὕστερον ἦκον, διενοοῦντο αὐτοὺς πάλιν ὅθεν ἦλθον, ἐς Θρᾴκην, ἀποπέμπειν. τὸ γὰρ ἔχειν πρὸς τὸν ἐκ [f] τῆς Δεκελείας πόλεμον αὐτοὺς, πολυτελὲς [g] ἐφαίνετο. δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ Δεκέλεια, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς ἐν τῷ θέρει τούτῳ

m Πρότεροι *Reg.* *n* Τὸ deest *Gr.* *o* Καὶ πλεύσας ἐς τὴν Πελοπόννησον *Ar.* *p* Τῶν omittunt *Ar. C.* vt et mox τινάς. Τινὰς abest etiam a *Reg. Caff. Dan.* Aug. *q* Λιμήρας *Caff.* Λυμηρᾶς *Gr.* Λιμήρας Aug. circumfl. a m. rec. *r* Κατ' ἀντικρὺ *Caff.* *s* Ἔστιν *Gr.* *t* Αὐτομολῶσι *Reg.* *v* Αὐτῶν *Ar. C. Dan.* *x* Id eſt: σὺν τοῖς ἑαυτῷ στρατιώταις κατέλαβεν, καὶ ὑποχείριον ἐποιήσατο. Vel, quod verifimilius: τεῖχει ξυγκατέλαβε. *Ae. Port.* Ξυνκατέβαλε in *Codd. Mff.* Sic *Dan.* Ξυνκατέλαβε *Gr.* *y* Ἐκεῖ *Ar. C.* *z* Τὸν ἐν τῇ Σικελίᾳ *Ar. C. Dan.* ἐκ Mſqu. *a* Ὅτι τάχιστα *Caff. Reg.* Aug. *b* Ποιεῖται Au:. *Caff.* et a prima manu *Gr.* deinde emendatum erat ποιῆται. *c* Ὡς *Marg. Ar. C. Cl. Reg. Caff. Dan.* Aug. *d* Τῶν Διακῶν *Ar. C. Ald Flor. Baſ.* Mſq. Τῶν Δακικῶν *Schol.* et *Cam.* Sed vera et proba eſt vulgata lectio: nam Δῖοι Θρᾷκες fuerunt gens nota inter Thraciae populos. *Thucydides* ſupra lib. 2. c. 96. poſt init. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἱ Δῖοι καλοῦνται. Τῶ Δακικῶ *Cl.* in marg. *e* Συμπλεῖν *Caff.* Aug. *f* Τῆς deeſt *Ar.* Antea πρὸς τὸν d. Mſqu. *g* Ἐφαίνετο ἐπειδὴ, omiſſis intermediis, quae recens manus in marg. ſcripſit, *Reg.* Ἐφαίνετο δραχμὴν γὰρ ἐπειδὴ *Caff.* cetera deinde in marg. ſcripta ſunt. δρ. γὰρ ἐπ. γὰρ Aug. reliqua om. ſed in marg. reddita a m rec. Tum Δεκελία Mſqu. et mox θέρει τούτ.

φθάσ. πρότ.) Simili Pleonasmo Liu. 21, 20. extr. *praeoccupatos iam ante animos.*

[τὸ παρὸν) Scholio Aug. abeſt φησὶ poſt Ἀθην.]

Διαπολεμησόμενον] Medium pro paſſiuo, vt ſupra Cap. 14. διαπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεί. Hoc frequens eſt *Thucydidi* in verbis futuri temporis. III, 2. στρήσεσθαι pro στρηθήσεσθαι. III, 109. πολιορκήσεται pro πολιορκηθήσεται. IV, 115. προσάξεσθαι pro προσαχθήσεσθαι· et alibi ſaepiſſime. Adnotata ſunt qua dam huius generis ad II, 87. Nec deſunt exempla enallages caſus parricipii, praecedente, vel ſequente genitiuo abſoluto, vt hoc loco. *Plutarchus* Numa pag. 127. Ὡς ὠδενὸς ἐχῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνεπίπτῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεὸς. ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. *Thucydides* V, 60. Νομίζοντες ἐν καλῷ σφίσι παρατυχὸν ξυμβαλεῖν, καὶ πανταχόθεν αὐτῶν ἀποκεκλεισμένων καὶ ὑπὸ ἱππέων καὶ πεζῶν ὠδὲν δράσαντες ἄξιον τῆς παρασκευῆς ἀπίεναι. Et in hoc, quod *St phano* alicubi obſeruatum, puto, apud *Ariſtotelem*, IV. Hiſtor. Anim. Ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχομένου πλάττεσθαι. Dvk.

C. 26 [ξυνελέγη· Schol. abeſt Aug.]

[στράτευμα) ad hoc voc. in Aug a m. ant. additur, διαπολεμησόμενον.] Haud dubie ex c. 25. extr. vbi tamen eſt *paſſiue*; hic actiue acceperit Schol.

ταῖς τριάκ. ν.) et hic redundat Artic. ταῖς, vt non memoratis, proxime certe, 30. nauibus.

[ξυμμίσγει) Schol. abeſt Aug.] Sed cum in Schol. eſt ἐνοῦνται, debebat ἐνοῦται· aut intell. Demoſthenes et 30. naues; vbi praeſertim ſequatur παραλαβόντες, plurali: *illi*, ſic iuncti.

[παραλαβ.) Schol abeſt Aug.]

[Λιμηρᾶς) Schol. d. Aug.) In nota Waſſ. ad σχόντες pro Πορφύρουσα leg. Πορφύρουσσα.

Σχόντες — χωρίον] *Suidas* in σχόντες, Καὶ σχόντις etc. et explicat ὀκείλαντες, προσορμισθέντες. Κυθήρων. recte addit Λακωνικῆς. Eſt enim et eiusdem nominis vrbs in Cypro. Has non ſemper diſtinguunt *Scholiaſtae*. Inſula haec eſt et oppidum in loco edito iuxta Maleam Promontorium. Pluraliter efferunt *Herodotus*, *Polybius*, *Laërtius*, *Ariſtides*, *Pauſan.* et *Nonnus* p. 1059. *Plutarchus* Cleom. p. 819. vbi pro σχολαῖς cum *Mſ.* λέσχαις reponendum. Sed nec aliter *Diodor* Aelian. de Animal. XVII, 6. *Heſiod.* Κυθήροισι ζαθέοισιν. Inſula ipſa Κυθηραία, et Πορφύρουσαι, vt *Steph* ex Ariſtotele, vel Πορφύρουσα, vti ad Dionyſium *Euſtathius*. Hanc lectionem ſequi videtur *Iſidorus* Orig. XIV. 6. *Cytherea*, inquit, *Porphyris antea*. At, ſi *Plinium* ſequitur, *Cythera* legendum; quomodo etiam *Tacitus*, ita certe Venus e Coelibus Cantab. *Mff.* ſin vero *Solinum*, Cytherae. Quo *Solini* loco voces, *id eſt*, *Creticis*, aliam ſedem, quam in Salmaſiana, obtinent, poſt nempe *verberatur*; nec intercedo, quo minus deleantur. De ſitu oppidi adeas *Plinium*, et *Pauſan.* III, 23. Huc ſpectat Epigr. *Poſidippi*, ineditum: Ἀ Κύπρον, ἄτε κύθηρα, καὶ ἃ Μίλητον ἐποιχνεῖς, Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον,

aliis copiis exſpectarentur; quod ſi ipſi praeſentem illorum exercitum mature, prius *quam aliae copiae venirent*, profligarent, debel[illegible]tum iri. Atque illi quidem, qui erant in Sicilia, haec agebant. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. $\frac{3}{4}$. U. C. Varr. 343.

26. Demoſthenes vero, poſtquam exercitum collegit, cum quo in Siciliam ad opem ſuis ferendam erat traiecturus, ex Aegina ſoluens, in Peloponneſum nauigauit, et cum Charicle et triginta Athenienſium nauibus ſe coniunxit. Nonnullis etiam Argiuorum militibus in naues aſſumtis, agrum Laconicum petierunt. Ac primum quidem Epidauri Limerae agrum in quadam parte vaſtarunt, deinde *vero* appulſi ad agri Laconici oram, quae eſt e regione Cytherorum, vbi eſt Apollinis templum, nonnulla illius agri loca vaſtarunt, et quendam locum Iſthmo ſimilem muniuerunt, vt et Lacedaemoniorum ſervitia illuc transfugerent, et inde latrones, vt ex Pylo, praedatum irent. Atque Demoſthenes quidem, poſtquam eum locum muro complexus muniuit, in Corcyram traiecit, vt, aſſumtis illius regionis ſociis, in Siciliam quam celerrime nauigaret. Charicles vero *illic* permanſit, donec *Demoſthenes* illum locum muniuiſſet; et praeſidio illic relicto, poſtea et ipſe cum triginta nauibus ſe domum recepit, et Argiui ſimul *abierunt*.

27. Hac eadem aeſtate, ex Thracibus etiam machaerophoris, qui ſunt ex Diaco genere, mille ac trecenti peltati Athenas venerunt, quos in Siciliam cum Demoſthene nauigare oportuerat. Athenienſes vero, quod ſerius *et poſt Demoſthenis diſceſſum* veniſſent, ipſos in Thraciam, vnde venerant, remittere ſtatuerunt. Nam eos retinere illius belli cauſa, quod ex Decelea gerebatur, ſumtuoſum videbatur. Eorum enim ſinguli quotidie ſingulas drachmas accipiebant. Decelea enim, poſtquam primum quidem

ἄλλῃ στρατιᾷ, ἐλευσομένῃ δηλονότι. Τὸ παρὸν στράτευμα] τὸ τῶν Ἀθηναίων φησὶ στρατόπεδον. Ξυνελέγη] συνηθροίσθη. Ἀρχὲ ἐκ τῆς Αἰγίνης] τὰ ἰσία ἐνηλονότι. Ξυμμίσγει] ἐνῆνται. Καὶ παραλαβόντες] ἀντὶ τοῦ ἀναλαβόντες. ἡ τὸν χ δ μὲν. ὁπλίτης ὡς μὴ ἐρέσσων παρελαμβάνεται, ὁ δὲ ναύτης, ὡς κοινωνὸς τῆς εἰρεσίας λαμβάνεται. Τῆς Λιμηρᾶς] ἦγον τῆς καταξήρου, τῆς ἐνδεοῦς. Καὶ ἐτείχισαν ἰσθμῶδές τι χωρίον] συμπεριέγραψε τὸ μέγεθος, καὶ μικρὰν ἀνάτασιν ἐκ τῆς οἰκοδομίας προσδέδωκεν. Αὐτόσε αὐτομολῶσιν] ἦγον· εἰς τὸ ἰσθμῶδες χωρίον φεύγουσιν Ἐξετείχισεν] εἰς τέλος ἤγαγε. Τῶ Διακῶ γένει] γράφεται, τῶν Δακικῶν. Οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ξυμπλεῖν] χρεία ἦν, ὡρισμένον ἦν. Ὡς ὕστερον ἦκον] μετὰ τὸ πλεῦσαι δηλονότι τὸν Δημοσθένην Πολυτελὲς ἐφαίνετο] πολυδάπανον, δαπανηρὸν, πολλὰ τελοῦν· ἐξ ὧ καὶ πολυτελὲς δεῖπνον. Ὑπὸ πάσης τῆς στρατιᾶς] τῶν Λακεδαιμονίων δηλονότι. Ὕστερον δὲ φρυκαῖς] μετὰ

Ἔλθοις Ἴλαος Καλλιείω, ἢ τὸν ἐρασὴν Οὐδέποτ' οἰκείων ὤσεν ἀπὸ προθύρων. Confer *Donatum* ad Virg. p. 1442. 1491. Wass.

[κ ἐτείχ.] chol. abeſt Aug.] Nec vero commode latis intelligatur. Quis enim *συμπεριέγραψε*; nempe Thuc. ipſe, his verbis, quibus *vna* deſcribat ambitum loci. At quomodo? Per vocab. *ἰσθμῶδες* haud dubie. Quid deinde *προσδέδωκεν*; An ad Demoſthenem referamus? Sed verba Thuc. ſunt in Plurali; vtut ad ipſum ducem ſumma rei redundet; a quo et cinctum loci ambitum, et paululum muniundo (*ἐκ τῆς οἰκοδομ.* pro *διὰ*,) productum ad continentem, velit Schol.

[αὐτόσε αὐτομ.) Schol. abeſt Aug.]

Ξυγκατέλαβε] Ξυνκατέβαλε fere in aliis auctoribus *Mſſ* veterri i Wass. ξυγκατέβαλε praefert *Abr* verterus cum Acac. „Chariclem in fundamentis iaciendis adiuuit.“ Tanquam fundari dici poſſit *χωρίον* ipſum, quod iam *fit*. Immo vnice verum ξυγκατέλαβε, *cepit*, occupauit cum illo. Ex Codd. quidem hic conſtitui nihil poteſt, vsque confundentibus iſta duo. Verteris idem. *munimentis comprehendit*, ambit. Illud melius. Sequ tamen ἐξετείχισε

ἐκεῖθ. ξυμμ. παραλ.) int. τινὰς, μέρος. ἐκεῖθεν eſt, ſi lita Noſtri breui ate, pro τῶν ἐκεῖ (ὄντων) ξυμμ παραλ (τινὰς ἐκεῖθεν· ſocio rum, qui *ibi* eſſen , q osdam *inde* ſecum abduxit.

[ἐξετείχ.) Schol. abeſt Aug.]

ἐξετείχ.) Non video, cur non ad Chariclem quoque, proxime nominatum, referatur: donec adiuuiſſet eum in perficienda munitione.

καὶ αὐτὸς) refertur ad id, quod ſequ. καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἅμα· *et ipſe*, *et* Argiui cum eo. Neque enim *Demoſthenes* cum eo abiit.

C. 27 [τ. Διακ γέν.) Rurſus in Aug. h. Schol. eſt per ſingula verba, vt ex Caſſ. affert. Dukerus.

Τῶ Διακῶ γένει] Pro iis, quae de varietate ſcripturae monet *Scholiaſtes* editus, in *Caſſ.* haec leguntur: Δῖοι, Θρᾳκῶν γένος. ὡς αὐτὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ λέγει. Dvk.

[οὓς ἔδει) Schol. abeſt Aug.]

[ὡς ὕστερον) Schol. abeſt Aug.]

Ἐκ τῆς Δεκελείας] *Suidas* in πολυτελὲς· vbi omittit articulum, vt *Cod. Ar.* Wass

[πολυτελές) Quod in Schol. add. πολλὰ τελοῦν, alienum eſt; quippe ſign. quod multum *afferat*, *reditum*, vectigal praebeat, vtel einbringt; quod nec loci ratio, neque ipſius vocabuli, patiatur. Aut τελεῖν eſt *expendere*, inſumere, ſolu re; quod *multum expendat*, i. e. inſumere cogat; in quo, in quod multa expendantur.]

Ἡ Δεκέλεια] Confer omnino *Lesbonactis* Oration. pag. 201. *Ed. Hanov.* Wass.

[ὑπὸ πάσ.] [ὕστερον] Scholl. abſ. Aug.]

Ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτόν] Ἀσύνδετος est oratio, cui medetur copula καὶ, quam ante ἐπεκηρυκεύετο habet *Cl.* Ἐπικηρυκεύσασθαι autem hic per κατάχρησιν dici de nunciis a priuatis quibusdam clanculum missis, quod per διαγγέλους significare est infra Cap. 73. recte monet *Portus*; qua significatione etiam paullo post Cap. 49. eo vtitur *Thucydides*. Nam alioqui ἐπικηρυκεύσασθαι dicuntur, qui nomine publico κήρυκας et legatos mittunt. *Ammonius*: Ἐπικηρυκεύσασθαι ἔλεγον τὸ περὶ συμβάσεως καὶ σπονδῶν τὰς πόλεις κήρυκας πρὸς ἀλλήλας διαπέμψασθαι. Adde *Suidam* in ἐπικηρυκεία. Et sic *Thucydides* et alii vbique his vocabulis vtuntur. Dvk.

ἔχων) Sc. τὸν νοῦν, vel ἑαυτόν.

[κ. διασκ. ἀνεῖχε) in Aug. a m. ant. adscr. ἀνεῖχε· ἀνεκράτει.] Haud Graecum sane vocab. alterum; f. ἐνεκράτει. In Schol. Vulg. ἤγουν sign. τουτέστι.) ἀνεῖχε sign. *rem sustinebat*, morari conabatur.

Εὖ γὰρ εἰδέναι] Huc spectat *Dio Chrysostomus* Orat. LXXIII. pag. 634. Wass.

Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα ἐκ ἀποδέξονται, ὥστε, μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων, ἀπελθεῖν· καὶ γὰρ ἃ τὰς αὐτὰς ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τὰ πράγματα, ὥσπερ καὶ αὐτοί, ἑρῶντας, [c] καὶ ἐκ ἄλλων [d] ἐπιτιμήσει [e] ἀκούσαντας, γνώσεσθαι, ἀλλ', ἐξ ὧν ἄν τις [f] εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτὰς πείσεσθαι τῶν τε παρόντων στρατιωτῶν πολλὰς, καὶ τὰς πλείους, ἔφη, οἳ νῦν βοῶσιν, ὡς ἐν δεινοῖς ὄντες, ἐκεῖσε [g] ἀφικομένους, τὰ ἐναντία βοήσεσθαι, ὡς ὑπὸ χρημάτων καταπροδόντες οἱ στρατηγοὶ ἀπῆλθον. [h] ἤκιστα βέλεσθαι [i] αὐτός γε, ἐπισάμενος τὰς Ἀθηναίων φύσεις, [k] ἐπ' αἰσχρᾷ τε αἰτίᾳ καὶ ἀδίκως [l] ὑπ' Ἀθηναίων ἀπολίσθαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων, εἰ δεῖ, κινδυνεύσας τῦτο παθεῖν ἰδίᾳ. τά τε Συρακοσίων, ἔφη, ὅμως ἔτι ἥσσω τῶν σφετέρων εἶναι· [m] χρήμασι γὰρ αὐτὰς ξενοτροφοῦντας, καὶ ἐν περιπολίοις ἅμα [n] ἄλλα ἀναλίσκοντας, καὶ ναυτικὸν πολὺ ἔτι ἐνιαυτὸν ἤδη βόσκοντας, τὰ μὲν ἀπορεῖν, τὰ δ' ἔτι ἀμηχανήσειν· δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη [o] ἀναλωκέναι, καὶ ἔτι πολλὰ προσοφείλειν· ἥν τε καὶ ὁτιῶν [p] ἐκλίπωσι τῆς νῦν [q] παρασκευῆς, [r] τῷ μὴ διδόναι τροφὴν, φθερεῖσθαι [s] αὐτῶν τὰ πράγματα, ἐπικαιρικὰ μᾶλλον, ἢ δι' ἀνάγκης, ὥσπερ τὰ σφέτερα, ὄντα. τρίβειν ἄν, ἔφη, χρῆναι προσκαθημένους, καὶ μὴ, χρήμασιν, [t] ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας [v] ἀπιέναι.

c Καὶ ἐκ ἄλλων καὶ ἐπιτιμ. *Dan.* d Ἐπιτιμήσεις in margine *Caſſ.* e Ἀκούσαντας *Gr.* ἀκούσαντες Mſqu. f Εὖ deeſt *Ar.* g Ἀφικνυμένους *C.* h Μᾶλλον αἱρεῖσθαι τὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων θάνατον, ἢ τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. *Plutarchus* in Nicia pag. 538. *Edit. Francof.* Hvds. Οὐκ ἄν *Gr.* i Αὐτός τε *Ar.* mox τὰς τῶν Ἀθ. φύσ. Mſqu. k Ἐπὶ αἰσχρᾷ *Ar. C. Reg. Caſſ.* Aug. Mſqu. ſed hic ἐπι, ſine accentu. Ἐπ' αἰσχρᾷ γε alt. *Gr.* l Ὑπὸ Ἀθηναίων *Gr.* m Καὶ χρήμασι γὰρ etc. *Ar. C.* Καὶ χρήμασι μὲν γὰρ *Cl.* Καὶ χρήμασι γὰρ *Reg. Caſſ. Dan.* Aug. n Ἄλλα omittunt *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ.* Aug. Mſqu. o Ἀναλωκέναι *Reg. Caſſ. Gr.* Aug. p Ἐκλείπωσι *Ar. C. Dan.* q Κατασκευῆς *C.* r Τῶν *Reg.* s Αὐτῷ *Dan.* t Ὧ πολὺ *Marg. Gr.* Ὧν πολὺ *Ar. C.* Χρήμασιν, ᾧ πολὺ *Schol.* vt *Marg.* et *Gr.* ὧν π. Aug. a corr. a m. 1. ſcript. videtur ὡς. v Ἀπιέναι ἔτι *Gr.*

σφῶν) i. e. παρὰ σφῶν, ad ἀποδέξονται· aut etiam, ταῦτα σφῶν, *haec ipſorum*, nempe decreta, facta.

κ. γὰρ οὐ τ. αὐτ. rel.) Et ordinem, (vtut minime hic impeditum,) recte conſtituit *Abr.* et ad rem et ſententiam contulit 3, 38. Eſt, quaſi dicat Nicias, vel Thuc. Non nos, qui rem viſam nouerimus, nec ſpecioſae orationi inuitamur, ſed illi iudicabunt, qui, ignari rerum ac ſecuri, infectantium alios voces audiant ac ſequantur; vel: Qui iudicaturi de nobis ſunt, non illi ſunt, qui iidem (etiam) rerum viſarum notitia vtantur, nec calumniis modo aures praebeant. ἐπιτίμησις tamen hic eſt *oratio* tantum, Vorſtellung, immo Vorſpiegelung; vt illo ipſo loco, (3, 38.) ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων, ex *orationibus* rem pulchre *proponentibus*, inculcantibus; welche die Lügen recht in den Hals treiben. Quippe ἐπιτιμᾶν, vt Lat. *increpare*, eſt tantum *alloqui*, *compellare* (vehementius quidem,) *cohortari*. Virg. Aen. 1, 738. *Tum Bitiae dedit* (pateram) *increpitans*, i. e. iubens, hortans, impigre haurire. Ita, cum Chriſtus ἐπιτιμῆσαι dicitur vento et mari, (Matth. 8, 26. al.) nempe ſign. tantum, *quieſcere iuſſiſſe*. Nec vero Petrus *increpuerit* Chriſtum, Matth. 16, 22. ſed *monuit*, *rogauit*, that ihm Vorſtellung. Nec διαβάλλοι, paulo poſt, aliud ſignificauerit, ſed *edifſerere*, diſputare, aus einander ſetzen. Heſychii autem quod affert *Abr.* εὖ ἐρήσει, et εὖ ἐρητοῖς, in Edit. Schreuel. eſt εὑρήσει, εὑρητοῖς· quod mutandum haud eſſe, tum illud ſuaſerit, quod in εὑρήσει intelligi poſſit αἰτίαν, *crimen*, εὖ ἐρητοῖς autem nihili plane ſit; quia nunquam Adverb. additur adiectiuis verbalibus in τός.

Ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι] Confer, quae III, 38. Cleonem dicentem inducit *Thucydides*. Dvk.

[εὖ λέγων) Schol. abeſt Aug.]

καὶ τοὺς πλ.) καὶ hic eſt *quin*, *atque adeo*, *vel*, ja; aut etiam *immo*, ja vielmehr, vt rectius diceret.

[ἐκεῖσε) Schol. d. Aug.]

ὑπὸ χρημ.) Recte ſane, liberum eſſe, pronuntiat *Abr.* vtrum ad ἀπῆλθον referre velis ὑπὸ χρ. an ad καταπροδόντες. Immo iungendum plane, καταπρ. ἀπῆλθον, i. e. ὡς προδόται, vel προδόται γενόμενοι· aut, ἀπῆλθον καὶ (οὕτω) προυδίδουν, ſcil. τὰ πράγματα. Illud non aſſequor, quo ſenſu *abſolute* accipi, dicat καταπροδόντες· cum praeſertim addat Herodoti locum, L. 7. προδοῦναι τὰ ἑέεθρα ποταμῶν ἐνίων· qui locus quid ſimile habeat huic Noſtri, non videam. Hic enim, (apud Herod.) intell. ἑαυτὰ, *erumpere*, *prodire*; hic, apud Noſtr. καταπροδόντες, more Noſtri, vt ſupra ἐπιτειχίζοντας, c. 47. extr. notat, προδοσίαν ποιούμενοι, vel, vt dixi, προδόται γενόμενοι· qſ. μετὰ προδοσίας, προδοτικῶς, *trencherously* Angl. verrätheriſcher Weiſe. Nec vero minus, etiamſi ad καταπροδόντ. retuleris ὑπὸ χρημάτων, abſolute (ſimpliciter) poſitum fuerit καταπρ. intell. τὰ πράγματα, vel, vt dixi.

ἰδίᾳ) non placet hic additum; *priuatim*, in bello, ab hoſte, ſignificare nequit; ac, ſi ſit *per ſe*, *ſolus*, inepte redundet. V. Indic. Poſſit tamen innuere, etiamſi ceteri abceſſerint.

[κ. ἐν περιπολ.) Schol. Vulg. abeſt Aug. ſed pro eo adſcr. a m. recent. ἐν τοῖς περὶ τὴν πόλιν τειχίσμασι καὶ οἰκοδομαῖς.]

κ. ἐν περιπολ.) Male cohaerere mihi videtur locus: *in ſuburbanis* (ita enim breuiter conuerteret Port. pro intoleranda, qua eſt vſus, prolixitate,) *caſtellis alia injumere*. Quantulum enim ſumtûs poſcebat, caſtella atque aedificia ſuburbana habere? Ego aut per Synchyſin interpreter, (cuius exempla commodum ad Sanct. notem,) et traiecta verba, pro: ξενοτροφοῦντας ἐν περιπολίοις, *alentes praeſidia ſuburbana*: καὶ ἅμα ἄλλα ἀναλίσκοντας· aut Critice formaſſe ita refingendum; tametſi amat Noſter traiectiones; vt, interpretari ita, ſatis ſit. Ita minus etiam redundauerit ἄλλα· quo ſine, ἀναλίσκ. fuerit pro, ἀναλώματα ποιουμένους· quod ignorans fortaſſe aliquis adiecerit ἄλλα.

Περιπολίοις] Vid *Pollucem* IX, 16. vbi, ἐν περιπολίοις τισὶν ἐλήφθη, quaſi ex Noſtro, citat. Ita ſeniores vertunt מגרש. Wass. Vide ad VI, 45. *Scholiaſtae* vulgati interpretatio ἐν περιδρόμοις, non eſt in *Cod. Caſſ.* nec intelligo, quae illius vocis ſignificatio huic loco conuenire poſſit. Dvk.

Ἄλλα ἀναλίσκοντας] Omittunt ἄλλα quidam Mſſ. Poteſt recte abeſſe. Wass.

Athenienſibus minime probatum iri, ſe ſine ipſorum decreto discedere. Non enim, qui rerum ſtatum, ſicut et ipſi, vidiſſent, non autem ex aliorum *duces* inſectantium verbis intellexiſſent, eosdem de ſe ipſis iudicaturos atque decreturos; ſed ipſos *Athenienſes* criminationibus alicuius, qui verbis ad perſuadendum aptis vſus fuerit, fidem habituros. Quinetiam multos atque adeo plerosque praeſentium militum, qui tunc vociferarentur, ſe in grauibus malis verſari, illuc reuerſos contraria vociferaturos, duces pecunia corruptos prodidiſſe, atque diſceſſiſſe. Quamobrem ſe ſaltem, qui noſſet Athenienſium ingenia, nolle *dicebat* ob turpem cauſam et inique ab Athenienſibus potius morte mulctari, quam ab hoſtibus, ſi opus eſſet, hoc ipſum priuato periculo pati. *Quamuis autem, res ſuas infirmas et afflictas eſſe, ſciret*, tamen dicebat, res Syracuſanorum longe deteriore conditione eſſe, quam ſuas. Illos enim, quod *ſua* pecunia mercenarios milites alerent, ſimul etiam, quod alios ſumtus facerent in alenda praeſidia in caſtellis circum vrbem ſitis diſpoſita, praeterea, quod magnam etiam claſſem iam per annum alerent, partim quidem *rei pecuniariae* inopia *iam* premi, partim vero in aliis etiam anguſtiis fore. Duo enim talentorum millia iam conſumſiſſe, praeterea multa etiam debere. Et, ſi vel minimum de praeſenti apparatu detraherent, ſtipendiumque *militibus* dare ceſſarent, res eorum perituras; quippe quod copiis auxiliaribus niterentur potius, quam * neceſſariis, quales eſſent ſuae copiae. Quamobrem dicebat oportere *ſe* in obſidione perſeuerare; † neque pecunia ſuperatos, qua longe ſuperiores eſſent, abire.

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

* Militibus neceſſitate coactis. *Vel*, iis, ad quorum officium pertineret pugnare. Qui videlicet pugnare cogerentur, niſi officium deſerere vellent. *Steph.* † Nec tanquam inferiores pecunia, qui multo ſuperiores eſſent, abscedere. *Valla.*

Εὖ λέγων] ἤγων, πιθανῶς λέγων. Ἐκεῖσε ἀφικομένους] ἤγων, εἰς τὰς Ἀθήνας. Οὔκουν βούλεσθαι] ὃ βούλεσθαι ἔφη ὁ Νικίας ὑπὸ Ἀθηναίων ἀπολέσθαι μόνος αὐτὸς ἀδίκως, ἀλλὰ, εἰ δεῖ πάντως ἀπολέσθαι, ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦτο παθεῖν. Καὶ ἐν περιπολίοις] περιοδόμοις. Τῆς νῦν παρασκευῆς] τῆς πολεμικῆς οἰκονομίας. Ἐπικουρικὰ μᾶλλον] μισθοφόρων τῶν Συρακουσίων ὄντων, καὶ οὐχὶ δι' ἀνάγκην στρατευομένων πολιτῶν, ὥσπερ Ἀθηναίων. Τρίβειν ἂν ἔφη χρῆναι] ἀντὶ τοῦ, διατρίβειν καὶ παρέλκειν. Καὶ μὴ χρήμασιν, ᾧ πολὺ κρείσσους εἰσὶ] καὶ μὴ νομίζειν διὰ χρημάτων ἔνδειαν ἡττᾶσθαι. γράφεται, χρήμασιν ὡς πολύ.

Βόσκοντας] In *Cod. Caſſ.* adnotatum eſt: σημείωσαι βόσκοντας. Hoc eo pertinere, puto, quod Grammatici tradunt, βόσκειν proprie de pecoribus dici, quae et βοσκήματα ſunt Graecis. Ita *Scholiaſtes* Ariſtophanis ad Equit. v. 256. et ex eo *Suidas* in ὃς ἐγώ. Tamen etiam de hominibus vſurpatur, ſed ſaepe cum contemtu quodam et contumelia, vt ſignificent, eos pecoribus ſimiles et abiectiſſimos eſſe. *Euſtathius* ad Homeri Odyſſ. λ'. v. 363.

Ἠερόπῃά τ' ἔμεν καὶ ἐπίκλοπον, οἵά τε πολλὰς
Βόσκει γαῖα μέλαινα·

Καλῶς, inquit, τὸ βόσκει, ὡς τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀλογίστως ζώντων κατά τινα βοσκήματα. Et *Scholiaſtes* Ariſtoph. l. d. vbi Cleon ad iudices dicit: ὡς ἐγὼ βόσκω, adnotat: πικρῶς ὡς θρέμμασιν αὐτοῖς κέχρηται λόγοις. Nec minus contumelioſe in eadem fabula v. 1255. Agoracritum, de ſe dicentem: ἐν τῇ ἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβοσκόμην, perſtringit *Comicus*. Add. *Homer.* Odyſſ. ρ'. v. 228. et Odyſſ. σ'. v. 363. Interdum tamen nihil in hac voce contumeliae eſt: vt apud *Homerum* Odyſſ. ξ'. v. 325. Odyſſ. τ'. v. 294. et Hymn. in Apollin. v. 59. Dvk. Sane fuerit, vt *inuidiae* ſignificationem ac *moleſtiae* habeat verbum hoc, plane vt noſtrum fŭttern de hominibus. Sueton. Caeſ. c. 24. *Decimatas* (cohortes) *bordeo pauit*; ne hoc quidem ſine ignominiae certe ſignificatione; quam et *paſtus*, *perpaſtus*, fere habere ſoleat, vt *pinguem* bene curata cute (porcum) notet.

Ἀνηλωκέναι] Tres *Mſſ.* ἀναλωκέναι. De hoc dictum eſt ad VI, 31. [τ. νῦν παρασκ.) Schol. abeſt Aug.]

τ. νῦν παρ.) poteſt pendere ab ὅτιοῦν· ſed Graecum eſt magis, vt ab ἐκλίπωσι pendeat, intell. ἀπὸ, vel ἐκ.

[ἐπικουρ. μ.) in Schol. Aug. pro, τῶν Συρακουσίων eſt, τοῖς Συρακουσίοις.] Melius, et ad ſonum, propter alterum Genit. et ad ſenſum, ſic non ambiguum, tanquam Συρακούσιοι ſint μισθοφόροι.

ἐπικ. μ. ἢ δι' ἀν.) Cum hic manifeſto non diſtinguantur tantum ἐπίκουροι, (quos μισθοφόρους interpretetur Schol.) et δι' ἀνάγκης, vel ἠναγκασμένοι, verum etiam opponantur: confirmari hinc videatur poſſe coniectura mea, 6, 22. init. ad vv. πρὸς μέρος ἠναγκασμένους ἐμμίσθους, omiſſum intelligentis et repetentis πρὸς μέρος ad ἐμμίσθους· et eodem modo, quo ibi diſtinxerim, ἔμμισθοι eſſe ξένοι, ſocii, ἠναγκασμένοι autem ciues, aut ſerui. Praefert enim hoc nomine Nicias res Athenienſium Syracuſanis, quod illorum milites ſint et certiores et minus ſumtuoſi.

Δι' ἀνάγκης] *H. Stephanus* ad ea, quae ex illius adnotatione deſcripſit *Hudſonus*, haec addit: *hoc enim, ſicut alibi, neceſſitatem appellare videtur, nimirum, quod quisque patriae ſuae aut ſociis debet in ea re officium.* Dvk.

[κ. μὴ χρήμ.) Schol. Aug. abſ. verba inde a γράφεται (ſcil. καὶ,) ad πολύ.

ὡς πολὺ κρ.) Praeferendum haud dubie ὡς, vel propter infitiationem, μὴ νικηθέντας χρήμασιν· haud conuenire, ipſos

μθ'. [x] Ὁ μὲν Νικίας, [y] ταῦτα [z] λέγων, ἰσχυρίζετο, αἰσθόμενος τὰ ἐν ταῖς [a] Συρακούσαις ἀκριβῶς, καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι [b] πᾶ [c] τὸ βελόμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα, καὶ [*] ἐπικηρυκευόμενον πρὸς αὐτὸν, ὥστε [d] μὴ ἀπανίσασθαι, καὶ ἅμα [e] ταῖς γῆν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς. ὁ δὲ Δημοσθένης, περὶ μὲν τῷ [f] προσκαθῆσθαι, ἀδ' [g] ὁπωσῶν ἐνεδέχετο· εἰ δὲ δεῖ μὴ ἀπάγειν τὴν στρατιὰν ἄνευ Ἀθηναίων ψηφίσματος, ἀλλὰ, τρίβειν αὐτὰς, ἔφη, χρῆναι, ἢ ἐς τὴν Θάψον ἀναστάντας τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἐς τὴν Κατάνην, ὅθεν τῷ [h] τε πεζῷ [i] ἐπὶ πολλὰ τῆς χώρας ἐπιόντες τρέψονται, πορθοῦντες [k] τὰ τῶν πολεμίων, καὶ ἐκείνους [l] βλάψουσι· ταῖς τε ναυσὶν ἐν πελάγει, καὶ οὐκ ἐν στενοχωρίᾳ, (ἢ πρὸς τῶν πολεμίων μᾶλλόν ἐστι,) τὰς ἀγῶνας ποιήσονται, ἀλλ' ἐν εὐρυχωρίᾳ, ἐν ᾗ τά τε τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται, καὶ ἀναχωρήσεις καὶ ἐπίπλους, οὐκ ἐκ βραχέος καὶ περιγραπτῦ ὁρμώμενοί τε καὶ καταίροντες, ἔξουσι. τό, τε ξύμπαν εἰπεῖν, οὐδενὶ [m] τρόπῳ, ἔφη, ἀρέσκειν, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, ἀλλ' [n] ὁτιτάχιστα ᾔδη, καὶ μὴ μέλλειν [o] ἐξανίσασθαι. καὶ ὁ Εὐρυμέδων αὐτῷ ταῦτα ξυνηγόρευεν. ἀντιλέγοντος δὲ τοῦ Νικίου, ὄκνος τις καὶ μέλλησις [p] ἐνεγένετο, καὶ ἅμα [q] ὑπόνοια, μή τι [r] καὶ πλέον εἰδὼς ὁ Νικίας ἰσχυρίζηται. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τότῳ τῷ τρόπῳ διεμέλλησάν τε καὶ κατὰ χώραν ἔμενον.

x Mira Niciae pertinacia fuit. Hinc non iniuria cum Fabio Cunctatore a *Plutarcho* comparatur; et *Aristophanes* inde verbum μελλονικιᾶν finxit. *Acacius.* y Τοσαῦτα *Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. Mſqu. z Λέγων deeſt *C.* a Συρακούσαις et eadem manu emendatum Συρακουσσαις *Caſſ.* b Πᾶ omittunt *Ar. C. Reg. Caſſ.* Aug. c Τὸ deeſt *Gr.* * ἐπικουρηκευ. Mſqu. d Μηδ' ἀπανίσασθαι *Ar. C. Reg. Caſſ.* Aug. e Hic verborum ordo: ταῖς γῆν ναυσὶ θαρσήσει μᾶλλον ἢ πρότερον κρατηθείς. *F. Port.* Ταῖς γ' ἂν ναυσὶ *Reg. Caſſ.* Aug. et *Reg.* inter verſus recenti manu γ' ἔν. f Προκαθῆσθαι *Ald. Flor. Baſ. Dan. Gr.* προσκαθ. Aug. a corr. ſed m. 1. ſcr. προκαθῆσθαι. g Ὅπως ἂν, et mox εἰ δὲ δὴ *Caſſ.* ὅπως οὖν Aug. h Τε deeſt *Ar.* i Ἐπὶ πολλὰ *Caſſ.* Aug. k Τὰς *Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. l Βλάψωσι *Reg.* m Τρόπῳ αἱ ἔφη *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ.* Aug. n Ὅτι τάχιστα *Ar. C. Reg. Caſſ. Gr.* ᾔδει mox Mſqu. et μέλειν, et infra μέλησις, vno λ, et deinde διεμέλησαν, c. extr. o Ἐξίσασθαι *Cl.* in marg. p Ἐγένετο *Reg.* Aug. *Caſſ.* et a prima manu *Gr.* ἀνεγένετο Mſqu. q Ὑπόνοιά τις *Cl.* r Καὶ deeſt *Reg.*

abſcedere opibus ac pecunia ſuperatos, i. e. perculſos et abſterritos magnis opibus Syracuſanorum, *tanquam* Syracuſani ipſos (Athenienſes) ea copia vincant, eo facilius ipſis bellum toleraturi, qſ. ea opinione capros et perculſos, vt, opibus affluere, putent, Siculos. — ᾧ ſic legeris: debebat ſane, οἷς, ad χρήμασι· ſed referatur ad totum: ᾧ, ſcil. τῷ ἔχειν χρήματα· vt apud Terent. Eun. A. 3. Sc. 1. init. *Qui habet ſalem, quod in te eſt*; debebat, *qui*, ad *ſalem*: ſed retulit ad τὸ *habere ſalem: quod*, (τὸ) ſalem habere, in te eſt. Sane Edit. Elzeuir. ibi habet *qui*; ſed correctio illa haud dubie eſt ignorantis illum ſenſum τοῦ *quod*. Metrum tamen poſcit *qui*: (*quĭ'n tĕ'ſt*; hăbēs;) at ipſa loquendi ratio illa tamen, per *quod*, teneri vtique poteſt. Ad Noſtri quidem locum huncce, nil interfuerit mea, ὡς probantis, tanquam dixerit Thuc. νικηθέντας, (i. e. perculſos, deiectos,) ὡς π. κρείσσ. εἰσὶ (Syracuſani) χρήμασι. Quem ſenſum et comma poſitum poſt μὴ et χρήμασιν reddiderit.

C. 49. Ταῦτα] Τοσαῦτα legendum, ſuadet etiam *Cl.* Et ſic Noſter paſſim. WASS. Aut ταῦτα, aut τοιαῦτα, aptum huc, non τοσαῦτα· quod, vbi ſubiiciatur orationi relatae, *finem* factum dicendi, nihil additum porro, ſignificat. Et, cum Demoſth. dicit, de Cor. τοσοῦτον ὑπεικὼν, ſign. vbi hoc *vnum*, pauxillulum tantum, prius dixero.

αἰσθόμ.) ſign. quod alibi πυθόμενος, μαθών.

τὸ βουλόμ.) i. e. τὶ, pars *quaedam*, certa, ipſi *vota*; et Neutr. vt ſupra, pro Plur. Maſc. τινὲς οἱ βουλόμενοι. Solet ita adhiberi Articulus Graecis, vt vel redundare videatur, vel τὶ ſignificet. Xen. M. S. 4, 5, 3. τὸ ἔχειν ταῦς κωλύσαντας, i. e. κωλύσοντας, ſimpliciter, vel τινάς. Et 4, 4, 6. πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. Sed που quid hic eſt? Credo, eſſe *vtique*, *profecto*, vt in δή που, ἦ που, aut *etiamnunc*; aut, ex ſolito ſenſu, *vſpiam*; es ſtecken irgendwo einige.

Καὶ ἅμα ταῖς γῆν ναυσὶν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς] Haec mihi aenigmata ſunt. *Interpretes* ſuo quiſque modo verterunt, ſed ita, vt ex interpretationibus eorum non appareat, vnde ea pendere, aut qua ratione cum ſuperioribus connecti poſſe, putauerint. Quae *Portus* in Var. Lection. *Hudſoni* de ordine verborum ſcribit, difficultatem non tollunt. DVK. Senſu carere haec, cuiuis apparuerit. Dativum vel Ablat. nominis Subſt. θάρσησις eſſe θαρσήσει, non Futurum Verbi θαρσέω, recte vidit *Abr.* Nec multum recuſarim, quod θαρσήσει ταῖς ναυσὶν expl. pro τῶν νεῶν, vel ἐν ταῖς ναυσί· qua Subſtantiua ſolent habere interdum Caſum verbi, vt *domum itio*, alia; κρατηθεὶς porro illi eſt, *confirmatus*; (qſ. κρατυνθεὶς· quod fortaſſe leg.) Sed enim κρατηθεὶς, paſſiue, eſt *victus*. Omnium maxime officit et incommodat ἢ πρότερον, cui Abr. praemittit omiſſum μᾶλλον, vel ἐπιπλέον. Quae violenta eſſe omnia, vt nemo non ſenſerit: ita, dum molliora afferantur, calumniatus ne fuerit. Equidem melius, quod afferam, non habeo, praeterquam, vt primo aut legamus κρατυνθεὶς, *confirmatus*, aut, idem valere κρατηθεὶς, Abreſchio concedamus; deinde, quod maxime arridet, pro ἢ legamus ᾗ, tali ſenſu: κρατηθεὶς (κρατυνθεὶς) ταῖς ναυσὶ, (τῇ) θαρσήσει, (τῇ αὐτῇ, eadem,) ᾗ πρότερον, ſcil. ἐκρατύνθη. Vnum obſtiterit, neque id leue, quod non inueniatur πρότερον, *antea*, nimis nauibus Nicias fuiſſe ſiſus.

49. Atque Nicias quidem * haec dicens affirmabat, quia rerum Syracuſanorum ſtatum plane compertum habebat, et pecuniarum inopiam, et quosdam illic eſſe, qui res illas in Athenienſium poteſtatem venire cuperent, et qui nuntios ad ſe mitterent, ne discederet; ſimul etiam *illud certo ſciebat*, ſe claſſe ſaltem, *maiorem* fidentiam habiturum, quam ante, quum *ab hoſte* victus fuiſſet. Demoſthenes vero nullo modo probabat eius conſilium de diutius in *vrbis* obſidione perſeuerando. Quod ſi ſine Athenienſium decreto exercitus non eſſet abducendus, at *in Sicilia* perſtandum: dicebat, hoc ipſis eſſe faciendum, ita vt, caſtris *inde* motis, aut Thapſum, aut Catanam peterent, vnde cum peditatu in varias *hoſtilis* agri partes ſeſe conuerterent, et incurſiones facerent, et res hoſtium diriperent, ac illis nocerent; et cum *ſuis* nauibus in alto, nec in anguſtiis (quae pro hoſtibus magis facerent) proelia committerent, ſed in aperto mari, vbi ex ſua peritia fructum perciperent, et ſe recipiendi et *hoſtem* inuadendi liberam facultatem haberent, non ex breui praeſcriptoque *loci ſpatio in hoſtem* impreſſionem facientes, et *ad ſuas ſtationes ac portum* appellentes. In ſumma, nullo modo ſibi placere dicebat, in eodem *loco* diutius manere; ſed quam celerrime iam, et ſine vlla cunctatione caſtris motis *illinc* abire. Eurymedon autem ipſius orationem comprobabat. Sed contradicente Nicia, ſegnities quaedam et cunctatio innaſcebatur, ſimul etiam ſuſpicio, ne Nicias, quod aliquid amplius *meliusque* noſſet, quam caeteri, *haec* affirmaret. Hunc in modum Athenienſes quidem negligentiores facti ſunt, et in *eodem* loco permanſerunt. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Vass. 341.

* Talia dicendo in ſententia immotus perſeuerabat etc. *Acacius.*

παρθῶντες τὰ τῶν πολεμίων] ἤγων τὰς πολεμίας.

Ὀκωσῶν] *Thomas Magiſter* hoc Ἑλληνικὸν, non Ἀττικὸν, eſſe, pronunciat. Eſt tamen rurſus apud *Thucydidem* VIII, 90. Item in *Iſocrate* ad Nicoclem non longe a principio, et *Luciano* Quom. conſcrib. ſit Hiſtor. pag. 605. Dvk.

εἰ δὲ δεῖ — — ἄλλα τρίβ. rel.) *Reiskii* emendatio, εἰ δ' ἔδει, neque ad ſenſum plus attulerit, et aliena eſt ab vſu Noſtri, in *praeſenti* temp. ſemper referentis ab aliis dicta. χρῆναι autem delendi ratio nulla eſt. *Port.* verboſe ſatis, et multis inſertis, quae ſi intelligi Thuc. vellet, ipſe, credo, adderet. Mihi ſenſus eſſe videtur: Quod ſi tamen abeundum non ſit ſine decreto (vel voluntate; ψηφίσματος poſſit eſſe Gloſſema;) Athenienſium: *at certe*, ſaltem, (ita interpreter ἀλλὰ, plane vſu linguae:) *at* tempus terere ipſos oportere, et in Naxo, rel. Ita plana fuerint omnia. Vnde et comma poſui poſt ἀλλά.

[τοιοῦντ.) Schol. abeſt Aug.]

τά τε τ. ἐμπ. χρήσ.) i. e. τὴν ἐμπειρίαν χρησίμην· peritiam habituros vtilem; eam vtilem ipſis fore. Si, pro Subſt. valere χρήσιμα, Thuc. vellet, τὰ χρήσιμα, diceret, aut, τῆς τε ἐμπειρίας τὰ χρήσ. τὰ τῆς ἐμπειρίας, p. τὴν ἐμπειρίαν· vt 2. Cor. 11, 30. τὰ τῆς ἀσθενείας, p. τὴν ἀσθένειαν· Rom. 14, 19. τὰ τῆς εἰρήνης, i. e. τὴν εἰρήνην.

Οὐδενὶ τρόπῳ ἔφη ἀρέσκειν] Etiam *Cl.* et *Gr.* οἱ ἔφη ἀρέσκειν. Sed οἱ omitti poteſt eleganter. Wass.

Μέλλησις ἐνεγένετο] *Ariſtophanes* Au bus v. 639. Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί', οὐχὶ νυστάζειν ἔτι Ὥρα 'ſὶν ἡμῖν, οὐδὲ ΜΕΛΛΟΝΙΚΙΑΝ. *Plutarchus*, cunctatorem dictum, ait, ob lentas moras in obſidione Pyli. vid. *Suidam.* Wass.

μή τι καὶ πλ.) καὶ aut redundat, ex Graecismo, aut ſign. *adeo fortaſſe*, wohl gar etwan.

Ἰσχυρίζηται] Adnotat *Stephanus*, *Vallam* hic ἰσχυρίζεσθαι vertere *perſtare*; quod Cap. 48. verterat *aſſerere*; intelligendum autem hoc loco eſſe *perſtare in ſua ſententia*: q. d. *firmum in ſententia eſſe*, vel, *firmiter ſuam ſententiam tueri.* Interpretes varie vertunt, modo *adfirmare*, modo *in ſententia perſeuerare.* Certum eſt, in plerisque locis *Thucydidis* idem eſſe, quod Latinis, *firmiter adſeuerare*, *omni adſeueratione adfirmare*, *pro certo adfirmare.* III, 44. Καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι. IV, 23. Ἰσχυριζόμενοι, ὅτι δὴ εἴρητο, ἐὰν καὶ ὁτιῶν παραβαθῇ, λελύσθαι τὰς σπονδάς. vbi *Scholiaſtes*, ἐπερειδόμενοι, ὡς ἰσχυρὸν πάνυ προτείνοντες. IV, 68. Ἐδόκλεν δὲ ὐδὲν ὡς ἴσασι τὰ πρασσόμενα, ἀλλ' ὡς τὰ βέλτιστα βουλεύοντες ἰσχυρίζοντο. quod *Valla* ibi, *ſe roborare*, *Stephanus pertinaciter obſiſtere*, *Portus* et *Acacius*, itidem, vt hic, *in ſententia perſeuerare*, interpretantur: quamquam *Stephanus* monet, etiam paullo aliter verti poſſe; nempe illa ſignificatione, quam non modo locis illis, quae poſui, ſed etiam V, 26. et VI, 55. habet: quam retinet compoſitum διισχυρίζομαι. Dvk.

τούτῳ τῷ τρ.) i. e. ea de *cauſſa*, *hinc*, *eb* illa. Neque enim *modum* cunctandi expoſuerit Thuc. ſed *argumenta* et cauſſas. Liu. 6, 20. poſt med. *Ita prodicta die*, p. *itaque*, *ergo*, quippe et ibi *cauſſae* praeceſſere, *cur* id facerent, non modus; *quo*. Nobis quidem vtrumque ſign. alſo.

ν. Ὁ δὲ Γύλιππος καὶ ὁ Σικανὸς ἐν τούτῳ παρῆσαν ἐς τὰς Συρακούσας· ὁ μὲν Σικανὸς, ἁμαρτὼν τῶ Ἀκράγαντος· (ἐν Γέλᾳ γὰρ ὄντος αὐτῶ ἔτι, [s] ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις ἐς [t] Φιλίαν ἐξεπεπτώκει·) ὁ δὲ Γύλιππος ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων [v] ἦλθεν ἀπὸ [x] τῆς Σικελίας, καὶ τὰς ἐκ τῆς Πελοποννήσου τῶ ἦρος ἐν ταῖς ὁλκάσιν ὁπλίτας ἀποσταλέντας, ἀφικομένους ἀπὸ τῆς Λιβύης ἐς [y] Σελινοῦντα. [z] ἀπενεχθέντες γὰρ ἐς Λιβύην, καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο, καὶ τῶ [a] πλῶ ἡγεμόνας, καὶ ἐν τῷ παράπλῳ [b] Εὐεσπερίταις, πολιορκουμένοις ὑπὸ Λιβύων, ξυμμαχήσαντες, καὶ νικήσαντες τὰς Λίβυς, καὶ αὐτόθεν παραπλεύσαντες ἐς [c] Νέαν πόλιν, [d] Καρχηδονιακὸν ἐμπόριον, ὅθεν πρὸς Σικελίαν ἐλάχιστον [e] δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦς ἀπέχει, καὶ ἀπ' αὐτῶ περαιωθέντες, ἀφίκοντο ἐς Σελινοῦντα. καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι εὐθὺς αὐτῶν ἐλθόντων παρεσκευάζοντο, ὡς ἐπιθησόμενοι κατ' ἀμφότερα αὖθις τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ, ὁρῶντες στρατιάν τε ἄλλην προσγεγενημένην αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἅμα οὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον χωροῦντα, ἀλλὰ [f] καθ' ἡμέραν τοῖς πᾶσι χαλεπώτερον [g] ἴσχοντα, μάλιστα δὲ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρώπων πιεζόμενα, [*] μετεμέλοντό τε πρότερον οὐκ ἀναζεύξαντες· καὶ, ὡς αὐτοῖς [h] οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως [i] ἠναντιοῦτο, ἀλλ' ἤ, μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, προεῖπον, ὡς [k] ἠδύναντο ἀθηλότατα, ἔκπλουν ἐκ τοῦ στρατοπέδου πᾶσι, καὶ παρασκευάσασθαι, ὅταν τὸ [l] σημήνῃ. καὶ, μελλόντων αὐτῶν, ἐπειδὴ ἕτοιμα ἦν, ἀποπλεῖν, ἡ σελήνη ἐκλείπει· ἐτύγχανε γὰρ πανσέληνος οὖσα. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι οἵ τε πλείους ἐπισχεῖν ἐκέλευον τοὺς στρατηγοὺς,

s Id est: ἡ πρότερον διὰ τοὺς Συρακουσίους ἐν τῇ πόλει γενομένη στάσις (ὅτι πολιτῶν οἱ μὲν τὰ τῶν Συρακουσίων ἐφρόνουν, οἱ δὲ τἀναντία ἔσπευδον) τότε πέπαυται καὶ ἐς φιλίαν περιέστη. *Ae. Port.* t Φιλία *Caſſ. Gr.* Aug. v Ἦλθεν deeſt *Gr.* x Τῆς non habet *Reg.* Mox ἐκ τῆς ante Πελοπ. d. Mſqu. y Σελινουντίους *Caſſ.* z Ἀπενεχθέντων *Marg. Ar. C. Cl. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. a Πλῶ γενομένῳ ἡγεμόνας *Gr.* Sed ſcriba, γενομένῳ, ſubſcriptis punctis, delendum eſſe, ſignificauerat. b Horum meminit *Pauſanias* in Meſſenicis pag. 136. *Edit. Wechel.* Ἐσπερίταις *Gr.* εὐεσπερείταις *Caſſ.* Aug. εὐεσπαρίταις Mſqu. c Vide *Strabonem* pag. 835. *Edit. Paris.* et *Scylacem* pag. 45. *Edit. Amſtel.* Hvds. d Καρχηδονικὸν *Ar. C. Reg.* e Δύο ἡμερῶν *Reg. Caſſ. Dan.* Aug. Mſqu. Δυεῖν ἡμέραιν *Gr.* f Καθημέραν *Caſſ.* Aug. Mſqu. g Ἰσχύοντα *Gr.* * μετεμέλλ. Baſ. h Οὐδὲ Νικίας *Gr.* i Ἠναντιοῦτο ἄλλο, εἰ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν μὴ ψηφίζεσθαι *Ar. C.* Ἐναντιοῦτο ἄλλο, εἰ μὴ *Cl.* Aug. qui et mox, μὴ ψηφίζ. c. neg. ἄλλο εἰ Mſqu. Scriptura *Codd. Ar. C.* etiam eſt in *Reg. Caſſ. Dan.* k Ἐδύναντο *Ald. Baſ.* l Σημαίνει *Gr.* ὅτ' ἂν τ. σημ. Aug. mox ὅτε πλείους Mſqu.

C. 50. Σικανός] Vide *Diodorum Sicul.* XIII. pag. 336. b. Wass.

[ἐν τούτῳ) abeſt Schol. Aug.]

Ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις] *Portus* in Var. Lect. *Hudſoni* ſententiam bene expreſſit. Ἐκπίπτειν ſaepe eſt, *patria eiici, expelli. Thucyd.* III, 68. Μεγαρέων ἀνδράσι κατὰ στάσιν ἐκπεπτωκόσι. Et VI, 4. ἀπὸ Σαμίων ἐκπίπτουσι. Hanc ſignificationem ſequutus *Acacius*, vertit: *factio*, quae ad Syracuſanos rem trahebat, *eiecta fuit*. Sed eam non admittunt verba ἐς φιλίαν. Tamen mire dictum eſt, ἡ τοῖς Συρακουσίοις στάσις, pro, ſeditio *propter Syracuſanos*: cuius quae ſit ratio, mihi non facile dictu eſt. Nili forte ſubſtantiuo στάσις datiuum verbi στασιάζειν addidit *Thucydides*, quemadmodum alibi ſubſtantiuis quibusdam datiuos verborum cognatorum, de quo dictum eſt ad V, 46. vt haec ſit ſententia: οἱ τοῖς τὰ τῶν Συρακουσίων φρονοῦσι στασιάσαντες διηλλάγησαν αὐτοῖς. Dvk. Ad ἡ τ. Συρ. *Reisk.* addit πράττουσα· qua ſenſum, probauerim; legi etiam additum, haud ſane opus. Cur enim exciderit tale vocabulum? Et Datiuus per ſe illud ſignificarit; cum praeſertim *partem* quoque et *factionem* notet στάσις· vt recte pro Genitiuo Datiuum, ex more Noſtri, interpretere, vel per Synchyſin: ἡ στάσις τοῖς Συρακ. ἐξεπ. *illis*, i. e. *qua* illos, *illorum* denique; vt ſupra: ὅπου αἱ νῆες αὐτοῖς ὦρμουν. Etenim στάσις etiam cum Genit. occurrit eius, vel eorum, quibus faueat factio; non minus, quam στασιῶται, c. Genit. ſunt *fautores* alicuius, *ſes partiſans*. Quin et οὖσα ſimpliciſſime intellexeris.

ἐς φιλ. ἐξεπ.) *Reisk.* ad φιλίαν addit γῆν. Senſus ſane hic eſt, ſed per Ellipſin. ἐκπίπτειν qua auctoritate *mutari* verterit Port. neſcio; nuſpiam ita dicitur; nec vero poteſt, cum ſignificet *eiici*, aut *deſicere*; (vt 1. Cor. 13, 8. init.) Hic ſign. vt ſaepius in στάσεως mentione Noſtro, *eiecta* (fuerat, et) in regionem amicam confugerat. ἐς φιλίαν tamen cur addat Thuc. non video. Quid enim officiebat Sicano, quod ad *pacatos* conceſſiſſent, qui rem ad Syracuſanos traherent? Quae fortaſſe cauſſa etiam Porto fuerit, tam audacter vertenti: *in amicitiam eſt conuerſa*. Quid, ſi pro ἐς φιλίαν legeris φιλία· ἡ τοῖς Συρακ. φιλία στάσις; aut ad ἐς φιλίαν intellexeris πράττουσα; Sed nihil mouerim; quia hiſtoriae ipſius cauſſa addidiſſe poteſt Thuc. *quorſum* conceſſerit factio Syracuſanis, fauentium. V. et mox ad vv. τοὺς — ὁπλ. ἀποστ.

τ. ἐκ τ. Πελ. — — ὁπλ. ἀποστ.) Debebat, τοὺς ἐκ τ. Πελ. — — ἀποσταλέντας ὁπλίτας· aut τοὺς ὁπλίτ. τοὺς ἐκ τ. Πελ. ἀποστ. Qua Synchyſi et antea poterat, ἡ τοῖς Συρακ. στάσις φιλία pro, ἡ τ. Συρ. φιλία στάσις. Liu. 6, 19. (de) *imminente mole libertati*, (vel, quod malim, et (domum) *imminentem molem libertati*,) pro, *libertati imminentem molem*; Horat. Epod. 2, 20. *certantem et vuam purpurae*, pro, *vuam cert. purp.* 1. Theſſ. 1, 4. εἰδότες — ὑπὸ θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν, i. e. τὴν ἐκλ. ὑμ. (τὴν γεγενημένην) ὑπὸ θεοῦ. Vid. plura, et ſatis memoranda, in Phil. Thuc. P. p. 280. med. lit. b.)

Τῶ πλῶ ἡγεμόνας] Recte iudicabat Cl. *Waſſe*, γενομένῳ importune intruſum in *Gr.* Vid. Var. Lect. Dvk. Noſtri, Loottſen. *Abr.* Poſſit ita accipi anguſtius, propter *Syrtes* et

50. Interea vero Gylippus et Sicanus Syracusas redierunt. Sicanus quidem infecto Agrigenti negotio; (nam cum adhuc Gelae esset, illa seditio propter Syracusanos orta in amicitiam est conuersa) Gylippus vero rediit, secum adducens cum alium magnum exercitum ex Sicilia *collectum*, tum etiam illos grauis armaturae milites vere in onerariis nauibus ex Peloponneso missos, ex Africa Selinuntem profectos. Cum enim in Africam delati fuissent, et duas triremes et nauigationis duces a Cyrenaeis datos accepissent, et in ipsa praeteruectione Euesperitis, qui ab Afris obsidebantur, opem tulissent, Afrosque superassent, et illinc praeteruecti Neapolim petiissent, Carthaginiense emporium, vnde in Siciliam breuissimus est traiectus, duorum omnino dierum et vnius noctis nauigatione, et illinc *in Siciliam* traiecissent, Selinuntem peruenerunt. Cum autem isti *illuc* aduenissent, Syracusani quidem confestim sese praeparare coeperunt ad Athenienses vtrinque, et naualibus et pedestribus copiis, rursus invadendos. Athenienssium vero duces, cum alium etiam exercitum ipsis *Syracusanis* accessisse viderent, et res suas non in melius progredi, sed quotidie ex omni parte peius se habere, praecipue vero infirma hominum valetudine premi, poenitebat, quod antea motis *inde* castris non abiissent; et cum ne Nicias quidem amplius aeque, *ac ante*, ipsis aduersaretur, sed tantum peteret, ne saltem aperte *profectio* decerneretur, omnibus *suis militibus* abitionem ex castris edixerunt, quam occultissime potuerunt, vtque expediti forent, quum quis signum daret. Cum autem *res omnes iam* essent paratae, cumque *iam* essent discessuri, luna defecit. Erat autem plenilunium. Athenienssium vero cum *alii* plerique rem eam

Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

Aug. 27.

Ἐν τύτῳ] τῷ καιρῷ δηλονότι. Προσγεγενημένην αὐτοῖς] ἧγουν τοῖς Συρακουσίοις. Ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τοῖς πᾶσι] κατὰ πάντα. Ἕτοιμα ἦν ἀποπλεῖν] ἕτοιμα ἦν τὰ κατὰ τὸν ἀπόπλουν. Ἐνθύμιον ποιούμενοι] δεισιδαιμονήσαντες,

breuia regionis vel orae illius. Laxius tamen intelligi *duces viae*, monstratores, quid veteret?

Εὐεσπερίταις] *Gr.* Ἑσπερίταις. Vide *Stephanum* de Vrbib. WASS. E *Stephano* in Ἑσπερὶς et Εὐεσπερίδες patet, nihil interesse inter Εὐεσπερίτας et Ἑσπερίτας. Εὐεσπερίτας memorat *Pausanias* IV, 26. vbi de his agunt *Sylburgius* et *Kuhnius*. Add. *Interpretes* Stephani. DVK.

Καρχηδονιακόν] In aliis Καρχηδονικόν· illud tamen rectius, vt ἀκαδημαικόν. WASS.

[ὅθεν — ἀπέχει) in Aug. adscr. ad hh. vv. ὅθεν ἐλάχιστον πρὸς Σικελίαν διάστημα· δυεῖν γὰρ ἡμερῶν καὶ νυκτὸς ἀπέχει πλοῦς] Haec qui adscripserit, (rei magis notandae, quam verbis Nostri explicandis,) eum agnouisse, apparet, lectionem δυεῖν, non δυοῖν.)

ὅθεν — ἀπέχει) Vsitatius scripsisset: ὃ τῆς Σικελίας — πλοῦν ἀπέχει. V. 6, 49. 97. *Abr.*) Sane ὁ πλοῦς, *cursus*, non ἀπέχει, *distat*, sed *loca*, inter quae sit ὁ πλοῦς. Per Hypallagen ergo dictum; aut ἀπέχει sign. *porrigitur*, habet intervallum.

[προσγεγεν. } Scholl. ad hh. vv. abs. Aug.]
[ἀλλὰ καθ' ἡμ.}

ἀλλ' ἢ — ἀξ. φηφ.) Particip. ἀξιῶν pendet ab ἠναντιοῦτο, et sign. *modum*, vel materiam (Gegenstand) aduersandi: non aduersabatur ὁμοίως, vt *ante*, nempe, vt, manendum plane, censeret, sed ἀξιῶν, *ita, vt* postularet, ne directo saltem aut palam abscederent; qs. οὕτω ἠναντ. ὡς ἀξιῶν. Sunt duo membra τοῦ ἐναντιοῦσθαι· alterum tollitur, οὐκέθ' ὁμοίως, alterum ponitur, ἀλλ' ἢ (i. e. ἀλλὰ) ἀξιῶν, μὴ φαν. γε, rel. γε hic est *saltem, certe*. ἄλλο praeferri cum *Abr.* (aut ἀλλ' accipi pro ἄλλο, nec voc. ὁμοίως, nec particip. ἀξιῶν, patiatur. Redde enim: non similiter aduersabatur *alii* rei, (*cui* ergo?) nisi, *quod petebat*, ne palam, rel. Videbis, nil sani, nec cohaerens dici. Portus quoque, vt sensum reddidit, ita a compage verborum longissime aberrauit: *sed tantum petcret*; debebat, *sed ita*, vt peteret.

ὅτ. τ. σημ.) V. Weiseling. ad Diod. S. p. 551. *Gottl.* ὅταν τις σημήνῃ, est pro ὅταν σημαίνοιειν, vel σημήνειεν· nempe, quibus *ius* esset hoc faciendi. Saepe ita Noster, Xeroph. quoque in Cyrop. ἐάν τις κελεύῃ, ἐάν τις πολεμήσῃ, nempe qui possit, cui ius sit. Neque enim *quilibet* hoc faceret. τὶς h. l. sign. aut *duces*, aut *tubicines*, aut *nuntios* a praetoribus (clam) summissos. Pro παρασκευάσασθαι *Abr.* malit παρεσκευάσθαι, *esse* paratos, non *parari* demum. Nec sane, vt *pararentur* ad signum datum, opus erat, praedici, quod disciplina et lex militaris poscerct. Ceterum Aor. significarit, *paratos* interim intentosque manere, vt *essent* parati, simulatque daretur signum.

καὶ μελλ.) καὶ hic est, *sed enim, at ecce*.

[ἕτοιμα ἦν) Schol. abest Aug.]

Ἡ σελήνη ἐκλείπει] Ἐκλείπειν verbum tam de Lunae, quam Solis defectu dicunt omnes Graeci. Sed nomen, ἔκλειψις, veteres raro de Luna, immo de Sole tantum, dixisse, scribit *Scaliger* ad Tibullum I. 8, 19. *Aristoteles* tamen II. Meteorolog. 8. τὰς ἐκλείψεις τῆς σελήνης dicit, et post eum *Polybius* V, 78. *Plutarchus* in libro de facie in orbe Lunae, plus semel, et *Diogenes Laërtius* Prooem. §. 2. De tempore huius defectus Lunae agit *Petauius* IX. de Doctr. Tempor. 44. et X, 28. DVK.

πανσέλ. οὖσα) redundat notio σελήνης in πανσέληνος, quia praec. ἡ σελήνη. Aut int. ὥρα, vel φάσις, φαῦσις, τροπή.

οἱ Ἀθ. οἱ πλ.) pro, τῶν Ἀθηναίων οἱ πλ. qs. per Appos. vel interpretationem, *nempe*: vel, *quod attinet* Athenienses.

[m] ἐνθύμιον ποιούμενοι, καὶ ὁ Νικίας ([n] ἦν γάρ τι καὶ ἄγαν θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος,) [o] ἀδ' ἂν διαβουλεύσασθαι ἔτι ἔφη, [p] πρὶν, ἃς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, [q] τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ὅπως ἂν πρότερον κινηθείη. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις μελλήσασι, [r] διὰ τοῦτο ἡ μονὴ ἐγεγένητο.

να΄. Οἱ δὲ Συρακούσιοι, καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι, πολλῷ μᾶλλον [s] ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε [t] ταῖς ναυσὶ, μήτε τῷ πεζῷ· (ἃ γὰρ ἂν τὸν ἔκπλουν ἐπιβουλεῦσαι·) καὶ ἅμα, ἃ βουλόμενοι, αὐτοὺς, ἄλλοσέ ποι τῆς Σικελίας καθεζομένους, χαλεπωτέρους εἶναι προσπολεμεῖν, ἀλλ', αὐτῷ [v] ἀστάχιστα, [x] καὶ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει, ἀναγκάσαι αὐτοὺς ναυμαχεῖν. τὰς ἓν ναῦς ἐπλήρουν, [y] καὶ ἀνεπειρῶντο ἡμέρας, ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ [z] εἶναι. ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν [a] πρωτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων προσέβαλλον, καὶ, ἐπεξελθόντος μέρους τινὸς ἀ πολλῶ καὶ τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων [b] κατά τινας πύλας, [c] ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν τινὰς, καὶ [d] τρεψάμενοι καταδιώκουσιν. ὅσης δὲ σενῆς [e] τῆς ἐφόδε, οἱ Ἀθηναῖοι ἵππους τε ἑβδομήκοντα [f] ἀπολλύσι, [g] καὶ τῶν ὁπλιτῶν ἀ πολλές.

νβ΄. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν [h] ἡ στρατιὰ τῶν Συρακουσίων· τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ταῖς [i] τε ναυσὶν ἐκπλέουσιν, ὅσαις [k] ἐξ καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα πρὸς [l] τὰ τείχη ἐχώρουν. οἱ δ'

m Thucydides dicit ἐνθύμιον ποιεῖσθαι pro, *in religionem vertere:* nimirum id significare volens, quod vulgo dicimus *facere scrupulum conscientiae.* Hvds. *n* Vide *Diodorum Sicul.* l. 13, pag. 337. *Edit. Steph.* pag. 143. *Ed. Rhodom.* et *Plutarchi* Niciam pag. 538. *Ed. Francof.* Idem. ἦν γὰρ τοι Mſqu. *o* Id eſt: ἔφη ἀδ' ἐᾶσιν ἂν ἔτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαβουλεύσασθαι, ὅπως πρότερον κινηθείη (διαβουλεύσασθαι περὶ τὸ ἔκπλουν πρὶν) ἢ τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι, ἃς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Vel, ἀδ' ἂν ἔτι αὐτὸς διαβουλεύσασθαι ἔφη περὶ τὸ ἐκεῖσθεν κινεῖσθαι πρὶν ἢ ἐκεῖ μείναι τρὶς ἐννέα ἡμέρας, ἃς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. *Ae. Port.* *p* Πρὶν ἃς οἱ *Marg. Ar. C Cam. Flor. Reg Caſſ.* Aug. Mſqu. *q* Τρεῖς *Ar. C.* *r* Διατῦτο *Ald. Flor. Baſ. Reg.* Aug. *s* Ἐπηρμένοι ἦσαν *Marg. Cam. Gr.* Ἐγειγερμένοι ἦσαν *Ald. Flor. Baſ.* Mox νιάναι p. ἀνιέναι Mſqu. *t* Ταῖς omittunt *Ar. C.* Aug. *Reg. Caſſ. Dan.* Mſqu. *v* Ὡς τάχιστα *Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Caſſ. Gr.* *x* Κενῷ σφίσι συμφέρει *Gr.* *y* Καὶ ἀνετειρῶντο *Marg. Cam. Gr. Schol.* ἀνεπαύοντο Aug *z* Εἶναι omittunt *Ar. C. Can.* *a* Προτέρᾳ *Marg. Ar. C. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. Mſqu. per correct. *b* Κατά τινας πύλας, ἀπολαμβάνουσί τε τῶν ὁπλιτῶν deſunt in *Cod. C.* *c* Ἀπολαμβάνουσι *Caſſ.* *d* Στρεψάμενοι *Ald. Flor. Gr.* *e* Τῆς ἐσόδου *Gr.* *f* Ἀπολλύασι *Gr.* ἀπολύουσι Mſqu. *g* Ὁπλίτας τε ἀ πολλὲς *Marg. Cam.* *h* Ἡ στρατία τῶν Συρακουσίων *Caſſ.* *i* Τε deeſt *Ar. C. Reg. Dan.* ὑστέρᾳ Mſqu. antea pro ὑστεραίᾳ. *k* Ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρες, vt refert *Diodorus Sic.* pag. 337. *Edit. Steph.* Hvds. *l* Τὰ abeſt a *Gr.*

ἐνθύμ. ποιούμ.) Schol. Aug. abſ. vv. inde a κατὰ νοῦν — ad τῆς σελήνης.

Ἐνθύμιον ποιούμενοι] Vid. ſupra ad Cap. 18. Dvk.

Καὶ ὁ Νικίας] Mathematicas diſciplinas duci belli neceſſarias eſſe, hoc quoque inter alia exemplo probat *Polybius* IX, 18. Acac.

θειασμῷ) In Aug. a m. ant. adſcr. εὐχῇ καὶ μαντείᾳ] f. leg. εὐχῇ κ. μαντείᾳ.)

Θειασμῷ τε καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος] Diſſimile Periclis ingenium in ſimili offento refert *Plutarchus* Pericl. pag. 171. Wass. *Plutarchus* in Nicia pag. 525. *Ed. Francof.* Σφόδρα γὰρ ἦν τῶν ἐκπεπληγμένων τὰ δαιμόνια, καὶ θειασμῷ προσκείμενος, ὡς φησι Θουκυδίδης. Vbi *Cruſerius* θειασμὸν *ſuperſtitionem* vertit. *Xylander* leuiter horum omnium interpretatione ita deſcribit: *Fuit enim homo ſuperſtitioſiſſimus, vt Thucydides de eo affirmat:* atque etiam errat, quum, haec apud *Thucydidem* libro ſeptimo, vbi de eclipſi Solis refert, legi, ſcribit. De crimine etiam, *Thucydide* non nominato, *Pollux* I, 2. De ſignificatione vocis θειασμὸς in hoc loco agit *Stephanus* in Theſauro. Adde *Suidam* in θειασμός Pro τὰς ἐκκλησίας, quod hic in *Scholiaſte* vulgato legitur, *Cod. Caſſ.* rectè habet ἐκλείψεις. Error e compendio ſcripturae orti potuit. Dvk.

διαβουλεύσ. — κινηθ.) Aor. eſt pro Fut. διαβουλεύσεσθαι, propter ἔφη· negat, ſe deliberaturum (aut deliberari, paſſurum,) ἕτως κινηθείη (ſcil. ὁ στρατὸς, ὁ πλοῦς,) πρὶν μεῖναι (vel, *quin*, daß ſie nicht, ohne daß ſie) donec exſpectaſſent τὰς τρὶς ἐννέα ἡμέρ. 27. illos dies, i. e. aut *per* illos dies, aut dum (donec) expleti tranſiſſent, ἃς οἱ μάντ. ἐξηγ. quos (dies) vates canerent, monſtrarent, transmitti a quietis monerent. Hic et ordo eſt verborum et ſenſus.

[πρὶν, ἃς] Schol. abeſt Aug.] In Vulg. ad γράφεται int. καί. Diod. S. 13, 12. (de Nicia:) δεισιδαιμονέστερος ὑπάρχων. *Gottl.*

Οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο] Ἐξηγεῖσθαι, ἐξήγησις, et ἐξηγητὴς propria eſſe vocabula de cerimoniarum, portentorum, et prodigiorum interpretibus, oſtendit Celeberr. *Hemſterhuſius* ad Pollucem VIII, 124. *Scholiaſtes* Sophocl. Aiac. 319. ἡ ἐξήγησις ἐπὶ θείων· ἑρμηνεία ἐπὶ τῶν τυχόντων. Add. *Caſaubon.* ad Theophraſti Charact. XVII. Quod de ter nouenis diebus dicit *Thucydides*, exponit *Plutarchus* in Nicia. Dvk.

C. 51. [μὴ ἀνιέν. Schol. abeſt Aug.]

μὴ ἀν. τὰ τ. Ἀθ.) Si Schol. interpretatio vera eſt, quam et Port. ſequatur: τὰ τῶν Ἀθ. fuerit hic pro, τοὺς Ἀθηναίους, vel pro, τὴν τῶν Ἀθην. φυγήν. Mihi quidem durius videtur, τὰ τῶν Ἀθην. (πράγματα, *res* Athenienſium, intelligi *fugam*, abitum illorum; vtut de *hoc* praecipere ſit et nominatim hic ſermo, ſimpliciterque intellexerim *res*, conſilia, motus, conatus Athenienſium, quos nolent Syracuſani ἀνιέναι, *negligere*, transmittere, ſecure ac ſocorditer habere, *pati* volentibus et quietis procedere; qſ. *inſuper* habere, ἐραθύμως ἰδεῖν.

[εἶναι σφ. / χαλεπωτ. / τ. οὖν ναῦς] } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug]

προσπολ.) ad χαλεπωτ. redundat πρὸς, et Actiu. eſt p. Paſſ. τ. οὖν ναῦς redundat οὖν, per Epanalepſin, qſ. pro *inquam*, (pro quo et Latini ſaepius *igitur*,) poſt Participia et Parentheſes; pender enim ἐπλήρουν a ſuperiori, καὶ ἅμα δὲ

pro ominosa habentes, duces ad subsistendum hortabantur, tum vero Nicias (erat enim alioqui rebus diuinis, et huiusmodi nimium deditus) dixit, se ne permissurum quidem amplius, vt de castris mouendis deliberaretur, prius quam ter nouem dies *ibi* mansissent, quos vates praecepissent. * Hac igitur de causa Athenienses, mora interposita, *illic* permanserunt. Bell. Pel. p. an. 19. Olymp. 91. 4. U.C. Varr. 341.

51. Syracusani vero, cum hoc intellexissent, animis et ipsi multo magis erecti sunt ad Athenienſium fugam impediendam, quod vel ipsi *Athenienses* iam agnoscerent, se neque classe, neque peditatu, Syracusanis amplius superiores esse. Nec enim, furtiuam abitionem molituros fuisse, *credebant*. Simul etiam quod nollent eos in aliquam aliam Siciliae partem profectos, ibi considere, et oppugnatu difficiliores esse; sed illic primo quoque tempore, et in loco sibi commodo, ipsos ad proelium nauale committendum adigere *vellent*. Naues igitur instruere coeperunt, et aliquot dies, quot satis esse ipsis visi sunt, se exercuerunt. Postquam vero tempus opportunum aduenit, priore quidem die ad Athe- Aug. 28.
nienſium munitiones accesserunt, easque oppugnare coeperunt: cumque quaedam non magna manus, tam grauis armaturae militum, quam equitum, per quasdam portas eruptionem in eos fecisset, *Syracusani* nonnullos *illorum* grauis armaturae milites interceperunt, et *caeteros* in fugam versos persequuti sunt. Quoniam autem via, qua incursio fiebat, erat angusta, Athenienses amiserunt septuaginta equites, et nonnullos grauis armaturae milites.

52. Atque hoc quidem die Syracusanorum exercitus *illinc* se recepit. Postero vero die, cum Aug. 29.
sex et septuaginta nauibus prodierunt, et cum peditatu simul ad *Athenienſium* munitiones perrexere.

* Atque haec cunctatis Athenienſibus causa morae fuit. *Stephanus.* HVDS.

ἢ ἐκλογισάμενοι, κατὰ νῦν σχόντες τὸ τῆς σελήνης. Καὶ τῷ τοιούτῳ προσκείμενος] τῷ τοιούτῳ (φησὶν) εἴδει τῆ θειασμῷ προσέχων, τὸ παραφυλάττειν τὰς ἐκκλησίας, καὶ τὰ ὑράνια. Πρὶν ἂς οἱ μάντεις] γράφεται, πρὶν ὡς οἱ μάντεις. Μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων] ἀντὶ τοῦ, τὰς Ἀθηναίους φεύγειν δηλονότι. Εἶναι σφῶν] τῶν Συρακουσίων. Χαλεπωτέρους] δυσεπιχειρήτους. Τὰς ὧν ναῦς ἐπλήρουν] ἀνθρῶν δηλονότι. Καὶ ἀνεπειρῶντο] γράφεται ἀνεπαύοντο. Τῇ μὲν πρωτεραίᾳ] καθ' ἣν δηλονότι ἐκινήθησαν. Ἀπολαμβάνωσί τε] ἤγουν ἀπακόπτωσί τινας τῶν ὁπλιτῶν τῶν Ἀθηναίων. Πρὸς τὰ τείχη] τῶν Ἀθηναίων δηλονότι.

βουλόμενοι. Similiter Liuio redundat *igitur*; (vel *itaque*;) mollius primo, 2, 12. init. *Tum C. Mucius*, — — *cui indignum videbatur*, rel. (quae iam omnia, per Accus. c. Infin. pendent ab *indignum videbatur*, vsque ad *fuderat:*) *itaque*, — *ratus*, rel. Durius deinde, 1, 40. init. *Tum Anci filii duo, etsi semper pro indignissimo habuerant*, rel. *tum enimuero his impensius indignitas crescere, si*, cet. vsque ad vv. *regnum pateret*; *ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt*. Quo loco manifestum est, Liuium voluisse subiicere subiecto, vel Nominatiuo, *Anci filio duo*, praedicatum, vel Verbum, idque esse in — *statuunt*. Interiecit tamen nouam compagem, velut abrupta priori: *tum enimuero his indignitas crescere;* quae fortassis, vsque ad — — *regnum pateret*, per parentheſin accipere liceat; tunc *igitur* redundet. Mollius tamen consuli posse loco, video, commate iublato post *filii duo* ante *etsi*, vt sit ordo: *Tum, etsi Anci filii — pro indignissimo habuerant*; cui subiiciatur, vt consequens: *tum enimuero*, rel. i. e. *tamen*. Ita non redundarit *igitur*. Comma quidem si cogitaueris, aut posueris post *filii duo*, neque Anacoluthon effugeris, nec Pleonasmum τοῦ *igitur*. Simili errore commatis Sanctius, L. 4. c. 11. extr. Antiptosin, vel Anacoluthon, deprehendit in verbis Ciceronis p. Mur. (c. 12.) *Praetor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, — ei quoque carmen compositum est*; tanquam *Praetor* ibi sit pro *Praetori*; (vbi tamen *ei quoque* fuerit alienum. V. ibi n. f.)

[κ. ἀνεπειρ.) Schol. abest Aug.] sicut et Cassell. In Vulg. Schol. ad γράφεται int. καί· decerni enim vix potest, vtra Lect. sit verior; propter illud tamen, quod sequ. ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, ἀνεπαύοντο praetulerim; quod et plerique praeferant.

Ἀνεπειρῶντο] Sic omnino reponendum est pro ἀνεπαύοντο, hoc est, ἐμελέτων, vel ταῖς ἀναπείραις ἐγύμναζον. *Virg.* Dum *tentat* sese, et *Sallust.* tela *tentare*, intendere. Nam, si τὰς ναῦς ἐπλήρουν, quare aliquot dies nihil agendo consumerent? Noster VII, 7. οἵ τε Συρακούσιοι ναυτικὸν ἐπλήρουν, καὶ ἀνεπειρῶντο. Firmant *Schol.* et *Gr.* antea subsrigide, ἀνεπαύοντο. WASS. Qui *Cod. Cass.* scholia adscripsit, varietatem scripturae non adnotauit. DVK. Diodor. S. 13, 1. *Gottl.*

Τῇ μὲν πρωτεραίᾳ] Plerique *Mss.* πρωτέρᾳ. Permutantur haec etiam V, 75. vbi quaedam dixi. Hic tamen non temere a recepta scriptura recedendum, puto. *Lucianus* I. Ver. Histor. pag. 652. γενομένης δὲ ἐκκλησίας, τῇ πρωτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς· τῇ ὑστεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν. Quod videtur e *Thucydidis* III, 36. sumtum. Add. huc quae adnotantur ad Cap. 11. huius Libri. DVK.

[πρωτερ. / ἀπολαμβ.] Scholl. abs. Aug.

Ἀπολλύωσι] *Gr.* ἀπολλύασι, ab ἀπόλλυμι, quae terminatio in verbis, quae in μι dicunt Grammatici, Atticis non inusitata est. *Thomas Magist.* in ζευγνύασι. Add. VIII, 10. DVK.

C. 52. [πρὸς τὰ τείχη) Schol. abest Aug.]

Ἀθηναῖοι ἀνταν῅γον ναυσὶν [m] ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ προσμίξαντες [n] ἐναυμάχησαν. καὶ τὸν Εὐρυμέδοντα, ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Ἀθηναίων, καὶ βιαζόμενον [o] περικλείσασθαι τὰς ναῦς τῶν ἐναντίων, καὶ [p] ἐκπεραγαγόντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον, νικήσαντες οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι τὸ μέσον πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον [q] ἐν τῷ κοίλῳ καὶ μυχῷ τῆ῅ λιμένος, καὶ αὐτόν τε διαφθείρουσι, καὶ [r] τὰς μετ' αὐτῆ῅ ναῦς ἐπισπομένας. ἔπειτα [s] δὲ καὶ τὰς πάσας ναῦς ἤδη τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ [t] ἐξεώθουν ἐς τὴν γῆν.

νγ'. Ὁ δὲ Γύλιππος, ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν * πολεμίων νικωμένας, καὶ ἔξω τῶν σαυρωμάτων καὶ τῆ῅ ἑαυτῶν στρατοπέδου καταφερομένας, βιαζόμενος διαφθείρειν τὲς ἐκβαίνοντας, καὶ τὰς ναῦς ῥᾷον τὲς Συρακουσίους ἀφέλκειν τῆς γῆς, φιλίας οὔσης, παρεβοήθει ἐπὶ τὴν [v] χηλὴν, μέρος τι ἔχων τῆς στρατιᾶς. καὶ αὐτὲς οἱ Τυρσηνοὶ (ἔτυχε γὰρ ἐφύλασσον [x] τοῖς Ἀθηναίοις) [y ταύτῃ] ὁρῶντες ἀτάκτως προσφερομένους, ἐπεκβοηθήσαντες, καὶ προσπεσόντες τοῖς πρώτοις, τρέπουσι, καὶ ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν λίμνην τὴν [z] Λυσιμέλειαν καλουμένην. ὕστερον δὲ, πλείονος ἤδη τῆ῅ στρατεύματος παρόντος τῶν Συρακουσίων [a] καὶ ξυμμάχων, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιβοηθήσαντες, καὶ δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἐς μάχην τε κατέστησαν πρὸς αὐτὲς, καὶ νικήσαντες [b] ἐπεδίωξαν, καὶ [c] ὁπλίτας τε πολλὲς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον, [d] δυοῖν δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔλαβον αὐτῶν, καὶ τὲς ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν· [e] καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς, ἐμπρῆσαι βιαζόμενοι, ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δαδὸς γεμίσαντες, (ἦν γὰρ ἐπὶ τὲς Ἀθηναίους [f] ὁ ἄνεμος ὄριος,) ἀφεῖσαν τὴν ναῦν, πῦρ ἐμβαλόντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν, ἀντεμηχανήσαντό

m Ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα *Reg.* *n* Occasionem proelii recenset *Plutarchus* in Nicia pag. 539. Hvds. *o* Περικλήσασθαι *Reg. Cass. Gr.* Aug. *p* Ἐξάγοντα *Marg. Ar. C.* Ἐξαγαγόντα *Cl.* Ἐξάγοντα *Reg. Cass. Dan.* Aug. Mſqu. *q* Πρὸς τὸν κόλπον τὸν διάκωνα καλούμενον *Diodor. Sic.* Hvds. *r* Τὰς deest *Ar. C. Dan.* *s* Δὲ abest *Ar. C. Dan.* *t* Ἐξώθουν *Gr. Dan.* Mſqu. * ἐναντίων Mſqu. *v* Portus absoluuntur tribus partibus quoad eorum structuram, quorum vna χηλὴ a Graecis, altera σόμα, tertia μυχὸς vocatur, vt ostendit *Pollux* Lib. 1. c. 9. Sect. 10. Χηλὴ opus est vtrinque prominens in mare, quo vis ventorum fluctuumque coërcetur. *Scheffer.* de Mil. Nau. l. 3. c. 4. p. 211. Vide *Schol.* ad pag. 34. n. 7. Hvds. *x* Τὲς Ἀθηναίους, et inter versus τοῖς Ἀθηναίοις *Gr.* *y* Ταύτῃ omittunt *Ar. C. Cl. Reg. Cass.* Aug. Mſqu. qui et mox ἐκβοήσαντες pro ἐπεκβοηθήσ. *z* Huius meminit *Theocritus* in Idyllio XVI. Vide *Cluverii* Sicil. Antiq. pag. 174. Hvds. *a* Καὶ τῶν ξυμμάχων *C.* *b* Ἀπεδίωξαν, et supra, recenti manu, ἐπεδίωξαν *Reg.* ἀπεδίωξ. Mſqu. *c* Ὁπλίτας τε ὑ πολλὲς *Marg. Ar. C. Cl Gr. Cass.* Aug. Mſqu. *d* Δυοῖν δὲ δεούσαις εἴκοσιν οἱ Συρακούσιοι etc. legisse videtur *Valla.* Δεούσαις in *Codd. Mſſ* Hvds. Δυοῖν δὲ ὄσας εἴκ. ἃς οἱ Συρ. *Cass.* εἴκοσι Aug. *e* Hic verborum ordo: καὶ γεμίσαντες ὁλκάδα etc. ἐμβαλόντες πῦρ ἀφεῖσαν τὴν ναῦν ἐπὶ τὰς λοιπὰς, etc. ἦν γὰρ ἐπὶ τὲς Ἀθηναίους etc. *F. Port.* *f* Ὁ deest *Gr.*

Καὶ μυχῷ τῆ῅ λιμένος] *Suidas:* Μύχος, ἡ μυχὸς, ὁ ἐνδότατος τόπος. *Thucydides* VII, 4. ἐν μυχῷ τῆ῅ λιμένος. *Pollux* I, 102. Ἔστι δέ τις καὶ χηλὴ λιμένος, καὶ σόμα, καὶ μυχός. Et rursus IX, 28. λιμένος μυχός. Haec omnia sunt *Thucydidea.* Dvk.

Διαφθείρουσι] In Dascone sinu confossus Eurymedon. *Diodorus Sic.* XIII. pag. 337. d. et XXX. naues incenduntur. *Iustinus* IV, 5. Wass.

τ. μετ' αὐτ. ν. ἐπισπ.) traiectum, pro, τὰς μετ' αὐτ. ἐπισπ. ναῦς, vel pro, τὰς ναῦς τὰς μ. αὐτ. ἐπισπ. Etiam μετ' αὐτοῦ, per Pleonasmum, quia notio *cum* est iam in notione *sequendi*, pro αὐτῷ, aut ἐπισπομένας p. ἑρχομένας Etiam in N. Test. saepius συνηκολούθησαν αὐτῷ, pro simplici, vbi *alius* nemo secutus dicatur.

ἤδη) *iam etiam*; nunmehr auch.

C. 53. καταφερομ.) Haud bene Port. *proferri.* Nam neque in *altum* euehebantur naues, neque hoc sign. καταφέρεσθαι, nec *proferri* nauis vllo sensu aut vsu Latinis dicitur, *deferri* verteret, ad *terram* scil. vel propter ἐκβαίνοντας, quod sequitur.

[τ. ἐκβαίν.) Schol. abest Aug.]

τοὺς ἐκβ) τοὺς addit, quia *non omnes* erant exscensuri.

ξυγκτίσασι. Putauit ſcilicet, caſum participii debere conuenire praecedenti Ῥοδίοις. Sed ne hoc quidem recte: nam ſupplendus eſt accuſatiuus αὐτούς. Satis vſitatum eſt, vt datiuum excipiat accuſatiuus participii ſequente infinitiuo. *Thucydides* VI, 55. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, τῷ πάθει τῇ δυσκολίᾳ ὀνομασθέντα καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν. Et VII, 40. Ἔπειτα οὐκ ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις αὐτῷ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμέλλοντας κόπῳ ἁλίσκεσθαι. Eadem ratio eſt in illo, quod e *Pauſania* adnotat *Sylburgius*: Τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεκελεύοντο ἄνδρας εἶναι ἀγαθούς. In quibus omnibus, apertum eſt, ſupplendum eſſe accuſatiuum pronominis. Dvk.

[ξυγκτίσαντας) in Aug. pro ξυγκτίσαι, eſt ξυγκτίσασι] Plane, vt in Caſſell. quicum hic rurſus congruit. Melius haud dubie ξυγκτίσασι, quoniam eſt Antiptoſis, (per quam et ἄκοντας deinde pro ἄκουσι,) quam Infinit. ξυγκτίσαι, qui cum pendere debeat a ξυνέβη, quis dixerit aut tulerit, ξυνέβη ἐμοὶ τοῦτο ποιήσαντα, pro ποιῆσαι; Fortaſſe voluit, ξυγκτίσαι, καὶ, nempe ἐλθεῖν, tanquam ſit: caſus ita tulerat, vt antea, olim, colonos illos deducerent, et (at) nunc eosdem mercede impugnarent. Sed poſt ξυνέβη τοῖς Κρ. intell. ὥστε· ſic recte habebit Accuſat. qui tamen et verbo ἔξεστι, Latino *licet*, ſubiiciatur, Cic. Off. 1, 26. extr. Xen. M. S. 4, 5, 9. vbi ἔστιν eſt *licet*.) 11. extr. 1, 1, 9. et διδόναι, ibid. extr. et Ioh. 1, 12. ξυνέβη tamen magis propiusque referatur ad ξυγκτίσαντας· nam, quod nunc mercede militabant contra colonos, id vero non ξυνέβη, non *fortuito* acciderat, ſed voluntate ipſorum; quanquam et illa κτίσις voluntaria, et *caſus* erat in conſociatione duarum rerum, vt, qui deduxiſſent, nunc contra eosdem militarent. Sed nimirum et de factis *ſponte* ſuſceptis ξυμβαίνειν dicitur; vt, ξυμβαίνει μοι νομίζειν, σοῦτο φρονεῖν, rel. Noſter 1, 2. init. πιστεῦσαι μοι ξυμβαίνει, *fit, vt credam.* Tacit. Ann. 4, 58. extr. *Neque enim tam incredibilem caſum prouidebant*, (debebat, *praeuidebant*,) *vt per* 11. *annos libens patria careret* (Tiberius). En, hic *libens* vltro additur, et tamen *caſus* vocatur, (ξυντυχία,) quod *ſponte* fecerit Tiberius; cum hic tamen ἄκοντας ſit adiectum.

ἄκ. μετὰ μισθοῦ) μετὰ eſt pro ἀντὶ, et totum pro μισθωτοὺς, μισθοφόρους· qſ. vt *acciperent* mercedem. Quid, ſi hinc interpretari detur Marc. 10, 30. *Si non receperit* (i. e. profecto recipiat, ex Ebr. אִם — לֹוא,) *centupla* — *domicilia*, rel. μετὰ διωγμῶν, i. e. ἀντὶ (τῶν) διωγμ. *pro* calamitatibus, quas me profeſſus pertulerit? *Inuerſa* hic quidem ratio; ſed nimirum et *pro incommodo* merces, et *pro mercede incommodum*, imponditur. — Rurſus apparet, *coactos* militaſſe mercenarios, et, qui cogerentur, ſtipendium accepiſſe (6, 22. init.) Vnde et hic de μισθοφορικαῖς ἀνάγκαις loquitur Schol. ad vv. ἐν τοιαύτ.)

κέρδει) i. e. διὰ τὸ κέρδος, κέρδους ἕνεκα· vt mox, Δημοσθένους Φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ. Cf. Philol. Th. Paull. p. 55. 56. aut κέρδος ſign. *ſtudium*, *ſpem lucri*; vt apud Cic. Epiſt. Fam. 7, 13. *quae tua gloria eſt*; i. e. qua tu es gloriae auiditate. Plura etiam exempla Ciceronis Erneſt. affert in Cl. Cicer. h. v. Addideris fortaſſe Virg. Ge. 3, 102. *Et, quis* (l. *qui*) *cuique dolor victo, quae gloria palmae*, i. e. quae cupiditas (φιλοτιμία) palmae decorae. Sed hic *gloria palmae* fuerit, quantum gaudeat, ſibi placeat (equus) palmam (victoriam) adeptus.

ἐν τοιαύτ. — κατειλημμ.) Nihili eſt haud dubie lectio, στρατιωτικῶν. Nam quid ſint *militaria tempora*? Nec vero ſatis intelligo pron. τοιαύταις. Quorſum referam enim, vbi nullae *tales*, τοιαῦται ἀνάγκαι, ſint antea memoratae? Quod ſi

vt Cretenſes, qui cum Rhodiis Gelam condiderant, non a *ſuis* colonis ſtarent; ſed contra *ſuos* colonos, vltro, mercede allecti militarent. Acarnanum quoque nonnulli, cum lucri cauſa, tum vero multo magis propter amorem, quo Demoſthenem, et propter beneuolentiam, qua Athenienſes (quorum ſocii erant) proſequebantur, *illis* auxilium tulerunt. Atque hi quidem intra ſinus Ionii fines habitabant. * Ex Italicis vero populis, qui huiusmodi temporum anguſtiis et reipublicae ſeditione tunc intercepti fuerant, et Thurii et Metapontini, eandem militiam ſunt ſequuti: ex Sicilienſibus vero, Naxii et Catanaei. Ex barbaris Egeſtaei, qui etiam bonam Sicilienſium partem, et *multos* illorum, qui extra Siciliam *habitabant*, ſecum adduxerunt: Hetruſcorum etiam nonnulli, propter inimicitias, quas cum Syracuſanis gerebant, et Iapyges mercenarii. Atque tot quidem gentes cum Athenienſibus militarunt. Bell. Peloponn. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 345.

58. Viciſſim autem Syracuſanis opem tulerunt et Camarinaei, qui erant *illis* finitimi, et † Geloi, qui poſt hos habitabant. Deinde, Agrigentinis quiescentibus, * Selinuntii, qui ſedes in illis partibus habent. Atque hi quidem incolebant eam Siciliae partem, quae Africam verſus ſpectat. Himeraei vero ab ea parte, quae mare Tyrrhenum ſpectat, in qua etiam ſoli ex *omnibus* Graecis habitabant. Iſti etiam, inquam, ſoli illinc *Syracuſanis* auxilio venerunt. Atque tot quidem nominis Graeci gentes, quae in Sicilia ſedes habebant, et Dorienſes et omnes ſui iuris, in hoc bello *Syracuſanos* ad-

* Ex Italicis vero Thurii et Metapontini, quum ad talem neceſſitatem redacta ſeditio eſſet, vna militauerunt. *Intellige neceſſitatem, vt cogerentur ad partes transire et alterutris ſe adiungere; Aut, (cum Scholiaſte,) Vt cogerentur ad merenda ſtipendia proficiſci. Id enim videtur ſignificare per ἀνάγκας μισθοφορικάς. Steph.* † His proximi Geloi. *Acacius.* * Iis vlteriores Selinuntii. *Acacius.*

ἦλθον μετὰ τῶν Ἀθηναίων. Συγκτίσαντας] ἀντὶ τοῦ ξυγκτίσαι. Ἐν τοιαύταις] ἤτοι ταῖς μισθοφορικαῖς. Οἵπερ ἐπηγάγοντο] ἐπεσπάσαντο. Κατὰ διαφοράν] ἔχθραν. Τοσάδε μὲν] κατάλογος τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν πόλεων τῶν συμμάχων Συρακουσίοις κατὰ Ἀθηναίων. Καὶ οἱ αὐτόνομοι] δημοκρατούμενοι. Ὅσοι μὴ ἀφέσασαν] τῶν Συρα-

cum Schol. retuleris ad neceſſitatem τοῦ μισθοφορεῖν, mercede militandi; non video primo, *quinam* impoſuerint illis hancce neceſſitatem, qui nullo iure Athenienſium, nullo officio tenerentur: deinde quaenam coniunctio intercedit huic neceſſitati cum καιροῖς στασιαστικοῖς; Quid eſt denique κατειλημμένων; Portus vertit, ac ſi legeret κατειλημμένοι, *intercepti*; debebat, *deprehenſi*, *oppreſſi*. Sed enim varietatis nihil notatum video. Vnde κατειλημμένων interpreter καταλαβόντων, *confecutis temporibus* turbulentis. Ita enim καταλαμβάνειν adhibet Noſter, 2, 54. init. ἢν πόλεμος καταλάβῃ, ſc. αὐτούς. Sed nimirum, vt dixi, τοιαύταις maxime incommodat; nam cetera citius expedierim. Forſan tamen eo retuleris, vt propter ſeditiones cogerentur fugere, excedere patria, (at non omnes tamen,) et ſic quaerere apud Athenienſes, vbi tuti agerent, vnde vitam tolerarent; vt ad τοιαύταις intelligas, ὥστε ἀναγκάζεσθαι στρατεύειν. Ita, cum Homerus dicit: Il 5, 828. (adde vſ. 808.) τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάρροθος εἰμι, *talis ego tibi ſum adiutrix*, int. ὥστε σε πάντα δαρρεῖν· cum idem, vel Iupiter Iunoni, Il. 14, 343. τοῖόν τοι ἐγὼ (πυκινὸν) νέφος ἀμφικαλύψω, *tam denſam nubem tibi circumdabo*, int. vt occulta, nulli viſa, et ſecura mecum poſſis cubare. Virg. Aen. 5, 404. *Tantorum ingentia ſeptem — terga rigebant*; ſcil. vt ſtuperet Acne s, et voluerit humi pondera, et Aen. 6, 240. *Talis ſeſe halitus — ſupera ad conuexa ferebat*, int. (ex prioribus,) vt nullae volucres poſſent impune transuolare.

Στασιωτικῶν] Quidam libri στασιαστικῶν. Vide ad IV, 130. Dvk.

βαρβ. — Ἔγεστ.) a Sigeſte Troiano, non Graeco ergo.

Σικελιωτῶν] *Cl.* Σικελῶν. male. *Sicilienſes*, non *Siculos*, intellige. Wass.

[κατὰ διαφ. / τοσάδε } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

C. 58. ἀντεβοήθ.) ἀντὶ hic eſt ex altera parte, *de l' autre côté*, dahingegen.

Γελῶοι οἰκοῦντες] *Gr.* οἱ οἰκοῦντες, de hiatu male ſollicitus. Wass.

Ἀκραγ. ἡσυχ.) Dupliciter accipi poteſt: vel ad Syracuſanos cum quieſcerent Agrigentini, i. e. medios ſe gererent, neutri parti ſeſe adiungerent: tanquam dixerit Thuc. οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι ἡσύχαζον· οἱ δὲ Σελινούντιοι, rel. vel ad Selinuntios: Selinuntii iuuabant Syracuſanos, quieſcentibus Agrigentinis, i. e. non impedientibus, aut, quo minus iuvarent Syracuſanos, a. t, quod nullae tum turbae eſſent inter Agrigentinos et Selinuntios, quae hos impedirent adiungi Syracuſanis. Illud praeferrem, ſi moris foret Noſtro, talia per Genitiuos efferre, qui ſemper fere *cauſſam* illi notent, non, quid *praeterea*, alibi, ſimul, geſtum ſit.

Μόνοι ἐξ αὐτῆ] Alii, ἐξ αὐτῆ μόνοι, ordine meliore. Wass.

[αὐτόν. / ὅσοι μὴ } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

δὲ, Σικελοὶ μόνοι, ὅσοι [a] μὴ [b] ἀφέσασαν πρὸς τὰς Ἀθηναίους. τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων, Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι, Νεοδαμώδεις δὲ τὰς ἄλλας, καὶ [c] Εἵλωτας· ([d] δύναται δὲ τὸ Νεοδαμῶδες, ἐλεύθερον ἤδη εἶναι·) Κορίνθιοι δὲ, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ μόνοι παραγενόμενοι, καὶ Λευκάδιοι, καὶ [e] Ἀμπρακιῶται, κατὰ τὸ ξυγγενές. ἐκ δὲ Ἀρκαδίας, μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποσαλέντες, καὶ Σικυώνιοι, ἀναγκασθέντες στρατεύοντο· καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου, Βοιωτοί. πρὸς δὲ τὰς ἐπελθόντας τότε οἱ Σικελιῶται αὐτοὶ πλῆθος πλέον κατὰ πάντα παρέσχοντο, ἅτε μεγάλας πόλεις οἰκοῦντες. καὶ γὰρ [*] ὁπλῖται πολλοὶ καὶ νῆες καὶ ἵπποι, καὶ ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος [f] ξυνελέγη. καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις, ὡς εἰπεῖν, τὰς ἄλλας, [g] Συρακούσιοι αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο, διὰ μέγεθος πόλεως, [h] καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν.

νϑ'. Καὶ αἱ μὲν ἑκατέρων ἐπικουρίαι, τοσαίδε ξυνελέγησαν· καὶ τότε ἤδη πᾶσαι ἀμφοτέροις παρῆσαν, καὶ οὐκέτι ἰδίᾳ [i] ἑτέροις [k] ἐπῆλθεν. οἵ τε ἂν Συρακούσιοι [l] καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν [m] ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι, ἐπὶ τῇ γεγενημένῃ νίκῃ τῆς ναυμαχίας, ἐλεῖν τε τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Ἀθηναίων, τοσοῦτον ὄν, [n] καὶ μηδὲ [o] καθ' ἑκάτερα αὐτὸς, μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν. [p] ἕκλειον ἂν τόν τε λιμένα εὐθὺς τὸν μέγαν (ἔχοντα τὸ στόμα ὀκτὼ σταδίων μάλιστα,) τριήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις, καὶ ἀκάτοις, ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες, καὶ τἆλλα, ἢν ἔτι ναυμαχεῖν οἱ Ἀθηναῖοι τολμήσωσι, παρεσκευάζοντο· καὶ ὀλίγον ἰδὲν ἐς ἰδὲν ἐπενόουν.

a Μὴ deest *C.* *b* Ἐφέσασαν *Reg.* *c* Εἵλωτας *Gr.* Aug. *d* Non dubitat *Ae. Port.* quin haec verba, δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι, ex ora libri in textum irrepserint. De Neodamodibus vide *Var. Lect.* ad pag. 311. 331. Hvds. Δύναται δὲ νεοδαμώδεις *Gr.* *e* Ἀμβρακιῶται *Caff. Gr.* Aug. * ὁπλῖται Mſqu. *f* Συνελέγη *Reg. Caff. Gr.* Aug. *g* Συρακούσιοι ex emendatione *Reg.* *h* Καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν omittunt *Gr. Ald. Flor. Baſ. Steph.* i. κινδύνῳ Mſq. et hoc et μεγ. fine (ι) ſubſcr. *i* Οὐδ' ἑτέροις *Gr.* *k* Ἀπῆλθεν *Caff.* Ἐπῆλθον *Gr.* *l* Καὶ οἱ ξύμμαχοι deſiderantur in *Codd. Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caff. Dan.* Aug. Mſq. in hoc paulo poſt d. τὸ ante στόμα, ſed ſupraſcr. ab al. m. *m* Ἀγῶνα *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caff.* Aug. Mſq. *n* Καὶ μὴ *Reg.* *o* Καθ' ἑκάτερα *Cl. Gr. Reg. Dan.* Καθεκάτερα *Caff.* *p* Ἕκλῃον *Reg. Gr.* Aug. et mox ἐπαγκυρῶν, vno voc.

ἀφέσασ.) Hoc aut, *antea* fuiſſe cum Syracuſanis, innuerit, aut, non *debuiſſe*, vt Siculos, relictis Syracuſanis, adiungi exteris, aut ſimpliciter dictum pro *μετέστησαν, ſeſe adiunxerant.* Nec temere fortaſſe Cod. Reg. ἐφέστασαν· etſi hoc ſenſu dicitur ἐπί.

δύν. δὲ — — εἶναι) Porti interpretatio, vertentis: *Iſti Neodamodes* (immo *Neodamodae* ex Latino vſu,) *poſſunt iam liberi eſſe*; tanquam ignorarit Thuc. exſpectarit aut coniecerit, quid interim factum fuerit illis! Nugae! Nec, τὸ Νεοδαμῶδες, magis ſignificet τοὺς Νεοδαμώδεις, quam, τὸ Ἀθηναῖον, τοὺς Ἀθηναίους. Senſus eſt: Hoc *vocabulum Neodamodes* poteſt fere *ſignificare* eum, qui iam ſit liber. Fortaſſe ex Gloſſa irrepſerint haec verba; vt ille Vſ. apud Virg. Aen. 1, 109. *Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, aras.* Quem ego verſum, vt tenuiorem, quam pro dignitate carminis Epici, et deſcriptae ibi tempeſtatis, vel propter vocab. *Itali*, pro Grammatici additamento e contexto circumſcribendum, ſemper putaui. Heſych. Νεοδαμώδεις, οἱ κατὰ δόσιν (nempe τῶν Λακεδαιμονίων,) ἐλεύθεροι ἀπὸ Εἱλωτίας, cum antea eſſent Elotes. Eſt a νέος et δᾶμος, Dor. pro δῆμος, et ſign. *recens* populo (Lacedaem.) adſcriptum.

[Κορίνθ. δὲ, rel.) Ad h. vſ. in Aug. haec adſcr. a m. ant. κατάλογος τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν πόλεων τῶν συμμαχησάντων Συρακοσίοις κατὰ Ἀθηναίων· Συρακόσιοι· Καμαρινᾶῖοι· Γελῶοι· Σελινούντιοι· Ἱμεραῖοι· Σικελοί· Λακεδαιμόνιοι· Κορίνθιοι· Λευκάδιοι· Ἀμπρακιῶται· Ἀρκάδες· Σικυώνιοι· Βοιωτοί.] Male haud dubie translata a verbis c. 57. extr. τοσάδε, vbi tale fere Schol. ſed breuius, eſt in Vulg.)

[κατὰ τὸ ξυγγ.) Schol. abeſt Aug.]

πρὸς δὲ τ. ἐπελθ. et infra paullo: καὶ πρὸς ἅπαντ.) Vtrobique πρὸς non ſign. *ad*, vt Siculi ad reliquos, et Syracuſani ad omnes, auxilia copiasque adduxerint; quod abſurde dicatur, vbi non ad exteros (hi enim ſunt h. l. ἐπελθόντες, vt ἐπηλύτην ὄντα, 1, 9. init. *cum aduena, exterus eſſet*;) nec Syracuſani ad reliquos, ſed hi ad illos, venerint; ſed ſign. *qua*, ſi comparaueris, pro ratione reliquorum, omnium, in Vergleichung, in Verhältniß; (id quod ipſum notet Latinis *ad*, ſed hic obſcurius et ambigue adhibeatur;) Siculi ergo plures milites praebuere ſoli, ipſi, quam exteri omnes, Syracuſani autem (vt adhuc Amſtelodamenſes qua Hollandos, Hollandi qua omnes Batauos,) plura praeſtiterunt omnibus ſimul.

ὡς εἰπεῖν) i. e. σχεδὸν, *fere*, beynahe, gleichſam; *vt ita loquar* ſenſu hic caret, et abſonum plane hic eſt! Nam quis in his, quorum numerus ratioque iniri poſſit, et ſumma computari, dixerit: *vt ita loquar?* Sign. et *omnino, in univerſum*, Demoſtheni maxime: id quod et hic conuenerit. Ceterum Συρακούσιοι vtique legendum. Nam Accuſat. errori haud dubie datus eſt referentium ad ἅπαντας. Iungi autem cum ὡς εἰπεῖν, quod vult Abr. et contra Graecismum eſt, ex quo ſimpliciter ponatur ὡς εἰπεῖν, et alieniſſimum, vbi non de *ſolis* Syracuſanis loquatur. Simpliciter autem poſitum intelligi, eſt, tanquam dixeris: *Ciceronem potior eſt aliis*, pro, *quod attinet* Ciceronem, ille eſt potior aliis. Apage vero tales ineptias!

Συρακούσιος] Ita quidem omnes ſcripti et editi. Nec tamen video, quomodo hoc ferri poſſit, reclamante ſententia totius loci. Credo, recte emendatum eſſe in *Reg.* Συρακόσιοι. Πρὸς autem eſt συγκριτικόν; et *Valla* recte *prae omnibus aliis.* Dvk.

Καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν] Haec abeſſe ſine ſenſus diſpendio non poſſunt. Omittit tamen etiam *Gr.* Wass.

C. 59. [καλ. ἀγών.) Schol. abeſt Aug.]

Καλὸν ἀγώνισμα] Ἀγῶνα quidem habet maxima pars *Miſſorum.* Sed alterum etiam ſupra Cap. 56. dixit *Thucydides:*

iuuerunt: ex barbaris vero ſoli Siculi, quotquot defectione *a Syracuſanis* facta ad Athenienſes non transierant, *opem ipſis tulerunt*. Ex Graecis vero, qui ſunt extra Siciliam, Lacedaemonii quidem *eos adiuuerunt*, *ipſis* ducem Spartanum praebentes, militemque ex Neodamodibus et Helotibus. Iſti autem Neodamodes iam liberi eſſe poſſent. Corinthii vero et claſſe et peditatu ſoli, et Leucadii, et Ambraciotae, propter cognationem, *illuc* profecti. Ex Arcadia vero, mercenarii milites a Corinthiis miſſi, et Sicyonii coacti militiam illam ſunt ſequuti. Ex illis autem, qui ſunt extra Peloponneſum, Boeoti. Sed ad iſtas aduentitias copias ipſi Sicilienſes omnium rerum, ad hoc bellum neceſſariarum, multitudinem *longe* maiorem contulerunt, quippe qui magnas vrbes incolerent. Etenim et multi grauis armaturae milites, et naues, et equi, et alia maxima multitudo collecta fuit. Verum prae caeteris omnibus (vt ita loquar) ipſi Syracuſani plus copiarum ſuppeditauerunt, *idque* propter vrbis magnitudinem, et quod in proximo discrimine verſabantur. Bell. Peloq. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

59. Atque haec quidem fuerunt vtrorumque auxilia *vndique* collecta. Atque haec omnia tunc vtrisque praeſto fuerunt, nec vllum praeterea auxilium amplius aut ad hos aut ad illos venit. Syracuſani igitur ſociique merito praeclarum certamen ſibi propoſitum eſſe duxerunt, ſi, praeter naualem victoriam, quam adepti fuerant, vniuerſum etiam Athenienſium exercitum, qui tantus eſſet, debellaſſent, et illos ab vtraque parte, et mari et terra, effugere, prohibuiſſent. Itaque continuo magnum portum claudere coeperunt, qui octo ferme ſtadiorum oſtium habebat, transuerſis triremibus, et nauigiis, et ſcaphis, *eas* ancoris ſtabilientes. Et caetera, ſi Athenienſes nauale proelium adhuc committere auderent, praeparabant: * et in nullo quicquam paruum animo agitabant.

* Nihil etiam paruum parui fecerunt. *Valla.*

κυείων δηλονότι. Νεοδαμώδεις δὲ] Νεοδαμώδης ὁ ἐλεύθερος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Κατὰ τὸ ξυγγενὲς] τῶν Συρακυσίων. Καλὸν καλὸν σῴζουν ἐς τὸν Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι. Et ſic etiam *Scholiaſtes*. Dvk.

ἐπὶ τῇ γεγ.) poteſt referri etiam ad καλ. ἀγών. ſi hic quaſi *cumulus* accederet ad naualem victoriam.

Καθ' ἑκάτερα] Ita ex coniectura et auctoris indole repoſui, libris etiam *Cl Gr.* fretus, quod tam *vterque* valet, quam *alteruter*. Antea καθ' ἕτερα. Wass. Cum *Gr.* et *Cl.* conſentiunt etiam alii. Eadem varietas eſt Cap. 42. vbi quidam libri: Οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα οἱ Συρακόσιοι ἀντεπεξῆεσαν. Sed non dubito vtroque loco praeferre καθ' ἑκάτερα, *ab vtraque parte*. Dvk.

διὰ θαλ. τῷ πεζῷ) Variauit, more ſuo, Thuc. ναυσὶ — πεζῷ. int. σὺν, *cum terreſtri* exercitu; id enim eſt τῷ πεζῷ, non *terrâ*; id enim ſit πεζῇ, (ὁδῷ.) et ſine articulo. Nam quomodo *terra* effugerent ex Sicilia, inſula? Id enim eſt hic tamen διαφυγεῖν.

πλαγίαις) i. e. ἐκ πλαγίου, *ex obliquo*, ex transuerſo obiectis; vel ad os portus, quod ex transuerſo clauderent recta oppoſitis triremibus, non ad latera vtrimque imminentibus; vel, quod magis hic tenendum, immo iungendum illi alteri, vt triremes collocarent 1) recta linea per latitudinem oris, 2) lateribus triremium obuerſis ad hoſtes, non frontibus (proris) aut puppibus, ſed in latum obiectas, quo facilius et os occuparent totum, et in exituros pugnarent. Monendum erat, et ad rem ipſam intelligendam, et, ne quis inde fabricaretur nouum genus triremium, quae πλάγιαι dicerentur.

ὁρμίζ.) vel ἑαυτούς, *ſemet* ibi *opponentes*, vel αὐτὰ, τὰ πλοῖα· pro ὁρμισθέντα, vel, ad τριήρεις, ὁρμισθείσας. Dictum, vt διειλημμένοι ἔχουσι, p. διειλημμένα· τούς σου δουλώσας ἔχεις, apud Herodot. 1, 27. pro, δεδουλωμένους· et Noſtro 2, 41. init. ξυνελών τε λέγω, i. e. ξυνηρημένον, συνειλημμένον. Id. 2, 38. init. ἀναταύλας — ἐποιησάμεθα, ἀγῶσί τε καὶ θυσίαις, νομίζοντες, ſcil. αὐτὰς, vel αὐτοὺς, ad ἀγῶσι, aut αὐτὰ, ad omnia ſimul, pro, νομιζομέναις, οἷς· quo nil ſane ſimplicius; et monere iam ibi debebam, fruſtra argutantibus Viris doctis, ac deſudantibus. Amant omnino Graeci Participia Praeſ. vel Praeter. aut Aor. quae ad *Subiectum* referant vel Agentem, vbi Latinis magis placeat Partic. Praeter. Paſſ. ad (*Obiectum*, vel) Materiam agenti ſubiectam; praeterquam in Deponentibus, quippe carentibus Paſſiuo. Nec vero aliter poſſunt in Actiuis, viciſſim deſtitutis Participio Praeter. *Vrbem captam diripuere*, Latini dicant, at, ἑλόντες, Graeci; *direptam incenderunt*, Latini, διαρπάσαντες, Graeci. Luc. 23, 16. 22. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Lat. *caſtigatum dimittam*. Noſter rurſus 1, 128. extr. τοὺς δὲ (leg. f. τούς τε, quia ſequitur καὶ, et ὁ, οἱ, vel ſine δὲ, pro οὗτος, οἱ, ponitur.) ἀποπέμπω σοι ἁλόντας, ſcil. αὐτούς, pro ἁλόντας, *captos*.

Ὀλίγον δὲν ἐς οὐδὲν ἐπενόουν] *Acacius* non ineleganter: *nihil adeo paruum aut ſegne ab vlla parte animo voluebant*. Sed malim, *in vllam partem*. *Ariſtophanes* Equit. v. 386. Μηδὲν ὀλίγον πόει. vbi *Scholiaſtes*: πάντα μεγάλα κατ' αὐτὸ ποιεῖ, καὶ μηδὲν εὐτελές. *Thucydides* VIII. 15. Καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδὲν ἐς τὴν βοήθειαν τὴν ἐπὶ τὴν Χίον Dvk.

ἐς οὐδὲν) *nulla*, immo hic *neutra in re*; neque ad vincendos pugna Athenienſes, neque adeo exterminandos ex

ξ'. [q] Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, τήν τε [r] ἀπόκλεισιν ὁρῶσι, καὶ τὴν ἄλλην διάνοιαν αὐτῶν [s] αἰσθομένοις, βουλευτέα ἐδόκει. καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ [t] ταξίαρχοι, πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων, καὶ, ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε αὐτίκα ἔτι εἶχον, (προπέμψαντες γὰρ [u] ἐς Κατάνην, ὡς ἐκπλευσόμενοι, ἀπεῖπον, μὴ ἐπάγειν·) ἔτε [v] τολοιπὸν ἔμελλον ἔξειν, εἰ μὴ ναυκρατήσουσιν, ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν τείχη [x] τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν, πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατείχισμά τι, ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον τοῖς τε σκεύεσι καὶ τοῖς [y] ἀσθενέσιν ἱκανὸν γενέσθαι, τοῦτο μὲν φρουρεῖν, ἀπὸ δὲ [z] τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς πάσας, ὅσαι ἦσαν [a] καὶ δυναταὶ καὶ ἁπλοώτεραι, πάντα τινὰ [b] ἐσβιβάζοντες, πληρῶσαι, καὶ, διαναυμαχήσαντες, ἢν μὲν [c] νικῶσιν, ἐς Κατάνην κομίζεσθαι, ἢν δὲ μή, ἐμπρήσαντες τὰς ναῦς, πεζῇ ξυνταξάμενοι ἀποχωρεῖν, ᾗ ἂν τάχιστα μέλλωσι τινὸς χωρίου [d] ἢ βαρβαρικοῦ ἢ Ἑλληνικοῦ [e] φιλίου, ἀντιλήψεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ταῦτα, [f] καὶ ἐποίησαν. ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, [g] ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν, ὅσις καὶ [h] ὁπωσοῦν ἐδόκει, ἡλικίας μετέχων, ἐπιτήδειος εἶναι. καὶ ξυνεπληρώθησαν νῆες αἱ πᾶσαι ὀκτὼ μάλιστα καὶ ἑκατόν· τοξόται τε ἐπ' αὐτὰς πολλοὶ καὶ ἀκοντισταί, [i] τῶν τε Ἀκαρνάνων καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ἐσεβίβαζον· καὶ τἆλλα, ὡς οἷόν τ' ἦν ἐξ ἀναγκαίου τε καὶ τοιαύτης διανοίας, ἐπορίσαντο. ὁ δὲ Νικίας, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ἕτοιμα ἦν, ὁρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας τῷ τε, παρὰ τὸ εἰωθὸς, πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας, καὶ, διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν, [k] ὡςτάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας, [l] παρεκελεύσατο τότε πρῶτον, καὶ ἔλεξε [m] τοιάδε·

ξά. „ΑΝΔΡΕΣ [n] στρατιῶται [o] Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων· ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται, περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκάτοις ἀν ἦσσον, ἢ τοῖς πολεμίοις. ἦν γὰρ

q Τοῖς δ' Ἀθηναίοις *Gr.* *r* Ἀπόκλησιν *Ald. Baf. Reg. Caſſ. Gr.* Aug. Mſqu. *s* Αἰσθανομένοις *C.* *t* Ταξίαρχος ὁ τῆς τάξεως ἀρχός. κατ' ἐξοχὴν δὲ, ὁ τῶν ἑκατὸν στρατιωτῶν ἀρχός. Vide *Suidam* in voce. Hvds. ταξιάρχοι Aug *u* ἐς d. Mſqu. ſed in marg. ab al. m. *v* Τὸ λοιπὸν *Ar. C. Caſſ. Gr.* Aug. *x* Τῶν *Marg. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ.* *y* Ἀσθενέσι *Caſſ.* Aug. *z* Τῷ deeſt *Reg.* *a* Id eſt: καὶ πλώιμοι καὶ ἄπλοοι. *Ae. Port.* *b* Ἐσβιάζοντες *Cl. Reg. Caſſ.* ἐσβιβάζοντες a corr. Aug. *c* Νικήσωσιν *Marg. Cam.* *d* Ἢ Ἑλληνικὸν ἢ βαρβαρικὸν *Gr.* *e* Φιλίῳ omittit *Gr.* mox ὡς ante ἔδοξ. d. Mſqu. *f* Καὶ deeſt *Caſſ.* *g* Ἀναγκάζοντες *Gr.* *h* Ὅπως ἂν *Caſſ.* Aug. *i* Τῶν τ' Ἀκαρνάνων *Gr.* *k* Ὡς τάχιστα *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* *l* Παρεκελεύσατό τε *Reg. Caſſ.* Aug. παρεκέλευσα τότε Mſqu. *m* Τάδε *Marg. Cam.* *n* Στρατιῶται deeſt *Gr.* *o* Ἀθηναίων καὶ *Gr.*

Sicilia. Conferas Liuianum illud, 2, 49. poſt init. de Fabiis contra Veientes exeuntibus. *Sequebatur turba — nihil medium, nec ſpem, nec curam, ſed immenſa omnia, voluentium animo.*

C. 60. βουλευτέα) pro βουλευτέον· more Noſtri, Herodotum et in hoc imitati.

καὶ ξυνελθ.) καὶ hic eſt pro οὖν.

Οἱ ταξίαρχοι] De his e *Sigonio* adnotauit Clar. *Hudſonus* ad IV, 4. quibus adde, quae Viri eruditiſſimi ad *Pollucem* VIII, 115. ſcripſerunt, et *Perizonium* ad Aelian. H. Var. Hiſt. 44. *Scholiaſtes* putat, eos extra ordinem, vt in re crepera, ad conſilium fuiſſe aduocatos. Hoc ſatis probabile eſt: nam ex iis, quae VI, 47. et VII, 43. ſcribit *Thucydides*, non alios fere, quam στρατηγοὺς, conſultaſſe, intelligi poteſt. Duces Romanos idem interdum, pro tempore, feciſſe, vt omnium ordinum Centuriones in conſilium adhiberent, oſtendit *Lipſius* II. de Milit. Rom. 8. Dvk.

ἀπεῖπ. μὴ ἐπάγ.) Rurſus redundat μὴ, vt ſolet, vagantibus verbis iunctum: 1, 10. init. ἀπιστοίη, μὴ γενέσθαι τὸν στόλον. Vbi int. νομίζων, vt hic λέγων.

[ἀπολαβόντ.) Schol. abeſt Aug.]

ἀπολαβ. διατ.) optime verteris, *intercipere* munimentum, nempe qſ. e medio hoſtium agro, vel ex eo, quod praeterea ipſi tenerent. διατείχ. eſt, quod nos dixerimus, einen Abſchnitt. Hypallage quoque eſt in verbo ἀπολαμβάνειν· neque enim διατείχισμα *intercipitur*, ſed *locus*, ſpatium, τῷ διατειχίσματι· vt in Geometria *angulus interceptus* dicitur, non, qui (ipſe) *intercipiatur*, ſed, qui *intercipiat* ſpatium et ſinum inter duo latera trianguli conuergentia. Aut διατείχ. per Synecdochen eſt *locus ipſe*, area munimento clauſa et intercepta.

ἐλάχ. — ἱκαν.) i. e. ἐλάχ. ἅμα, καὶ, v. ὅμως, ἱκανόν· vel, ἐλάχιστον μὲν, ὅμως δὲ ἱκανόν.

[τοῦτο μ. φρ.) Schol. abeſt Aug.]

[ἁπλοώτ.) Schol. abeſt Aug.]

ἁπλοώτ.) neſcio, cur *obliquis* literis in Porti Interpr. exprimantur verba, *idoneae ad nauigandum*; quae non ſit paraphraſis aut addramentum, ſed ipſe textus Graecus. Traiecit autem verba Thuc. ὅσαι ἦσαν καὶ δυν. καὶ ἁπλ. Debebat, καὶ ὅσαι ἦσ. δυν. καὶ ὅσαι ἁπλοώτ. aut etiam, πάσας, ὅσαι ἦσαν, (αὐτοῖς, quas haberent,) καὶ δυνατὰς καὶ ἁπλοωτέρας. (nempe ad πάσας.) Vt enim poſſit verba, credideris, *easdem* naues fuiſſe et δυνατὰς, *firmas*, et ἁπλοωτέρας, *tardiores*, pondere inhabiles. Vnde et ipſe legere initio volebam εὐπλοώτερας.

Ἑλλην. φιλ.) non opus ἢ inſerto; quippe et Graeci, et vero barbari, in Sicilia erant οὐ φίλοι Athenienſibus. Quare

60. Athenienſes autem, cum hanc *portus* obſtructionem viderent, et caeteras illorum cogitationes cognoſcerent, conſultandum eſſe cenſuerunt. Quare duces et centuriones congregati, propter praeſentes difficultates cum aliarum rerum, tum vero *praecipue*, quod nec in praeſentia commeatus amplius haberent, (nam *nuntiis* Catanam praemiſſis, quod *illinc* discedere ſtatuiſſent, *Catanaeis* interdixerant, ne adueherent) nec in poſterum habituri eſſent, niſi claſſe *Syracuſanos* ſuperarent, cenſuerunt, ſuperiores munitiones eſſe deferendas, et locum aliquem prope ipſas naues occupandum, et munimento quam minimo poſſent concludendum, tantum quod ad vtenſilia et aegrotos capiendos ſatis eſſet, atque hoc quidem praeſidio tuendum: reliquo vero peditatu naues omnes, tam eas, quae ad nauigationem eſſent idoneae, quam eas, quae non eſſent *idoneae ad nauigandum*, explendas, * ita vt quoslibet *in eas* imponerent: et nauali proelio commiſſo, ſi vincerent, Catanam ſe reciperent; ſin ſecus, incenſa claſſe, pedeſtri itinere, acie inſtructa abirent, qua parte celerrime locum aliquem, aut barbaricum aut Graecum, qui amicus eſſet, adipiſci poſſent. Atque hi quidem, vt haec ipſis *fieri* placuit, ſic etiam *illico* fecerunt. Nam et ex ſuperioribus munitionibus ad littus deſcenderunt, omnesque naues compleuerunt; cunctis *eas* ingredi coactis, quicunque per aetatem quoquo modo *ad aliquem rei naualis vſum* idonei eſſe videbantur. Vniuerſae autem naues ad centum ac decem completae fuerunt. Multos autem ſagittarios et iaculatores, et Acarnanum, et aliorum peregrinorum, in eas impoſuerunt; et caetera, prout ipſis, in eas anguſtias compulſis, et huiusmodi cogitationes habentibus, licebat, compararunt. Nicias autem, rebus magna ex parte iam paratis, videns, milites animo conſternatos eſſe, quod praeter ſolitum nauali proelio longe ſuperati fuiſſent, et propter commeatuum inopiam velle quam celerrime *belli fortunam* periclitari, omnes conuocatos, tunc primum eſt adhortatus, et haec verba fecit:

Bell. Peloponn. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

61. „Milites Athenienſes, et *vos* alii ſocii, certamen quidem, quod nobis eſt ineundem, omnibus pariter erit commune, et vnicuique de ſalute et patria, non minus, quam hoſtibus *noſtris*,

* Omnibus rebus in eas congeſtis. *Valla.*

ἀγώνισμα] ἔνδοξον, συμφέρον. Καὶ ξυνελθόντες οἵ τε στρατηγοὶ] νῦν διὰ τὸ ἄπορον καὶ τὰς ταξιάρχας οἱ στρατηγοὶ συνήγαγον, καθ' αὑτὰς πρότερον βουλευόμενοι. Ἀπολαβόντες] ἰδιώσαντες, ἀποκόψαντες. Τοῦτο μὲν] τὸ διατείχισμα. Καὶ ἁπλοώτερας] ἁπλοωτέρας ὑ τὰς ἄπλας παντάπασι λέγει, ἀλλὰ τὰς διὰ πληρωμάτων ἔνδειαν, ἁπλόους ἰσαμένας. τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶ λόγω ἐπαγωγὴ δηλοῖ, πάντα τινὰ ἐσβιβάζοντες πληρῶσαι. Ἡλικίας μετέχων] νεότητος. Ὁ δὲ Νικίας ἐπειδὴ] τῷ Νικίᾳ τὴν προτροπὴν τῆς διαλέξεως δίδωσι, καὶ ὡς καθ' ἡλικίαν πρεσβυτέρᾳ, καὶ ὡς μείζονι στρατηγῷ, καὶ ὡς πάλαι τοὺς Συρακουσίους νενικηκότι, καὶ ὡς ἐν Πελοποννήσῳ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τόποις τοὺς ἐναντίους διαπολεμήσαντι. Διακινδυνεύειν] διὰ κινδύνου εἶναι.

ad βαρβαρικοῦ quoque referendum φιλίου, non ad Ἑλληνικοῦ tantum.

ὑποκατέβ.) Fortaſſis ὑπὸ hic ſign. *clam*, vndermerkt, ne ſentirent Syracuſani, nec turbarent degredientes.

[ἡλικ. μετέχ.) Schol. abeſt Aug.]

ἡλικ. μετέχ.) qui *etiamnunc* per aetatem valeret. Intell. ἔτι. Vix eſt enim, vt *teneriori* aetate nondum valentes ſecum habuerint.

ἐξ ἀναγκ. rel.) *pro conſilio* et neceſſario, et *tali*, i. e. tam praeciſiti, improuiſo, illi inſtruendo nec tempus, nec copia ſuppeditaret; *pro* autem intelligo, 1) *propter*, quia neceſſario et ſubito iſta parabant: 2) *vt* (fieri) *poterat in* iſta trepidatione. Supra dixit, (c. 47. init.) πρὸς τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, itidem duplici ſenſu.

[ὁ δὲ Νικ.] [διακινδυν.] Scholl. abſ. Aug.]

διακιν.) *defungi*, experiri vno periculo.

Παρεκελεύσατο τότε] Valde friget illud τότε, et melior ſine dubio eſt ſcriptura *Reg.* et *Caſſ.* παρεκελεύσατό τε. To temere repetitum videtur a fine vocis praecedentis. *Thucyd.* IV, 94 Παρεκελεύετό τε καὶ ἔλεγε τοιάδε. Dvk.

τότε πρῶτ.) quippe *nondum antea* concionatus ad vniuerſos, et *poſthac* ſaepius.

Τοιάδε] In quibusdam τάδε. Vide Nos V, 46. Wass.

C. 61. Ἄνδρες] Orationem habuit Nicias naue conſcenſa, non in terra. Vid. *Diodorum Sic.* XIII, 338. d. Aliter Noſter V, 69. Dvk.

ἕκαστ.) V. mox ad πάσχ.

κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσὶν, [p] ἐσί τῳ τὴν ὑπάρχουσάν πω οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. ἀθυμεῖν δὲ ὁ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν, ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ, τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα [q] διαπαντὸς [r] τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν. ἀλλ', ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων, [s] ξυστρατευόμενοι ἀεὶ, μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, καὶ, τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν, ἐλπίσαντες, ζῆναι, καὶ, ὡς ἀναμαχεῖμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσον αὐτοὶ [t] ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε."

ξβ'. "Ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ τοῦ λιμένος ξενότητι, πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταφρωμάτων παρασκευὴν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν, ἐκ τῶν παρόντων, μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασαι. καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται, καὶ ὄχλος, ᾧ, ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει, ἐκ ἂν ἐχρώμεθα, διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιςήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν· ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχία [u] πρόσφορα ἔσαι. [x] εὕρηται δ' [y] ἡμῖν, [z] ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι, καὶ [a] πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, [b] ᾗπερ μάλιςα ἐβλαπτόμεθα, [c] χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεώς, ἣν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ [d] ἐπιβάται ὑπουργῶσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα, ὥςε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ τὸ μήτε αὐτὸς ἀνακρούεσθαι, μήτ'

p Ἐσί τῳ, et mox με οἰκείαν Reg. q Διὰ παντὸς Ar. C. Gr. r Id eſt: τὸν φόβον, per περιπλοκήν. Fr. Port. s Συστρατευόμενοι Caſſ. Aug. Mſqu. qui et bis καὶ ante ὅσοι. Ξυνστρατευόμενοι Gr. t Ἡμῶν Reg. Mſqu. u Scil. ταῦτα, i. e. οἱ πολλοὶ τοξόται, καὶ ἀκοντισταὶ, καὶ ὁ ὄχλος ἡμῖν ἐπιτήδεια ἔσαι. Ae. Port. x Εὕρηται δὲ ἡμῖν Reg. Gr. y Ὑμῖν Cl. z Ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι Cam. Ὅσα χρὴ ἀντινάυπηγῆσαι Marg. Ὅσα χρὴ Cl. Gr. ὅσα μὴ Aug. Ἀντιναυπηγῆσαι Gr. a Πρὸς τὰς ἀπωτίδων Dan. b Ὅπερ Reg. c Hisce non hoſtes perimebant, nauem vero ita alligabant naui, vt cominus congredi, et ſi occaſio foret, in alterius nauem transmeare poſſent. Vide *Scheffleri* Militiam Naual. p. 164. Hvds. d De Epibatis vide *Eundem*, l. 2. c. 3. p. 103. Idem.

[ἐστί τῳ) Schol. abeſt Aug.]

ἐστί τῳ) ἐστὶ pro ἔσται, *licebit*: τις deinde, Homerico fere vſu, ſed et Noſtri, pro *pluribus*, mancher. Et nos: ſo wird einer, einer, — (können.) Totum hic ſign. *nos poteſimus*. Saepius ita Homerus: ἰδρώσει τέ τις, ὃδε δέ τις εἵπεσκεν, i. e. *plures, non vnus*: mancher; vel nos, einer, ipſo illo ſenſu, einer.

Πόλιν ἐπιδεῖν] Sic VI, 69. Καὶ τὴν ὑπάρχουσαν σφίσι πατρίδα νικήσαντες πάλιν ἐπιδεῖν· quem locum laudans *Thomas Magiſter* in ἐπιδεῖν, neſcio quid ineptiarum videtur propinare, quod, hoc verbum ſemel apud *Thucydidem* ſignificationem deſiderii habere, dicit. Dvk.

πάσχειν) non *pati*, ſed *facere*, admittere, *committere* certe; ita *affici* animo. Obiter addiderim, quod reddendum erat ad init. Cap. voc. ἑκάστοις referendum ad σωτηρίας et πατρίδος, cenſere *Abr.* Fuerit ergo, ſane ex Noſtri more, (v. Phil. Th. P. p. 49.) pro Genit. ἑκάστου· Sed non video, quî minus commode ad ὁ ἀγὼν ἔσται referatur. Vnde paene omiſi.

Τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου] Confer *Thucydidem* Orat. Phormionis II, 89. Wass. Hoc genus loquendi *Thucydidis* imitatur *Lucianus* in Tyrannicida pag. 700. Ἡ τις ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἤ τι ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; Dvk. Etiamſi Genit. habere poſſit ὅμοιος, ſenſus hic tamen non patiatur; quia, ſpem timori parem habere, non imperitorum fuerit, ſed vel maxime prudentium. ἐλπὶς hic eſt *opinio*, *exſpectatio*, mali quoque. V. Periz. ad Sanct. Min. 4, 14. n. 21. extr. vbi et hunc Noſtri locum appoſui. φόβος autem, per Metonym. eſt p. κακοῦ, δεινοῦ, et totum ſign. *exſpectationem mali*. Sed quid eſt, ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς; Vtrum ſimpliciter et ad verbum, *ſimilem incommodis*, parem, congruam, ex iis ortam? Ac ſi ſit: ſicut paſſi ſunt incommoda, ita ſemper timent porro, eadem ſemper ſecutura, putant? An eſt pro ἐν ταῖς ξυμφ. πρὸς (πάσας) τὰς ξυμφοράς; ad omnes caſus eundem timorem afferunt? Non placet; quia συμφοραὶ ſunt tantum *aduerſi* caſus, ad quos, ſi ſemper iidem ſequantur, non poſſit non idem timor afferri. Poſſis idem interpretari, διὰ τὰς ξυμφορὰς, (v. Philol. Thuc. P. p. 56) *ob* incon moda ſemel iterumue obiata eandem ſemper retinent mali exſpectationem, ſemper in omni expeditione, conſecuturum illud atque ſimiliter euenturum, quia ſemel iterumque euenerit, rati. Quem tamen Aeſchyli Vſ. Agam. 1443. comparat *Abr.* (loco tantum indicato; verba adſcr. *Gottl.*) οὔ μοι φόβου μέλλοντος ἐλπὶς ἐμπατεῖν, nil ſane huc fecerit; vel, quia non iungitur hic, vt Noſtro, ἐλπὶς φόβου, vel, quia ordo eſt: ἐλπίς μοι, (ἐστὶν,) οὐκ ἐμπατ. μέλ. φόβου. Spes me tenet, me non ingreſſurum domum timoris; vt ſuum hic ſenſum retineat voc. ἐλπίδος.

[τ. ἐν τ. πολ. παραλ.) Aug. (rurſus, ſicut Caſſell.) abſ. vv. καί τε κταν. κατ.) Eſt ille Vſ. Il. 18, 309. vbi pro τε f. leg. τόν.]

[τὸ τ. τύχ.) Schol. abeſt Aug.]

τὸ τ. τύχ.) pro τὴν τύχην· vt c. 62. med. τὸ τῆς ἐπιστήμης, i. e. τὴν ἐπιστήμην. Neque, ἔργον intelligi, (quod vult *Gottl.*) attinet; ſed eſt ſimpliciter Periphr. Subſt. vt τὰ τῆς εἰρήνης, Rom. 14, 19. pro τὴν εἰρήνην. 2, 14. τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, i. e. τὸν νόμον· vt ποιηταὶ νόμου, vſ. 13. et Iac. 2, 11. extr. Noſter 2, 60. init. τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν, i. e. ἡ ὀργὴ ὑμ. vbi ἔργα quis intellexerit? Eſt ex Ebr. דַּבָּר, quod inſervia periphraſi Subſt. per Genitivum illi additi, vt Gen. 21, 25. vbi eſt אוֹדוֹת — עַל. Pro κἄν, Reisk. vult πάλιν. Intelligi, malim, πάλιν. Nam, vt omittatur κἄν, wohl auch einmal, vix fuerit.

ἀναμαχ.) *Abr.* expl. *reparaturi* clades et dedecora ante accepta. Si *rei caſus* adſit, quod non poſſit in verbo μάχεσθαι, audiam. Nunc, onerari, crediderim, vſum verbi et contextum.

futurum eſt. Nam ſi nauali proelio nunc vicerimus, ſuam cuique ciuitatem, vbicunque illa fuerit, reuiſere licebit. Sed animum abiicere non oportet, nec idem pati, quod imperitiſſimis hominibus accidere ſolet: qui, ſi primis in proeliis rem infeliciter geſſerint, deinde ſimiles calamitates perpetuo formidant. Sed quotquot Athenienſes *hic* adeſtis, qui multorum bellorum notitiam habetis, et quotquot ſocii, qui *noſtri* commilitones ſemper fuiſtis, eſtote memores, bellorum exitus incertos eſſe, et fortunam a nobis quoque ſtaturam ſperantes, ad iterum pugnandum vos praeparate, prout decet tantam veſtrum multitudinem, quantam vos ipſi videtis.“ Bell. Peloponn. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

62. „Quae autem in his portus anguſtiis nobis profutura cognouimus, aduerſus futuram nauium turbam, et aduerſus illorum apparatum *ac milites* in nauium tabulatis *futuros*, vnde prius damno fuimus affecti, haec etiam omnia nunc, pro praeſenti rerum facultate, cum gubernatoribus excogitauimus atque parauimus. Nam ſagittarii multi et iaculatores *in naues* adſcendent, et multitudo, qua, ſi nauale proelium in alto committeremus, non vteremur, quia nauium onus rei nauticae diſciplinam impediret. Sed hic in pedeſtri proelio, quod ex nauibus committere cogemur, vtilis erit. Praeterea excogitauimus etiam *remedia*, quae aduerſus *naues hoſtiles* in nauibus aedificandis erant paranda, et aduerſus epotidum craſſitudinem (quod praecipue obfuit,) ferreas manus *comparauimus*, quas *illorum nauibus* iniiciemus, quae nauem *hoſtilem*, quum inuaſerit, retinebunt, ne retro ſe recipiat, ſi modo vectores, quae poſtea requiruntur, exſequantur. In eam enim neceſſitatem iam ſumus compulſi, vt pedeſtre proelium ex nauibus committere cogamur. Hoc autem *nobis* vtile eſſe conſtat, vt neque ipſi *ab hoſtili claſſe*

Ἐπί τῳ] τινὶ ἀφ' ἡμῶν. Ἔπειτα διαπαντὸς τὴν ἐλπίδα τῇ φόβᾳ ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν] ἔπειτα (φησὶ) παντὶ τῷ χρόνῳ δυσέλπιδές εἰσι, καὶ προσδοκῶσιν ὁμοίως ταῖς γεγενημέναις συμφοραῖς τὰ μέλλοντα. Τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων] Ὅμηρος· Ξυνὸς Ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα. Καὶ τὸ τῆς τύχης] ἤγουν, εὐτυχίας. Ἢν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες τῆναι] καὶ τὴν τύχην καὶ ἡμῖν συλλήψεσθαι ἐλπίσαντες. Ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε] ἐν δὲ τῇ νῦν κατὰ ἀνάγκην ἀπὸ νεῶν γενησομένῃ πεζομαχίᾳ ἐπιτήδεια ἔσαι. Εὕρηται δ' ἡμῖν] ἀντὶ τοῦ, ἐξεύρηται ἡμῖν ἐπιβολὴ χειρῶν σιδηρῶν, αἷς προσιόσας τὰς ναῦς πολεμίας κρατήσομεν, ὥστε μὴ δύνασθαι ἐξ ἀναχωρήσεως ἐμβάλλειν ἡμῖν. Ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι] γράφεται, ὅσα μὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι. Τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς] ἀντὶ τοῦ, τῶν Συρακουσίων. Ἔπιβολαι] ἤγουν, ἀντιλαβαὶ εὕρηνται ἡμῖν.

C. 62. ἀρωγὰ) Poëtarum magis vocab. vt thema ἀρήγω. In proſa vſitata magis, τὰ συντελοῦντα, συμμαχοῦντα, βοηθήσοντα, rel.

ἐνείδομεν) *in re* ipſa ineſſe, vidimus, opportuna. v. et n. prox.

ἐπὶ τῇ — στενότ.) ἐπὶ p. ἐν. Quippe ipſa στενότης opportuna Athenienſium peritiae nauali, vt ad Salaminem. Poſſit idem ſignificare *praeter* (ipſas) portûs anguſtias Ipſa portus στενότης erat ἀρωγός· reliqua deinde ἀρωγὰ cum ex ipſa anguſtiarum opportunitate petiuerant reique accommodarant, tum ἐκ τῶν παρόντων, pro re, ex re, comparauerant. Itaque retinuerit ſuum ſenſum ἐνείδομεν, in re ipſa deprehendimus. Nam Graeci, τί ἐνιδὼν ἐμοὶ, dicunt, quid in me notaſti, vt ita ageres? Vt παριδὼν μοι, τοι, (σοὶ) δειλίην, Herodoto, 1, 37. med. 38. inir. Et ἐνορᾶν ita adhibetur.

πρ. τ. μέλλ. — — ἔσ) Traiectum rurſus, pro, πρὸς τ. ὄχλον τ. νεῶν (τὸν) μέλλ ἔσ. vel, πρ. τ. μέλλ. ἔσ. ὄχλ. τῶν νεῶν· Quod ſi quis iunxerit τ. νεῶν ἔσ. Latine quoque fatis expreſſeris: Aduerſus perturbationem, *quae nauium ſit futura*, i. e. *in* nauibus, *per* naues, *a* nauibus. Vt Latine dixeris: Comitia, *quae tribunorum plebis, conſulum*, erant *futura:* i. e. tribunis pl. coſſ. creandis. Vel ſic tamen loco motum, per Synchyſin, manet vel μέλλοντα, vel ὄχλον, quia debebat vtique, τ. ὄχλον (τὸν) μέλλ. ἔσ. τ. νεῶν. vt Cic. de Off. 1, 14. extr. *et ad noſtras vtilitates officia ante collata;* vbi itidem diceret: *et offic. ad noſtr. vtil. ante collata*; vel, *et ad n. vtil. ante collata officia.*

ἐκ τ. παρόντ) i. e. vt 1) *opus* eſt, conuenit, prodeſt, 2) (fieri) *poteſt in* tali rerum habitu. πρὸς eodem modo Noſter c. *Accuſ.* vt Lat. *ad, ex, pro*, duplici fere ſenſu.

τῇ βαρύτ. τ. ν.) Haec quomodo cohaerent, vt *turba* epibatarum nimia impediat artem *pondere* nauium? Quid enim turba et multitudo ad pondus nauium? Primo, quod multitudo maior poſcit naues quoque capaciores, maiores, eoque *tardiores*, deinde, quod multitudo non poſſit non et onerare tamen nauem, minorem vtique, praegrauare, et inhabiliorem reddere.

[εὖρ. δ' ἡμ.) Schol. Aug. add. τὰς ante πολεμίας.]

[ὅσα χρὴ —
[τ. ἐπωτ. } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]
[ἐπιβολ.

Ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι] Alii cum *Scholiaſte* ὅσα χρὴ, idque, opinor, recte. Et ſic repoſuimus. Antea μή. Wass.

τὰ ἐπὶ τούτ.) i. e. vt *pugnent* atque inſiliant *in* naues manibus ferreis illigatas, vt manu rem gerant. Ariſtoph. Plut. 1, 1, 57. p. 5. Edit. Frob. init. ἢ τἀπὶ τούτοις δρᾶ, i. e. poſt verborum increpationem manus tibi inferam. Haec nimirum erat illa, vel futura erat, quam diceret Nicias, ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ. — ἐπιβάται hic non ſunt *vectores*, qui nulli ibi eſſent, verum *milites*. V. et c. 63. init.

ἐκείνης ἐᾶν; ὠφέλιμον φαίνεται, ἄλλως τε, καὶ τῆς γῆς, πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν [e] ἐπέχῃ, πολεμίας ὄσης."

ξγ'. "Ὧν χρὴ μεμνημένους, διαμάχεσθαι, ὅσον ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν· ἀλλὰ, ξυμπεσόντες νηὶ νεώς, μὴ πρότερον [f] ἄξιον ἀπολύεσθαι, [g] ἢν μὴ τὰς ἀπὸ τῆ πολεμίᾳ καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις ἔχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τῆτο. ὑπάρχει δ' ὑμῖν ἔτι νῦν γε [h] ταπλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ, καὶ [i] ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε καὶ δέομαι, μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς * ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχοντας, καὶ τὰς ναῦς πλείας· ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι, ὡς ἀξία ἐστὶ [k] διασώσασθαι, [l] οἳ τέως, Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν, τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας ἐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἢ τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις, [m] καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι, πολὺ [n] πλεῖον μετείχετε. [o] ὥστε, κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως [p] ἂν αὐτὴν νῦν μὴ [q] καταπροδίδοιτε. καταφρονήσαντες δὲ Κορινθίων τε, ἃς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν ἀφ' ἁντιστῆναι ἀδεὶς, ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν, ἡμῖν [r] ἠξίωσεν, ἀμύνασθε αὐτὰς, καὶ δείξατε, ὅτι καὶ [s] μετὰ ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ [t] ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν [v] ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης."

ξδ'. "Τάς τε Ἀθηναίας [x] ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι ἔστε ναῦς ἐν τοῖν νεωσοίκοις ἄλλας † ὁμοίας ταῖσδε, ἔστε ὁπλιτῶν ἡλικίαν, ὑπελίπετε. εἴτε ξυμβήσεταί τι ἄλλο, ἢ τὸ κρατεῖν,

e Ἐπέχει *Reg. Caſſ.* Aug. Mſqu. qui et mox δυνήσησθε p. δύνησθε, c. 63. init. *f* Ἄξιῶν *Gr.* *g* Ἢ τὰς *Cl. Gr.* Aug. Ἤν τὰς *Caſſ.* *h* Τὰ πλείω *Ar. C. Baſ. Reg. Caſſ. Gr.* νῦν πλείω Mſqu. *i* Id eſt: ἅμα. *Ae. Port.* * συμφορ. Aug. *k* Διασῶζεσθαι *Gr.* *l* Οἵ τε ὡς *Marg. Ar. C. Bar. Cl. Ald. Flor. Baſ.* *m* Καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι *Bar. Ald. Baſ.* Καὶ τὸ διακεῖσθαι *Ar. C. Dan.* Καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι *Reg. Caſſ. Gr.* Aug. *n* Πλείω *Ar. C. Dan.* *o* Ὡς κοινωνοὶ *Reg.* *p* Ἂν deeſt *Reg.* *q* Καταπροδίδοτε *Bar. Ald. Flor. Baſ.* Aug. καταπροδιδοίτε Mſqu. Καταπροδοίητε *Ar. C. Dan.* Καταπροδίδοτε *Reg. Caſſ. Gr.* μὴ om. Aug. a m. rec. add. *r* Ἠξίωσε *Gr.*, Antea ἠκμάζετο Baſ. p. ἤκμαζε τὸ ν. *s* Μετ' ἀσθενείας *Ar. C. Reg. Caſſ.* Aug. *t* Ἡμετέρα inter verſus manu recenti *Caſſ.* *v* Εὐτυχούσης ἑτέρας Mſqu. *Reg.* ἐυτυχούσ. Aug. Sed a corr. εὐτ. *x* Ἡμῶν *Ar. C. Bar. Cl. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ. Gr.* Aug. † ὁμοιος Mſqu.

C. 63. Ἄξιον] *Gr.* ἀξιῶν, et ἢ τὰς ἀπὸ τῆ. Sed tum delendum ἤν. Wass. Id eſt, pro ἤν legendum eſt ἤ, abiecto μή. Et ita hoc recte habebit: nam nihil hic opus eſt particula negante. *Lucianus* Dialog. Mortuor. pag. 272. Μηδέ γε πρότερον σὺ ἀποθάνῃς, ἢ προπέμψεις πάντας τὺς κόλακας. quod fortaſſis alii vſitatius dicerent προπέμψῃς. *Plutarchus* Camill. p. 256. Ὁ δὲ, ἐκ, ἔφη, πρότερον, ἢ τὰς ἐν Καπιτωλίῳ σολίτας ἐπιψηφίσασθαι κατὰ τὸν νόμον. Etiam planior erit et melius cohaerebit oratio, ſi pro ἄξιον cum *Gr.* legatur ἀξιῶν. Et ſic quoque legiſſe videtur *Valla*: nam vertit *putare*. Dvk. Commoda ſane lect. ἀξιοῦν, *velle*, quod a χρὴ pendeat. Sed ἄξιον praeferendum, cum ob Libb. conſenſum, tum ob varietatem Noſtro gratam.

τοὺς ἀπὸ τ. — ἀπαρ.) Rurſus et breuitatis, et Synchyſeos, exemplum, Noſtro frequentatae p. τοὺς ἐν καταστρώματι πολεμίῳ (nempe τῆς ξυμπεσούσης νεώς, de vna et ſingulis;) ὁπλίτας ἀπαράξ. ἀπ' αὐτοῦ.

[ἀπαράξ.) Schol. Vulg. Aug. d. et pro eo adſcr. εἰς τὴν θάλασσαν καταβάλητε.] Satis pueriliter, et contra vſum pugnae navalis, vbi, in mediam nauem reiectos compelli, ſatis ſit, aut vulneratos occiſosque deiici.) Eod. adſcr. a m. ant. μετὰ βίας ἀποκρίνητε.] Minus hic opis verbi ἀποκρίνειν.

οὐκ ἧσσ. τ. ναυτ.) V. Philol. Thuc. P. 27. poſt med. Sane et Latini Ablatiuo efferunt caſum *Obiecti* c. Comparat. vt, *cane peius et angue oderit*, Horat. p. *quam canem*. Id. Hor. Carm. 1, 8, 9. *Cur cliuum ſanguine viperino cautius vitat?* Durius ſane, pro, *quam ſanguinem viperinum*. — Non cum tironibus res hic nobis eſt in Thuc. ſed tamen firmiores quoque fortaſſe aduerterint, quibus notatum hoc dedi in Lib. Germ. Anleit. z. richt. Lat. Ausdr. p. 46 — 49.

[ὅσῳ τ. ἂν. μ.) In Schol. Aug. pro Vulg. οὐκ ἔστι eſt οὐ κατὰ, et ante οἱ ναῦται add. καί.) Priorem variet. probauerim, ſi pro συγκριτικὸν ſit σύγκρισιν· altera pleonasmum facit τοῦ καὶ, quod iam inſit in σὺν, συναίτιοι.)

[τ. ἡδ. ἐνθ.) In Schol. Aug. add. ἐστὶ poſt ἄξιον, et pro ἐπὶ τῷ θαυμ. habet ἐπὶ τὸ θ.] perperam hoc ſane.

κ. τ. ἡδ. ἐνθ. — — διασώσ.) diſtractum primo pro, ἐνθυμεῖσθαι, ὡς ἀξία ἡ ἡδονὴ διασώσασθαι· V. Philol. Thuc. P. p. 294. extr. n. 5. et porro; ἀξία διασώσασθαι deinde, vt Actiuum hic, pro Paſſiuo, διασωθῆναι, *digna ſeruari*; quam permutationem amat in primis Noſter. V. ibid. p. 72.

οἱ — ὑμῶν) ὑμῶν pertinet ad οἳ, οἵτινες (ἐξ) ὑμῶν, ſi qui veſtrum.

Νομιζόμενοι] Ab hoc loco argumentatur et ad eundem modum laſon apud *Euripidem* Med. v. 536. Wass.

[κατὰ τὸ ὠφ.) Schol. abeſt Aug.]

τὸ φοβ. τ. ὑπ.) i. e. τὸ φοβερὸν εἶναι τοῖς ὑπ. vt (nobiſcum vna, pariter,) metuendi eſſetis ſociis.

κοιν. — ἐλευθέρ.) i. e. ἐλεύθεροι ὄντες, καὶ (ἅμα) κοιν. τ. ἀρχ. vel pro, μετ' ἐλευθερίας, ἐν ἐλευθερίᾳ, ὡς ἐλεύθεροι. V. Philol. Th. P. p. 114. (VIII. 1. a. a.) 115. vbi attuli h. l. et aliis ſimilibus illuſtratum vindicatumque dedi. ἡμῖν pen-

reſiliamus, neque illos *a noſtra reſilire* permittamus: praeſertim quod terra ſit hoſtilis, praeter eam, quam noſter peditatus obtinuerit.“ Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

63. „Quorum *vos* memores oportet totis viribus conſtanter pugnare, nec *finere vos* ad eam propelli, ſed quum nauis cum naui confligere coeperit, *exiſtimare*, non decere prius *ab hoſtibus* dirimi, quam de hoſtili tabulato milites deturbaritis. Atque ad haec non minus milites, quam nautas, adhortor, *atque eo quidem magis*, quo magis eorum, qui deſuper pugnant, hoc officium eſt. Quinetiam in vobis ſitum eſt, nunc quoque magnam victoriae partem peditatu conſequi. Nautas vero adhortor, quinetiam ſimul obſecro, ne propter clades acceptas animo nimis conſternato ſitis: tum quia firmiorem apparatum ex tabulatis, tum etiam quia plures naues nunc habetis. Praeterea *oportet vos* conſiderare, quam operae pretium ſit, illam voluptatem *a vobis* conſeruari, quotquot de vobis antea pro Athenienſibus, quamuis non eſſetis *Athenienſes*, habebamini, et cum ob *noſtrae* linguae peritiam, tum ob inſtitutorum imitationem, apud *omnem* Graeciam ſuſpiciebamini, et quod attinet ad vtilitates, *quae ex imperio percipi ſolent*, imperii noſtri participes eratis non minus, *quam nos indigenae*, imo vero multo magis, tum quod * populis imperio noſtro ſubiectis terrorem incuteretis, tum etiam, quod *ab aliis* non laederemini. Itaque cum ſoli, idque libere, ſocii ſitis imperii noſtri, merito, nunc illud ne prodatis, *cauere debetis*. Et, contemtis Corinthiis, quos ſaepe ſuperaſtis, et Sicilienſibus, quorum nullus, quamdiu *noſtra* claſſis vigebat, nobis reſiſtere eſt auſus, eos propulſate, et declarate, veſtram ſcientiam, vel cum imbecillitate et calamitatibus coniunctam, aliorum robore, quod ſecunda fortuna vtitur, potentiorem eſſe.“

64. „Rurſus illis de vobis, qui ſunt Athenienſes, haec in memoriam rediго, neque naues alias his ſimiles in naualibus, neque militum iuuentutem a vobis *domi* relictam eſſe. Et, ſi quid aliud, quam

* Terrori eſſetis ſubditis veſtris etc. *Valla.*

Ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς] διὰ τοῦτο (φησὶν) ὁ συμφέρει ἀνακρούεσθαι ἡμῖν, ὅτι ἄρα εἰς πολεμίαν γῆν ὑπὸ τῆς ἀνακρούσεως ἐξενεχθησόμεθα. Ἀταράξητε] ἀντὶ τοῦ καταβάλητε· ἤτοι μετὰ ἀραγμοῦ καὶ συντριβῆς ἀποσήσητε. Ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον] τὸ μᾶλλον οὐκ ἔστι συγκριτικόν, ἀλλὰ διασαφητικόν. ὁ γὰρ οἱ ναῦται τοῦ ἀπαράττειν τοὺς πολεμίους συναίτιοι. Καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε] καὶ ἐν τῷ παραινεῖν (φησὶ) δέομαι. Καὶ τὰς ναῦς πλείας] ἤτοι τῶν πολεμίων νεῶν, ἢ, νῦν πλείας ἤπερ πρότερον. Τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι] ἐνθυμεῖσθαί τε ἄξιον, ὅτι δεῖ διαφυλάξασθαι τὴν ἡδονήν. ἡδονὴν δὲ λέγει, ἣν ἐπιφέρει, ἐπὶ τῷ θαυμάζεσθαί τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι· ἓν τε τῷ μὴ ἀδικεῖσθαι αὐτοὶ, καὶ ἐν τῷ φοβεροὶ τοῖς ὑπηκόοις φαίνεσθαι. Οἱ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι] τοὺς μετοίκους λέγει. Κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι] ἤγουν κερδαίνειν. Εἴτε ξυμβήσεταί τι ἄλλο] εὐφημότατα

dere poteſt vel ab ὄντες, *quos haberemus* conſortes, vel a κοινωνοὶ (σὺν) ἡμῖν, vel ab ἀρχῆς, pro ἡμῶν.

Καταπροδῶσιτε] *Aemil. Portus* putat, ſi ita ſcripſerit *Thucydides*, hoc eſſe ab inuſitato καταπροδίδω. Sed non credibile eſt, *Thucydidem* tam inuſitato et obſoleto verbo, ſi modo quisquam ita loquutus eſt, voluiſſe vti. Melius eſt, quod *Idem* coniicit, προδιδοῦτε, vel προδοῦτε legendum eſſe. Dvk.

ἕως ἥκμ.) ἕως, vt Lat. *donec, dum, quoad*, et χρόνον, tempus, *in quo*, *per* quod fuerit res, ſign. Baſil. Edit. vitioſe haud dubie, ἡκμάζετο· non ſolet media forma poni, quia ipſum eſt Neutr. Sed et, commate poſito poſt ναυτικὸν, vt ſeruatum hic eſt ex Edit. Duk. ab ἀντιστῆναι pendeat ἡμῖν, vtroque fortaſſis trahendum, et conſulto ſic interiectum ἡμῖν rurſus pro ἡμῶν· nobis res naualis, p. noſtra.

ἠξίωσε) *voluit*, Gall. *s' aviſa*; barbare, *praeſumſerit*, ſich beygehen ließ.

[τ. καταλειφθ.) In Schol. Aug. praemitt. καὶ, et poſt στόματος add. τοῦ λιμένος.] Putaueram paene, a τουτέστι incipere nouum Schol. a priori diſtinctum. Neque enim ἀνεῴγει explicaret per voc. παρελέλειπτο, quod ipſum eſſet interpretatus per ἀνεῴγει. Sed nimirum non diceret Auctor noui Schol. παρελέλειπτο, vbi in textu foret Particip. παραλειφθέντα· neque per idem verbum idem explicaret. Incommode tamen interuenit τουτέστι.]

ac imperium alterius vitam inſtituere liceret. Alia praeterea commemorabat, quaecunque homines, in huiusmodi temporis articulo iam conſtituti, reſeruare ac dicere ſolent, * non, vt alicui res priſcas effutire videantur, et *quaecunque alia his* ſimilia de vniuerſis, *vt* et de vxoribus et de liberis et de Diis patriis proferri conſueuerunt, ſed quae in praeſenti pauore vtilia *dictu* putantes, alta voce pronuntiant. Atque hic quidem non quantum ſatis eſſet potius, quam quantum ſibi per temporis anguſtias conceſſum eſſet, ſe *ſuos milites* cohortatum ratus, *ex concione* digreſſus, peditatum ad mare duxit, et inſtruxit aciem quam latiſſime potuit, vt ſociis naualibus ad fiduciam animo concipiendam quam maximo eſſet adiumento. Demoſthenes vero et Menander et Euthydemus (hi enim duces in Athenienſium naues adſcenderant) a ſuorum caſtrorum ſtatione ſoluentes, ſine mora nauigarunt † ad portus pontem, et *ad* fauces relictas, qua eruptio fieri poterat, quod *illac* per vim foras exire vellent. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

70. Syracuſani vero, ſociique, cum *ſuas et pedeſtres et nauales copias* prius, *quam hoſtilis claſſis illuc perueniret*, eduxiſſent, nauibus tot numero, quot et ante habebant, cum earum parte ad ipſas portus fauces, qua eruptio fieri poterat, excubias agebant, et *reliquam claſſem* in reliquo portu circum-

* Nihil eorum, *quae dici ſolent*, propterea refugientes, ne videantur obſoleta loqui etc. *Steph.* † Ad fauces portus iam praeoccupatas praeciſuſque, ne illac exiretur etc. *Valla.* Ad portus claustra, et exitum ibi relictum etc. *Acacius.* Ζεῦγμα, ἡ ἐζευγμένη σχεδία ἐν θαλάσσῃ. *Etymol. M. Auctor*, hunc locum citans.

ἀνεπιτάκτῳ] καὶ τῆς ἐν τῇ πατρίδι ἀκλινοῦς αὐτεξουσίᾳ βιοτῆς. Ἄλλα τε λέγων] καθ' ὑπερβατόν. συντακτέον δὲ τῷ, παρεπλήσια, ἵνα ᾖ τὸ ἑξῆς· ἄλλα τε λέγων, οἷα οἱ ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τὸ καιρὸν ὄντες ἄνθρωποι εἴποιεν ἄν, καὶ παρεπλήσια. ἡ δὲ διάνοια· ἄλλα τε λέγων, ὅσα ἐν τῇ τοιαύτῃ περιστάσει καθεζῶτες ἄνθρωποι λέξαιεν ἄν, καὶ παραπλήσια, ὑπέρ τε τῶν ἄλλων πάντων, καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ θεῶν· ἃ φυλαττόμενοί τι αὐτῶν εἰπεῖν, μὴ δόξωσι τοῖς ἀκροαταῖς ἀρχαιολογεῖν, ἀλλὰ ὠφέλιμα πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν νομίζοντες. Καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον, ἢ ἀναγκαῖα] καὶ ὁ Νικίας ἀναγκαῖα μᾶλλον, ἤπερ ἱκανά. Πρὸς τὸ ζεῦγμα τῶν λιμένος] ὃ δηλαδὴ ἔζευξαν οἱ Συρακούσιοι, ἀποφράττοντες τὸ στόμα τῶν λιμένος. Καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν] τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἔζευκτο, ἀλλ' ἀνεῴγει, τῷ στόματος. τουτέστι, παρελέλειπτο, ὥστε μὴ ἐζεῦχθαι. Βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω] μετὰ βίας ἐξελθεῖν.

Καταλειφθέντα] Παραλειφθέντα etiam *Dionyſius Halic.* et ἐς, non εἰς τὸ ἔξω. WASS. Poſt διέκπλουν quidam ſcripti et editi libri atque etiam *Dionyſ. Halic.* non habent diſtinctionem. Recte dici poteſt βιάζεσθαι τὸν διέκπλουν, vt IV, 9, 11. βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν; ibid. 36. τὴν ἔφοδον; ſupra hoc Lib. Cap. 22. τὸν ἔσπλουν; et infra Cap. 70. τὸν ἔκπλουν. Sed propter copulam καὶ nihil mutandum arbitror. Et illa, βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω poſſunt per ſe ſubſiſtere. Nec opus fuiſſet addi ἐς τὸ ἔξω, ſi βιάσασθαι cum διέκπλουν coniungendum eſſet: nam in hoc illud continetur, et qui τὸν διέκπλουν βιάζεται, idem etiam ἐς τὸ ἔξω βιάζεται. Et alioqui βιάζεσθαι cum praepoſitione ἐς obuium eſt. *Lucianus* in Iudicio Vocal. in princ. ἐκ τῆς καθ' αὑτὰ τάξεως ἐς ἀλλοτρίαν βιάζεσθαι. Adde, quae Clar. *Raphelius* adnotauit ad Luc. XVI, 16. DVK.

[βιάσ.) Schol. abeſt Aug.]

βιάσασθαι) cf. Luc. 16, 16. *Abr.* nempe, quia Schol. expl. μετὰ βίας ἐξελθεῖν· quod Lucae verbis congruerit ſane, πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, non Noſtri, vbi abſit εἰς· Vertendum, *foriren, vi aperire.*

ἐς τὸ ἔξω) Quid, ſi haec retuleris ad ἔπλεον, commate poſito poſt καὶ, ante τὸν καταλ. tali ſenſu: ἔπλ. πρὸς τὸ ζεῦγμα τ. λιμ. καὶ ἐς τὰ ἔξω, βουλόμ. βιάσ. τ. καταλ. διέκπλουν; Nihil ſimplicius. Alioqui τὸν διέκπλουν, cum καὶ, pendeat a πρὸς, et in βιάσασθαι intell. αὐτόν; quin et ἐς τὰ ἔξω tunc paene redundet ad διέκπλουν. Quare illud praetulerim. Reddidiſſe hic liceat omiſſa ſupra ad vv. οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν, rel. 1.) variaſſe Noſtrum in εἴποιεν ἄν et ἐπιβοῶνται· hoc pro Optat. 2.) ἐπιβοᾶσθαι, plane, vt Lat. *increpare*, (Virg. Aen. 1, 738.) et Noſtro alibi ἐπιτιμᾶσθαι, eſſe tantum, *cohortari*, παρακελεύσασθαι, nulla *clamandi* notione. Ita περιβόητος, *celebratus*, καταβοή, *criminatio*. Simplex quoque βοᾶν, Theodoreto nominatim, pro λέγειν valere, pluribus exemplis oſtendi in Gloſſar. Theodor. v. βοάω. Adde κράζειν, (quod eſt ab Ebr. קָרָא,) Rom. 9, 27. init. Ἡσαΐας κράζει· vbi nihil eſt, quod *clamandi* notionem ferat, nec minus, credideram, Ioh. 7, 37. Ἰησοῦς — ἔκραζε λέγων, *clara voce dixit*. Apud Noſtrum certe illo loco, *clamandi* notionem in ruiſſe, frigidum fuerit ac puerile. Horat. Epiſt. 1, 16. 36. *ſi clamet, furem*, (ſcil. me eſſe,) i. e. *dixerit*. Noſtri quoque, verſchreyen, in das Geſchrey bringen, kommen, *clamorem* haud cogitantes.

C. 70. Προεξαγαγόμενοι] *Dionyſ. Halic.* προεξαναγόμενοι· quod non temere repudiandum, putem; nam ἀνάγεσθαι, et quae ex eo componuntur, propria ſunt in hac re verba. Ὑπεξανάγεσθαι habet *Thucydides* III, 74. DVK.

πρότερον) *ante pugnam* commiſſam, vel committendam; καὶ ante πρότερον hic eſt pro ἤδη. Ad προεξαγαγόμενοι retuliſſe videtur Port. illud καὶ πρότερον· non ſine Pleonasmo; quem nihil moratus tamen, vt frequentatum Noſtro vtique, miror tam explentem: *priusquam claſſis hoſtium illuc conueniret*; quod, ſeruantibus Syracuſanis, et obtinentibus praeſidio cuncta, fieri ſine certamine (ἀμαχητὶ) qui potuit? At de pugna antea nil Thuc. memorat. Immo προεξαγαγόμ. et πρότερον intell. priusquam Nicias a terra moueret, exitum rupturus. Piusquamperfecti tamen loco eſt Aoriſt. προεξαγ. et Imperf. ἐφύλασσον.

ἐφύλασσ.) i. e. φυλακὴν ἐποιοῦντο, in praeſidio ſteterant. Neque enim additur Accuſ. quid ἐφύλασσον.

χόθεν [r] ἅμα προσπίπτοιεν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς ἅμα [s] παραβοηθῇ, ἥπερ καὶ αἱ νῆες κατίσχοιεν. ἦρχον δὲ τῶ ναυτικῶ τοῖς Συρακοσίοις Σικανὸς μὲν καὶ Ἀγάθαρχος, κέρας [*] ἑκάτερος τῶ παντὸς ἔχων, Πυθὴν δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι τὸ μέσον. [t] ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ, καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς [v] κλήσεις. μετὰ δὲ τοῦτο, πανταχόθεν [x] σφίσι τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων ἐπιφερομένων, [y] ἡ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ [z] καὶ κατὰ τὸν λιμένα, ἐγίγνετο, καὶ ἦν καρτερά, καὶ οἵα ἐχ ἑτέρα τῶν [a] πρότερον. πολλὴ μὲν γὰρ ἑκατέροις προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν ἐς τὸ ἐπιπλεῖν, ὁπότε κελευσθείη, [b] ἐγίγνετο, πολλὴ δὲ [c] ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν [d] καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους. οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὅτε προσπέσοι ναῦς νηΐ, μὴ λείπεσθαι [e] τὰ ἀπὸ τῶ καταστρώματος τῆς ἄλλης τέχνης· πᾶς τέ τις, ἐν ᾧ προσετέτακτο, αὐτὸς ἕκαστος ἠπείγετο [f] πρῶτος φαίνεσθαι. ξυμπεσουσῶν [g] δὲ ἐν ὀλίγῳ πολλῶν νεῶν, (πλεῖσαι γὰρ δὴ αὗται ἐν ἐλαχίστῳ ἐναυμάχησαν· βραχὺ γὰρ [h] ἀπέλιπον ξυναμφότεραι διακόσιαι γενέσθαι·) αἱ μὲν [i] ἐμβολαὶ, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀναχάσεις καὶ διέκπλους, ὀλίγαι [k] ἐγίγνοντο· αἱ δὲ προσβολαὶ, ὡς τύχοι ναῦς νηὶ [l] προσπεσοῦσα, ἢ διὰ τὸ [m] φεύγειν, ἢ ἄλλῃ ἐπιπλέουσα, πυκνότεραι ἦσαν. καὶ, ὅσον μὲν χρόνον προσφέροιτο ναῦς, οἱ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων [n] τοῖς ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι καὶ λίθοις ἀφθόνως ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο· ἐπειδὴ δὲ προσμίξειαν, οἱ ἐπιβάται, εἰς χεῖρας ἰόντες, ἐπειρῶντο [o] ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν. [p] ξυνετύγχανέ τε πολλαχῆ, διὰ τὴν στενοχωρίαν, τὰ μὲν ἄλλοις [q] ἐμβεβλημένα, τὰ δὲ, αὐτοὺς ἐμβεβλῆσθαι, [r] δύο τε περὶ μίαν, καὶ ἔστιν

r Ἅμα deest *Gr.* s Παρεβοήθει *Dionyſ. Halic.* Παραβοηθοῖ *Ar. C. Dan.* Παραβοηθεῖ *Gr.* * ἑκατέρους Mſqu. t Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι *Marg. Ar. C.* et *Dionyſ. Halic.* locum citans. Ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθ. *Cl.* Ἐπ. δὲ ἄλλοι οἱ Ἀθ. *Reg.* Ἐπ. δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθ. *Caſſ.* Aug. ἐπ. δὲ καὶ οἱ Ἀθ. Mſqu. hic et προσέμιξον. v Κλείσεις *Ar. C.* et *Dionyſ. Halic.* Vide *Scheffervm* de Militia Nau. l. 3. c. 4. p. 212. Hvds. x Τῶν Συρακουσίων σφίσι *Reg.* Mſq. Mox καὶ τῶν ξυμμάχων *Dionyſ. Hal.* y Οὐ μόνον πρὸς τῷ ζεύγματι ἡ ναυμαχία *Dionyſ. Halic.* Hvds. z Καὶ omittunt *Ar. C. Dan.* a Προτέρων *Marg. Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ.* Aug. Mſqu. mox eid. et μὲν d. b Ἐγένετο *Ar. C.* ἐγίνετο Baſ. et κελευσθείη. c Ἡ deeſt *Dan.* Πολλὴ δ' ἡ *Dionyſ.* πολλὴ δὲ καὶ Mſqu. d Καὶ ὁ ἀγωνισμὸς *Dan.* e Scil. τὺς ἐπιβάτας τὺς ἀπὸ τῶ καταστρώματος μαχομένους. *Ae. Port.* f Πρῶτον *C.* g Δ' ἐν ὀλίγῳ *Gr.* h Ἀπέλειπον *Dan.* i Ἐκβολαὶ *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* et *Dionyſ. Halic. Marg. Reg Caſſ.* Aug. k Ἐγένοντο *Cl.* l Ξυμπεσοῦσα *Ar. C.* Συμπεσοῦσα *Dan.* m Φυγεῖν *Dionyſ. Halic. Reg. Caſſ.* Aug. Mſq. n Τοῖς deeſt *Gr.* o Ταῖς ναυσὶν ἀλλήλων *Gr.* p Συνετύγχανε *Caſſ. Gr.* Aug. q Ἐμβεβλημένοι *Dan.* ἀλλήλοις pro ἄλλοις Mſq. r Δύο δὲ *Ar. C.*

ὁ πεζὸς αὐτ.) nempe ipſorum Syracuſanorum, terra marique imminentium Athenienſibus. αὐτοῖς eſt pro αὐτῶν, ad πεζός· quia παραβοηθεῖν hic non ſign. *adiuuare*, *ſuccurrere*, cuius hic nulla conditio, ſed, *ſimul aggredi* ex altera parte. Alioquin nil vetuerit, a verbo παραβ. pendere Dat. αὐτοῖς. At hic παραβοηθ. eſt idem, quod antea προσπίπτοιεν, et mox κατίσχοιεν. V. et mox, ad

ἦρχον τοῖς Συρ.) rurſus pro Genit. τῶν Συρακουσίων, ad ναυτικῶ· Certe ſign. *apud* Syracuſanos, qſ. *ex parte* (*du côté*) Syracuſana.

[τοῦ παντ.) Schol. abeſt Aug.]

τὸ μέσον) Scil. εἶχον, ἔσχον, non ἔχων, (ad Πυθήν;) aut ἔχοντες, ad Κορίνθιοι· hoc enim pendeat ab ἦρχον· quod in Corinthios non cadat; in Pythenem tamen conuenerit, ſi quidem τοῖς Συρακ. ſit, *apud* Syracuſanos, quorum mediam aciem tamen regeret Pythen, ipſorum auſpiciis.

τ. τετ. ν. πρ. αὐτ.) Per Synchyſin traiectum, pro, τ. ἐπ' αὐτῷ τετ. νεῶν.

Τὰς κλήσεις] *Dionyſius* et *Codd. Ar. C.* κλείσεις. bene, opinor. Wass. Eadem varietas ſcripturae in hac voce eſt II, 94. in ξύγκλεισις V, 71. et fere vbique in quibusdam temporibus verbi κλείω, et quae ex eo componuntur. Dvk.

κλήσεις) κλείσεις in marg. correxit *Gottl.* neſcio, quare, cum illud fere obtineat apud Noſtrum et Atticos. κλῆσις hic ſunt τὰ κλεῖθρα, *clauſtra*, *obices*; per Metonym.

[σφίσι) Schol. abeſt Aug.]

Οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι] Male *Dionyſius*, ὃ μόνον πρὸς τ. ζ. ἡ ν. Wass.

[τ. πρότ.) Schol. d. Aug.]

Τῶν πρότερον] Plerique ſcripti τῶν προτέρων. at ab edita lectione recte ſtat *Dionyſius*. Wass. *Thucydides* IV, 38. Τῶν πρότερον ἀρχόντων τὸ μὲν πρῶτον τεθνηκότος. VII, 18. Εἰρημένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις. Vide ad VI, 9. Dvk.

Ἐγίγνετο] Sic etiam *Dionyſius*, bene. Wass.

Πολλὴ δὲ — ἀλλήλους] *Thom. Magiſter* in ἀγών. Ἀντιτέχνησις ex hoc loco habet *Pollux* VII, 7. Ἀντιτεχνῶν φθόνος *Dionyſ. Halic.* III. Antiquit. 72. De voce ἀγωνισμὸς *Pollux* IX, 42. Idem.

ἀγωνισμ.) Diod. 13, 15. *Gottl.* Germ. Wetteifer.

ἐθεράπευον) *curabant*; vt 6, 61. θεραπεύοντες μὴ θορυβεῖν· et 2, 65. *Abr.* Non appoſuit alterius loci verba *Abr.* ſed ſunt haud dubie: τὸ ναυτικὸν θεραπεύοντας, ante med. C. Ibi tamen magis ſign. *colentes*, *tractantes*; nec verbo iungitur ibi, vt h. l. ſed nomini. Propius huc, τὸ δίκ. 6, 79. πρὸς τοὺς ἐπιόντας τὸ δίκαιον θεραπεύετε, *ſeruatis*, eius *rationem* habetis: 3, 56. init. οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες, qui *ſpectetis*, *ſequamini*; *quaeratis*, darauf ſehen, eius *ſtudioſis*.

Τὰ ἀπὸ τῶ καταστρώματος] Hoc *Scholiaſtes* et *Portus* de ipſis ἐπιβάταις, qui in tabulatis erant, exponunt. *Stephanus* vertit, *operam dabant*, *vt circa ea*, *quae e tabulatis gerenda erant*, *non minor induſtria et ſedulitas adhiberetur*. Nihil

circa *dispoſuerant*, vt vndique ſimul impreſſionem in Athenienſes facerent, et peditatus ſimul ipſis ſubſidio veniret, ad quamcunque partem et ipſae naues appuliſſent. Praeerant autem claſſi apud Syracuſanos, Sicanus et Agatharchus, vterque *vnum* totius cornu tenens; Pythen vero et Corinthii medium. Poſtquam autem Athenienſes ad pontem acceſſerunt, primo quidem impetu naues ad ipſum *praeſidii cauſa* collocatas impreſſione facta ſuperarunt, et *portus* clauſtra ſoluere conabantur. Poſtea vero, cum Syracuſani ſociique in ipſos vndique inueherentur, non amplius ad pontem tantum, ſed etiam in ipſo portu, proelium fiebat. Erat autem atrox, et quale nullum ſuperiorum *fuerat*. Magnam enim animorum alacritatem adhibebant vtriusque claſſis nautae ad impetum faciendum, quotiescunque iuſſi fuiſſent; multa quoque certatim gubernatores ad artem ſuam pertinentia alii contra alios excogitabant. Et *milites*, qui *nauibus* vehebantur, quoties nauis impreſſionem in nauem feciſſet, operam dabant, ne ipſi, qui ex tabulatis pugnabant, caetero artificio, *caeterisque nautis et gubernatoribus*, inferiores eſſent. Et vnusquisque in munere ſibi aſſignato, primus apparere conabatur. Quod autem in exiguo *loci ſpatio* multae naues confligerent, (nam hae naues, quarum maximus erat numerus, in anguſtiſſimo *ſpatio* tunc pugnarunt; parum enim aberat, quin vniuerſae naues vtriusque claſſis ducentas efficerent;) incurſiones quidem paucae fiebant, quia vel retrocedendi vel perrumpendi nulla facultas dabatur: concurſus vero frequentiores erant, prout quaeque nauis in nauem incidiſſet, vel dum fugeret, vel dum impreſſionem in aliam faceret. Et quamdiu quidem nauis *aliam* inuadebat, *tamdiu* qui ex tabulatis pugnabant, abunde iaculis et ſagittis et lapidibus aduerſus eam vtebantur. Cum autem *naues* iam confligerent, *earum* propugnatores, qui manus conſerebant, vtrinque in alienas naues ingredi conabantur. Multis autem in partibus contigit, vt propter loci anguſtias, partim quidem *iſti* impreſſionem in illos facerent, partim vero *illi* in iſtos incurrerent, et duae, quinetiam alicubi plures naues vni neceſſario

Bol. Pelop. an 19. Olymp. 91, 4. A. C. Varr. 341.

Τῶ πάντες ἔχων] στρατεύματος δηλονότι. Σφίσι] τοῖς Ἀθηναίοις. Τῶν πρότερον] ναυμαχιῶν δηλονότι. Οἵ τε ἐπιβάται ἐθεράπευον] οἱ ἐπιβάται (φησὶν) ἐπεμελοῦντο (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐθεράπευον) καὶ ἠγωνίζοντο, ὅπως μὴ λείποιντο τῇ προθυμίᾳ οἱ ἐπὶ τῷ καταστρώματος ὄντες τῆς τε τῶν ναυτῶν καὶ κυβερνητῶν τέχνης. Ἐν ὀλίγῳ πολλῶν νεῶν] διαχύματι δηλονότι Αἱ δὲ προσβολαὶ] συνεχῶς (φησὶν) ἐγίγνοντο αἱ συμπλοκαὶ τῶν νεῶν. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν φεύγουσαι ἐπεφέροντο ἑτέραις, καὶ ὡ συνεπλέκοντο, αἱ δὲ, ἑκοντὶ ἐπιπλέουσαι προσέβαλλον. Προσφέροιτο ναῦς] ἀντὶ τοῦ προσήλαυνεν. Ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο] ἦγεν, κατ' αὐτῆς.

obſtat, quo minus ſic quoque accipi poſſit. Duk. I. e. τὰ ἐν αὐτῷ (τεταγμένα, immo, τοὺς τεταγμένους,) μὴ λείπ. τ. τέχν. ἐξ αὐτοῦ, ſcil. γενόμενα. (vel, ad homines, μαχομένους.)

(πρῶτος) ad h. v. in c. Aug. adſcr. ἀντὶ τοῦ ἔξοχος.] Non not. vtrum in marg. an inter verſus.

Πρῶτος] Sic recte *Dionyſ. Hal.* cum omnibus fere *Mſſ.* Waſſ.

[ἐν ὀλίγῳ) Schol. abeſt Aug.]

Αἱ μὲν ἐμβολαί] Ἐκβολαὶ quidem habent plerique libri et ſcripti, cum vetuſtis *Edd.* et *Dionyſio*. Sed, ἐμβολαὶ praeferendum eſſe, oſtendunt ea, quae in ſimili re dicit *Thucydides* II, 76. et VII, 36. Duk. Haec ſi vera Lectio, quod videatur ſane, quia et διεκβολαὶ ſcriberet Thuc. non ἐκβολαί, et deinde memorantur διέκπλοι, qui ſint idem cum ἐκβολαῖς. neque enim ἐμβολαὶ ſunt hic *noſtra*, vt 2, 76. (extr.) quod ineptum ſatis hic affert Duker. ſed *incurſus*. Quaeritur, qui differant ἐμβολαὶ a προσβολαῖς, quarum illas factas, negat Thuc. has, dicat. Nempe ἐμβολαὶ ſint incurſiones aduerſarum frontium roſtro mutuo minantium: προσβολαὶ autem ſunt oppugnationes ſcandere nauem hoſtilem tendentium; dat Eutern: id quod paraſſe Athenienſes, et prohibitum iſſe Syracuſanos, ſupra dixiſſet, c. 65. (init) 66.

[αἱ δὲ προσβ.) Schol. Aug. inc. συνεχῶς ἐγίνοντο.]

[προσφέρ. / ἐπ' αὐτὴν] Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

ξυνετύγχ. τε) τε eſt pro δὲ, vel καί. Imperf. quo ſenſu hic ponitur verbum ξυντυγχάνειν, minus vſitatum eſt Aoriſto, ξυνέτυχεν, *accidit*. Nec dubium mihi, quin obuerſata Thucydidi quodammodo fuerit notio verbi alterae, *caſu iungi*, zuſammentreffen, ξυμπεσεῖν, quo ſaepius vtitur. h. l. tanquam intelligamus: ξυνετύγχ. τὰ πλοῖα, *concurrerunt naues*, (ὥστε) vt τὰ μὲν, aliae inuaderent naues hoſtiles, τὰ δὲ, aliae contra, ipſae inuaderentur. Sed nimirum αὐτοὺς obſtiterit ita interpretanti. Qua re ſit pro Aor. ξυνέτυχεν *accidit*, vſu venit.

τὰ μὲν — τὰ δὲ) intell. κατὰ, *hic*, *illic*, *alibi*, *alibi*; propter αὐτούς, quod Subiecti loco accipi τὰ μὲν, τὰ δὲ, non patiatur.

Ἐμβεβληκέναι] *Dan.* ἐμβεβηκέναι. Et *Valla* et *Acacius*, *vt transilirent*. Bene *Portus*. Supra II, 91. Ἡ Ἀττικὴ ναῦς τῇ διωκούσῃ Λευκαδίᾳ ἐμβάλλει μέσῃ. Et paſſiva forma VII, 34. Ἀντίπρωροι ἐμβαλλόμεναι, καὶ ἀναῤῥαγεῖσαι τὰς παρεξειρεσίας ὑπὸ τῶν Κορινθίων νεῶν, *aduerſis proris iſtae*. Duk.

αὐτ. ἐμβεβλ.) per Hypallagen, pro, αὐτοῖς ἐμβάλλειν τὰς ναῦς. Vſitata Hypall. in verbis ἀφαιρεῖσθαι, ἐπιτάττεσθαι, πιστεύεσθαι, (τί) et Horat. Epiſt. 1, 5, 21. *Haec ego — pro-*

[s] ἢ καὶ πλείους ναῦς, [t] κατ' ἀνάγκην ξυνηρτῆσθαι· καὶ τοῖς κυβερνήταις τῶν μὲν φυλακὴν, [v] τῶν δ' ἐπιβολήν, [x] μὴ καθ' ἓν ἕκαστον, κατὰ πολλὰ δὲ πανταχόθεν, περιεσάναι, καὶ τὸν κτύπον [y] μέγαν ἀπὸ πολλῶν [z] [τῶν] νεῶν ξυμπιπτουσῶν, ἔκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποσέρησιν τῆς ἀκοῆς, ὧν οἱ κελευσταὶ [a] ἐφθέγγοντο, παρέχειν. πολλὴ γὰρ δὴ [b] παρακέλευσις καὶ βοὴ ἀφ' ἑκατέρων [c] τοῖς κελευσταῖς, κατὰ τὴν τέχνην, καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν, ἐγίγνετο· τοῖς μὲν Ἀθηναίοις, βιάζεσθαί τε τὸν ἔκπλουν ἐπιβοῶντες, καὶ περὶ τῆς ἐς [d] τὴν πατρίδα σωτηρίας νῦν, [e] εἴποτε καὶ αὖθις, προθύμως [f] ἀντιλαβέσθαι· τοῖς δὲ Συρακουσίοις καὶ ξυμμάχοις, καλὸν εἶναι, [*] κωλῦσαί τε αὐτοὺς διαφυγεῖν, καὶ τὴν οἰκείαν [g] ἑκάστους πατρίδα, νικήσαντας, ἐπαυξῆσαι. καὶ οἱ στρατηγοὶ προσέτι ἑκατέρων, εἴ τινά που ἑρῶεν μὴ κατ' ἀνάγκην πρύμναν κρούομενον, ἀνακαλοῦντες ὀνομαστὶ τὸν τριήραρχον, ἠρώτων, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, εἰ, τὴν πολεμιωτάτην γῆν οἰκειοτέραν ἤδη τῆς [h] ὀλίγῳ κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι, ἀποχωρῆσιν· οἱ δὲ Συρακόσιοι, εἰ, ὃς σαφῶς ἴσασι προθυμουμένους Ἀθηναίους παντὶ τρόπῳ διαφυγεῖν τούτους αὐτοὶ φεύγοντας φεύξουσιν.

οά. [i] Ὅ, τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσορρόπῳ τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, πολὺν τὸν ἀγῶνα

s Οὗ *G.* οἳ Mſq. t Κατὰ ἀνάγκην *C.* v Τῶν δὲ ἐπιβολὴν *Ar. C.* x Καὶ καθ' ἓν ἕκαστον *Ar. C. Dan.* Καὶ καθὲν ἕκ. *Caſſ.* Aug. καὶ et Mſqu. y Μέγαν λίαν ἀπὸ τ *Gr.* Μέγαν non erat in *Dionyſio:* addidit *Sylburgius.* z Τῶν omittunt *Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ. Reg. Caſſ.* Aug. Suppleuit etiam *Sylburgius* in *Dionyſio*, a quo aberat. Mox ξυμπισουσῶν Mſqu. a Ἐφθέγγοντο *Dionyſ. Halic.* Wass. b Παρακέλευσις καὶ ἀκοὴ *Marg. Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Dan.* δὴ ante παρακέλ. abeſt Mſqu. c Id eſt, τῶν κελευστῶν, vel ὑπὸ τῶν κελευστῶν. et mox τοῖς Ἀθηναίοις pro τῶν Ἀθηναίων, vel ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. *Ae. Port.* ἀκοὴ Baſ. et mox φιλονικίαν· αὐτίκα deinde d. Mſqu. d Τὴν deeſt *Dan.* e Εἴπερ ποτε *Dan.* f Ἀντιλαμβάνεσθαι *Dionyſ. Halic. Reg.* * κωλύσαι τε Mſqu. g Ἑκάστε *Marg. Dionyſ. Hal. Reg. Caſſ.* Aug. b Οὐ deeſt *Ar.* i Ὅ τ' ἐκ τῆς γῆς *Dion. Halic.* γῆς d. Mſqu. mox ἀμφότερον Mſqu.

cuvare imperor, pro, mihi imperatur haec proc. Virg. Ge. 2, 69. *inſeritur arbutus ex fetu nucis*, i. e. arbuto infer. fetus nuc.

[ξυνηρτ.) pro Schol. Vulg. ad h. v. in Aug. leg. ἤρτηται· κρέμαται· ἢ δέδεται.] Heſych. ἤρτηται, κρέμαται.

[ξυμπ.) Schol. abeſt Aug.]

[πολλὴ γὰρ) In Schol. Aug. pro ὑπὲρ (init.) eſt ὑπό. (melius haud dubie; ὑπὲρ ſenſu hic caret;) in extr. ita ſcr. ἦν γὰρ κατὰ φύσιν· (τὸ abeſt;) πολλὰ γὰρ ἤδη (hoc pro δὴ, non bene,) οἱ κελ. ἀλλήλους (hoc abeſt Vulg.) παρεκελεύοντο.] Non bene additur in Cod. ἀλλήλους· neque enim *ſemet mutuo* increpabant κελευσταὶ, i. e. duces, (alibi ſunt, qui Ouidio deſcribuntur, in vno notati, Met. 3, 618. 619.

Qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator;)

non hi ergo ſemet inter ſe, ſed milites, hortabantur.

Κατὰ τὴν τέχνην] *Dionyſius Halic.* κατά τε τὴν τέχνην. at τε ſtatim ſequitur. Wass. Paullo ante *Camerarius* e ſuo *Mſ.* merito probat καὶ βοὴ, prae eo, quod in aliis ſcript's et editis eſt, καὶ ἀκοή. Dvk. Male Port. *ex arte*; quid enim ſit *cohortatio ex arte*, aut qualis ſit? Verte, *qua* artem, *ob* artem, qua recte vti et enixe iuberent nautas; id quod et Nicias iam feciſſet antea et omnino, c. 64. Haec prima quaſi pars cohortationis; altera πρὸς (i. e. κατὰ, aut κατὰ ante pro πρὸς,) τὴν φιλονεικίαν, *qua* certamen pugnandi; illa nautis adhibetur, haec propugnatoribus. Ceterum paene certum mihi, τε excidiſſe poſt κατὰ ante τὴν τέχνην· κατά τε τ. τέχν. καὶ πρὸς, rel. Nil promtius; et facile abſorberi poterat ſimilitudine ſyllabarum τὰ, τὴν τέχν. Ceterum male Schol. τέχνην expl. ἰδίαν, *ipſorum*, κελευστικήν· quod ſecutus haud dubie Port. vertit ex arte; ſed int. ναυτικήν.

τοῖς μ Ἀθην.) poteſt pendere ab ἐγίγνετο, vt Dat. ſit *apud* Athenienſes, vel ab ἐπιβοῶντες, ſuo ſenſu.

[βιάζ. τε τ. ἔκπλ.) Schol. abeſt Aug.]

Ἐπιβοῶντες] Pro ἐπιβοῶσι. Multa ſunt huiusmodi in *Thucydide*. III, 36. Ἔδοξεν αὐτοῖς ὑ τὰς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι — ἐπικαλοῦντες. VI, 24. Ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι — τοῖς δ' ἐν ἡλικίᾳ τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας — καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι. Add. quae dicta ſunt ad VII, 42. Dvk. Aut pro Verbo finito, ἐπεβοῶντο· v. Philol. Thuc. P. p. 97. (extr. α) 98. Nec tamen Noſtri aetate inualuerat ille vſus. Paullinis quidem ibi adde Gal. 6, 1. σκοπῶν σεαυτὸν, pro (καὶ) σκόπει, nempe ad καταρτίζετε relatum; aut pro Genitiuis ſimpliciter poſitis, intell. αὐτῶν, nempe τῶν κελευστῶν· aut plane per Antiptoſin pro Datiuo ἐπιβοῶσιν· vt γράψαντες Act. 15, 23. ad ἔδοξε relatum. Nempe, vt rectiſſime Schol. reuocat ad veram ſtructuram verba: πολλὴ — παρακέλ. ἐγίγν. τ. κελ. i. e. οἱ κελευσταὶ παρεκελεύοντο· hoc videlicet in mente Noſtro, qua ſenſum; huic ergo dedit Nominat. in mente habens, παρεκελεύοντο.

περὶ τ. — — ἀντιλαβ.) Plura hic notanda: 1) περὶ τῆς σωτηρίας iunctum verbo ἀντιλαβέσθαι, quod Genitiuum alias adſciſcat; ſed aut in hoc ipſo Genit. intell. περὶ· etſi ab ἀντὶ pendet Genit. aut expl. τὴν ἀντίληψιν ποιεῖσθαι περὶ τῆς σωτ. vt ἐφύλαττον ſupra cum περὶ, pro φυλακὴν ἐποιοῦντο. Xen. M. S. 4, 6, 2. init. περὶ εὐσεβείας ὧδέ πως ἐσκόπει, i. e. τὴν ἐπίσκεψιν ἐποιεῖτο. 2) εἰς τὴν πατρίδα σωτηρίας, i. e. περὶ τοῦ σώζεσθαι (αὐτοὺς) εἰς τὴν πατρ. Ita enim ſimpliciſſime ſolueris, verbi ſtructura ſubrogata, cui congruit εἰς. Aut breuius dictum pro, περὶ τῆς σωτηρ. (αὐτῶν) καὶ νόστου, vel ἐπανόδου, εἰς τ. πατρ. Neque enim eſt, vt hic ἐς τ. πατρ. ſit pro Genit. τῆς πατρίδος· non, quo εἰς non ita adhibeatur; qſ. quae *pertineret ad* patriam; v. Philol. Thuc. P. p. 136. lit. γ.) nam et Datiuus pro Genit. ſaepiſſime ponitur; ſed, quod non *ſalus* vtique patriae vertebatur Athenienſibus in hoc cardine et diſcrimine expeditionis et pugnae Sicilienſis. 3) εἴποτε καὶ αὖθις· primo redundat καὶ, vt ſolet in oppoſitis; deinde non de *futuro* hic dicitur αὖθις, vt ſolet, quod

adhaereſcerent. Contigit etiam, vt gubernatores, has quidem vitandi, illas vero per inſidias inuadendi, non ſigillatim, ſed variis in partibus vndique cura circumſiſteret: vtque ſtrepitus ingens, qui a multis nauibus concurrentibus edebatur, ſimul et pauorem afferret, et auditum adimeret eorum, quae ab hortatoribus praecipiebantur. * Multa enim hortatorum adhortatio vtrinque audiebatur, ex arte, et propter praeſens vincendi ſtudium: Athenienſium quidem, vt *ſui* per vim eruptionem facerent, exclamantium, vtque nunc, ſi vnquam alias, alacriter *ſuam* ſalutem conſeruantes in patriam redire conarentur: Syracuſanorum vero et ſociorum *exclamantium*, praeclarum eſſe illorum fugam impedire, partaque victoria ſuam quemque patriam *gloria* augere. Praeterea vtriusque claſſis duces, ſicubi aliquem animaduertiſſent cum ſua naui ceſſim ire, accitum nominatim *eius* trierarchum percontabantur; Athenienſes quidem, num *iſti* retrocederent, quod infenſiſſimorum hoſtium agrum, *ipſo* mari, cuius imperium non exiguo obtinuiſſent, iam amiciorem putarent; Syracuſani vero, num quos Athenienſes plane ſcirent vehementer cupere quauis ratione effugere, hos fugientes ipſi fugerent. Bell. Pelop. an. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

71. Dum autem nauale proelium *ab illis* ancipiti Marte committeretur, vtrorumque peditatus, qui in terra erat, † magnum animi certamen ſuſtinebat, et rei euentum admodum attente exſpectabat.

* Multae enim exhortationes vtrinque, multae vociferationes magiſtrorum erant, quas vel ars vel praeſens concertatio poſtulabat. *Acac.* † Ingens certamen ac animorum contentio tenebat. *Valla.*

συνηρτῆσθαι] συμπεπλέχθαι. Καὶ τοῖς κυβερνήταις] τὰς κυβερνήτας, εἴτε φυλάττεσθαι δέοι, εἴτε ἐπιβουλεύειν, μὴ καθ' ἓν μέρος, οἷον δεξιὸν ἢ ἀριστερὸν, τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ πανταχῇ. Συμπιπτησῶν] ἀλλήλαις δηλονότι. Καὶ ἀποσέρησιν τῆς ἀκοῆς] καὶ μὴ δύνασθαι τῶν κελευσμάτων ἀκούειν. Πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις] τοῖς μὲν κελευσταῖς, ὑπὲρ τῶν κελευστῶν. τὸ δὲ ἐπιβοῶντες, συνταττόμενον τῷ, πολλὴ γὰρ δὴ ἡ παρακέλευσις ἀφ' ἑκατέρων τοῖς κελευσταῖς, ἐσχημάτισαι. ἦν γὰρ κατὰ φύσιν τὸ, πολλὰ γὰρ δὴ οἱ κελευσταὶ παρεκελεύοντο. Κατὰ τὴν τέχνην] τέχνην λέγει τὴν ἰδίαν, τὴν κελευσικήν. Βιάζεσθαί τε τὸν ἔκπλουν] μετὰ βίας καὶ ἰσχύος ποιεῖσθαι. Καὶ οἱ στρατηγοὶ προσέτι ἑκατέρων] τῶν Συρακουσίων καὶ Ἀθηναίων. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι] οἱ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ ἐπυνθάνοντο τῶν πρύμναν κρουσαμένων τριηράρχων, καὶ οἷον ἐκ γῆς ἀποβαίνειν διανοουμένων εἰς τὴν γῆν τῶν Συρακουσίων, ἤτις ἐπὶ πολεμίᾳ, εἰ νομίζουσιν οἰκειοτέραν εἶναι τῆς μετὰ πόνου κεκτημένης θαλάττης. τουτέστιν, ἧς ἐγένοντο ἄρχοντες, μετὰ πολλῶν πόνων θαλαττοκρατήσαντες. Ἰσορρόπου] ἰσοπαλοῦς. Πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύσασιν τῆς

hic teneri non poſſit; ſed ſign. *retro*, antea, vt, de loco, in αὖθις ὑπεστρέφειν.

[κ. οἱ στρατ.) Schol. abeſt Aug.]

[οἱ μ. Ἀθην.) In Schol. Aug. pro κρουσαμένων eſt κρουομένων· (melius nam et ſequ. διανοουμένων·) *pro* τῶν, ante Συρακουσ. eſt τήν· (minus bene;) pro ἐστὶ leg. ἐστὶν· (quia ſequ. ἡ·) ante πολεμία praem. ἡ, (nil ſane opus;) et ante πόνου praec. πολλοῦ.]

Τὴν πολεμιωτάτην γῆν] Γῆν abeſt exemplaribus *Dionyſii Halicarn.* ſed immerito. Praeterea *Dudithii* liber in *Dionyſ.* et *Scholiaſtes* hic ᾗ δι' ὀλίγου πόνου. Sed nihil mutandum. Wass.

τ. οὐ δι' ὀλ. κεκτ. θαλ.) In Porti interpretat. *cuius imperium non exiguo obtinuiſſent*, excidiſſe videtur, *tempore*. Ceterum hic non effugeris, quin paſſiue dictum accipias κεκτημένης· familiariorem, magis ſidam, mari dudum (ab ipſis) *poſſeſſo*. Nec ſane hoc reſpuerint Media, certe in Aor. 1.

προθυμ. Ἀθην.) Traiectione locum obſcurat voc. Ἀθηναίους, implicat certe: debebat enim: εἰ Ἀθην. οὓς σαφ. ἴσ. προθ. — διαφ rel. Aut certe, propter τούτους· εἰ, οὓς σαφ. ἴσ. προθυμ. διαφυγεῖν, (int. δηλονότι, τοὺς) Ἀθηναίους, τούτους — φεύγουσι.

C. 71. ὅ, τε ἐκ τ. γ. πεζ.) Primo τε eſt pro δὲ vel καί· deinde ἐκ τῆς γῆς ſimpliciter hic eſt pro ἐν τῇ γῇ· quia nihil ſequ. cui aptum ſit ἐκ ſuo ſenſu; aut intell. ἐπιλθών. V. et mox ad αὐτόθεν.

[ἰσορρ.) Schol. abeſt Aug.]

Ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας] Haec, et quae paullo poſt p. 286. c. fin. dicit *Thucydides*, *Plutarchus* in libro de Gloria Athenienſ. pag. 618. *Ed. Steph.* quibusdam mutatis, ita deſcripſit: Καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συμπνέων τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐνεργείας. In *Ed. Francof.* Latinae verſionis *Xylandri* his in margine adpoſiti ſunt aſteriſci, deprauatae ſcripturae nota. Et, *Xylandrum* ea non intellexiſſe, ex illius interpretatione cognoſci poteſt. Nec mirum: nam quaedam eorum, in primis haec διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς, Cimmeriis tenebris obſcuriora ſunt. Sed, pro eo, quod ibi eſt, σύνταξιν τῆς γνώμης· coepi dubitare, an potius legendum ſit, σύντασιν τῆς γνώμης· cuius ſuſpicionis mihi auctor fuit *Scholiaſtes*, qui etiam in ipſo *Thucydide* ξύντασιν, non ξύσασιν, videtur legiſſe. Et hoc fortaſſis non deterius eſt eo, quod editur. Nam, σύνταξιν τῆς γνώμης recte dici poſſe pro *intento ſtudio* et *contentione animi*, ſatis oſtendunt ſignificationes vocabulorum cognatorum, συντείνω, σύντονος, συντονία, et συντεταμένως. In *Plutarcho* quidem σύνταξις non minus facile degenerare potuit in σύνταξις, quam in *Ariſtophane* Plut. v. 325. συντεταμένως in συντεταγμένως· quod recte apud *Suidam* h. v. emendat *Kuſterus*, ſed per feſtinationem oblitus nominare auctorem emendationis, Celeberr. *Bentleium* ad Callimachi fragm. 233. nam deinde in Notis ad *Ariſtophanem* ei, quod

καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε, Φιλονεικῶν μὲν [k] ὁ αὐτόθεν περὶ τῶ πλείονος ἤδη καλῶ, δεδιότες δὲ οἱ ἐπελθόντες, μὴ τῶν παρόντων ἔτι χείρω πράξωσι. πάντων γὰρ δὴ ἀνακειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅ, τε φόβος ἦν ὑπὲρ τῶ μέλλοντος ἐδεινὶ ἐοικὼς, καὶ [l] διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας [m] ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν. δι' ὀλίγω γὰρ ἄσης τῆς θέας, [n] καὶ ἃ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπόντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν [o] πη τὰς σφετέρας ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν [p] τε ἄν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν, μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας, ἐτρέποντο· [q] οἱ δ', ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες, ὀλοφυρμῶ [r] τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργω ἐδωλοῦντο. ἄλλοι δὲ καὶ, πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἀμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, [s] ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον· ἀεὶ γὰρ [t] παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον, ἢ ἀπώλλυντο. [v] ἦν τε ἐν τῷ [x] αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχων, πάντα ὁμῶ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι, [y] ἄλλα, ὅσα ἐν

k Ὁ αὐτόθεν pro οἱ αὐτόθεν, *ei ἐκείνης τῆς χώρας εἰκήτορες, οἱ Συρακούσιοι.* Vel, *ὁ αὐτόθεν, ὁ Συρακούσιος στρατὸς, ὁ πεζὸς, καὶ ἐν τῇ γῇ ὤν. Ae. Port.* *l* Id est, *διὰ τοῦτο. Idem.* *m* Ἦν ante *ἐκ* recenti manu inter versus *Gr.* *n* Καὶ ἀπόντων *Marg. Dionys. Halic.* πάντα Mlqu. *o* Ποι *Reg.* Πῃ *Cass.* Aug. *Dionys. Halic.* *p* Τ' ἂν *Gr.* *q* Οἱ δὲ ἐπὶ *Dionys. Halic.* *r* Τε deest *Gr.* *s* Id est: *διῆγον ἐν τοῖς διάγουσι χαλεπώτατα*, scil. *ἦσαν τῶν χαλεπώτατα διαγόντων.* Vel, *διῆγον ὁμοίως τοῖς χαλεπώτατα διάγουσι*, aut *ὥσπερ οἱ χαλεπώτατα διάγοντες.* Vel *διῆγον ἐν τοῖς κακοῖς, ἃ ἐστι χαλεπώτατα.* Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 182. Hvds. Χαλεπωτάτοις inter versus *Gr.* *t* αἰεὶ pro ἀεὶ Aug. Hic verborum sensus: *οἱ παρ' ὀλίγον διαφεύγοντες, ὅτι ὡ παντελῶς διέφευγον, ἀπώλλυντο, ὑπὸ τῶν πολεμίων καταληφθέντες· οἱ δὲ παρ' ὀλίγον ἀπολλύμενοι, ὅτι ὡ παντελῶς ἀπώλλυντο, διέφευγον, ὑπὸ τῶν ἐναντίων ὡ καταληφθέντες. Ae. Port.* *v* Ἦν τε γὰρ ἐν *Dan.* *x* Αὐτῷ omittunt *Ar. C. Dionys. Halic. Reg. Cass. Dan.* Aug. Mlqu. *y* Ἄλλ' ἔσα *Gr.*

debebat, reddidit. Porro, pro ξυναπονεύοντες, quod omnes libri *Thucydidis* habent, suspicari quis possit, Plutarchum legisse ξυμπνέοντες· quae varietas scripturae et ipsa meretur considerari. Sed, sententiam verborum *Thucydidis* hanc esse, puto: eos, qui e terra proelium spectabant, gestu ipso et motu corporum effinxisse ea, quae accidere, videbant, pugnantibus, qui modo victores erant, modo fugiebant, modo peribant. Dvk.

ξύστασ. τ. γν.) sign. a) constantiam, b) contentionem obnixam. Hesych. συστατῶν, συγκροτῶν, συνιστῶν, καὶ τὰ ὅμοια· συστήσασθαι, πῆξασθαι. Semper *firmitatis*, obfirmationis, notio inest; (nisi vbi *commendationem* sign.) Nec ξύστασιν tamen spreuerim, *contentionem*, Aeußerung, vt συντονος, συντεταμένος, rel.

[δ αὐτόθ.) Schol. Aug. habet, Συρακόσιος στρατός.) Melius, quam στρατηγός. Rursus αὐτόθεν hic pro αὐτόθι, aut int. ἀρχόμενος, ἐπιών.)

[περὶ τ. πλ.) Schol. Aug. abest (vti solet,) δηλονότι.]

[δεδιότ. δὲ) Schol. d. Aug.]

[πάντ. γ. δὴ) Schol. Aug. ita leg. πάσης αὐτοῖς ἐλπίδος ἐν ταῖς ναυσὶν οὔσης.] In Schol. Vulg. ἤτοι potest esse pro τουτέστιν.)

ἐς τ. ναῦς) pro ἐν ταῖς ναυσὶν· vt et Schol. expl. Tametsi nec notio vel quaestio *quo, quorsum*, hic aliena; *quo* repositam spem habebant? *Vbi* repositam habebant? Cf. Matth. 7, 25. 26. Luc. 6, 48. 49. vbi ἐπὶ, iunctum verbis οἰκοδομεῖν, θεμελιοῦσθαι, βάλλειν θεμέλιον, habet Accusat. quo non minus ibi aptus fuerit Dat. vel Ablat. Nec minus 1. Cor. 3, 12. V. Gronou. ad Tac. Ann. 1, 22, n. 2. (Edit. Ern.) De εἰς pro ἐν, vt Col. 1, 6. τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, pro ἐν ὑμῖν, v. Philol. Th. P. p. 136. (extr. lit. ב) 137. Ita vicissim Matth. 27, 5. ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, p. εἰς τὸν ναόν· quippe, et, *in templo*, et *in templum*, *abiecisse* dicatur.

Καὶ διὰ τὸ] Plura exempla articuli pro pronomine positi e *Thucydide* et aliis habet *Stephanus* in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. pag. 183. Dvk.

διὰ τὸ ἀνώμ.) Eo deferuntur Intt. ad vnum omnes, vt, pro τοῦτο hic positum τὸ, credant et moneant. Potest fane; v. ad 1, 6. ad vv. ἐν τοῖς πρώτοις δὲ, p. 17. hui. Edit. At nemo cogitauit aut expedivit, (adeo a minutis toti pendent Intt. dum Atticismos ingerant nobis!) quomodo cohaereret sententia cum eo, quod praecederet: tinor futuri erat nulli similis, i. e. summus; cui iam subiiceretur: *et propterea* inaequalem speciem ex terra praebebat. Qui a misere timebant: *eo* inaequalis erat species pugnae! Talia negligentem, quid attinet, in singulis vocc. haerentem defungi velle? Mihi certum est, bis scriptum voc. ἀνώμαλον semel excidisse: vt fuerit: καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον, (τῆς μάχης, vel, εἶναι,) ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν ἠναγκ. ἔχειν. Aut post τῆς γῆς inseruerit alterum ἀνώμαλον; modo inferatur, aut τοιαύτην, ὁμοίαν, παραπλησίαν, intelligatur.

[δι' ὀλίγ.) in Schol. Aug. est νικῶντες pro νικῶντας· (pessime quidem;) et γινόμενα pro γιγν]

[ἀνεθάρσ. ἄν) Schol. abest Aug.]

ἀνεθάρσ. ἄν) Quae vis hic τοῦ ἄν; aut qui locus Optatiuo, quem ἄν efficiat? An αὖ legendum? Sed nimium adhibetur, vt Ebraeis futurum, pro *solere, vsque* facere; vt 1. Sam. 2, 14. *quodcunque exceptum esset fuscina*, לֹוקֵחַ לוֹ, id *sumeret sibi sacerdos*, i. e. solebat, semper occupabat; et porro: כֵּכָה יַעֲשֶׂה, *sic facerent*, i. e. semper ita faciebant. Ita apud Homer. sacrius in Il. ἔνθ' οὐκ ἂν ἴδοις, *tum vero non videres*, εὐδοντα, φεύγοντα, dormientem, fugientem, Ἀγαμέμνονα δῖον, i. e. tunc non *conspiciebatur* ille fugiens, non *inueniebatur* fugere, dormire.

τὰ ἡσσώμ.) pro τοὺς ἡσσωμένους· more Nostri: (Phil. Th. P. p. 63. n. 2. 64.) Aut intell. μέρος.

Τὴν γνώμην ἐδωλοῦντο] Vid. Lib. IV. Cap. 34. Dvk. 2, 61. med. δουλοῖ γὰρ (τὸ) φρόνημα, quod antea dixisset: ταπεινὴ ἡ διάνοια. Ita Paullus Ebr. 2, 14. φόβῳ θανάτου ἔνοχοι ἦσαν δουλείας, i. e. δεδουλωμένοι ἦσαν, *abiecti, obnoxii* essent. Recte

Ac Syracuſanus quidem, quod iam pro maiore gloria ſibi comparanda contenderet: Athenienſes vero, qui *Syracuſanos* inuaſerant, quod metuerent, ne in fortunam praeſenti longe deteriorem delaberentur. Athenienſes enim, quod omnes ſuas fortunas in nauibus poſuiſſent, de futuro adeo timebant, vt nullus *alius maiore metu percelli poſſet;* atque hac ipſa de cauſa nauale proelium inaequaliter *ac impari conditione* ex terra *vtrique* ſpectare cogebantur. Nam cum ſpectaculum eſſet e propinquo, nec omnes pariter eodem ſpectarent, ſi qui ſuos alicubi vincentes adſpexiſſent, ſe ipſos colligebant, et ad implorandam Deorum fidem ſe conuertebant, ne ſe ſalute fraudarent: alii vero, qui ſuos vinci vidiſſent, planctu ſimul et vociferatione vtebantur; et ex iis, quae fieri cernebant, animis etiam multo magis frangebantur, quam qui in ipſo proelio *verſabantur*. Quinetiam alii, vbi oculos in aliquam partem conuertiſſent, in qua ancipiti Marte pugnaretur, (propter permixti confuſique certaminis continuationem) ipſis etiam corporibus, prout animo erant affecti, cum vehementi metu ſimul nutantes, in maxima animi anxietate verſabantur. Semper enim parum aberat, quin euaderent, aut perirent. In eodem autem Athenienſium exercitu, quamdiu *claſſe* aequo Marte pugnarunt, licebat *haec* omnia ſimul audire, lamenta, clamores, vincentes, victos, *et* alia, quaecunque magnus exercitus in magno dis- Bell. Peloponn. 19. Olymp. 91. 4. U. C. Varr. 341.

γνώμης εἶχε] ἀντὶ τοῦ, ἰσχυρῶς ἠγωνίων, καὶ τὰς διανοίας συνετέταντο. Ὁ αὐτόθεν] ὁ Συρακούσιος στρατηγός. Περὶ τοῦ πλείονος ἤδη καλοῦ] ὑπὲρ τοῦ νικῆσαι δηλονότι κατὰ κράτος. Δεδιότες δὲ οἱ ἐπελθόντες] οἱ Ἀθηναῖοι. Πάντων γὰρ δὴ ἀναπειμένων τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς] ἤτοι, πάσης τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν οὔσης. Καὶ διὰ τὸ, ἀνώμαλον] καὶ διὰ τὸ ἐν ναυσὶ μόναις δηλονότι πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχειν, ἀνεμπόδιστον ἐκ τῆς γῆς ἐθεῶντο τὴν ναυμαχίαν. Δι' ὀλίγου γὰρ ὄσης τῆς θέας] σύνεγγυς γὰρ ὄσης τοῖς πεζοῖς τῆς ναυμαχίας, εἰς τὸ πάντας ὁρᾶσθαι, καὶ ἄλλων ἄλλο ἔργον αὐτῆς θεωρούντων, οἱ μὲν νικῶντας ὁρῶντες τοὺς οἰκείους, ἀνεθάρσουν τε διὰ τοῦτο καὶ ἔχαιρον· οἱ δὲ θεώμενοι ἡττωμένους κατ' ἄλλο μέρος, ἐταράττοντο· καὶ ἐρῶντες τὰ γιγνόμενα, ἀθυμότεροί τε οἱ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ταπεινότεροι τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς ναυσὶν ἐγίγνοντο. Ἀνεθάρσησάν τε ἀ.] ἦγεν, ἀνέκησαν τὸ φρόνημα. Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι] ἄλλοι δὲ (φησὶ) τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἰδόντες ἰσόρροπόν πω ναυμαχίαν, διὰ τὸ πάνυ ἀδιάκριτον εἶναι, πότερον νικῶσι, συνεξομοιοῦντες τὰ σώματα τῇ περὶ τῶν γιγνομένων προσδοκίᾳ, ἀπένευον τῷ σώματι τῇδε κἀκεῖσε. Διὰ τὸ ἀκρίτως συνεχὲς τῆς ἀμίλλης] γενομένης δηλονότι ἀκρίτως τῆς ἀμίλλης. Ἀλγχώμαλα] ἴσα. Ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι] Ὅμηρος, Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων.

quippe Horat. Epiſt. 1, 16, 66. *Qui metuens viuit*, (quod plane ad Paullina verba adhibueris, διὰ παντὸς τοῦ ζῆν. Sed ſ. leg. *viuet*, propter *cupiet*, *metuet*, *erit*;) liber mihi non erit vnquam. Reſpondet plane Latino *obnoxius*; Liu. 6, *Adeo ergo obnoxios ſummiſerunt animos, vt non — modo* (ſcil. *non*) *ad Trib. mil. — petendum, ſed ne ad plebeios quidem magiſtratus, — animus eſſet.*

[Ἄλλοι δὲ καὶ) In Schol. Aug. pro τὴν ἀπὸ τ. γῆς eſt τῶν ἀ. τ. γ. et pro πότερον eſt πότεροι.] Rectius vtrumque; quid enim ſit ἡ ἀπὸ γῆς ναυμαχία, tanquam fuerit, ἀπὸ γῆς ἰδόντες τὴν ναυμ. At τῶν ἀπὸ τ. γῆς, int. θεωμένων· aut, Noſtri imitatione, pro ἄλλοι τῶν ἐν τῇ γῇ ὄντων, ἰδόντες ἀπ' αὐτῆς τ. ναυμ. Neque, altera Lect. πότεροι, dubium magis, quin praeferenda ſit Vulg. πότερον; Quod enim Subiectum, quem Nominat. intellexeris ad νικῶσιν; et vero ſequeretur ἤ, *vtrum, an*; et vel ſic tamen non conſtare, *quinam* νικῶσιν.

[διὰ τὸ ἀκρίτ.) Schol. d. Aug.]

περιδ. ξυναπον. ἐν τοῖς χαλεπ.) χαλεπώτατα intell. pro Adverb. χαλεπωτάτως, vt ſit pro, ἐν τοῖς κατὰ τὰ χαλεπώτατα (i. e. χαλεπωτάτοις) οὖσι. Ad verba, quae praec. τ. σώμ. ξυναπονέυ. tuo modo adhibueris Liu. 5, 42. poſt init. *Quocunque clamor hoſtium, — ploratus, — ſonitus, — fragor, auertiſſet, ſtupentes ad omnia pauentesque, oculos oraque et animos* — circumferebant. Sic *geſtus hiſtrionum plebs iuuare ſolita* dicitur Tacito, Ann. 16, 4. extr. i. e. effingere, reddere, incitare; qſ. comitari, (accompagner.) Cui ſimilem Suetonii locum, Calig. 54. non male affert *Abr. Geſtum hiſtrionum palam, velut laudans aut corrigens, effingebat.* Mihi quoque in mente verſatur lectum apud Tac. *geſtu paventium laetantiumque*, i. e. ad pauorem vel alacritatem, (pugnantium) geſtu fatentium pauorem vel laetitiam.

ἦν πάντα ὁμ. ἀκ. — ὀλοφυρμὸς, rel.) Debebat ſane, ὀλοφυρμὸν, βοὴν, νικῶντας, κρατουμένους· nempe ad ἀκοῦσαι. Ad ἦν tamen relati, aut ad ἀκοῦσαι, intell. ὥστε, vel, more Noſtri, pro Paſſ. ἀκούεσθαι, recte habeant Nominatt. Etiam ad vocc. νικῶντες, κρατούμενοι, ἀκοῦσαι, per Zeugma, vel Syllepſin, repetiuerim ἰδεῖν. Tametſi et *audiri* poterunt victi vincentesque, per diſſonos clamores trepidantium, pauentium atque inſequentium et tripudiantium.

Ἐν τῷ αὐτῷ] Αὐτῷ omittit etiam *Dionyſius Hal.* forte ſuperfluit Wass.

Ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν] Ἀγχώμαλα verbum τραχὺ eſſe, autumat *Pollux* V, 157. Haud ita *Dionyſius Halic.* qui in libro de Arte Rhetorica pag. 61. et in Antiqq. p. 671. ἀγχώμαλοι, et p. 109. 173. ἀγχωμάλως adhibet. Idem. Etiam aliorum auctoritates habent *Suidas*, et recentiora *Lexica*. Lucianus II. Ver. Hiſt. pag. 686. ἀγχωμάλως δ' ἐπιπολὺ ναυμαχοῦντες. Dvk.

[ἀγχώμ.]
[ὅσοι μὴ] Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]
[κατενεχθ.]

μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατόπεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι. παραπλήσια δὲ καὶ [z] οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν [a] αὐτοῖς ἔπασχον· περίν γε δὴ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, [b] ἐπιπολὺ ἀντισχούσης τῆς ναυμαχίας, [c] ἔτρεψάν τε τὰς Ἀθηναίας, καὶ ἐπικείμενοι λαμπρῶς, πολλῇ [d] κραυγῇ καὶ διακελευσμῷ χρώμενοι, κατεδίωκον ἐς τὴν γῆν. τότε [e] δὴ ὁ μὲν ναυτικὸς στρατὸς, ἄλλος ἄλλῃ, ὅσοι μὴ μετέωροι [f] ἑάλωσαν, κατενεχθέντες, ἐξέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον. ὁ δὲ πεζὸς, ἀκέτι διαφόρως, [g] ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, οἰμωγῇ τε καὶ σόνῳ πάντες, δυσανασχετοῦντες τὰ γιγνόμενα, οἱ μὲν ἐπὶ τὰς ναῦς παρε, βοήθων, οἱ δὲ, πρὸς τὸ λοιπὸν τῷ τείχους, ἐς φυλακήν· [h] ἄλλοι δὲ οἱ πλεῖστοι ἤδη περὶ σφᾶς αὐτὸς καὶ, [i] ὅπῃ σωθήσονται, διεσκόπων. ἦν τε ἐν τῷ παραυτίκα [k] ἐδὲ μιᾶς δὴ τῶν ξυμπασῶν ἐλάσσων ἔκπληξις. παραπλήσιά τε [l] ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ [m] ἐν Πύλῳ. διαφθαρεισῶν γὰρ τῶν νεῶν τοῖς Λακεδαιμονίοις, [n] προσαπώλλυντο [o] αὐταῖς καὶ οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες διαβεβηκότες· καὶ τότε τοῖς Ἀθηναίοις ἀνέλπιστον ἦν τὸ κατὰ γῆν σωθήσεσθαι, ἢν μή τι [p] παράλογον γίγνηται.

οβ'. Γεγομένης δ' ἰσχυρᾶς τῆς ναυμαχίας, καὶ πολλῶν νεῶν ἀμφοτέροις καὶ ἀνθρώπων ἀπολομένων, οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ [q] ξύμμαχοι, [r] ἐπικρατήσαντες, [s] τά τε ναυάγια καὶ τὰς νεκρὰς ἀνείλοντο, καὶ, ἀποπλεύσαντες πρὸς τὴν πόλιν, [t] τροπαῖον ἔστησαν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ὑπὸ μεγέθους τῶν παρόντων κακῶν, νεκρῶν μὲν πέρι ἢ ναυαγίων [v] οὐδὲ ἐπενόησαν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν, τῆς δὲ νυκτὸς ἐβουλεύοντο εὐθὺς ἀναχωρεῖν. Δημοσθένης δὲ Νικίᾳ προσελθὼν, γνώμην ἐποιεῖτο, πληρώσαντας ἔτι τὰς λοιπὰς τῶν νεῶν, βιάσασθαι, ἢν δύνωνται, ἅμα ἕῳ τὸν ἔκπλουν· λέγων, ὅτι πλείους ἔτι αἱ λοιπαί εἰσι νῆες [x] χρήσιμαι σφίσιν, ἢ τοῖς πολεμίοις· ([y] ἦσαν γὰρ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις περίλοιποι ὡς ἑξήκοντα, τοῖς [z] δ' ἐναντίοις ἐλάσσους ἢ πεντήκοντα·) καὶ, [a] ξυγχωρῆντος Νικίου τῇ γνώμῃ, καὶ βαλομένων πληροῦν [b] αὐτὰς, οἱ ναῦται οὐκ

z οἱ deest *Ald. Flor. Baſ.* a Id eſt: τοῖς πεζοῖς ἐν τῇ γῇ διατεταγμένοις, καὶ τὴν ναυμαχίαν θεωμένοις. *Ae. Port.* b Ἐπὶ πολὺ *C. Dionyſ. Halic.* c Ἐτρέψαντό τε *Marg.* d Βοῇ et ſupra manu recenti κραυγῇ *Reg.* e Δὴ *Dionyſ. Halic.* Aug. f Ἑαλώκεσαν *Gr.* g Ἀλλὰ ἀπὸ *Gr.* Mſqu. qui et antea οὐκ ἔτι. h Ἄλλοι δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι *Marg. Ar. C. Cl. Dionyſ. Halic. Reg. Caſſ.* Aug. Mſqu. i Ὅπῃ *Caſſ.* Aug. k Οὐδὲ μιᾶς *Dionyſ. Halic.* Aug. Mſqu. *Caſſ.* et paullo ante παρ' αὐτίκα. l Πεπόνθεσαν *Caſſ.* Aug. Mſqu. m Vide lib. 4. c. 14. Hvds. n Πρὸς ἀπώλλυντο *Caſſ.* o Αὐτοῖς *Marg. Dionyſ. Halic. Reg. Caſſ.* Aug. p Παρὰ λόγον, et mox ἀνδρῶν ἀπολομένων *Dionyſ. Halic.* ἀπόλλυμ. Mſqu. q Σύμμαχοι *Gr.* r Ἐπικρατοῦντες *Dionyſ. Halic.* s Τὰ deeſt *Reg.* t Τρόπαιον *Dionyſ. Halic.* v Οὐδ' ἐνόησν *Ar. C. Dan.* x Χρήσιμοι *Ar.* Mſqu. χρήμασι Baſ. y Vide *Diodorum Siculum* l. 13. pag. 340. *Ed. Steph.* pag. 147. *Ed. Rhod.* Hvds. z Δὲ ἐναντίοις *Reg.* a Ξυνχωρῆντος *Gr.* b Αὐτῶν *Ar. C.* Αὐτὸν *Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. Αὐτῶν *Reg. Caſſ. Dan. Gr.* et hic in marg. αὐτόν. αὐτῶν Aug. a corr. man. 1. ſcr. αὐτόν.

Ἀντισχούσης] Addit *Diodor.* p. 340, a. Τῶν δὲ παρὰ τὴν πόλιν κινδυνευόντων Ἀθηναίων ἐκβιασθέντων, καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων, etc. Tantum ad victoriam momentum cariſſimorum conſpectus. Wass.

Τότε δὴ ὁ μὲν ν. τ.] Ita *Dionyſius Halic.* quod repoſuimus pro τότε δέ. Idem.

ὁ — στρ. ἄλλ. ἄλλῃ — κατεν.) Plura hic obſeruanda: 1) ὁ στρατὸς — κατενεχθέντες ἐξέπεσον, per Syneſin, pro κατενεχθεὶς ἐξέπεσεν. Sed nimirum τῷ ὅσοι datus Plural. 2) Appoſitio multiplex: ὁ στρατὸς, ἄλλος· ἄλλῃ, ὅσοι μὴ, rel. pro τοῦ στρατοῦ ὅσοι μὴ, rel. ἄλλοι ἄλλῃ — ἐξέπεσ. 3) ἄλλῃ pro ἄλλοσε, ad κατενεχθέντες, *alio, aliorſum* delati, non, *alibi.* Verba, ὅσοι μὴ — ἑάλωσαν, velut in Parentheſi ſunt, et ad ὅσοι intell. γε, vel δὴ, *quidem, nimirum.* Traiecta quoque haec verba ſunt, quippe referenda ad ὁ στρατὸς, quod eſſe, dixi, per Appoſit. pro, τοῦ στρατοῦ. Aut ὁ στρατὸς eſt pro, *quod attinet* copias. V. Sanct. Min. 4, 8. et Periz. ibi n. 2. (V. et mox ad ἄλλοι δὲ οἱ πλ.)

Ὅσοι μὴ μετέωροι ἑάλωσαν] *Diodorus Sic.* XIII. pag. 340. haec παραφράζων· Τῶν δὲ Ἀθηναίων, inquit, ὅσοι μὴ μετέωροι διεφθάρησαν, ἐπὶ πρὸς τὰ βράχη προσηνέχθησαν, ἐκπηδῶντες ἐκ τῶν νεῶν ἀπολομένων, εἰς τὸ πεζὸν στρατόπεδον ἔφευγον. Dvk.

ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς) i. e. μιᾷ ὁρμῇ· vt Luc. 14, 18. ἀπὸ μιᾶς (ſc. φωνῆς) παραιτεῖσθαι, i. e. μιᾷ φωνῇ. Et alibi: (non ſuccurrit, vbi:) *celebrarunt Deum* ἀφ' ἑνὸς στόματος, p. ἑνὶ στόματι.

Δυσανασχετοῦντες] Contulit ex hoc loco in Onomaſticon ſuum *Pollux* III, 130. Dvk.

[ἐς φυλακ.) Schol. Aug poſt κοινοῦ add. τοῦ.] Traiectio iſta videtur, pro, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ſcil. νοητέον. Aut int. ἀπὸ κοινοῦ (ῥήματος) τοῦ (*quod eſt*) παρεβοήθ.)

Ἄλλοι δὲ οἱ πλεῖστοι] *Dionyſius Halic.* etiam ἄλλοι δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι. non male. Wass. I. e. τῶν δὲ ἄλλων οἱ πλεῖστοι· vel vel int. καὶ, καὶ οὗτοι, *iique*, und zwar; *ad alios quod attinet.* (V. not. ſuper. ad ὅσοι μὴ ἑάλ.

[ἐν τῷ παραυτ.) Schol. abeſt Aug.]

Οὐδὲ μιᾶς] Hoc recepi e *Dionyſio Halic.* antea ἐδεμιᾶς. Wass.

Παραπλήσιά τε ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ] Eodem modo particula καὶ poſt παραπλήσιος vtitur *Thucydides* V, 112. Ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς παραπλήσια, καὶ ἀντέλεγον, ἀπεκρίναντο τάδε. Poſt ὁμοίως VII, 28. Αἱ μὲν γὰρ δαπάναι οὐχ ὁμοίως καὶ πρὶν, ἀλλὰ πολλῷ μείζως καθέσασαν. Et poſt ἴσα III, 14. Ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμέν. vbi *Scholiaſtes* adnotat, ὁμοίως καὶ ὅσοι ἱκέται, ὥσπερ ἱκέται. Plura habet *Budaeus* Commentar. Ling. Gr. pag. 919. Dvk.

[οἱ ἐν τῇ νήσ.) In Schol. Aug. pro διαβεβληκότες eſt διαβεβοηκ.] Neutrum quid ſibi velit, aſſequor. Nam *calumniae*

crimine *positus* multifariam proferre cogitur. Illorum etiam militibus, qui in nauibus erant, idem, quod his, accidebat: donec tandem Syracusani sociique (cum nauale proelium ad multum diem vtrinque pertinaciter commissum fuisset) Athenienses in fugam verterunt; et minime dubie *fugientibus* instantes, magno clamore et cohortatione vtentes, terram versus *eos* persequi coeperunt. Tunc vero nauticus quidem exercitus, alius alio, quotquot in alto capti non fuerant, *in terram* delati, in *sua* castra euaserunt. * Peditatus vero, non amplius diuersam rationem sequens, *ita vt alii hoc, alii illud facerent*, sed vniuersi vno impetu cum ploratu gemituque grauiter *ac indigne* ferentes ea, quae fiebant, partim quidem ad opem nauibus ferendam accurrebant, partim vero ad reliquam munitionum partem, vt eam tutarentur. Alii vero (quae maxima erat portio) se ipsos iam circumspiciebant, et qua sibi salutem parerent: et tunc *in Athenienſium castris* tantus exstitit pauor, vt nullus ex superioribus hoc maior exstiterit. Et cladem illi similem *hic* acceperunt, quam ipsi *Lacedaemoniis* ad Pylum attulerunt. Cum enim Lacedaemoniorum classis *illic* profligata fuisset, praeterea ipsorum quoque ciues, qui in insulam traiecerant, in ea *plerique* perierunt. Quamobrem Athenienses itinere terrestri (nisi quid inopinatum accideret) se seruatum iri desperabant. Bell. Peloꝑ. an. 19. Olymp. 91. 4. U.C. Varr. 341.

72. Post proelium autem nauale, quod acerrime commissum fuit, in quo multae naues multique mortales perierunt, Syracusani sociique victoriam adepti, nauium fractarum tabulas ac reliquias et caesorum corpora sustulerunt, et in vrbem reuersi tropaeum statuerunt. Athenienses vero prae magnitudine praesentium malorum, ne cogitarunt quidem de suorum cadaueribus nauiumque fragmentis repetendis ac recipiendis; sed de noctu protinus abeundo consultabant. Demosthenes autem, cum Niciam adisset, censebat reliquas naues iterum instruendas, et sub auroram, si possent, eruptionem tentandam. Dicebat enim, plures adhuc naues ad nauigationem idoneas sibi superesse, quam hostibus. Athenienſibus enim, naues circiter sexaginta supererant; hostibus vero, pauciores quam quinquaginta. Cum autem Nicias ei assentiretur, et naues implere vellent, nautae illas conscendere nole-

* Ne peditatus quidem amplius in ambiguo est, sed vniuersi etc. *Valla.* Ac peditatus, non, vt ante, a diuerso animorum habitu, sed etc. *Acacius.*

Ὅσοι μὴ μετέωροι ἐάλωσαν] ἦγεν, ἐν τῷ πελάγει ὄντες. Κατενεχθέντες] ἦγεν, πρὸς τὴν γῆν ἐλθόντες. Οἰμωγῇ τε καὶ σόνῳ] Ὀιμωγὸς, Κωκυτῷ τ' εἴχοντο καὶ οἰμωγῇ κατὰ ἄκυ. Ἐς φυλακὴν] ἀπὸ κοινῆ, παρεβοήθων. Ἐν τῷ παραυτίκα] ἦγεν, ἐν τῷ ἐνεστῶτι τότε χρόνῳ. Καὶ οἱ ἐν τῇ νήσῳ] τὸ ἐξῆς, ὑπερβατόν, καὶ οἱ διαβεβληκότες αὐτοῖς προσεπώλλυντο ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες. Αἰτῆσαι ἀναίρεσιν] ἀνάληψιν.

hic qui locus? Notat et Duker. διαβεβοηκ. e C. Cassel. et vtrumque merito reprehendit. Ortum tamen ex alterutro alterum esse debet, vbi, semel inuecta praua Lect. aut διαβεβλ. aut διαβεβοηκ. prius irrepsisset, aut alterum pro synonymo cum illo permutaretur. Sed manifesto leg. διαβεβηκ.)

οἱ ἐν τῇ ν. διαβεβ.) i. e. (προσεπόλλ.) ἐν τῇ νήσῳ οἱ διαβεβηκ. ἐς αὐτήν· more Nostri et breuitate.

C. 72. Πολλῶν νεῶν] De classe Attica perierant naues LX, de Syracusana VIII. et decem ad nauigandum inutiles factae. vid. *Diodor.* p. 340. b. Wass.

ἀμφοτέροις) pro, παρ' ἀμφ. vel pro Genit. ἀμφοτέρων.

Ἀνθρώπων] *Dionysius Halic.* ἀνδρῶν. *Sallustius* fere, multi *mortales.* Wass.

[αἰτῆσαι) Schol. abest Aug.] Et vero falso ἀναίρεσιν expl. ἀνάληψιν. Neque enim idem est ἀναιρεῖσθαι et ἀναλαμβάνειν. ἀναίρεσις hic est *ius*, *copia*, *venia*, potestas, securitas tollendi occisos ad sepulturam.

αἰτῆσαι) pro medio, αἰτεῖσθαι· vt Matth. 7, 7. Ioh. 16, 23.

ἦσαν γὰρ, rel.) Diodor. L. 13. p. 555. *Gottl.*

Οἱ ναῦται] Vide *Diodorum* pag. 340. b. Wass.

ἤθελον ἐσβαίνειν, διὰ τὸ καταπεπλῆχθαι τῇ ἥσσῃ, καὶ μὴ [c] ἂν ἔτι οἴεσθαι [d] κρατῆσαι. καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀναχωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον.

[r] Ἀπολιπόντες *Gr.* Hvds. Est ἀπολειπόντες. [s] Ὡς πλείσης *Ald. Flor. Baſ. Caſſ. Gr.* [t] Τῶν Πελ. *Gr.* Sed punctis ſubſcriptis notatum. Πελοποννης. Mſqu. [v] Περιῆσι et ſupra recenti manu παρῆσι *Reg.* antea αὐτόθε Baſil. pro αὐτόθεν. [x] Περίοικοι ſerui erant ſeu coloni Cretenſium, quales apud Lacedaemonios Εἵλωτες, teſte *Ariſtot.* de Republ. l. 2. c. 10. Diniadam vero ex eorum numero fuiſſe, (cum *Acacio*) pronuntiare non auſim. Hvds. [*] Μήθιμναν Mſqu. [y] Ἀσύμαχος *Cam.* [z] Λακεδαιμονίων *Cl.* [a] Id eſt: ὥσπερ ὥρμητο ἐς τὴν Χίον πλέειν, ὥσπερ ἤδη πλέον προεθυμεῖτο. Sunt, qui, ὥσπερ ὥρμησο reponendum, cenſent. *Ae. Port.* Ὥσπερ εἴρητο ὥρμητο *Gr.* Hvds. Sed habet εἴρητο. Ὥρμη τε, eraſa litera et relicto vacuo ſpatio *Caſſ.* itid. Aug. † εἴκοσι Mſqu. [b] Id eſt, μετὰ τὸν Διομέδοντα. *Ae. Port.* δὲ pro γὰρ Mſqu. [c] Ἀναγόμενος Mſqu. *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Dan.* et a correctore, qui inter ν et α quaedam deleuerat, *Caſſ.* [**] Ἀστόμαχος Aug. †† ναῦν d. Mſqu. [d] Ἐπὶ *Ar. C. Dan.* [e] Ἔρεσον *Ar. C.* Promiſcue quidem ſcribitur, nunc cum ſimplici, nunc cum duplici ſigma. Hvds. Ἔρεσον *Reg.* [***] ἀπὸ Aug. ††† ἑάλω Mſqu. [f] Ἀντιστάτας *Marg. Gr. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. [g] Ἐρεσίων *Ar. C. Ald. Flor. Baſ.* et mox infra Ἔρεσον. vtrumque et Aug. Vide 3, 18. init. Hvds. Ἐρεσίων *Caſſ. Reg. Gr.* et infra Ἔρεσον *Reg. Caſſ.* [h] Τῶν κ ἐκ τῆς *Gr.* [i] Καταλειφθεῖσαι *Ar. C. Caſſ. Reg.* Aug.

C. 22. Ὥσπερ εἴρητο] Supra Cap. 8. Illa, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ad eamdem parentheſin pertinent. Dvk. ὥσπερ hic ſign. ὅτι, *quia*; propter verba et ad verba, δεύτερον ἰέναι, quae omittenda forent, ſi ὥσπερ, ad στρατεύονται relatum, ſignificaret *quemadmodum*.

[κ. τ. αὐτόθ.) Schol. ad hh. vv. abeſt Aug.]

[Κύμης) Ad hoc vocab. in C. Aug. adſcr. a m. ant. σημείωσαι Κύμη πλήσιον (ita, non πλησίον.) Φωκέας] fortaſſe Φωκαίας. Voluit haud dubie diſtinguere a *Cumis* Italiae.

Περίοικος] Minime probabilis eſt ſententia *Acacii* in Var. Lect. hunc e ſeruis, vel colonis, Cretenſium fuiſſe: ſi modo ita ſenſit; de quo non ſatis liquet. Nulla ratio eſſe videtur, cur περίοικος hic aliter accipi.tur, quam vulgo ſolet, i. e. pro *vicino* et *accola*. Vt I, 17. et ſaepe apud alios. Sed tamen *Thucydides* aliquanto frequentius Lacedaemoniorum, quam vllius alterius populi, περίοικος memorat. I, 101. Οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θυρίαταί τε καὶ Αἰθεῖς, ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. IV, 8. Οἱ Σπαρτιάται αὐτοὶ μὲν, καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων. Et ſic huius Lib. Cap. 6. et hoc loco. Nam vtrobique περίοικον de homine ex hoc genere περιοίκων Lacedaemoniorum accipio. In *Cod. Caſſ.* ad Cap. 6. hoc Scholion legitur: Περίοικοί εἰσιν οἱ ὑπήκοοι γείτονες τῆς Σπάρτης. Hoc verum eſſe, arbitror. Nam, περίοικος hos libertate quidem vſos fuiſſe, e *Thucydide* cognoſci poteſt; alioqui enim eorum opera ad illa, quae dicit, miniſteria vſi non fuiſſent Spartani; item e *Plutarcho* Lycurg. qui in diuiſione agri Laconici περιοίκοις XXX. millia fortium, Spartanis IX. millia adſignata ſcribit pag. 80. Sed tamen deteriore conditione, quam ciues Spartanos, nec Spartanos appellatos fuiſſe, conſtat e *Xenoph.* Hiſtor. Graec. III, 494. Dvk.

Μήθυμναν πρῶτον ἀφιᾶσιν] *Valla* in interpretatione Latina addidit, quae in Graecis non leguntur: nam ita vertit: *primum Methymnam (quo prius peruenere,) deinde, relictis hic quatuor nauibus, Mitylenen, (quo cum caeteris nauibus venerunt,) ad deficiendum impulere.* Vtrum ex ingenio ita ſuppleuerit, quae ad ſenſum perficiendum deeſſe, putabat, an in exemplari ſuo ea inuenerit, non facile adfirmari poteſt. Sed veroſimilis eſt ſententia *Porti*, locum mutilum eſſe. Quatuor autem naues Chiorum Methymnae relictas fuiſſe, *Idem* recte ex iis conficit, quae *Thucydides* paullo poſt de fuga nauium Chiarum e Methymna poſt Mitylenas ab Athenienſibus captas, ſcribit. Dvk. Defectus, vel lacunae, ſuſpicionem ita tollit *Abr.* vt, poſtea ſic loqui, dicat Thucydidem, tanquam hic iam aliquid de Mitylene quoque attulerit. Qui ſane mos eſt hiſtoricorum, deinde reddentium ac veluti explentium, quae ſuperius fuerint memoranda; quae tamen ſatis iam intelligantur ex iis, quae deinde affe-

22. Poſt haec autem eadem æeſtate, Chii (quemadmodum coeperant) nihil de ſuo ſtudio remittentes, quo vel ſine Peloponneſiis, * cum copiis, quas ſecum tunc habebant, ciuitates ad defectionem inducere conabantur, ſimul etiam cupientes quam plurimos eiusdem periculi ſocios habere, cum tredecim nauibus ipſimet *ſine Peloponneſiis* in expeditionem aduerſus Lesbum ſunt profecti, (quemadmodum a Lacedaemoniis dictum fuerat, ſecundo loco in eam eundum eſſe) et illinc in Hellespontum. Simul autem et Peloponneſiorum, qui aderant, et indigenarum ſociorum peditatus Clazomenas et Cumam profectus eſt. Eius autem praefectus erat Eualas Spartanus, nauium vero, Diniadas ex finitimis *vrbi ſubditis*. Et naues quidem *Chiorum in Lesbum* profectae Methymnam primum ad defectionem impulerunt. † *Deinde Chii, quatuor nauibus hic praeſidii cauſa relictis, cum reliquis Mitylenen petierunt, et ad defectionem impulerunt.* Bell. Peloſ. an. 20. Olymp. $\frac{93}{2}$. $\frac{4}{3}$. U. C. Varr. 341.

23. Aſtyochus vero, Lacedaemoniorum nauarchus, cum quatuor nauibus e Cenchreis nauigans, in Chium peruenit, quemadmodum *illuc initio peruenire* properabat. Tertio autem die, quam ille peruenit, quinque et viginti Atticae naues ad Lesbum appulerunt, quibus praeerat Leon et Diomedon. Leon enim cum aliis decem nauibus, Athenis poſtea profectus, ad opem *ſuis* ferendam venerat. Sed et Aſtyochus, eodem die iam aduesperaſcente, cum portu ſoluiſſet, et vnam Chiam nauem aſſumſiſſet, in Lesbum nauigare coepit, vt, ſi quid poſſet, *Lesbiis* prodeſſet. Cum autem Pyrrham, et illinc poſtero die Ereſſum peruenisſet; hic intellexit, Mitylenen ab Athenienſibus primo impetu captam fuiſſe. Nam Athenienſes, vt ex improuiſo venerant, ad portum appulſi, naues Chias ſuperauerunt, et in terram egreſſi, iis, qui obſtiterant, proelio victis, vrbem in ſuam poteſtatem redegerunt. Quae cum Aſtyochus intellexiſſet tum ex nauibus Ereſſinis, tum ex tribus Chiis, (nam *ex quatuor* vna ab Athenienſibus capta fuerat) quae ex Methymna cum Eubulo veniebant, quae tunc *ab Athenienſibus* interceptae, ſed, quum Mitylene capta eſt, elapſae, in ipſum

* Conferti venientes, ciuitates etc. *Stephanus.* † Poſt πρῶτον ἀφισᾶσιν ſententiolam aliquam intercidiſſe, ſuſpicantur *Viri eruditi:* defectumque hisce verbis, quae vncinulis incluſimus, ſuppleuit *Ae. Portus* ex ſequentibus, Sect. 23. Hvds.

Καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων] ἦγεν τῶν Χίων. Αὐτοβοεὶ] ἐκ μιᾶς βοῆς. Κατασχόντες ἐς τὸν λιμένα] ἐλλιμενίσαντες. Περιέτυχον αὐτῷ] συνέτυχον.

rant; vt non videam, quid ſubegerit Noſtrum hic addere, quae loco deinde ſuo non reticeret.

C. 23. Ὁ Λακεδαιμόνιος ναύαρχος] *Clar.* Λακεδαιμονίων. Eadem varietas eſt V, 3. Infra Cap. 24. Χαλκιδέα, τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα. et Cap. 29. Ἑρμοκράτης δὲ ἀντειπόντος τῷ Συρακοσίῳ στρατηγῷ. Dvk.

Πλέων ἐκ τῶν Κεγχρειῶν] Laudat haec, et διττογραφίαν nominis Κεγχρεαὶ oſtendit *Thomas Magiſter.* Dvk.

τρίτ. ἡμ. αὐτ. ἦκ.) i. e. ὅτε ἦν τρίτη ἡμέρα, ἐξ οὗ (καιροῦ,) vel, ex ἧς, (ἡμέρας) ἦκε. Nempe, quia praeterito tempore caret ἥκω. Poterat etiam, vel debebat, ἐληλύθοντος, παραγεγονότος. Aut per Meton. eſt pro παρόντος. V. et infr. ad vv. ἐμμεν. τῇ ἀποστ.

[αὐτοβοεὶ) Schol. abeſt Aug.]

ἐάλωκεν) Alioquin Aor. 2. ἑάλω Paſſiue adhibetur; ſed nimirum et Praeter. vt ἕστηκα, ponitur, atque ἕστην. Supra quoque, τῆς πόλεως ἑαλωκυίας.

ἀποβ. — νικήσ.) Intelligi poteſt καὶ ante νικήσαντες, per Aſyndeton; vt Homer. Il. 5. ὣς ἄρα φωνήσαντες, (int. καὶ) ἐς ἅρματα ποικίλα βάντες. Vel ſic int. ἀτίβησαν· καὶ κρατήσαντες, ἔσχον τ. πόλιν.

τῶν τε Ἐρετσ. κ τ. — Χίων) intell. ἐκ, παρὰ, ad πυνθανόμενος· (pro πυθόμενος·) cum cognouiſſet ex Ereſſiis; et per Chias naues. Alioquin ſtructura turbet, maxime in Χίων νεῶν, αἳ — περιέτ.

Καταληφθεῖσαι] Melius, vt puto, quidam *Mſſ.* καταλειφθεῖσαι· nam loquitur *Thucydides* de Chiis nauibus, quae Methymnae relictae fuerant. Dvk.

τριῶν) debebat, καὶ (ἐκ) τριῶν Χίων νεῶν, αἳ περιέτ. αὐτῷ. Synchyſeos genus eſt, cum Traiectione; qua et Ouid. vſus, Faſt. 1, 105. *et quae tria corpora reſtant*, pro, et tria corpora, quae reſtant. Virg. Aen. 10, 773. *Telum, quod miſſile libro*; pro, miſſ. tel. qu. libro. Ita Latinis: *Liberi, quos multos habet*, pro, multi liberi, quos habet. Paullus ad Philem. Vſ. 10. περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα, — Ὀνήσιμον, debebat, περὶ Ὀνησίμου, ὃν ἐγέννησα ſed ad propius Verb. ἐγέννησα retulit; vt Phil. 3, 18. (quo ſupra iam vtebamur:) πολλοὶ περιπατοῦσιν, οὓς — ἔλεγον, νῦν δὲ — λέγω τοὺς ἐχθροὺς, rel. vbi itidem daret: πολλοὶ περιπ. (nempe οὕτω, quod latet in οὓς ἔλεγον, pro, οἵους εἶναι, vel περιπατεῖν, ἔλεγον· vt Rom. 9, 24. οὓς καὶ ἐκάλεσεν ὑμᾶς, pro, οἵοι ἐστε καὶ ὑμεῖς, οὓς ἐκάλ.) οἱ ἐχθροὶ, rel. Sed et hic dedit

[k] ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων,) ἀκέτι ἐπὶ τὴν Μιτυλήνην ὥρμησεν, ἀλλὰ, τὴν Ἔρεσσον ἀποσήσας, καὶ ὁπλίσας καὶ τὲς ἀπὸ τῶν ἑαυτῦ νεῶν [l] ὁπλίτας, πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα [m] Ἐτεόνικον προσάξας· καὶ αὐτὸς ταῖς τε [n] μεθ' ἑαυτῦ ναυσὶ καὶ [n] ταῖς τρισὶ ταῖς Χίαις παρέπλει [o] ἐπὶ Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἐλπίζων, τὲς Μηθυμναίους θαρσήσειν τε, ἰδόντας σφᾶς, καὶ [p] ἐμμενεῖν τῇ ἀποσάσει. [q] ὡς δὲ αὐτῷ τὰ ἐν τῇ Λέσβῳ [r] πάντα ἠναντιῶτο, ἀπέπλευσε, τὸν ἑαυτῦ στρατὸν ἀναλαβών, ἐς τὴν Χίον. ἀπεκομίσθη δὲ πάλιν κατὰ πόλεις καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζὸς, ὃς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐμέλλησεν ἰέναι. καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Κεγχρειᾷ ξυμμαχίδων Πελοποννησίων νεῶν ἀφικνῦνται αὐτοῖς ἓξ [s] μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Χίον. [t] οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τά τε ἐν τῇ Λέσβῳ πάλιν κατεστήσαντο, καὶ, πλεύσαντες ἐξ αὐτῆς, Κλαζομενίων τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ [v] πολίχναν τειχιζομένην ἑλόντες, διεκόμισαν πάλιν αὐτὲς ἐς τὴν ἐν τῇ νήσῳ πόλιν, πλὴν τῶν αἰτίων [x] τῆς ἀποσάσεως· ἔτοι δὲ ἐς Δαφνῦντα ἀπῆλθον. καὶ αὖθις Κλαζομεναὶ προσεχώρησαν [y] Ἀθηναίοις.

κδ'. Τῷ δ' αὐτῷ θέρει οἵ τ' ἐπὶ Μιλήτῳ Ἀθηναῖοι ταῖς εἴκοσι ναυσὶν ἐν τῇ Λάδῃ ἐφορμῦντες, ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς Πάνορμον τῆς Μιλησίας, Χαλκιδέα [z] τε τὸν Λακεδαιμόνιον, ἄρχοντα μετ' ὀλίγων παραβοηθήσαντα, ἀποκτείνυσι, καὶ τροπαῖον, τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕστερον [a] διαπλεύσαντες, ἔστησαν· ὃ οἱ Μιλήσιοι, ὡς ἀ μετὰ κράτος τῆς γῆς σαθὲν, ἀνεῖλον. καὶ Λέων καὶ Διομέδων, ἔχοντες τὰς ἐκ Λέσβῳ Ἀθηναίων ναῦς, ἔκ τε [b] Οἰνουσσῶν, τῶν [c] πρὸ Χίῳ νήσων, καὶ ἐκ Σιδύσσης, καὶ ἐκ [d] Πτελεᾶ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη, καὶ ἐκ τῆς Λέσβῳ ὁρμώμενοι, τὸν πρὸς τὲς Χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. εἶχον [e] δὲ ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγῳ ἀναγκασθές. καὶ ἔν τε Καρδαμύλῃ ἀπο-

[k] Ἀπὸ *Cam.* paulo ante μία μὲν Mſqu. et antea περιέτ. αὐτὸ, et poſtea οὐκ ἔτι. [l] Poſt πεζῇ, non ὁπλίτας, diſtinguendum cenſet *Fr. Portus.* Veterem diſtinctionem non mouendam, ſed, πεζῇ παρέπεμψεν, reponendum eſſe, ſuadet *Acaciut.* Πεζῇ, καὶ ἄρχοντα τούτοις προστάξας, αὐτὸς etc. Caetera deſunt *Cl.* Hvds. [m] Ἐτεόνικον *Ar.* [n] μεθ' αὑτοῦ Aug. [n] Ταῖς τρισὶ deſunt *Ar.* Ταῖς τρισὶ Χίαις ἐλπίζων *Dan.* [o] Ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Cam.* Aug. Mſqu. [p] Ἐμμένειν *C. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ.* [q] Ὡς δ' αὐτῷ *Gr.* [r] Πάντως *Reg.* [s] Μετατοῦτα *Ar. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg.* Aug. τὴν ante Χίον d. Mſqu. [t] Οἱ δ' Ἀθηναῖοι *Ar. C. Reg.* Mox τά τ' ἐν τῇ Λέσβῳ *Caſſ.* τάς τ' ἐν τῇ Aug. τά τε int. vſſ. ſcr. τά τ' ἐν τῇ Mſqu. [v] Πολίχνην *Reg.* [x] Τῆς deeſt *Gr.* [y] Ἀθήναις *Gr.* [z] Τε deeſt *Ar. C. Reg.* mox μετολίγων Aug. vt infra paullo μετακράτους. [a] Per hypallagen dictum eſſe videtur, pro τήσαντες διέπλευσαν. *Ae. Port.* Antea τῇ τρ. ἡμ. Mſq. [b] Οἰνουσσῶν et mox Σιδύσης cum ſimplici σ efferunt *Codd. Mſſ.* Hvds. Οἰνουσσῶν et Σιδύσης *Reg.* Σιδύσης etiam *Caſſ.* Aug. Mſq. [c] Πρὸς ex emendatione *Caſſ.* [d] Πτελεᾶ a manu recenti, relicto accentu in media, in quo erat a prima manu *Caſſ.* Πτελέου Aug. [e] Δ' ἐπιβάτας *Ar. C. Reg. Caſſ. Gr.* Aug. Mſq.

Accuſat. propiori verbo, λέγω. Cf. Philol. Th. P. p. 57. (extr. lit. b.) et 58. Tale exemplum proximo dati vocabuli et Perizon. affert ad Sanct. Min. 4, 15. n. 29. Ciceronis, Epiſt. Fam. 2, 19. *Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne — — — ego de prouincia decederem.* Debebat, *vt — —* decederem, ad vv. *ita caderet*; ſed proximo nimirum, *vereor*, dedit hoc alterum *ne* ad *decederem.* Et, quia *traiectio* ſimul iſta eſt voc. τρεῖς, addere liceat Noſtri ſimilem locum, 2, 62. p. init. οὐκ ἔστιν, ὅστις ὑμᾶς οὔτε βασιλεὺς κωλύσει, οὔτε ἄλλ. οὐδὲν ἔθνος· pro οὐκ ἔστ. οὔτε ἄλλο ἔθν. (ὅστις βασ.) ὅ τι ὑμ. κωλ. Ouid. Faſt. 1, 205. *Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,* p. Frond. orn. Capit. quae nunc gemm. (ornant.) Ceterum περιτυχεῖν pro ἐντυχεῖν Noſter habet etiam 1, 20. extr. Ἱππάρχῳ περιτυχόντες. Ita, νόσῳ, κινδύνοις περιπεσεῖν, pro ἐμπεσεῖν.

Πεζῇ παρέπλει] Πεζῇ, καὶ ἄρχοντα τούτοις προστάξας, αὐτὸς, reliquis omiſſis, *Cl.* forte παραπέμπει legendum, vt infra Cap. 61. ipſe Auctor. Wass. Si ſanum eſt παρέπλει, quod corrigere fruſtra tentat *Abr.* diſſimulauit Portus, *proficiſci* vertens: πεζῇ debet eſſe *prope terram*, litus legens: Sed, quod paene praeplacear: *in modum*, morem et vſum terreſtris exercitus inſtructis militibus.

ἐμμεν. τῇ ἀποστ.) Rurſus Metonymia Anteced. p. Conſequ. *manſuros hoſtes* iis, a quibus ſemel defeciſſent; Vel, ſicut, ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς, eſt, *ſeruare foedus*, ita et hic, ſeruaturos defectionem, non mutaturos.

[τ. ἑαυτ.) Schol. d. Aug.]

ἀφικν. αὐτ.) p. πρὸς αὐτούς.

κατεστήσ.) *Sibi* nimirum, ad *ſuas* rationes, quod *ipſis* (Athen.) aptum foret: nempe Democratiae. Ea vis Medii h. l. ἐπιτηδείως ἑαυτοῖς.

[κ. πλεύσ.) Schol. abeſt Aug.]

ἐξ αὐτ.) Quid, ſi ἐξ αὐτῆς (τ. ὥρας) interpreter hic, *ſtatim*, illico, continuo.

Πολίχναν] Iſtos muros duraſſe ad Strabonis tempora, probabile eſt; nam τειχῆρες χωρίον vocat. *Nonnus* Dionyſ. 354. plurali numero vtitur. Οἵ τε Μίδειαν ἔναιον ἀειδομένας τε ΠΟΛΙΧΝΑΣ. In *Hieroclis* Notitia p. 23. enumerantur Dardanum, Troas, Scamandrus, Ilium et Πολίχνα. Hodie *Bilenos* Turcis. *Leunclav.* Pand. Turc. Wass. Si proprium eſt Nomen, Πολίχναν excudendum fuerit, non πολ. Et ſane πολίχνιον magis eſt Appellat. ab illo tamen effictum. Ordo leviter turbatus traiectione, vbi ſenſus et Grammatica poſtulet: τὴν Κλαζομεν. πολ. ἐν τῇ ἠπ. τειχιζ.

οὗτοι δὲ) δὲ hic eſt pro γὰρ, propter πλήν.

Δαφνῦντα] Ἀρσενικῶς efferunt *Strabo* et *Steph. Euphorio* Δαφνῦσαν vocat. In Phocidis litore poſuit *Plinius.* Vrbs Strabonis tempore ſolo aequata. Wass.

inciderant, haud amplius Mitylenen contendit; sed cum Eressum ad defectionem faciendam impu- Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 4. U. C. Varr. 348.
lisset, et suarum etiam nauium milites armasset, Eteonico duce illis praeposito, Antissam et Methymnam versus itinere terrestri proficisci iussit: ipse quoque cum suis nauibus et tribus Chiis eodem oram legens contendit, sperans, Methymnaeos, conspectis suis copiis, fiduciam animo concepturos, et in defectione permansuros. Sed cum in Lesbo omnia ipsi aduersarentur, suis copiis *in naues* receptis, in Chium rediit. Peditatus etiam, qui nauibus vehebatur, et qui in Hellespontum traiecturus erat, rursus in oppida se recepit. Post haec autem ex sociali Peloponnesiorum classe, quae ad Cenchream stabat, sex naues in Chium ad ipsos venerunt. Athenienses vero res in Lesbo rursus constituerunt, et illinc profecti, * Clazomeniorum *vrbem, nomine* Polichnam, quam in continente muniebant, ceperunt, eosque rursus in vrbem in insula *sitam* transportarunt, praeter defectionis auctores: isti enim Daphnuntem abierunt. Et denuo Clazomenae in Athenienſium ditionem concesserunt.

24. Eadem aestate, illi etiam Athenienses, qui cum viginti nauibus apud Ladam stationem aduersus Miletum habebant, copiis in terram expositis ad Panormum, *agri* Milesii *oppidum*, Chalcideum Lacedaemonium ducem, cum paucis occurrentem ad vim arcendam, interfecerunt; † et tertio post die, erecto tropaeo, abierunt. Quod Milesii sustulerunt, vt ab illis erectum, qui agrum in suam potestatem nequaquam redegissent. Leon autem et Diomedon cum Athenienſium nauibus, quas ex Lesbo secum duxerant, ex Oenussis insulis Chio adiacentibus, ex Siduſſa quoque, et Pteleo, (** quas vrbes in *agro* Erythraeo obtinebant) atque ex Lesbo proficiscentes, ex nauibus bellum aduersus Chios administrabant. †† Habebant autem grauis armaturae milites legionarios, quos naues conscendere coëgerant, vt earum essent defensores. Et ad Cardamylam expositis in terram copiis,

Τὸν ἑαυτῶ στρατὸν ἀναλαβών] ἀναβιβάσας εἰς τὰς ναῦς. Καὶ πλεύσαντες ἐξ αὐτῆς] τῆς Λέσβυ. Ἀπόβασιν ποιησάμενοι]

* *Vel*, Clazomeniorum in continente castellum ceperunt, etc. Vide *Var. Lect.* ad 8, 14. Hvds. † Et tertia discedentes die, trophaeum posuerunt. *Acacius.* ** Quos muros in Erythraea habebant, diruerunt. *Valla.* †† Habebant autem Epibatas e numero armatorum, quos ex formula extorserant. *Valla.* Classicos milites ex delectu coactos habebant. Hvds.

C. 24. ἀπόβ. ποιησ.) Schol. abest Aug.]

ἀποκτείν.) non ergo ἀποκτιννύουσι· quem supra Atticisinum nobis inculcabant Interr.

ὡς οὐ μετὰ κρ. rel.) Non haec ratio est, quam (*subiectiue*, in animo, reputando,) secuti Milesii, deiecerint tropaeum; semper enim illud accidisse leguntur victi quoque, degressis victoribus; sed in re ipsa, (*obiectiue*,) et inde a Thuc. repetita; vnde non verteris: quod — constitutum *esset*, quod sit cogitantium Milesiorum, sed, quoniam — *erat* positum; quod sit scriptoris, rationem reddituri, ex re ipsa, cur *potuerit* fieri. Nam alioquin sit quaerendum, *iuris*ne hoc publici fuerit et bellici apud Graecos, vt intacta relinquerentur tropaea a vere victis, si agro potirentur victores? Ridiculum; nam qui tunc auderent? Degressis autem victoribus, quis impediret? Aut quis nollet incolarum? Quod idem factum subinde, apud Nostrum legamus, castellis loco immunitis; neque aliter accidisse hodie, cognorimus, eleutheriis perticis vel liberalibus Francogallorum. Vnde vix est, quin otiose addita videatur haec caussa; quam ego, nisi Thucydidea plane sit oratio, a Schol. quodam adscriptam, putarim. *Iuris* enim aliquid, aut moris, subesse credi, neque historia iubet, nec res, vt exposui, satis patiatur.

Οἰνουσσῶν] Ita *Mss.* et *Herodotus.* Οἰνοῦσαι *Hecataeus* apud Ethnicographum, quomodo et *Mela.* S geminat *Plinius*, sed singulariter effert. Singul. etiam *Mela.* Oenusae numero pluriu·m *Stephanus*, mendose, de vna insula. Oenussa olim dicta Carthago. vid. *Polyaen.* VIII, 16, 6. et *Tournefort* I, 278. Wass. Mirum, a Wassio Stephanum reprehendi, quod Plurali afferat *vnius* insulae nomen. *Capreasne* ignorabat Wass. aut *alta Cythera* (*orum*,) aut Γάδειρα, τὰ, *Gades*, aut Cenchreas, et vrbium innumera fere nomina Pluralia? *Scotussas* apud Nostrum, *Arginussas*, Cic. Off. I, 24. a. extr.

Σιδύσσης] Σίδυσσα etiam *Stephanus*, cui, auctore Hecataeo, est πόλις Ἰωνίας. *Plinius* V, 31. Siduſa, et insulam facit. Adnotauit *Pinedo* ad Stephanum. Dvk.

Πτελεᾶ] Aliud est oppidum *Thessaliae*, de quo Epig. vet. apud *Demosthenem* p. 34. et *Cantacuzen.* p. 564. aliud longe hoc, nempe ad Mimantem et Erythras. Wass. Πτελεὸν *Stephanus* παροξυτόνως et ita hic *Cass.* a prima manu, et infra Cap. 31. sed *Eustathius*, qui Stephanum describit, Πτελεὸς et Πτελεὸν, in Iliad. β'. pag. 297. et 324. Πτελεὸν rursus *Thucydides* infra Cap. 31. et de alia V, 18. Dvk.

Καρδαμύλη] Καρδαμύλην hanc Ionicam prope Chium memorat *Stephanus*, fortassis ex hoc loco, et e Stephano *Eustathius* in Iliad. ι'. pag. 743. Dvk.

βάντες, καὶ ἐν [f] Βολίσσῳ τὰς προσβοηθήσαντας τῶν Χίων μάχῃ νικήσαντες, καὶ πολλοὺς διαφθείραντες, [*] ἀνάσατα ἐποίησαν τὰ ταύτῃ χωρία. καὶ ἐν [g] Φαναῖς αὖθις ἄλλῃ μάχῃ [h] ἐνίκησαν, καὶ τρίτῃ ἐν [i] Λευκωνίῳ. καὶ [k] μετὰ τοῦτο οἱ μὲν Χῖοι ἤδη ἐκέτι ἐπεξῆσαν· οἱ δὲ τὴν χώραν, καλῶς † κατεσκευασμένην, καὶ ἀπαθῆ ὖσαν ἀπὸ τῶν Μηδικῶν μέχρι τότε, διεπόρθησαν. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους, ὧν ἐγὼ ἡσθόμην, εὐδαιμονήσαντες, ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, καὶ ὅσῳ ἐπεδίδου ἡ πόλις [l] αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον, [m] τόσῳ καὶ [**] ἐκοσμοῦντο ἐχυρώτερον. καὶ ἀδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν (εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι,) πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι, ἢ μετὰ [n] πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον κινδυνεύσειν, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἠσθάνοντο ἀδ' αὐτοὺς ἀντιλέγοντας ἔτι μετὰ τὴν Σικελικὴν ξυμφορὰν, ὡς [o] ὁ πάνυ [p] πόνηρα σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη. εἰ δέ τι [q] ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τοῦ βίου παραλόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς [r] ταῦτα ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν. [s] εἰργομένοις ἂν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης, καὶ κατὰ γῆν πορθουμένοις, [t] ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν· ἐς †† αἰσθόμενοι οἱ ἄρχοντες, αὐτοὶ μὲν ἡσύχασαν, Ἀσύοχον δὲ ἐξ Ἐρυθρῶν τὸν ναύαρχον μετὰ τεσσάρων νεῶν, αἳ παρῆσαν αὐτῷ, κομίσαντες, ἐσκόπουν ὅπως μετριώτατα, ἢ ὁμήρων λήψει, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, [v] καταπαύσωσι τὴν ἐπιβολήν. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπρασσον.

κέ. Ἐκ δὲ τῶν [***] Ἀθηνῶν, τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, χίλιοι ὁπλῖται [x] τῶν [y] Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι, καὶ χίλιοι Ἀργείων (τοὺς γὰρ πεντακοσίους τῶν Ἀργείων, ψιλοὺς ὄντας, ὡπλισαν οἱ Ἀθηναῖοι·) καὶ χίλιοι τῶν ξυμμάχων, ναυσὶ δυοῖν δεούσαις πεντήκοντα, ὧν ἦσαν καὶ ὁπλιταγωγοὶ, Φρυνίχῳ καὶ Ὀνομακλεῖ καὶ Σκιρωνίδῃ στρατηγοῦντων, κατέπλευσαν ἐς Σάμον, καὶ διαβάντες ἐς Μίλητον, ἐστρατοπεδεύσαντο. Μιλήσιοι δὲ, ἐξελθόντες, ††† αὐτοί τε ὀκτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ οἱ μετὰ Χαλκιδέως

f *Aliis* Βολισσὸς ſcribitur. *Thucydidem* quidem hoc in loco Βολίσκον ſcripſiſſe, teſtatur *Stephanus Byzant.* Verum cum Exemplaria ad vnum omnia Βολίσσῳ habeant, veriſimile eſt, *Stephanum* in librum ἀδιόρθωτον incidiſſe. Hvds. * pro ἀν. ἐπ. τὰ τ. χωρ. Mſqu. ἀνεχώρησαν. *g* Φάναις *Ar. C. Cl.* atque ita apud *Strabonem* et *Stephanum.* Hvds. Sic etiam *Caſſ.* Aug. *h* Νικήσαντες *Dan.* *i* *Plutarchus* in lib. de Virtutibus Mulierum, ter hanc vrbem vocat Λευκωνίαν in foeminino genere, idem facit et *Polybius* lib. 8. περὶ Χίων. Hvds. Τλευκωνίῳ *Reg.* *k* Μετατοῦτο *Reg. Caſſ.* Aug. † κατασκευασμένην Mſqu. id. paulo poſt καὶ ἅμα. *l* Αὐτοῖς pro αὐτῶν. Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 229. Hvds. Αὐτῆς *Cam.* αὐτοῖς ἡ πόλις Mſqu. cui et mox abeſt τὸ ante ἀσφαλέστ. *m* Τόσον *Gr.* ** ἐκοσμοῦτο Aug. ſed v a corr. ſupraſcr. *n* Πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν συμμάχων *Gr.* *o* Οὐ deeſt *Reg.* *p* Πονηρὰ *Caſſ. Gr.* πονηρα ſine acc. Aug. *q* Id eſt: ἐν τοῖς πράγμασι τοῖς ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ βίῳ παρὰ τὸν λόγον καὶ παρ' ἐλπίδα συμβαίνειν εἰωθόσιν. *Ae. Port.* Paullo ante εἰτ' ἔτι Aug. Tum ἀνθρωπείς βίου Mſq. *r* Τὰ αὐτὰ *Marg. Cam Reg. Caſſ* Aug. *s* Pro εἰργομένοις αὐτῶν τῆς θαλάσσης καὶ κατὰ γῆν πορθουμένων. *Ae. Port.* *t* Ἐνεχείρισαν *Caſſ. Gr. Baſ.* Aug. †† αἰσθὰν Mſqu. cui et mox τὸν d. ante ναύαρχον. *v* Καταπαύσωσι *Reg. Gr.* Aug. *Caſſ.* et hic in marg. γρ. καταπαύσει. *** Ἀθηναίων Aug. *a* punct. not. *x* Τῶν deeſt *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Caſſ. Cam.* Aug. Mſqu. *y* Hoc modo diſtinguit *Ar.* et Aug. Ἀθηναίων, καὶ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι, etc. ††† αὐτοί τε καὶ M qu. verba ab ὁπλῖται inde ad Πελοπ. abſ. Mſqu.

Βολισσῷ] Vid. *Berkel.* ad *Steph. Androtio*, Βολισὸς, πολίχνιον Inſulae Chiorum iuxta τῆς Χίας vrbis; *Comnena* VII. p. 208. vbi pro μεριακῶς ποσῶς, omnino reponendum ex *Mſ. Coiſlin.* ὁποσῶς, et infra συνήσασε. Wass.

Ἀνάσατα — χωρία] Agnouit *Pollux* III, 91. *Herodotus* p. 31. ἀνασάτας ἐποίησε Συρίης. ἀνασατοῦντας, ἀνατρέποντας *Heſych.* v. *Etymologum* et *Suidam.* Auctor neſcio quis πᾶν Μίλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ΑΝΑΣΤΑΤΟΝ. Idem.

Ἐν Φαναῖς] Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίας, *Stephanus.* Vide ibi *Holſtenium.* Dvk.

Ἐν Λευκωνίῳ] Quae hic in Var. Lect. ſcribit *Hudſonus*, ſunt e *Palmerii* Exercitation. pag. 56. Sed errorum eſt in nomine *Polybii*, qui Lib. VIII. nihil de Chiis dicit. Credo, *Palmerium* voluiſſe ſcribere *Polyaenus* lib. 8. Nam ibi Cap. 66. haec leguntur: Χίοις πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμος ἦν Λευκωνίας πέρι. Dvk.

κατεσκευασμ.) ad aedificia haud dubie, villas et vrbes, pertinet; de *agricultura* adhiberi hoc verbum non ſolet. *Inſtructam regionem*, vt Port. vertit, vix ſatis intelexeris.

ὧν ἐγὼ ἠσθ.) haec verba non admodum fruuntur ſententiae, quam init. libri apponebat *Guttl.* putantium, a *filio* Thuc. compoſitum huncce librum.

ὅσῳ) ſcil. μᾶλλον· aut pro ὅσον· quod hic non poſſit tamen, propter τόσῳ.

οὐ πάνυ πόνηρα] *Caſſ.* et *Gr.* πονηρά. De diſcrimine inter πονηρὸς et πόνηρος non ſatis conuenit inter Grammaticos. Vide *Ammonium* in μοχθηρὸς et πόνηρον, *Suidam*, *Etymol. M. Euſtathium* in Homer. Iliad. β'. pag. 341. et *Scholiaſten* Ariſtophanis Plut. v. 127. 220. et Nub. v. 102. *Stephanus* in Theſauro ex hoc loco videtur exiſtimaſſe, ſine diſcrimine poſſe dici πονηρὰ et πόνηρα πράγματα. Sed ex *Ammonii* ſententia in *Thucydide* legendum eſt πονηρὰ, non πόνηρα. Nam ita ſcribit in μοχθηρός· Λέγουσι δὲ ἁπλῶς τὰ φαῦλα καὶ μοχθηρὰ πονηρά. ὡς Θουκυδίδης πονηρὰ τὰ πράγματα τῶν Ἀθηναίων, ἀντὶ

et ad Boliſſum Chiis proelio victis, multisque caeſis, qui ad vim arcendam obuiam ſibi proceſſerant, * oppida in hac parte ſita euerterunt. Et *eosdem Chios* ad Phanas rurſus altero praelio, et tertio ad Leuconium vicerunt. Poſtea vero Chii quidem iam aduerſus *Athenienſes* haud amplius prodire ſunt auſi: illi vero regionem egregie inſtructam, et a bello Medico ad id vsque tempus illaeſam, diripuerunt. Chii enim ſoli *omnium*, quos ego cognoui, † poſt Lacedaemonios, ſimul et beati et modeſti exſtiterunt, et quo magis ipſorum ciuitas creſcebat, eo magis etiam modeſtiae operam dabant, vt magis eſſent muniti. Et ne ipſam quidem defectionem (ſi praeter id, quod *ipſis* tutum erat, hoc feciſſe videntur) facere prius ſunt auſi, quam vna cum multis iisque fortibus ſociis ſe belli fortunam periclitaturos exiſtimarunt, et *priusquam* intellexerunt, ne ipſos quidem Athenienſes amplius negare, poſt cladem in Sicilia acceptam, plane res ſuas peſſime ſe habere. Quod ſi qua in re praeter ſuam opinionem lapſi ſunt, (vt humanitus contingere ſolet) cum multis hoc peccatum *vltro* commiſerunt, qui, res Athenienſium a multis celeriter euerſum iri, putabant. Cum igitur illi maris vſu prohiberentur, et terra diriperentur, quidam *ex ipſorum ciuibus* vrbem Athenienſibus tradere ſunt conati. Magiſtratus autem, quamvis horum conſilia ſenſiſſent, ipſi tamen quieuerunt: ſed Aſtyochum nauarchum, cum quatuor nauibus, quae ipſi aderant, Erythris *arceſſitum*, *in vrbem* adducentes, *cum eo* conſultare coeperunt, vt vel obſidibus acceptis, vel alio aliquo modo, quam moderatiſſime inſidias compeſcerent. Et Chii quidem haec agebant.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 4. U. C. Varr. 341.

25. Eadem autem aeſtate extrema, mille et quingenti grauis armaturae milites Athenienſium, et mille Argiuorum (Athenienſes enim quingentos Argiuorum leuis armaturae milites *iuſſis* armis inſtruxerant) et ſociorum mille, cum nauibus duodequinquaginta, quarum aliquot erant ad armatos portandos, ducibus Phrynicho et Onomacle et Scironida, Athenis in Samum traiecerunt, et in Miletum transgreſſi, caſtra poſuerunt. Mileſii vero *aduerſus eos* egreſſi, cum ipſi, *qui erant* octingenti grauis armaturae milites, tum Peloponneſii, qui cum Chalcideo venerant, tum

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342. Poſt Sept. 3.

ἀποβάντες τῶν νεῶν. Εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τῷ βίῳ παραλόγοις ἐσφάλησαν] εἴ τι (φησὶ) παρὰ λόγον ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν συνεξήμαρτον. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἁμαρτίαν συνέγνωσαν.

* Omnia circa oppida in officio tenuerunt. *Valla.* † Secundum Lacedaemonios egregie felices florentesque, moderationem ſimul cum fortuna iunxerunt, quantoque maioribus eorum reſp. incrementis augeſcebat, tanto firmius regionem inſtruxerunt. *Acacius.*

τῷ φαῦλα. Μόχθηρος δὲ ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ πόνηρος. Et ſic *Thucydides* VII, 48. Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι. Et VIII, 97. Ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν. DVK.

πόνηρα) ita leg. non πονηρὰ, quia ſign. *miſeras* res, afflictas, non *praua*s. Ita πονήρως ἔχειν, διακεῖσθαι, male ſe habere, infirmum eſſe; non πονηρῶς.

βεβαίως) omiſit Port. Vertendum *profecto*, haud dubie, ἀναμφισβητήτως, *manifeſto*.

[εἰ δέ τι) Schol. Aug. abeſt φησὶ, et τὴν add. ante ἁμαρτίαν.]

ταῦτα) ita hic leg. non ταὐτὰ, ne pleonaſtica fiat oratio et diſtracta. ταῦτα refer ad πράγματα, pro τοιαῦτα· quibus ſic *affectae* res Athen. viderentur cito conuelli poſſe.

ξυναιρεθ.) non ſolenne ſane hoc ſenſu verbum pro καθαιρεῖν, *deſtruere*. Sign. enim, (vt in ξυνελὼν λέγω, 2, 41. init. ξυνελόντι εἰπεῖν.) *breuiter comprehendere*, paucis complecti.

Εἰργομένοις ἂν αὐτοῖς] Hunc vſum Datiui pro Genitiuo abſoluto etiam ad VI, 82. obſeruauit *Portus*. Add. *Scholiaſtes* ad IV, 10. Ex aliis plura huiusmodi adnotarunt alii. DVK.

κομίσ.) i. e. μεταπεμψάμενοι, *arceſſito*, vocato; Heſych ihn kommen. Non bene Port. *adduxerunt*; ipſe enim cum ſuis nauibus, vtut iuſſus, veniebat.

τῷ τρ.) τῳ Cod. Reg. al. *Abr.* Nihil obſ. Duker. ſed ita plane leg. p. τινί· aut Artic. ipſe ponitur pro τις, quaſi τοιούτῳ τῷ τρ.

C. 25. Τῶν Ἀθηναίων] Τῶν deeſt etiam *Cl.* et *Gr.* rectius. WASS.

ὥπλισ.) *grauiori* videl. armatura, vt ὁπλῖται iam eſſent, (qui ἐξόχως dicantur ab ὅπλοις,) cum ψιλοὶ adhuc eſſent, leviter armati, velites. Aor. pro Plusqpf. ὡπλίκεσαν· *Maturius* enim factum, conuenientius eſt.

αὐτοὶ ὀκτ. ὁπλ.) quaſi pro αὐτῶν· αὐτοὶ per Appoſit. *cum ipſi efficerent* octingentos ὁπλίτας. Vel pro Genit. ſimpl. αὐτῶν ὄντων ὀκτακ. ὁπλιτῶν.

ἐλθόντες [z] Πελοποννήσιοι, καὶ [a] Τισσαφέρνης τὸ ξενικὸν ἐπικούρικόν, καὶ αὐτὸς [b] Τισσαφέρνης παρὼν, καὶ ἡ ἵππος αὐτῆ, ξυνέβαλον τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ξυμμάχοις. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ [c] προεξάξαντες, καὶ καταφρονήσαντες, ὡς [d] ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ ἀ [e] δεξομένους, ἀτακτότερον χωρῆσαι, νικῶνται ὑπὸ τῶν Μιλησίων, καὶ διαφθείρονται [f] αὐτῶν [g] ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακοσίων ἀνδρῶν. Ἀθηναῖοι δὲ, τούς τε Πελοποννησίους πρώτους νικήσαντες, καὶ τοὺς βαρβάρους καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον ὡσάμενοι, τοῖς Μιλησίοις ἀ ξυμμίξαντες, ἀλλ', ὑποχωρησάντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς τῶν Ἀργείων τροπῆς ἐς τὴν πόλιν, ὡς ἑώρων τὸ ἄλλο σφῶν [h] ἡσσώμενον, πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων, κρατοῦντες ἤδη, τὰ ὅπλα τίθενται. καὶ ξυνέβη ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ, τοὺς Ἴωνας ἀμφοτέρων τῶν Δωριέων κρατῆσαι. τούς τε γὰρ κατὰ σφᾶς Πελοποννησίους οἱ Ἀθηναῖοι ἐνίκων, καὶ τοὺς Ἀργείους οἱ Μιλήσιοι. σήσαντες δὲ τροπαῖον, τὸν περιτειχισμὸν, ἰσθμώδους ὄντος τῇ χωρίᾳ, οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο· νομίζοντες, εἰ προσαγάγοιντο Μίλητον, ῥαδίως ἂν σφίσι καὶ [i] τὰ ἄλλα [k] προσχωρήσειν.

κς'. Ἐν τούτῳ δὲ, περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, ἀγγέλλεται αὐτοῖς, τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας [l] πέντε καὶ πεντήκοντα ναῦς [m] ὁσονοῦ παρεῖναι. τῶν τε γὰρ Σικελιωτῶν, (Ἑρμοκράτους τοῦ Συρακουσίου μάλιστα ἐνάγοντος ξυνεπιλαβέσθαι τῆς ὑπολοίπου [n] Ἀθηναίων καταλύσεως,) εἴκοσι νῆες Συρακουσίων ἦλθον, καὶ Σελινούντιαι δύο· αἵ τε [o] ἐκ Πελοποννήσου, ἃς παρεσκευάζοντο, [p] ἕτοιμοι ἤδη ἔσαι, καὶ Θηραμένει τῷ Λακεδαιμονίῳ [q] ξυναμφότεραι ὡς Ἀσύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖσαι κομίσαι, κατέπλευσαν ἐς [r] Ἑλεὸν πρῶτον, τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον· ἔπειτα ἐκεῖθεν, αἰσθόμενοι ἐπὶ Μιλήτῳ ὄντας Ἀθηναίους, ἐς τὸν [s] Ἰασικὸν κόλπον πρότερον πλεύσαντες, ἐβάλοντο εἰδέναι τὰ περὶ τῆς Μιλήτου. ἐλθόντος δὲ Ἀλκιβιάδου ἵππῳ ἐς [t] Τειχιοῦσσαν τῆς Μιλησίας,

z Πελλοποννήσιοι Gr. et infra aliquoties. a Τισσαφέρνης τὸ ξενικὸν ἐπικουρικὸν, καὶ αὐτὸς desunt in Codd Ar. C. Reg. Dan. τὸ ξ. Aug. b Τισσαφέρνης Gr. c Id est: τὸ κέρας πρὸ τῶν ἄλλων, scil. ἄγαν μηκύναντες καὶ προεξαγαγόντες καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενέστερον ποιήσαντες. Ae. Port. Προεξάξαντες Marg. Ar. C. Ald. Flor. Baf. i. e. πρὸ τῶν ἄλλων τῷ αὐτῷ στρατῷ τῆς μάχης ἐξάξαντες. Ae. Port. In Baf. est προεξέρξαντες, προεξάρξ. etiam Mofqu. d Ἐπ' Ἰωνάς τε etc. Ar. C. Aug. Ionas vbique vt molles et effeminatos contemferunt Dores. Hvds. Reg. e Δεξαμένους Dan. f Αὐτῶν omittit Cl. g Ὀλίγοις Ar. C. Ald. Flor. Baf. Gr. Ὀλίγον Reg. ὀλίγοι Aug. correct. ω fcr. fup ο. ὀλίγοις Baſil. h Ἡττωμένων Gr. ἡσσάμεν. M'q. qui et mox Δωριαίων, et femper hic Πελοποννησ. i Τἆλλα Ar. C. k Προσχωρῆσαι Marg. l Πέντε καὶ omittit Gr. m Ὅσον ὅπω Marg. Ar. C. Ald. Flor. Baf. Reg. Dan. Mſq. Ὅσον ὦ Caſſ. Cam. Aug. n Τῶν Ἀθηναίων Cam. Tum καταλύσεως Mſqu. mox id. Σελινουντίων. o Ἐκ τῆς Πελοποννήσου Reg. p Ἕτοιμαι Cam. Aug. q Ξυναμφότερα Ar. C. r Ἕλεον Caſſ. ελεον ſine acc. et ſpir. Aug. s Ἰασιακὸν Reg. t Τειχιῶσσαν cum ſimplici σ paſſim in Codd. Ar. C. Hvds. Etiam Reg. et Gr. hic et Cap. 28.

ξενικ. ἐπικ.) Alterum, more Noſtri, pro Subſt. aut pro ξένοι ἐπίκουροι, aut pro ἐπίκουροι ξένοι, vel ξενικοί.

Καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ] Ex hoc loco deſcripſit *Suidas* in κέρας. Dvk.

προεξάξ.) cum *priores* eduxiſſent exercitum, obuiam iſſent Athenienſibus, non exſpectata horum impreſſione. Verior haud dubie lectio haec, vtut minime ſolennis ſit hic Aor. 1. καταφρον.) ſcil τῶν Ἀθηναίων· vel pro, μετὰ καταφρονήσεως ἐξελθόντες, καταφρόνησιν ἔχοντες, ἐνδεικνύμενοι. Cf. Phil. Th. P. p. 78. (med.) lit. ε) vbi adſcripſi ex Sirac. 31, 15. διανοοῦ, ſimpliciter, ſine caſu poſitum, pro νοῦν ἔχε. Ita φρονεῖν pro φρόνιμον εἶναι vel φρόνησιν ἔχειν, *ſapere* p. ſapientem eſſe, alia.

δεξομέν.) Exemplum hoc eſt ſimpliciter poſiti verbi δέχεσθαι, vt ſit, *parem eſſe*, impetum ſuſtinere; de quo ſupra cum *Abr.* dubitabat Gottleb. intell. (σφᾶς) αὐτοὺς, vel τὴν ἔφοδον.

ἀπὸ τ. τροπ.) paſſiue: cum, *fugatos*, vidiſſent, Argiuos; vel *propter* fugam Argiuorum: Actiue alias ἀπὸ tali in cauſſa; vt Pauſſo, Ebr. 7, 1. ὑποστρέφοντε ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων· cum (victor) a caeſis regulis reuerteretur.

[τὰ ὅπλα τ.) Schol. abeſt Aug.] Male hic profecto Schol. Vulg. expl. ἀποτίθενται τὰ ὅπλα· id quod nec res patiatur, nec verba πρὸς τὴν πόλιν. Germanice verterim: ſie faſſen Poſto bey der Stadt.

κατὰ σφᾶς) auf ihrer Seite, ipſis *proxime* oppoſitos, vt in Epigr. 1. Callim. τὸν κατὰ σαυτὸν ἔλα· tibi proximum.

προσαγάγ.) ſcil. ἑαυτοῖς, id quod in Medio iam latet.

C. 26. τὰς ἀπὸ rel.) redundat Artic. τάς· necdum enim conſtabat quidquam de nauibus iſtis, aut numero earum. Et, cum ſemel adſit Artic. Synchyſi traiecta ſunt verba, pro, ἀπὸ Σικ. παρεῖναι (τὰς) νέ. ναῦς.

[ὅσον οὔ π.) Schol. abeſt Aug.] ὅσον οὔ plane vt Lat. *tantum non.*)

[ἐνάγοντος) Schol. Aug. inc. καὶ ὥστε τὴν ὑπολειπ. rel. Priora deſunt. Recte τὴν addit Aug. ſed καὶ ab initio non placet.)

καταλύσ.) καταλύσεος Mſq. per omicron; mendoſe; nam in Dial. Ionica, apud Herodot. et Hom. Genit. nominum in ις eſt in ιος, nempe ι, non ε, praecedente. Notare volui tamen, ſi quem forte offenderet, ad Grammat. ſed non memini ſaepius occurrere; cum plura alioquin habeat hic Cod. maxime in Encliticarum accentibus, et in ν ἐφελκυστικῷ, quae recedunt a vulgari praeceptione.

etiam quaedam peregrina Tiſſaphernis auxilia, quinetiam ipſe Tiſſaphernes praeſens, et ipſius equitatus, proelium cum Athenienſibus ſociisque commiſerunt. Et Argiui quidem, qui ſuo cornu proelii initium fecerant, et qui, contemtis *hoſtibus*, vt aduerſus Iones, et eos, qui ſuum impetum laturi non eſſent, ordinibus non ſeruatis pergebant, a Mileſiis ſuperati fuerunt, et paulo pauciores trecentis ex ipſis caeſi fuerunt. Athenienſes vero, cum initio Peloponneſios viciſſent, et barbaros ac caeteram turbam *loco* pepuliſſent, cum Mileſiis non ſunt congreſſi: ſed cum ipſi *Mileſii* poſt fugatos Argiuos in vrbem ſe recepiſſent, cum alterum ſuorum *cornu* ſuperatum vidiſſent, *Athenienſes* ad ipſam Mileſiorum vrbem iam victores caſtra poſuerunt. In hoc autem proelio contigit, vt Iones vtrinque Dorienſes vincerent. Nam et Athenienſes vicerunt Peloponneſios *in acie* ſibi oppoſitos, et Arginos Mileſii. Athenienſes autem, erecto tropaeo, ad vrbem circumuallandam ſeſe praeparabant, quod locus ille in Iſthmi modum eſſet anguſtus: exiſtimantes, ſi Miletum in ſuam poteſtatem redegiſſent, caetera quoque *oppida* in ſuam ditionem facile ventura. Bell. Peloponn. an. 20. Olymp. 92 I. U. C. Varr. 342.

26. Interea vero, iam ſub veſpertinum crepuſculum, ipſis nuntiatur, quinque et quinquaginta Peloponneſiorum et Siculorum naues tantum non adeſſe. * Nam Hermocrate Syracuſano potiſſimum Sicilienſes inſtigante ad belli reliquias perſequendas, vt Athenienſium imperium euerterent, viginti naues Syracuſanorum et duae Selinuntiae veniebant. Et Peloponneſiorum naues, quae inſtruebantur, iam paratae erant. Therameni autem Lacedaemonio praeceptum fuerat, vt has vtrasque claſſes ad Aſtyochum nauarchum deduceret, quae primum in Eleum inſulam Mileto adiacentem traiecerunt. Mox illinc, cum accepiſſent, Athenienſes in Mileto eſſe, in ſaſicum ſinum prius nauigarunt, quod ſcire vellent, quid rerum apud Miletum gereretur. Cum autem Alcibiades † equo *vectus* ad Tichiuſſam, *agri* Mileſii

* Hermocratis enim maxime Syracuſani ſuaſu, monentis, vt, quod reliquum eſſet virium Athenienſium, id cum caeteris euertere ne cunctarentur, ex Sicilia viginti Syracuſanorum naues et duae Selinuntiae venerant. *Acacius.*
† Cum equitatu ad etc. *Stepb.*

Ἤδη τὰ ὅπλα τίθενται] ἦγων ἀποτίθενται. Ὅσονὲ παρεῖναι] ἦγων, μετ' ὀλίγον. Ἐνάγοντος ξυνεπιλαβέσθαι] ἦγων, πείθοντος συνεφάψασθαι, ὥστε ὑπολειπομένην δύναμιν τῶν Ἀθηναίων καταλῦσαι. Ὡς Ἀσύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖσαι] προσταχθέντος τῷ Θηραμένει ἀγαγεῖν πρὸς Ἀσύοχον τὰς ναῦς.

ἕτοιμοι) ἕτοιμαι Libri quidam; ſane in Singulari habemus ἕτοιμη, ſicut ἐρήμη, et contra ἀναγκαῖος, βέβαιος, Femin. non ita tamen Plurali.

Θηραμ. — — κομίσ.) Poſſit ordo, ſi res tamen et hiſtoria patiatur, ſic quoque inſtitui: προσταχθ. Θηραμ. ὡς κομίσαι Ἀστύοχον· commiſſae Theramени, vt (ὡς pro ὥστε) Aſtyochum aduehерet, vel adueherent. Sed hic ὡς eſt pro πρὸς, et ad κομίσαι intell. ὥστε αὐτὰς, *vt illas* deduceret, vel *qui eas* duceret; *quas* duceret, ducendae: Aut Hypallage eſt vel Inuerſio, pro, ἃς προσετάχθη (προσετέτακτο) ὁ Θηραμένης κομίσαι πρὸς τ. Ἀστύοχον.

Ἐλεόν] De hac inſula nihil alibi me legiſſe memini. WASS.

αἰσθόμενοι) nempe, qui eſſent in nauibus; per Syneſin et Synecdochen: proximum enim ſubiectum et ſolum in proximo Nominatiu. eſt, *ai νῆες*.

ἵππῳ) vix eſt, vt hic intelligas σόν. vnde equitatus enim Alcibiadi? Nec magis Graece diceris, (τῇ) ἵππῳ ἐλθεῖν, quam Latine *equitatu* vel *peditatu venire*. Adiectiuum ſi addatur, tanquam, πάσῃ τῇ ἵππῳ, vniuerſo equitatu, feram, et ex Noſtro defendam. Nam, *claſſe*, *nauibus venire* aliud fuerit, quia *modum* ſignificet veniendi; non item, *exercitu*, *copiis venire*. Nam, quod infra tribuitur Alcibiadi, ξυνεμάχετο, id vero, dubium non eſt, quin de *vno* quoque recte dicatur. Nec vero opus addito illo foret, ſi *cum equitatu* veniſſet; Quorſum enim, niſi pugnaturus? Nunc *equo* veniſſe ipſe ſolus dicatur, vel nuntius, vel percunctator, vel conſilio adiuturus, vel horrator; ſed iam idem pugnaſſe quoque in acie. Vnde et addit, παρῆν, *aderat*; nempe non *ibi*; quod iam dixiſſet: equo aduenerat; ſed *in acie* verſabatur; quod ipſum non adderet, ſi cum equitatu veniſſet Alcib.

Τειχιοῦσαν] Quaſi τειχιόεσσα, muris turribusque cincta. *Heſych.* τειχειόεσσαν, καλὰ τείχη ἔχουσαν· et ſic *Phauorin.* lege τειχιόεσσαν· ad *Homerum* reſpexit. Paucae vrbes hoc epitheto gaudent apud *Homerum*, cuius tempore Graecia fere pagatim habitata erat. τειχιόεσσαν, inquit *Schol* in Iliad. β'. v. 559. ἐπεὶ δοκεῖ ὑπὸ Κυκλώπων τετειχίσθαι. Recte Turres inter Cyclopum inuenta ponit apud *Plinium* Ariſtoteles. *Virgil.* Cyclopum *eductа* cani nimis Moenia conſpicio. Ibi 4. *Mſſ. Cantab.* ſcriptura veriore *virectа* exhibent. *Statius*: Monſtrat Cyclopum *ductas* fornacibus arces. *Euripides* de

ν (ἥπερ τῶ κόλπω πλεύσαντες ηὐλίσαντο,) πυνθάνονται τὰ περὶ τῆς μάχης. παρῆν γὰρ [x] καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ ξυνεμάχετο τοῖς Μιλησίοις καὶ Τισσαφέρνει· καὶ αὐτοῖς παρῄνει, εἰ μὴ βούλονται τά τε ἐν Ἰωνίᾳ καὶ τὰ ξύμπαντα [y] πράγματα διολέσαι, [z] ὡς τάχιστα βοηθεῖν Μιλήτῳ, καὶ μὴ περιϊδεῖν ἀποτειχισθεῖσαν.

κζ'. Καὶ οἱ μὲν ἅμα τῇ ἕῳ ἔμελλον βοηθήσειν· Φρύνιχος δὲ, ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, ὡς ἀπὸ τῆς [a] Δέρω ἐπύθετο [b] τὰ τῶν νεῶν, σαφῶς βουλομένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμαχεῖν, ἐκ ἔφη ἔτ' αὐτὸς ποιήσειν τοῦτο, ἔτ' ἐκείνοις, ἔτ' ἄλλῳ ὑδενὶ, ἐς δύναμιν ἐπιτρέψειν. ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας, πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας, καὶ [c] ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς [d] καὶ καθ' ἡσυχίαν [e] παρασκευασαμένοις, ἔσαι, ἀγωνίσασθαι, ὑδέποτε, τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξας, [f] ἀλόγως διακινδυνεύσειν. ὑ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι, [g] Ἀθηναίους ναυτικῷ [h] μετὰ καιρῷ ὑποχωρῆσαι· ἀλλὰ καὶ μετὰ [i] ὁτῳῦν τρόπῳ αἴσχιον ξυμβήσεσθαι, ἢν ἡσσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν ὑ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ, [k] περιπίπτειν, [l] ἢ μόγις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι [m] μετὰ βεβαίᾳ παρασκευῇ [n] καθ' ἡσυχίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκη, πρότερα [o] ποι ἐπιχειρεῖν, [p] πῶ δὴ, μὴ βιαζομένη γε, πρὸς αὐθαιρέτως κινδύνως ἰέναι, ὡς τάχιστα δὲ ἐκέλευε, τάς τε τραυματίας ἀναλαβόντας, καὶ [p] τὸν πεζὸν, καὶ τῶν σκευῶν, ὅσα

v Οἵτες *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Baf. Reg. Dan.* et a prima manu *Caff.* Aug. *x* Καὶ abeſt a *Caff. Gr.* et Aug. *y* Πράγματα omittit *Cam.* *z* Ὡς τάχιστα *C. Ald. Flor. Baf.* et mox infra. *Gr.* *a* Λέρῳ *Ar.* Λέσβῳ *C.* Manifeſtum autem eſt ex *Strabone*, fine lib. 10. legi debere Λέρῳ cum *Cod. Ar.* Hvds. Sic et iam *Dan.* Λέρου Aug. ſed m. rec. ſcr. λ. ſuper δ. Λέρου Mſq. *b* Τὰ τῶν νεῶν σαφῶς, βουλομένων etc. *Ar. C.* quo modo ſcribendum eſſe, vidit *F. Port.* Hvds. In *Gr.* nulla diſtinctio eſt, neque in Aug. *c* Ὅσας *Ar. C.* *d* Καὶ deeſt *Ar. C. Dan.* Tum καθησυχίαν Aug. *e* Παρασκευασμένοις *Gr.* *f* Ἀλόγως deeſt *Gr.* *g* Ἀθηναίους non habet *Gr.* *h* Μετακαιρῷ *Ar.* Μετὰ καιρὸν *Caſſ.* Aug. *i* Ὁτουνῶν *Ald. Flor. Baf.* Ὅτῳ ἂν Aug., a prima manu *Caſſ.* καὶ abeſt Mſqu. ante μετά. *k* Παραπίπτειν *C.* *l* Ἢ *Gr.* *m* μεταβεβαίου Aug. *m* Κατ' ἐξουσίαν *Ar. C. Ald. Flor. Baf. Reg. Dan.* Καὶ καθ' ἑκουσίαν *Caſſ.* Καθ' ἑκουσίαν deſunt *Gr.* *n* Πῃ ex emendatione *Caſſ.* *o* Σπουδῇ *Ald. Flor. Baf.* Πῇ δὴ in *Caſſ.* fecerat recens manus, craſa ſcriptura vetere. *p* Τῶν πεζῶν *Ar. C. Reg.*

Mycenis Elect. v. 1157. Ἰκόμενον εἰς οἴκους, ΚΤΚΛΩ-ΠΕΙΑ Τ' ΟΤ'ΡΑΝΙΑ τείχε' etc. Atque ita ſacri ſcriptores גדרת רבצורת בשמים צרים v. *Euſtath.* in Odyſſ. 346. *Antipatrum Theſſalum* Anthol. I, 146. *Steph.* in *Voſſii Cod.* Τειχιόεις, πόλις Μιλησίας τὸ ἐθνικὸν Τειχιονεύς. *Athenaeus* VIII. de Stratonico Citharoedo: ἐν Τειχιῶντι τῆς Μιλήτου φυγάδων οἰκόντων, ὡς ἑώρα πάντας τοὺς τάφους ξενικοὺς ὄντας, ἀτίμωεν, ἔφη, παῖ. ἐνταῦθα γὰρ οἱ ξένοι ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν, τῶν δ' ἀστῶν ὐδείς. Wass. Τειχιῶντα et Τειχιῶσσαν eamdem eſſe, oſtendunt *Leopardus* X. Emendat. 4. et *Caſaubonus* ad Athenaeum VII, 20. Dvk. Mirus eſt Waſſ. cum ſua Mythologia in re hiſtorica, ad *Cyclopes* referens omnem munitionem; quaſi, quod in Tartaro, vt Diui, ferreos plane muros aut in Sicilia, Vulcani operae, fecerint, id in omni vbique vrbe fecerint. Ebraica quoque, quibus, fruſtra ſatis, hic vtitur, et vitioſiſſime, qui literas, ſunt excuſa et praepoſtere, quae ne legere quidem Ebraice poſſis, nedum intellexiſſe. Ducta autem ſunt ex Deuter. 1, 28. extr. vbi ſic habent: עָרִים גְּדוֹלוֹת וּבְצוּרוֹת בַּשָּׁמָיִם.

ἥπερ τ. κ.) ἧπερ, ſcil. χώρᾳ, μερίδι. Nec male Libb. quidam οἵπερ, *vbi*; vt ποῦ γῆς, (vel apud Sophocl. ποῖ γᾶς;) Lat. *vbi terrarum?*

C. 27. Δέρου] *Ar.* Λέρου. recte. Vna eſt ex Sporadibus. v. *Plinium* IV, 12. V, 31. *Herodotum* V, 125. *Strabon.* XIV, 437. et Epitom. p. 137. *Dinarchum* apud D. Halicarn. Tom. II. p. 118. *Anton. Liberalem* Cap. II. *Aelian.* de Animal. IV, 42. *Suidam* v. Φερεκύδης. Wass. Λέρῳ legendum eſſe, iam viderat *Palmerius* in Exercitation. pag. 56. Dvk.

[βουλομέν.) In Cod. Aug. ad h. v. in marg. adſcr. ἀξιουμένων.] pro ἀξιούντων· nempe vt interpretatio, non pro Var. Lect. Non male; nam *βούλεσθαι* hic ſign. *poſtulare*. σαφῶς, ſi ad *βουλομ.* retuleris, ſignificet *vtique*, diſerte, ausdrücklich, ſchlechterdings.

[ὑπομείναντας) rurſus in marg. Cod. Aug. ἀντὶ τοῦ ὑπομεινάντων.] Antiptoton ergo fecit, qui adſcripſit; quo ſuperſediſſe tamen detur, intellecto αὐτούς· vix enim eſt, vt, tali ſtructura, locum habeat Genit. Ita et mox: ἔξεστι, σαφῶς εἰδότας, rel. pro εἰδόσιν, int. αὐτοὺς, vt ſit Accuſ. c. Infin.

ὅπου γὰρ) ὅπου hic eſt pro εἰ, immo pro ὅτι· vt 1. Cor. 3, 3. ὅπου γὰρ ζῆλος ἐν ὑμῖν, rel. *cum* inter vos vigeant rixae, rel. nonne eſtis (σαρκικοὶ,) vani, leues, rebus friuolis dediti, infirmiores? Vbi ὅπου non poteſt eſſe *vbi*, propter additum ἐν ὑμῖν. 2. Pet. 2, 11. (non verentur *n* agiſtratibus, principibus conuiciari:) ὅπου ἄγγελοι rel. i. e. *cum* (tamen) ne angeli quidem, rel. Liu. 21, 12. *vinci animos, vbi alia vincantur*, i. e. *cum* al. vinc. Quod deinde, ἔσται redundare, vult Schol. et recte arguit Abr. et ordinem liquido ſatis conſtituit; nec Portus non vidit; niſi, quod parentheſi incluſit verba: *vbi plane cognouiſſent*, ad vv. *certandum eſſet*; rectius illa ac ſimplicius ad ſuperiora ſtatim relaturus v. *confligeret*, illis deinde ſubiectis. Ordo autem eſt: ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ (alia occaſione) ἀγωνιστέον, εἰδότας, (pro εἰδόσι,) πρὸς ὁπ. τε ναῦς πολ. καὶ ὅσαις τ. σφ. ἔσται, nempe ὁ ἀγὼν, vel ἀγωνίσασθαι, πρὸς αὐτὰς, vel, ὅσαις πρὸς αὐτὰς, ſcil. ταχθησομέναις, ἱκαν. παρεσκευασμ. quod retuleris ad ἔσται, vel ἀγωνίσ. Optimum fuerit, bis intellexiſſe verb. ἀγωνίσ. et ad ſuperius, ἔξεστιν, et ad proximum, ἀγωνίσασθαι· ἔσται ſi abfuerit: non habebimus, quo referatur πρὸς ὁπόσας et ὅσαις.

[ἐν ὑστ.) Schol. abeſt Aug.] ἐν ὑστέρῳ hic eſt, *alio* tempore, alia occaſione; *deinde*, *à l'avenir*.

caſtellum, veniſſet, ad quam ſinus partem *Peloponneſii* appulſi ſtationem habebant, res in proelio geſtas intellexerunt. Nam et Alcibiades *proelio* interfuerat, et cum Mileſiis et Tiſſapherne in acie aduerſus hoſtes ſteterat. Hic autem ipſis ſuaſit, vt, niſi et Ioniam et caeteras omnes res amittere vellent, opem quam celerrime Mileto ferrent, neue per ſuam negligentiam, illam *ab hoſte* circumuallari paterentur. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

27. Atque illi quidem *huic* prima luce *ſtatim* ſuccurrere ſtatuerunt. Phrynichus vero, Athenienſium dux, vbi ex Dero de claſſis hoſtilis aduentu certior factus fuiſſet, quum *ipſius* collegae *eam* exſpectare vellent, vt nauale proelium committerent, negauit aut ſe hoc facturum, aut (quoad poſſet) illis aut alii cuiquam *hoc facere* permiſſurum. Cum enim aliquanto poſt, vbi plane cognouiſſent, aduerſus quot hoſtiles naues, et quo ſuarum ſufficienter et per otium inſtructarum numero aduerſus eas certandum eſſet, confligere liceret, ſe nunquam adductum iri *dicebat*, vt turpi *fugae* probro cedens belli fortunam temere periclitaretur. Nec enim turpe eſſe, Athenienſes cum claſſe ad tempus cedere, ſed longe turpius fore, ſi, quomodocunque res contingeret, vincerentur: et respublica non ſolum in dedecus, ſed etiam in maximum periculum incideret. Cui cum propter clades acceptas vix liceat cum firmo apparatu ſua ſponte, vel etiam magna neceſſitate coactae aliquos aggredi; iam vero quo modo ei non coactae pericula ſua ſponte ſuſcipere *liceret?* Itaque iubebat illos, aſſumtis ſauciis, et peditatu, omnique inſtrumento, quod

Ἐν ὑστέρῳ] χρόνῳ δηλονότι. Ἔσαι ἀγωνίσασθαι] τὸ ἔσαι περιττόν. τὸ δὲ, ὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξῃς ἀλόγως διακινδυνεύσειν, ἀντὶ τοῦ, ὐδέποτε φεύγων ἀδοξίαν, ἀλόγως διακινδυνεύσειν. Ἢ μόγις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἤ τινι (φησὶ) πόλει διὰ τὰς κατεχούσας συμφορὰς μόγις ἔξεσι μετὰ μεγάλης παρασκευῆς καὶ ἀναγκαζομένῃ προσεπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις, ἐχὶ δὲ ἑκουσίως, ταύτῃ πῶς προσήκει μὴ ἀναγκαζομένῃ πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι; Μετὰ βεβαίας παρασκευῆς] ἤγουν, ἑτοιμασίας πολεμικῆς ἀσφαλοῦς.

τῷ αἰσχρ. ἐν. εἴξ.) Primo, αἰσχρὸν ὄνειδος cur dicat, rationem affert *Abr.* quia ſit *mediae* ſignificationis. Et ſane Heſych. ὄνειδος, — κλέος. Sed nimirum et κλέος *malum, adverſus* rumor, eſſe poteſt. Noſter 2, 45. extr. οἷς — ἀχετῆς πέρι ἢ φόνου, — κλέος ἦ. Ergo et φόνου κλέος eſt. Equidem Pleonaſmum crediderim, vt in *dolo malo*, et *opprobrio turpi*, apud Hor. Serm. 1, 6, 84. (Vbi abeſſe tamen non poteſt *turpi*, quia praec. *non ſolum facto*; additur tamen *opprobrio*.) Nec vero video, quidni et Germani dicamus, citra ſpeciem Pleonaſmi, ein ſchimpflicher Vorwurf. Sed et alia ratio fuit Noſtro, cur αἰσχρῷ adderet, quia negat, hoc eſſe (vere) αἰσχρὸν, nempe re ipſa, per ſe ac vere aeſtimanti, vtut vulgo habeatur, et vero ſit prima ſpecie; plane, vt Febii cunctatio Romae erat *infamis*, quod ipſe quoque ſciret, Liuio auctore, 22, 15. init. at non prudentioribus atque intelligentibus, vt ſalubre reip. Ita, quod plane referendum ſit e diuerſo, praeſentis formidine tardatus Callicratidas, Cicerone memorante, de Offic. 1, 24. a. extr. vertere omnia maluit, quam claſſem ab Arginuſſis reducere; quod ὄνειδος foret apud imperitos, at non (vere et re ipſa) αἰσχρόν. Simillimus huic locus ſuccurrit Gen. 37, 2. extr. דִּבָּתָם רָעָה, *opprobrium* eorum *malum*: οἱ ὁ, ψόγον πονηρόν. Vbi, memorabiliter ſatis, et, quod huc quadret, R. Sal. Iizchak (Iarchius,) vocab. דִּבָּה reſpondere, ait, vocab. Francogall. *parler*, et, quid *loqui* poſſis et *narrare*, hoc vocab. ſignari. Ceterum τῷ ante αἰσχρῷ interpreter τινὶ, *vlli*, *cuipiam*; vt 2. Cor. 1, 17. μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; i. e. τινὶ ἐλαφρίᾳ, *num qua, vllane* leuitate, mobilitate, ſum vſus? εἴξας autem ὀνείδει, ſign. metuentem infamiae, opprobrio paritu-

rum, ei daturum hoc, vt temere diſcrimini ſeſe offerret. Nominat. refertur ad ἔφη ſupra, vbi itidem Nominat. οὔτ' αὐτὸς ποιήσειν.

μετὰ καιροῦ) p. ἐν καιρῷ, *in* tempore, *cum* opportunitate, vt adſit illa, *vbi ſit*.

μετὰ ὀτινοῦν τρ.) pro ὁτῳοῦν τρόπῳ. 2, 41. μετὰ μεγάλων σημείων τὴν δύναμιν παρασκόμενοι.

[ἢ μόγις) Schol. Aug. abeſt φησὶ, et pro μόγις eſt μόλις.] Non μόλις ideo tamen legiſſe centendus Schol. ſed vulgarem ſcripturam poſteri temporis ſecutus. προσεπιχειρεῖν in Schol. aut pro ſimplici eſt, vt in προσαιτεῖν, Xen. Mem. L. 1, 2, 29 προσδόμενοι, Noſtro 2, 41. poſt init. in προσβοηθεῖν, aliis, aut ſign. *vltro*, *inſuper*, cum *iam* tot malis affecta laboret; vt vix ſatis ſe tueatur, nedum vt *etiam* pugnis ſeſe offerat; nodum barju.

[μετὰ βεβ.) Schol. d. Aug.] vt pleraque leuiorum.)

καθ' ἑκουσίαν) ſcil. βούλησιν, προαίρεσιν, pro ἑκουσίως. Sed qui diſſerat hoc ab αὐθαιρέτοις κινδύνοις, quod vt *maius* deinde afferat? Nempe hoc opponitur tantum τῷ πάνυ γε ἀνάγκῃ, nulla τοῦ ἑκουσίαν ratione iam habita, aut hoc, κ. ἑκουσ. iungendum τῷ μετὰ βεβαίου παρασκευῆς, vbi locus fortaſſe fuerit τῷ καθ' ἑκουσίαν· qui apparatus nunc illos deficiat.

ποῦ γε δὴ) ποῦ pro πῶς· vt fortaſſe 1. Pet. 4, 8. *Quod ſi pribi vix euaſuri ſunt: ὁ ἀσεβὴς — ποῦ φανεῖται; quo* tandem *modo* impius ſteterit?

ἦλθον ἔχοντες, ἃ δ' ἐκ τῆς πολεμίας εἰλήφασι, καταλιπόντας, ὅπως κἄφαι ὦσιν αἱ νῆες, ἀποπλεῖν ἐς Σάμον· κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τὰς ἐπίπλους, ἢν πῃ καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, [καὶ ἔδρασε] ταῦτα· καὶ ἔδοξεν ἐκ ἐν τῷ αὐτίκα μᾶλλον, ἢ ὕστερον, ἐκ ἐς τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ, ἐς ὅσα ἄλλα Φρύνιχος κατέστη, ἐκ ἀξύνετος εἶναι. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀτελεῖ τῇ νίκῃ ἀπὸ τῆς Μιλήτου ἀνέστησαν. καὶ οἱ Ἀργεῖοι [q] κατὰ τάχος καὶ πρὸς ὀργὴν τῆς ξυμφορᾶς ἀπέπλευσαν ἐκ τῆς Σάμου ἐπ' οἴκου.

κή· Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἅμα τῇ ἕῳ ἐκ τῆς Τειχιούσσης ἄραντες, ἐπικατάγονται, καὶ μείναντες ἡμέραν μίαν, τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσλαβόντες, [r] τὰς μετὰ Χαλκιδέως [s] τοπρῶτον ξυγκαταδιωχθείσας, ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο ἐς Τειχιῦσσαν [t] πάλιν. καὶ ὡς ἦλθον, Τισσαφέρνης τῷ πεζῷ παρελθών, [u] πείθει αὐτὰς ἐπὶ [v] Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης, πολέμιος ὤν, κατεῖχε, πλεῦσαι. καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι, καὶ ἀ προσδεχομένων [x] ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι, αἱροῦσι. καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακούσιοι † ἐπηνέθησαν, καὶ τόν τε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες, Πισσούθνα νόθον υἱόν, ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως, παραδιδόασιν οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνει ἀπαγαγεῖν, εἰ βούλεται, βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε. καὶ τὴν Ἴασον διεπόρθησαν· καὶ χρήματα πάνυ πολλὰ ἡ στρατιὰ ἔλαβε· παλαιόπλουτον γὰρ ἦν τὸ χωρίον. [y] τούς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτὰς κομίσαντες, καὶ ἐκ ἀδικήσαντες, ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου· τό, τε πόλισμα [z] Τισσαφέρνει παραδόντες, καὶ τὰ ἀνδράποδα πάντα, καὶ δῆλα καὶ ἐλεύθερα, ὧν καθ' ἕκαστον, [a] στατῆρα Δαρεικὸν παρ' αὐτοῦ ξυνέβησαν λαβεῖν. ἔπειτα ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Μίλητον. καὶ Πεδάριτόν τε [b] τὸν Λεοντος ἐς τὴν Χίον ἄρχοντα Λακεδαιμονίων [c] πεμψάντων,

q κατατάχος *Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ.* *r* Nihil tale ſupra vidimus, nouimus enim, paulo poſt foedus factum Chios cum decem nauibus fugae ſeſe mandaſſe, inſequentibus Athenienſibus: ſed tamen Chalcideus non aderat. Suſpicor itaque, locum eſſe mendoſum, aut illum, Cap. 19. καὶ ἐλθούσης παρὰ Χαλκιδέως ἀγγελίας. *F. Port.* μετὰ Χαλκιδέας Aug. *s* Τὸ πρῶτον *Ar. C. Baſ. Caſſ. Gr.* Aug. *t* πόλιν Mſqu. *u* Πεῖθειν *Ald. Flor.* *v* Ἰασσὸν ſcribendum cum *Strabone* et *Stephano*. Verum, cum apud *Goltzium* nummus exſtet cum inſcriptione ΙΑΣΕΩΝ, liquet, cum ſimplici *σ* aliquando exaratum fuiſſe. Ἐπὶ τὴν Ἰάσσον *Cl.* Hvds. *x* Scil. ἄλλας ἢ Ἀττικὰς etc. *F. Port.* † ἐπενέθ. Mſqu. et mox *λαβόντες ζῶντα*. *y* Τούς τε ἐπικούρους *Ar. C. Reg. Caſſ.* Aug. qui et mox *παρασφᾶς*, vno voc. *z* Τισσαφέρνη *Gr.* *a* De valore ſtateris Darici, vide *Gronouium* de Pecunia vet. p. 168. 169. et *Bernardum* de Menſuris et Ponder. p. 114. 115. 120. Hvds. Δαρεικὸν ex emendatione pro Δωρικὸν *Caſſ.* δωρικὸν et Aug. ſed m. rec. ſuper *ω* ſcr. *α* id. antea καθέκαστον. Mox παρ' αὐτοῦ Mſqu. cui et *d.* τὴν ante Μίλητον. *b* Τὸν recens manus addiderat *Caſſ.* *c* Πέμψαντες *Cl.*

καὶ ἔδρ.) Non video, cur in Parentheſin conſecerit haec verba Duker. quibus omiſſis, Conſequens futurum non ſit, quod reddatur τῷ ὡς ἔπεισε· cui reſponſurum καὶ ἔδρασε ſit, *ita etiam fecit*. Neque enim καὶ ἔδοξεν poſſit eſſe Conſequentis loco, vel propter καὶ, vel, quod ex ſolo illo τῷ πεῖσαι, niſi et τὸ δρᾶσαι accederet, non poſſet prudens deinde haberi. Nam, etiamſi ὡς legeris, i. e. οὕτως, abrupta tamen nimis oratio fuerit, nec ſatis Thucydidea.

ἀτελ. τῇ ν.) ſcil. σὺν, ἀτελῇ καταλιπόντες τὴν νίκην.

ἀνέστ.) Ebraiſmum paene ſapit, quod ἀναστῆναι hic ſign. ἀνακωρεῖν. ἀπέστησαν legere ſubeat; quod *abſcedere* ſign. Luc. 4, 13. 2. Cor. 12, 8. Sed neque Var. Lect. fauet, nec neceſſitas iubet.

πρὸς ὀργὴν) i. e. ὑπ' ὀργῆς, ob iram. V. Ind. Vel, μετ' ὀργῆς, vt πρὸς ὀργὴν εἰπεῖν, Noſtro, de Pericle.

τ. ξυμφ.) p. διὰ τὴν ξυμφοράν. Saepius iam notatum.

C. 28. ἐπικατάγ.) Non is ſane ſum, qui in particulis aſſeverem; hic tamen non plane ſpreuerim, ἐπὶ verti *in locum* degreſſorum.

ξυγκαταδ.) et ξὺν et κατὰ, hic redundat; Nam ξὺν eſt iam in μετὰ Χαλκ. et κατὰ in διώκειν, ſicut ἐπὶ, nil plane ſign.

ἐπὶ τὰ σκ. — — πάλιν) Obſcura ſane oratio. Nam quid ſunt σκεύη, aut quae? Quid deinde, ἐξείλοντο τὰ σκεύη; Quo denique referas ἐς Τειχ. vtrum ad πλεῦσαι, quod ſimplicius, an ad ἐξείλοντο, vt εἰς T. ſit pro ἐν Τειχιούσσῃ, aut ἐξείλοντο ſignificet delecta, excerpta, vbi depoſuerant? πόλιν, quod habet C. Mſq. pro πάλιν, nil expedierit, vt plane otioſum; et vero *iam antea* ibi fuerant; h. cap. et 26. extr. vbi quid egerint tamen, quod huc faciat, nihil legas. Omnium maxime incommodat verb. ἐξείλοντο, quod, ſi voc. σκεύη patiatur, interpreter, *exſignauerant*, ſelegerant, nempe materiam nauibus fabricandis. Sed nimirum laxa eſt ſatis ſignificatio τῶν σκευῶν, quae omnem apparatum et qualemcunque intelligi patiatur, quem ibi ſelegerint, excerpſerint, ſepoſuerint, pro tempore inde deportaturi. Nam ἐπί τι πορεύεσθαι, ἰέναι, πλεῦσαι, ἐλθεῖν, Noſtro vtique paſſim, ſign ire, venire *ad conferendum* aliquid ac petendum, vt ἐπὶ ὕδωρ ἰέναι, aquam *petitum* ire; nach Waſſer, nach etwas gehen. Sed ἐς Τειχ. *bis* intellexerim, et ad πλεῦσαι, et vero ad ἐξείλοντο, certe ex quo repetatur, ἐκεῖ, vel ἐν Τειχιούσσῃ·

secum attulerant, caeteris vero rebus, quas ex hostico cepissent, relictis, vt naues leuarentur, in Samum quam velocissime nauigare. Illinc autem iam nauibus in vnum contractis, incursiones *in hostem* facere, sicubi tempus opportunum foret. * Cum autem Phrynichus *suis collegis* haec persuasisset, ac feciſſet, non magis in praesentia, quam in posterum, nec in hoc tantum, sed etiam in omnibus aliis negotiis, quae ipsi delegata fuerunt, non imprudens est habitus. Hunc igitur in modum Athenienses statim sub vesperam, imperfecta victoria, castris motis a Mileto discesserunt. Argiui vero, propter cladem acceptam irati, ex Samo domum celeriter abierunt. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. V. C. Varr. 342.

28. Peloponnesii autem ipso statim diluculo, castris e Tichiussa motis, post *Athenienſium discessum*, *ad Miletum* appellunt, et vnum diem *illic* morati, postridie assumtis etiam nauibus Chiis, quas cum Chalcideo venientes hostium classis ante fuerat insequuta, † statuerunt ad Tichiussam redire, vt instrumentum, quod *ex nauibus* exportatum *illic* reposuerant, assumerent. Cum autem *illuc* peruenissent, Tissaphernes cum *suo* peditatu *ad illos* accessit, ipsisque persuasit, vt aduersus Iasum (vbi Amorges, qui *regis*, *a quo defecerat*, hostis erat, *se* continebat) nauigarent. Iasum autem repente aggressi, et *oppidanis* non opinantibus, alias esse quam Atticas naues, ceperunt. In hoc autem opere praecipua fuit Syracusanorum laus. Cum igitur Peloponnesii Amorgem, Pissuthnae filium nothum, qui a rege defecerat, viuum cepissent, Tissapherni tradiderunt, vt *eum* (si vellet) ad regem abduceret, quemadmodum ipsi *rex* imperauerat. Iasumque diripuerunt, et exercitus maxima pecuniae vi potitus est. Hoc enim oppidum a priscis vsque temporibus locuples erat. Caeterum auxilia, quae Amorges circa se habuerat, *Peloponnesii* ad se ipsos traducta, nulloque maleficio affecta, suis ordinibus admiscuerunt, quod *eorum* plerique essent Peloponnesii. Cum autem id oppidum Tissapherni tradidissent, omnesque captiuos, tam seruos, quam liberos, pactione cum illo facta, vt in singula capita singulos stateres Daricos sibi numeraret, postea Miletum redierunt. Et *illinc* Pedaritum, Leontis *filium*, quem Lacedaemonii magistratum in Chium miserant,

* Vt Phrynichus haec persuasit, ita et se it, ac etc. HVDS. † Statuerunt redire in Tichiussam, gratia lemborum, quos subtraxerant. *Valla.* Ad impedimenta, quae Tichiussae reliquerant, redire statuerunt. *Acacius.*

Καὶ πρὸς ὀργὴν τῆς ξυμφορᾶς] ὀργιζόμενοι διὰ τὴν συμβᾶσαν αὐτοῖς συμφορὰν περὶ Μίλητον. Ὥσπερ αὐτῷ προσέταξεν] ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε. Ξυνέταξαν] ἦγων συνηρίθμησαν.

eadem breuitate, qua in ἐκ Noſtro ſimul τὸ ἐν comprehendatur. *Lembum* quidem vel ſcapham ſignificare poteſt certe σκεῦος Act. 27, 17. extr. Sed hic quid tunc ſit ἐξείλοντο; Ad πλεῦσαι tantum referenti ἐς Τειχ. comma ponendum fuerit poſt ἐξείλοντο. Quidni tamen, ne cui praeiudicium interpretandi afferam. Sed nimirum ita plane ſe res habuerit, vt complura Tichiuſſae ſ. legerint, compoſuerint, vſibus ſuis aptarint, *ad quae* (repetenda, nauibus auferenda,) iam redirent.

Ἴασον] Ita apud Noſtrum 8, 26. extr. 36. init. 14. med. *Laertium* II. 111. Archeſtratum apud *Athenaeum* III. p. 105. *Plutarch.* de ſolertia animal. p. 984. in *Notitia* Epiſcopat. *Aelian.* de Animal. VI, 15. et *Suida*. *Polybius* cum σσ et *Liuius*; ſed hi libri in Geographicis corruptiſſimi: ſic tamen *Ptolemaeus* etiam in *Mſſ. Coiſlin.* *Appian.* et *Strabo*. *Plinius* et *Mela* cum Noſtro. WASS. In *Laërtio* Ἰασσεὺς pro Ἰασεὺς ſcribendum, cenſent *Caſaubonus* et *Menagius*, et eodem modo in *Suida* v. Χοιρίλος *Menagius*. DVK.

ἐν ᾧ — κατεῖχε) pro ἦν· vel int. τόπον, vel, τὰ πάντα, τὴν ἀρχήν, *ſummam* rerum, aut etiam ἑαυτὸν, ſich) aufhielt. Dictum, vt, οἰκεῖν, κατοικεῖν ἐν πόλει, *habitare in vrbe, terra*, et, *vrbem, terram*, οἶκον.

Ἀμόργης] Seruum regis vocat *Andocides* Orat. III. p. 281. WASS.

οὐ προσδεχ. ἄλλ' ἢ Ἀττ. rel.) Primo προσδέχεσθαι aut ſign. hic ἐλπίζειν, νομίζειν, non ex vſu ſane veteri; aut breuius dictum pro, προσδεχ. αὐτὰς διὰ τὸ νομίζειν, οὐκ εἶναι ἄλλ' ἢ rel. V. Philol. Th. P. p. 93. lit. ε.) ἄλλ' ἢ deinde non in ἀλλὰ ἢ ſoluerim cum *Abr.* ſed in ἄλλο, vel ἄλλας, ἤ. Nec magis eidem aſſentiar, 2. Cor. 2, 5. ἀλλ' ἀπὸ μέρους interpretanti ἀλλ' ἢ, *niſi*. Neque enim ἐπιβαρῶ illic ad πάντας ὑμᾶς referendum, vbi ſenſu caret, ſed ſimpliciter accipiendum, ἵνα μὴ ἐπιβ. *ne* (quid) *grauius dicam*; et πάντ. ὑμ. pendet a λελύπηκε, ſicut ἐμέ.

ἐπηνέθ.) ita ſe (rem) geſſere, vt laudarentur: Liuius dicat: eorum *praecipua opera*, virtus, *enituit*. Inſolita ſane forma huius Aor. 1.

[ὥσπ. αὐτ.) Schol. abeſt Aug.]

παλαιόπλ.) Quo minus ſolitum hoc v. eo frequentius diverſum illi νεόπλουτος.

[ξυνέταξ.) Schol. Aug. ſic habet: pro Schol. Vg. ἀντὶ τοῦ, κατέταξαν εἰς τὸ ἴδιον στράτευμα.] Poſſis tamen et ſimpliciter intelligere, *compoſuerunt*, per ordines et manipulos *ordi-*

ἀποστέλλουσι πεζῇ [d] μέχρι Ἐρυθρῶν, ἔχοντα [e] τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικόν, καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτῇ Φίλιππον καθιστᾶσι. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

κθ'. Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ χειμῶνος, ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεσήσατο ὁ Τισσαφέρνης ἐς Φυλακήν, παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν, ὥσπερ ὑπέσχε ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε· τῷ δὲ λοιπῷ χρόνῳ ἐβούλετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν [f] βασιλέα ἐπέρηται· ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη, δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους [g] δὲ ἀντειπόντος, τῷ Συρακουσίῳ στρατηγῷ, (ὁ γὰρ [h] Θηραμένης, ὢν ναύαρχος ὤν, ἀλλ' Ἀσυόχῳ παραδῶναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τῷ μισθῷ·) ὅμως δὲ παρὰ [i] πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ, ἢ τρεῖς ὀβολοὶ, ὡμολογήθησαν. [k] ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τῷ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτῳ τῷ ἀριθμῷ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο.

d Μέχρις Ἐρυθρῶν *Reg.* Μέχρι Ἐρυθραίων *Dan.* *e* παρὰ d. Mſqu. Τὸ περὶ τὸν Ἀμόργην ἐπικουρικὸν malit *Ae. Port.* Nam ſupra dicitur, τὰς ἐπικούρους τὰς περὶ τὸν Ἀμόργην. Hvds. *f* Βασιλέως ἐπέρηται *Dan.* *g* Δ' ἀντειπόντος *Gr. h* Θηριμένης hic et infra *Caſſ. Gr.* Aug. In *Caſſ.* hic corrector *α* ſuper *ι* poſuerat. *i* Tres poſteriores literae vocis πέντε in *Caſſ.* recenti manu ſcriptae erant, deleta ſcriptura vetere, et relicto vacuo ſpatio inter τε et ναῦς. παρὰ πεντήκοντα, etc. vel delendum τὸ πεντήκοντα. Vel, ſi hoc non placeat, pro τρία τάλαντα legendum τριάκοντα. Cum hoc loco confer alium *Xenophontis*, p. 258. *Ed. Steph.* p. 441. *Ed. Leuncl. Palmerius.* Hvds.

narunt: ſie formirten, rangirten ſie. Etenim, ſi ſenſus fuerit, quem Scholl. afferant: dicendum plane fuerit ξυνετάξαντο· ne ἑαυτοῖς quidem omiſſo.

τὸ παρὰ Ἀμ ἐπικ.) Sane παρὰ c. Genit. ſign. a *volente* miſſum vel acceptum; At hic ſign. quod *ab* eo abduxiſſent, vi cepiſſent. Hinc Var. Lect. περὶ τὸν Ἀμόργην, et in Mſqu. plane omiſſum παρά. Sed et alibi Noſter, παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἑλόντες· nec Latini refugerint, *ab hoſte*, *ex hoſte*, captas vrbes, i. e. ei ademtas.

αὐτ.) Quorſum αὐτοῦ, vbi iam adſit ἐς τὴν Μίλητον; Quid, ſi αὐτὴν legerimus: in *ipſa* Mileto, quae a reliquis regionibus diſtinguatur? An αὐτοῦ eſt, in iſtis regionibus, et ἐς Μίλητον pro ἐπὶ τὴν Μίλ. qui immineret Mileto, eam obſervaret?

C. 29. ἐς φυλ.) i. e. ὥστε εἶναι φυλ. *ita* aptaret, *vt* praeſidium *eſſet*; zu einem Poſten; aut εἰς pro κατὰ, *qua:* conſtituerat eam, aptarat, *qua* praeſidium, qua milites; militibus, in Anſehung der Beſatzung. Illud praetulerim paene. Cf. Philol. Thuc. P. p. 138. 139.

Ὥσπερ ὑπέσχ.] De hac ſignificatione vocis ὑφίσημι dictum eſt ad Lib. IV. Cap. 39. Dvk.

ἐς δραχμ. ἑκ.) i. e. ita, vt drachmam quisque acciperet; drachma vna computata in ſingulos, in capita. Non a διέδωκε pendet ἑκάστῳ, ſed iung. ἐς δραχμὴν ἑκάστῳ, p. κατὰ δραχμ. ἑκ. für jeden.

[πάσ. τ. ν.) Schol. Aug. d. ἀντὶ τοῦ, et leg. τοῖς ἐν πάσαις ταῖς ναυσί.] Neutrum recte ſatis, neque in Vulg. neque in Aug. quorſum enim referas ἑκάστῳ; Neque ἐν ſatis commode omittatur. Ordo eſt, quem antea indicatum dedi.)

τοῦ δὲ λ. χρ.) Scil. πέρι, vel ἕνεκα, χάριν· aut pro εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον. λοιπὸς eſt pro μέλλων, *poſthac* futurum. *Singulis remigibus* ſuo iure addit Port. propugnatoribus excluſis. Nec vero, contentos iſto ſtipendio nautas eſſe, volebat Tiſſapherines, aut ſatis illud habere; qui enim: ſed ſumtum leuare Lacedaemoniis, quod deeſſet, daturis atque expleturis, zu Hülfe, non ipſe, aut rex, ſolidum ſolus. Quod reputanti, nimia fere opera videtur, in qua ſe torſerit Duker. V. tamen infr. ad vv. παρὰ πέντε.

ἀντειπ.) non additur, *quid* ἀντεῖπε· ſed ſimpliciter ſign. *repugnante*, obloquente; als er Einwendungen machte, Gegenvorſtellung that.

παραδ. ξυμπλ.) int. ὥστε, εἰς τὸ παραδ. ὡς παραδώσων· quod poſſet profecto Thuc. niſi iam adeſſet aliud Particip. ξυμπλέων.

μαλακὸς) *facilior*, commodior, nachgebender, gefälliger; vel, *minus firmus*. Poſſis etiam vertere, *timidior*, qui Tiſſaphernem offendere nollet, niſi propior ratio adſit, et per ſe in promtu: quia, non *ipſe* claſſem ducturus, ſed *alii* traditurus, immo alium, qui duceret, arceſſere iuſſus, alius nomine et cauſſa pugnare, ſuamet inuidia, haud ſane vellet. (poterat et ὀκνηρὸς idem dicere.) Ariſtoph. Plut. p. 26. init. Ed. Frob. μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν.

περὶ τ. μισθ.) Non bene Port. *in exactione ſtipendii*. Nam exactioni, der Eintreibung, a Tiſſapherne, qui locus? Redderet, *in vrgenda*, *poſtulanda* mercede.

ὅμως δὲ) redundat δὲ, quia ὅμως refertur ad Antec. ἀντειπόντος. Sed nimirum parentheſi datum longiori, vt γὰρ Gal. 2, 6. extr. ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, rel. Vbi anacoluthon quoque Parentheſis peperit, cum ante illam coepiſſet Paullus: ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων.

παρὰ π.) Si παρὰ hic eſt *praeter*, *exceptis*, quod ſign. ſane, vt 2. Cor. 11, 2. τεσσαράκοντα (πληγὰς) παρὰ μίαν, *minus vna:* non apparet, cur mox dicat Thuc. reliquis quoque, quae excederent illum numerum, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, i. e. tantundem, fuiſſe promiſſum. Nec vero apparet, *quaenam* fuerint quinque illae naues, quae ſic exciperentur, ſeu, vt *plus* acciperent, quod credibile non ſit, vt i drachma viritim liberaliter ſatis promiſſa fuerit, ſiue, vt *minus*, quod ineptum rurſus, in quinquaginta quinque naues, quin plures, dare paratum, in quinque ſolas dare nolle. Nec ſupra ſeorſum memorantur quinque naues c. 26. ſed ſtatim computantur quinquaginta quinque. Quid, ſi παρὰ hic ſit πρὸς, εἰς, vt in παρελθεῖν init. h. cap. παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, et L. 1. c. 2. extr. παρ' Ἀθηναίους ἐχώρησαν, et, propius huc, παρὰ μῆνα, παρὰ πᾶν ἔτος, *in* ſingulos; deinde verba, καὶ πεντήκοντα, loco mota exiſtimentur, et retrahantur ad παρὰ πέντε· vt ſenſus ſit: in 55. naues promiſſum plus triobolo ſingulis; *in quinas* enim naues terna talenta menſtrua dabat;

ad Erythras vsque itinere pedestri mittunt, cum iis copiis auxiliaribus, quas circa se Amorges habuerat, et Philippum illic Mileto praeficiunt. Atque haec aestas excessit. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 93. 1. U. C. Varr. 342. Post Oct. 2.

29. Insequenti autem hyeme Tissaphernes, posteaquam Iasum praesidio muniuit, Miletum aduenit, et, quemadmodum Lacedaemone promiserat, menstruum stipendium nauibus omnibus numerauit, singulas drachmas Atticas viritim: in reliquum vero tempus ternos obolos *quotidie singulis remigibus* persoluere volebat, donec regem consuluisset. Dicebat autem, se integras drachmas *singulis* persoluturum, si *rex* iussisset. Verum Hermocrate Syracusanorum duce contradicente, (Theramenes enim, quod *ipse* non esset nauarchus, sed ad tradendam Astyocho classem cum illis nauigaret, in stipendii exactione remissior erat) tamen inter eos conuenit, vt, praeter quinque naues, plus quam terni oboli viritim persoluerentur. Nam quinque et quinquaginta nauibus terna talenta in singulos menses dabat: caeterisque nauibus, quae vltra hunc numerum erant, ad hanc ipsam rationem *pro rata portione* soluebatur.

Πάσαις ναυσὶ διέδωκεν] ἀντὶ τοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ναυσί. Μαλακὸς ἦν περὶ τὸ μισθοῦ] ἦγεν, οὐκ ἐντόνως ἐδὲ σφοδρῶς ἀπῄτει. Ὡμολογήθησαν] συνεφωνήθησαν.

(id quod nec nimium fuerit, nec parum) et, quot partibus plures essent hoc numero, (quinario,) toties, tot partibus plus dabatur eodem modo, nempe in quinas naues trina talenta; decies ergo tria talenta, et pro solido vndecies trina, tricena trina; quia 55. continet quinarium vndecies. ὅσῳ tunc intell. non addendo, sed multiplicando, quot partibus, wie viele mal mehr, als fünf, decuplo nempe plura, decem quinarii supra vnum, quae basis esset ac fundamentum computandi, lex et formula: quinis nauibus terna, ergo reliquis (50.) tricena. Quod si cui hoc displicuerit; nam nec mihi placet, vel ob vsum τοῦ παρὰ, quem et illud tamen firmet, παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κινδύνου, i. e. πρὸς, εἰς, vel, quia libri non faueant, vel ob computandi modum, vt rem expediturum, ita vix satis efficiendum e verbis, ὅσῳ πλείους ὦσαν τ. τοῦ ἀρ. quae non multiplicandi nota sit, sed addendi: is vero confugerit ad id, quod supra posuerim: non *omne* nimirum stipendium aut solidum datum a Tissapherne, sed adiumentum, cui quod deesset, Graeci scil. explerent. Vnde distingu. deinde ἐδίδου, nempe ὁ Τισσαφ. et ἐδίδοτο, *dabatur*, a Peloponnes. Siculisque, a Tissaph. acceptum. Difficillimum huncce Nostri locum, veluti scopulos terrae iam imminentes, in extremo fere opere offendimus. Laborauimus in quibusdam; in nonnullis fortasse aestuauerimus: at hic obhaesimus plane, nec dum extricavimus quidquam aut promouimus: nec pudet, vbi tales Viri obhaeserint, Palmer. Meibom. Duker. quorum magnitudini si ex vlla parte contuliss me ausim, risum vltro mihimet debeam. Ac tamen, vbi solidum exsoluere non possemus, *partem* soluere iusso Tissapherne, cum creditoribus (lectoribus) vtcunque decidimus. Abreschii interpretatio, iungentis παρὰ πέντε ναῦς πλέον, Germ. um (für) fünf Schiffe mehr, more eius, inconsulto verborum tenore prolata, illico euertitur vno vocabulo ἤ, quod iungi vtique iubeat, πλέον — ἢ τρεῖς ὀβολοί, vt semper haereat difficultas in verbis παρὰ πέντε ναῦς. Obs. etiam: πλέον, ἢ τρεῖς ὀβολοί, ὡμολογήθησαν. Debebat, ὡμολογήθη, ad πλέον, vt primarium subiectum; sed propiori nimirum dedit; vt 3, 67. extr. ἦν οἱ ἡγεμένες, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς, — — τὰς διαγνώμας ποιήσοσθε· scriberet, ποιήσονται, ad ἡγεμένες· sed propiori ὑμεῖς, dedit Pers. 2. Liu. 6, 16. extr. *bina iugera et semisses agri assignati*, pro *assignata*, ad *iugera*; et alibi: *quantus numerus antea nunquam*, *legiones decem effectae*. Debebat *effectus*, ad *numerus*, ad quod tamen hic intell. *effectus*; alioqui scriberet, *legionum decem*; et vero in Parenthesi accipi queant verba, qu. *num.* nunquam, aut vt *legiones decem* sit vnicus et princeps Nominat. Nam, per Appositionem si acceperis *legiones decem*, *effectus* vtique scribendum fuerit. Neque absimilis aberratio Ciceroni excidit, de Nat. D. 2, 63. a. extr. *Canum vero tam sedula custodia*, — *sagacitas* — — *alacritas*, *quid sign. aliud*, *nisi*, *se ad hominum commoditatem esse generatos?* Vbi aut *eos* scriberet, ad *canum*, aut, *eam esse generatam*. *Se* ergo propiori dedit, *generatos* remotiori.

Ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τῷ μηνός] Recte vidit *Palmerius*, hanc scripturam stare non posse. Nam, si singulis mensibus in LV. naues non nisi tria talenta, id est XVIII. millia drachmarum Atticarum, data fuerunt, consequens est, singulas naues quolibet mense tantum paulo plus 327. drachmas, et in dies nondum vndecim, tulisse; quod est, vt bene *Palmerius*, absurdissimum. Itaque tentat hunc locum variis coniecturis, quas ex illius Exercitation. pag. 56. descripsit in Var. Lect. *Hudsonus*. Ex his postremam amplectitur, et pro τρία τάλαντα itidem τριάκοντα τάλαντα legit *Meibomius* in Libro de Fabrica Triremium, pag. 559. et seqq. Tom. XII. *Thes. Graev.* Longa est illius disputatio, quam in pauca contraham, et meam de ea sententiam, quam potero breuissime, dicam. Primo pro certissimo ponit, in qualibet triremi ea aetate ducentos, cum nautas, tum milites, adeoque in hac LV. nauium classe vndecim millia hominum, fuisse. Deinde verba *Thucydidis*, quae paullo ante haec leguntur, μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέσχε ἐν τῇ Λακεδαίμονι) ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πᾶσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, ita interpretatur, hoc a Tissapherne factum esse ex pacto inter Regem et Lacedaemonios, de quo est Cap. 5. quo Rex promiserit, se primo mense singulis nautis drachmam, sequentibus autem tantum tres obolos, daturum. Postremo illa, ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς, et quae sequuntur, hunc in modum exponit: Tissaphernem, quamquam ex pacto cogi non poterat post primum mensem plus, quam tres obolos in capita, id est, talenta viginti septem semis in LV. naues, dare, tamen, vt alacriores redderet Lacedaemonios, pollicitum fuisse, se LV. nauibus in mensem triginta talenta praebiturum, perinde, ac si classis LX.

λ'. Τῷ δ' αὐτῷ χειμῶνος, ([l] τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις, προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ στρατηγοὶ, Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων, καὶ τὰς ἀπὸ Χίᾳ πάσας καὶ τὰς ἄλλας ξυναγαγόντες,) ἐβούλοντο, διακληρωσάμενοι, ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἰφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον [*] καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. καὶ ἐποίησαν [m] οὕτω. Στρομβιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ὀνομακλῆς καὶ Εὐκτήμων, τριάκοντα ναῦς ἔχοντες, καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς, ἐπὶ Χίον, † λαχόντες, ἔπλεον· οἱ δ' ἄλλοι, ἐν Σάμῳ μένοντες, τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα [**] ναυσὶν ἐθαλασσοκράτησαν, καὶ ἐπίπλουν τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο.

λά. Ὁ δ' Ἀσύοχος, ὡς τότε [††] ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε, διὰ τὴν προδοσίαν, τὰς ὁμήρους καταλεγόμενος, τότε μὲν ἐπέσχεν, [n] ἐπειδὴ ἤσθετο [o] τάς τε μετὰ Θηραμένους ναῦς ἡκούσας, καὶ τὰ περὶ τὴν ξυμμαχίαν βελτίω ὄντα· λαβὼν δὲ ναῦς, τάς τε Πελοποννησίων δέκα, καὶ Χίας δέκα, ἀνάγεται. καὶ προσβαλὼν [p] Πτελεῷ, καὶ ἀχ ἑλὼν, παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς· καὶ [q] ἐκέλευεν αὐτῶν τὰς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν ΔαΦνοῦντα, καὶ προσχωρεῖν σφίσι. ξυνεκέλευε δὲ καὶ Τάμως,

l Οἱ ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναῖοι *Cl.* * καὶ d. Mſqu. *m* Οὕτως *Cl. Reg. Caſſ.* Aug. † λαβόντες Mſqu. ** ναυσὶ Aug. †† ἐτύγχανεν ἐν τῇ Χίῳ Mſqu. *n* Ἐπεὶ δὲ *Gr.* ἐπειδὴ δὲ Mſqu. *o* Τότε *Gr.* Θηριμένους mox Aug. *p* Πτελέᾳ *Caſſ.* Aug. *q* Ἐκέλευσεν *Caſſ. Dan.* Aug. Mſqu.

nauium, et in ea XII. millia hominum, eſſent. Vnde neceſſario confici, putat, pro τρίε legendum eſſe τριάκοντα. Sed non pauca ſunt in hac interpretatione et emendatione dubia. Nititur ea vnico hoc fundamento de ducentis in qualibet naui hominibus; quod fortaſſis non firmiſſimum eſt. *Herodotus* quidem, cuius auctoritate praecipue pugnat, VII, 174. ſcribit, in mille ducentis et ſeptem nauibus Xerxis 241400. homines fuiſſe, *ducenos in ſingulas naues ſupputando:* ſed addit, quod diſſimulat *Meibomius*, praeter hos ſingulas naues triginta epibatas habuiſſe. At hos de numero ducentorum detrahit *Meibomius*, et ſingulis nauibus Peloponneſiorum tantum ducentos homines, non plures, nec pauciores, vectos, atque ex iis 180. remiges, reliquos 20. partim milites, partim miniſterio alicui praefectos, fuiſſe, putat. Itaque, quum ipſe ab *Herodoto* abeat, fruſtra in eo praeſidium ſententiae ſuae quaerit. Quin, etiam, ſi *Herodotus* plane idem, quod *Meibomius*, dixiſſet, tamen ex eo nondum pro certiſſimo demonſtrari poſſet, Peloponneſios aliosque Graecos tunc eamdem, quam olim in inſtruenda claſſe Xerxem, rationem ſequutos fuiſſe. E verbis *Xenophontis* prima ſpecie aliquanto apertius videtur adparere id, quod de ducentis in qualibet triremi hominibus ponit *Meibomius*. Nam *Xenophon*, I. Hiſt. Graec. pag. 441. dicit, Cyrum iuniorem ſingulis nautis Peloponneſiorum diurnos tres obolos, et in ſingulas naues menſtruas triginta minas ſtipendii nomine dediſſe; vnde efficitur, ſingulis nauibus ducentos viros vectos fuiſſe. Quum enim triginta minae faciant tria millia drachmarum, in ſingulos dies erogatae fuerunt centum drachmae, id eſt, trioboli ducenti. Sed haec ratio tum demum recte conſtaret, ſi omnes illi ducenti, quos in qualibet naui fuiſſe, contendit *Meibomius*, idem omnino ſtipendium meruiſſent, nec quisquam eorum quidquam, praeter tres obolos in diem, accepiſſet. Iam vero, quum plane probabile ſit, quod ad *Xenophontem* putat *Palmerius*, gubernatores, aliſque, qui honeſtiore aliquo officio in naui fungebantur, plus, quam ceteros, accepiſſe, et remiges ipſos, quod nec *Meibomius* negat, alium alio plus ſtipendii tuliſſe, e *Scholiaſte* Ariſtophanis ad Ranas v. 1106. et e *Scholiaſte* Thucydidis ad VI, 31. conſtet, *Meibomianas* illas rationes ruere, neceſſe eſt. Quibus euerſis, facile intelligitur, emendationem illius, etiamſi, eam veram eſſe, putare velimus, tamen minime ſtabili fundamento ſuperſtrui: et, quod ad inueniendum numerum ducentorum hominum in ſingulis triremibus verba *Thucydidis*, ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τριάκοντα (ita enim legit, pro τρία) τάλαντα ἐδίδου τῷ μηνὸς, ita interpretatur, quaſi Tiſſaphernes dixiſſet, ſe, quum ex pacto tantum viginti ſeptem talenta cum dimidio in quinquaginta quinque naues deberet, tamen hoc in ſe recipere, vt, donec a Rege reſponſum accepiſſet, ſummam illam ad triginta talenta augeret, perinde, ac ſi ſexaginta naues eſſent, id nihil aliud eſſe, quam, verba ad conceptam animo opinionem torquere, et ex ea vocem fortaſſis non corruptam emendare. Nec magis probare poſſum, quod dicit, inter Regem et Lacedaemonios conueniſſe, vt Rex primi menſis ἐντελῆ μισθὸν, id eſt, drachmam, ceteris autem tantum triobolum nautis penderet. Neque enim de huiusmodi pacto quidquam e *Thucydide* colligas; et, ſi ita conuentum fuiſſet, quo colore, Tiſſaphernem pactum non ſeruare, queri potuiſſent, quod factum fuiſſe, non obſcure ſignificat *Thucydides*, Lacedaemonii? Nam, ſi hi inutiliter pacti erant, ea non Tiſſaphernis, ſed ipſorum, culpa erat. Denique, quum alios reprehendat, vt qui perperam interpretati fuerint haec verba, παρὰ πέντε ναῦς, ipſe ea ita exponit, vt nihil inde lucis huic loco inferatur. Nam vertit ea, *praeter, id eſt, ſupra quinque naues; quippe naues quinque*, inquit, *non excluduntur, ſed includuntur. Supra ceteras naues, quae claſſem Lacedaemoniorum efficiebant, quinque amplius computabantur.* Quae non minus, quam Thucydidis ipſius verba, obſcura et intricata ſunt. Ea quomodo expediri debeant, mihi nondum ſatis liquet. Nam non intelligo, cur, quum Cap. 26. totam claſſem Peloponneſiorum quinquaginta quinque nauium fuiſſe, dixerit, nunc praeter eas quinque, quaſi praecipuas, memoret, easque e numero illarum quinquaginta quinque excludere videatur. Non dubito, quin corruptus ſit locus: ſed, qua in parte vitium haereat, non pro certo poſſum conſtituere. Interim ſuſpicor, quinque has naues ideo praecipue memorari, quod a Lacedaemoniis primum tantum quinque naues ad Chios adiuuandos in-

30. Hac eadem hyeme, Athenienſes, qui apud Samum agebant, (ad eos enim domo praeterea venerant, et aliae quinque et triginta naues, et *earum* duces, Charminus et Strombichides et Euctemon) omnibus nauibus, tam illis, quae ex Chio, quam aliis, quae aliunde venerant, in vnum contractis, *belli prouincias* inter ſe ſortiti, Miletum quidem naualibus copiis oppugnare, ſed aduerſus Chium et nauales et pedeſtres copias mittere ſtatuerunt. Quod etiam fecerunt. Nam Strombichides quidem et Onomacles et Euctemon, cum triginta nauibus, quas habebant, et cum parte grauis armaturae militum ad Miletum profectorum, quos ſecum ducebant in actuariis nauigiis, in Chium ſortito nauigarunt. Caeteri vero *ipſorum collegae* apud Samum remanentes, cum quatuor ac ſeptuaginta nauibus mare obtinebant, et claſſis incurſionibus Miletum infeſtabant. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U.C. Vart. 342.

31. Aſſyochus vero, vt per id tempus apud Chium obſides propter proditionis metum deligebat, ab hac quidem re abſtinuit, poſtquam intellexit, claſſem cum Theramene venire, et res ſociorum in melius proficere. Aſſumtis autem decem Peloponneſiacis nauibus, totidemque Chiis, in altum vela fecit. Cum autem Pteleum adortus fuiſſet, nec expugnaſſet, Clazomenas traiecit: et iuſſit eos, qui ex ipſis *Clazomeniis* cum Athenienſibus ſentiebant, Daphnuntem, *in loca mediterranea*, migrare, et ad ſuas partes transire. Tamus etiam,

Διακληρωσάμενοι] διαμερίσαντες κλήρῳ. Τὰς ὁμήρους καταλεγόμενος] ἀπαριθμῶν. Τότε μὲν ἐπέσχεν] ἑαυτὸν δηλονότι, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν ὁμήρους.

ſtructae erant, et cum Chalcideo atque Alcibiade Chium venerunt, vt eſt Cap. 6, 8. 11. et 12. E *Palmerii* coniecturis autem maxime probo ſecundam; nec plane vero diſſimile eſſe, puto, quum *Thucydides* ſcripſiſſet, ἐς γὰρ πέντε καὶ τριάκοντα καὶ τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός, aliquem, qui Cap. 26. quinquaginta quinque naues Peloponneſiorum fuiſſe, legerat, in margine adſcripſiſſe καὶ πεντήκοντα: quae ſuſpicio etiam nonnihil ex eo confirmatur, quod *Thucydides* fere vbique, et vel vno hoc libro plus decies, nomen ναῦς ante vel poſt nomina numerorum, rariſſime autem inter ea ponit. Haec ſi admittatur: loci difficillimi hic ſenſus eſſe poteſt: Tiſſaphernem, quum intellexiſſet, non plures, quam quinque, naues parari, faciliorem fuiſſe in drachma diurna non tantum in has, ſed etiam in alias, quas praeter illas miſſuri eſſent Peloponneſii, promittenda; quod non putaret, admodum multas miſſum iri. Sed, quum deinde numerus illarum ad quinquaginta quinque auctus fuiſſet, primi quidem menſis integrum ſtipendium, id eſt, drachmam promiſſam, omnibus ſoluiſſe; ſed, magnitudine ſumtus deterritum, a priore pacto recedere, et in ceteros menſes pro drachma tantum tres obolos dare voluiſſe. Verum, reclamantibus Lacedaemoniis, in primisque Hermocrate Syracuſano, deinde aliud inter eos pactum initum fuiſſe, e quo, praeter quinque illas naues, quarum praecipua aliqua ratio habita videtur, id eſt, praeter eos, qui his vehebantur, etiam omnes, qui in aliis nauibus erant, non quidem integram drachmam, ſed tamen plus, quam ternos in diem obolos, acciperent. Nam quinque his nauibus tria in menſem talenta, quae e priore pacto plura dabantur, et ceteris omnibus, quantuscumque earum eſſet numerus, ad eamdem rationem, id eſt, non plus, nec minus, quam quot menſibus tria in quinque naues talenta data fuiſſe. Haec nunc eſt mea de hoc loco ſententia, quam, ſi quis meliora me docebit, lubens deſeram. Dvk.

C. 30. Τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις] *Cl.* οἱ ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναῖοι· quomodo et *Valla.* Wass. Si vulgata ſcriptura eſt a *Thucydide:* plane inſolita ſtructura orationis vſus eſt: quae, etiamſi datiuos ad proximum προσαφιγμέναι referas, nihilo minus hiulca et contorta erit; planior futura, ſi γὰρ tolli liceret. Dvk. Dictum more Noſtri, quin Herodoti quoque durius hic tamen, quam alibi, pro: οἱ Ἀθηναῖοι (προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν αὐτοῖς (pro πρὸς αὐτοὺς, vel, *vſu* illorum, *commodo*, rel.) ἐβούλοντο, cet. Nempe Nominat. οἱ Ἀθηναῖοι, quem ἐβούλοντο poſceret, repetendum ex Parentheſi nobis reliquit in ἀφιγμέναι ἦσαν, ſcil. αὐτοῖς. γὰρ tamen mollius paullo adderet τοῖς Ἀθηναίοις. (Sed iam luſus nimirum videatur, talia expediſſe, prae iſto loco, quem modo intactum paene reliquerimus c. 29. extr.)

[διακλῆρ.) Schol. abeſt Aug.]

C. 31. [τοὺς ὁμ. τούτ. μ. ἐπ. ἀπαριθμῶν] Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.] Prius, haud dubie improbandum; nam καταλεγ. eſt *legens, excerpens*, deſtinans, auêleſen. Alterum vero probum ſane, nec ſuperuacuum, quia bene expl. τὸ ἐπέσχε.)

τοὺς ὁμ.) redundat Artic. quia nulla dum mentio τῶν ὁμήρων, nec *certi* iam erant deſtinati.

ἐπειδὴ ἦσθ.) δὲ addit Moſqu. male, quia ἐπειδὴ refertur ad ἐπέσχε, nec poteſt eſſe Antec. τοῦ λαβών, rel quoniam hic quoque add. δὲ, vt oppoſitum et relatum (redditum) τῷ μὲν, in verbis, τούτου μ. ἐπέσχε.

ἀνοικίζ.) *ſurſum, retro* a mari, beſſer hinaufwärts, Landeln. 1, 2. extr. (vrbes) ἀνῳκισμέναι εἰσίν· quod ipſe antea expl. Thuc. ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν.

ξυνεκέλ.) recte Port. *idem iubebat.* Ita, εἰ σὺ συνεπαινεῖς, ſi *idem* tu probas, ſi *idem* tibi placet. Nonnunquam et συνευδοκεῖν in N. Teſt. *idem probare* ſign. vt Rom. 1, 32. extr.

Ἰωνίας ὕπαρχος ὤν. ὡς δ' ἐκ ἐσήκουον, ἐσβολὴν ποιησάμενος τῇ πόλει, ἔσῃ ἀτειχίσω, καὶ ἐ δυνάμενος ἑλεῖν, ἀπέπλευσεν ἀνέμῳ μεγάλῳ, αὐτὸς μὲν ἐς [r] Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους, [s] Μαράθουσαν, καὶ [t] Πήλην, καὶ [v] Δρίμυσσαν. καὶ ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν [x] Κλαζομενίων, ἡμέρας [y] ἐμμείναντες, διὰ τὰς ἀνέμους, ὀκτὼ, τὰ μὲν διήρπασαν καὶ ἀνάλωσαν, τὰ δὲ [z] ἐσβαλλόμενοι, ἀπέπλευσαν [*] ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, [a] ὡς Ἀσύοχον.

λβ'. Ὄντος δ' αὐτῇ ἐνταῦθα, Λεσβίων πρέσβεις ἀφικνοῦνται, βουλόμενοι ἀποσῆναι· καὶ αὐτὸν † μὲν πείθουσιν· ὡς δ' οἵ τε Κορίνθιοι [b] καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα, ἄρας ἔπλει ἐπὶ τῆς Χίου. καὶ, χειμάσθεισῶν τῶν νεῶν, ὕστερον ἀφικνοῦνται [c] ἄλλαι ἄλλοθεν ἐς [d] τὴν Χίον. καὶ [e] μετὰ τοῦτο [f] Παιδάριτος, τότε παριὼν πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου, γενόμενος ἐν Ἐρυθραῖς, [g] διαπεραιοῦται αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ ἐς Χίον. ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέων ὡς ἐς πεντακοσίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες. [h] ἐπαγγελλομένων δέ τινων Λεσβίων τὴν ἀπόστασιν, προσφέρει τῷ [i] τε Παιδαρίτῳ καὶ τοῖς Χίοις Ἀσύοχος λόγον, ὡς χρὴ [k] παραγενομένους ταῖς ναυσὶν, ἀποσῆσαι τὴν Λέσβον· ἢ γὰρ ξυμμάχους πλείους σφᾶς ἕξειν, ἢ τὰς Ἀθηναίους, ἢν τι σφάλλωνται, [l] κακώσειν. οἱ δ' ἐκ ἐσήκουον· ἐδὲ τὰς ναῦς, ὁ Παιδάριτος ἔφη, τῶν Χίων αὐτῷ [**] προήσειν.

r Φώκαιαν *Reg.* et paullo post. *s* Reperitur cum duplici sigma apud *Stephanum Byzant.* Hvds. Μαράθουσσαν *Cass.* Aug. Mſqu. et a correctore *Gr.* *t* Πύλην *Cass.* Mſqu. *v* Δρυμοῦσσαν legit *Stephanus* περὶ πόλεων, *Thucydidem* citans; idque multo melius, cum ἀπὸ τῶν δρυμῶν dicatur Δρυμοῦσσα, vel Δρυμοῦσα· et ſic *Polybius*, ac *Plinius*. Δρύμυσσαν *Cl. Gr.* Hvds. Et ita *Cass.* Aug. Mſqu. In *Gr.* Δρύμυσσαν, an Δρίμυσσαν ſit, non ſatis diſcerni poteſt. *x* Ita emendatum erat in *Gr.* fuerat Κλαζομενῶν. *y* Ad τὸ συμαινόμενον refertur, vt et ἐσβαλλόμενοι. Hvds. *z* Ἐσβαλόμενοι *Cass. Gr.* Aug. *a* ἐς τὴν Φώκ. Mſqu. *a* Καὶ *Ar. C. D..n.* † μὲν d. Mſqu. *b* Καὶ οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι *Cl.* *c* Αἱ ἄλλαι *Gr.* *d* Τὴν deeſt *C.* *e* Μετατοῦτο *Reg.* Sic Cap. 35. *Cass.* *f* Παιδάριτος paſſim *Ar. C.* ita pag. 483. et apud *Harpocrat.* Παιδάριτος vocatur ab *Iſocrate* et *Plutarcho* in Apophthegm. Laced. vbi et mater eius Teleutia nominatur. Verum *Plutarchus* in Lycurgo Παιδάρητον vocat. Πεδάριτος *Cl.* Hvds. Ita etiam *Reg.* et *Cass.* Aug. Mſqu. (hic tantum h. c. extr.) vbique hoc et ſequenti Cap. *Dan.* ter. *g* Διαπεραιοῦνται *Gr.* *b* Ἐπαγγειλαμένων *Ar. C. Reg.* *i* Τε manu recenti adſcribitur *Cass.* *k* Παραγενομένοις, et inter verſus a manu recenti παραγενομένους *Cass.* παραγενομένοις Aug. ταῖς ante ναυσ. abeſt Mſqu. *l* Καὶ κακώσειν *Gr.* ** προήκειν Mſqu.

ἐσβ. ποιησ. τῇ πόλει) pro, εἰς τὴν πόλιν. Minus frequens Dat. hoc ſenſu.

καὶ οὐ δυν.) καὶ hic pro ἀλλά.

ἀν. μεγ.) ſcil. σὺν ἀν. μ vel χρησάμενος.

Δρίμυσσαν] *Hudſon.* praefert per *υ*. Sed δρῦος et δρῖος apud *Homerum* Odyſſ. ξ. v. 353. et *Heſych.* in δρῖον. *Liu.* Drymuſa XXXVIII, 39. ibi tamen LI. *Aler. Codex Mſ. Polybii* apud *Vrſinum* Δρομοῦσσα. *Cl. Gr.* Δρύμυσσαν. Rara, aut nulla alibi huius inſulae mentio. *Pelam* agnoſcit *Liuius* XXXVI, 43. Marathuſſam *Plinius* V, 31. *Marathuſa* oppidum Cretae; Δρυμοῦσαν καὶ Πήλην *Ariſtides* Tom. I. p. 516. Wass. Quae hic Δρίμυσσα, *Stephano* eſt Δρυμοῦσσα, *Polybio* Excerpt. Legation. XXXVI. in *Ed. Plant.* Δρυμοῦσα, in *Gronou.* Δρυμοῦσσα, et *Plinio* l. d. Drymuſa. Scripturam per *υ* probant etiam *Palmerius* in Exercitation. pag. 57. *Harduinus* ad Plinium, et *Cellarius* III. Geogr. Ant. 2. qui, in *Thucydide* e *Stephano* reſcribendum, cenſet Δρυμοῦσσαν. Pelam in *Liuii* l. d. non inuenio. Memorant eam *Plinius* V, 31. XXXII, 2. et *Stephanus*. Dvk. Non intelligo, quid ſibi velint in not. Waſſ. ad h. voc. verba: (Liu. 38, 39.) *ibi tamen* LI: Quid ſibi vult LI? *Quinquaginta vnum* ſignificare nequit; (En pentametrum non quaerenti oblatum! Mutare nolui, ſic vltro ſecutum.) *Libri* ergo! At quid *habent libri?* Aliamne Lectionem? At nulla hic affertur. Operarum peccatum videtur; ſed Hudſ. Edit. non eſt ad manum. Haud dubie deeſt, *variant.*

ὑπεξέκ.) Aut *clam* ſign. ὑπὸ, aut breuius dictum pro, ὅσα ἐξέκειντο (ita *Abr.* Plurali num.) ὑπὸ τ. Κλαζομ. *Abr.* At contra omnem Graeciſmum eſt, vt ὑπὸ, *ab* ſignificans, compoſitum verbum efficiat; quod ne ἀπὸ quidem, nec παρὰ, hac ſignificatione, faciant vnquam. Nec, quod ablegat Abr. ad 1, 137. quod faciat huc, quid affert. Nam in ἀποσαλεύειν, quod huc pertinere, fortaſſe voluerit, non *efficientem cauſſam* ſign. ἀπὸ, ſed *locum*, et terminum, quem *a quo* vocant. Quod ſi ἐξ abſit: interpreter: quaecunque ibi *parebant*, ſuberant, ſubiecta erant Clazomeniis. Quippe et ὑπακούειν Noſtro Genitiuum ſaepius habet. Nunc malim: Quidquid Clazomeniorum eo *amandatum* (id enim notet τὸ ἐξ, vt *ex* Clazomenis eo fuerit deportatum,) et ibi *occultum* erat. Neque enim ab ὑπὸ pendet Genit. τῶν Κλαζομεν., aut a verbo, ſed ab ὅσα. ὅσα (χρήματα, diuitiae,) τ. Κλαζ. ὑπεξέκ. αὐτόθι· Nam, de χρήμασι, *pecuniis*, rebus pretioſis, argento, commeatu intelligi, ſuaſerint v. v. διήρπασαν et ἀνάλωσαν· quorum prius tamen, διήρπασαν, ad χωρία quoque retuleris, ſi, ὑπεξέκειτο interpretari, *parebant*, particula ἐκ patiatur.

Ioniae praetor, idem iubebat. Sed cum *illi* imperata facere nollent, vrbem nullis muris cinctam adortus, cum eam expugnare non posset, ipse quidem Phocaeam et Cumam ingenti vento delatus petiit: caeterae vero naues ad Marathusam, Pelen, et Drimyssam insulas Clazomenis adjacentes appulerunt. Cum autem dies octo, propter *contrarios* ventos illic morati fuissent, *res omnes*, quaecunque *illic* erant expositae, quae ad Clazomenios pertinebant, partim quidem diripuerunt et consumserunt, partim vero *in suas naues* impositerunt, et Phocaeam et Cumam ad Astyochum redierunt. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

32. Dum autem Astyochus hic esset, Lesbiorum legati *ad eum* venerunt, qui defectionem *ab Athenienſibus ad Lacedaemonios* facere volebant. Et ei quidem *rem* persuaserunt: sed cum et Corinthii et caeteri socii, propter superiorem cladem, minus essent promti, *illinc* soluens, in Chium nauigare coepit. Quamuis autem naues tempestate disiectae fuissent, postea tamen aliae aliunde in Chium peruenerunt. Postea vero Paedaritus, qui fuerat apud Erythras, tunc itinere pedestri ex Mileto profectus, cum ipse, tum *ipsius* exercitus, in Chium traiecit. Habebat autem et ex quinque nauibus ad quingentos milites cum armis a Chalcidensibus relictos. Cum autem quidam Lesbiorum se defectionem *ab Athenienſibus* facturos pollicerentur, Astyochus rem cum Paedarito Chiisque communicauit, ac dixit, in Lesbum cum classe *sibi* profisiscendum esse, vt eam ad defectionem faciendam inducerent. Nam fore *dicebat*, vt vel plus sociorum sibi compararent, vel certe (si quid minus succederet) Athenienses vexarent. Sed illi morem ipsi gerere noluerunt. Negauitque Paedaritus, se Chiorum naues ipsi permissurum.

Διὰ τὰς ἀνέμους] ἐναντίους δηλονότι ὄντας. Καὶ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν] ἦγον, διεσπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος. Ἔφη τῶν Χίων αὐτῷ προήσειν] ἦγον, τῷ Ἀστύχῳ.

ἐμμείν.) nempe *οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν*, (ἐλθόντες,) vel, *οἱ ἀπὸ τῶν νεῶν*· quod per Synesin, aut Synecdochen, repetendum ex Nominat. *αἱ δὲ ἄλλαι νῆες*. Hoc nimirum est, quod, ad *τὸ σημαινόμενον* referri et hoc, et *ἐπιβαλλόμενοι*, Hudſ. ait in Var. Lect. Nempe per *ναῦς signiſicantur* simul, *σημαίνοντες*, *οἱ ἐν ταῖς ναυσίν*.

ἐμμείν.) propter verba, et qua verba, *διὰ τ. ἀνέμ.* sign. *coactli* ibi manere; et qua *διήρτ.* et *ἀνάλ.* sign. etiam *consulto* ac libenter mansisse; qs. ex conditione vsi atque inuitati, quod venti morarentur, omnia diripuere; initio coacti, deinde volentes.

[διὰ τ. ἀν.) Schol. abest Aug.]

κ. ἀνάλ.) vsitatius, *ἠνάλωσαν*. *καὶ* hic est pro *ἤ*, propter *διήρτασαν*, aut proprie refertur ad *commeatus*, qui sint in illis supra, *ὅσα ὑπεξέκειτο*.

Φάκαιαν] Vid. *Liuium* XXXVII, 31. et *Cantacuzenum* 238. 293. 741. Wass.

C. 32. Οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι] *Cl. οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι*. Aliter Noster. Vide Indicem. Wass.

[χειμασθ.) Schol. abest Aug.]

Παιδάρ.) In nota Duk. [immo Hudſ.] ad h. l. in var. lect. numerus, pag. 483. neque in Hudſ. Edit. quadrat, neque in Duker. ipsam. Sed loca habet Ind.

τῶν π. ν.) redundat Artic. *τῶν*.

στρατ. — — καταλ.) Rursus traiecta verba, sic ordinanda: *στρατ. ὡς ἐς πεντακ. καταλειφθ. ὑπὸ Χαλκιδ.*

Χαλκιδέων] Lege Χαλκιδέως. Nam Chalcideus cum quinque nauibus a Lacedaemoniis Chium missus fuerat, Cap. 6, 8, 11. et 12. Chalcidenses huic expeditioni non interfuerunt; nec *Thucydides* ante vllam illorum mentionem fecit. Hoc recte obseruauit Vir Doctissimus, qui *Edit. Hudſonianam* cum *Cod. Reg.* contulit. Dvk.

παραγεν.) per Metonym. Consequ. pro *ἰόντας*. Ita *ἔρχεσθαι* pro *ἰέναι*· Hom. Il. 1, 322. *ἔρχεσθον κλισίην*, rel. *abite* ad tentorium Achillis. (V. et mox ad vv. *οὐδὲ — προήσ.*)

Ἦν τι σφάλλωνται, κακώσειν] *Gr.* ἤν τι σφάλλωνται, καὶ κακώσειν. Et tale quid legisse videtur *Laur. Valla*. Wass.

οὐδὲ τ. ν. — — προήσ.) pro: *καί γε ὁ Παιδάρ. ἔφη, οὐ προήσειν αὐτῷ τ. ν. τ* X. vt 4, 61. extr. *μήτε τις πρεσβύτατον τοῦτο ἥκει κρίνας*, i. e. *εἴ τις ἥκει μὴ κρίνας τοῦτο πρεσβ.* Hinc expl. Horat. Carm. 1, 38. 5. 6. *Simplici myrto nihil allabores ſedulus, curo*, i. e. *non* curo, vt tu *quidquam* allabores sedulus, cum cura addas, myrto simplici. Ita soluenti nil opus fuerit, aut *curae*, aut *cura*, tentasse. *προήκειν*, quam Lect. Cod. Mtq. affert, nihili est. In quo vt *προσήκειν* latere, dixeris: non *ναῦς* tamen scriberet Thuc. sed *νεῶν*. Nec melior supra Lect. C. Aug. *παραγενομέναις*, pro *παραγενομένους*. Nunquam enim Dat. habet *χρή*. cui si addatur Subst. vt *χρὴ* sit *opus est*, Genitiuo tamen efferatur: vt Homero: *οὐδέ τί οἱ χρὴ Ταύτης ἀφροσύνης*.

λγ'. Κἀκεῖνος, λαβὼν τάς τε τῶν Κορινθίων πέντε, καὶ ἕκτην [m] Μεγαρίδα, καὶ μίαν Ἑρμιονίδα, καὶ [n] ἃς αὐτὸς Λακωνικὰς ἦλθεν ἔχων, ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις, ἢ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν, ἤν τι δέωνται. καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ τῆς Ἐρυθραίας, [o] ἐνηυλίσατο. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Σάμου Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν Χίον [*] πλέοντες τῇ στρατιᾷ καὶ αὐτοὶ, [p] ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα λόφου [q] διείργοντο, καὶ καθωρμίσαντο καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. ἐλθόσης δὲ παρὰ Παιδαρίτου ἐπισολῆς, ὡς Ἐρυθραίων ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἐκ Σάμου ἐπὶ προδοσίᾳ ἐς Ἐρυθρὰς ἥκασιν [r] ἀφειμένοι, ἀνάγεται ὁ Ἀσύοχος [s] εὐθὺς ἐς τὰς Ἐρυθρὰς πάλιν. καὶ [t] παρὰ τοσοῦτον [ἐγένετο] αὐτῷ, μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος [v] παρ' αὐτῶν, καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι, ὡς εὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθὲν, [x] ἀπολύσαντες τῆς αἰτίας, ἀπέπλευσαν· ὁ μὲν ἐς [y] τὴν Χίον, ὁ δὲ ἐς τὴν Μίλητον ἐκομίσθη, ὥσπερ [z] διενοεῖτο.

m Graeci ſolebant cognomenta indere nauibus, praecipue a patria; eaque ad proras adfingebant. Vide *Bayfium* de Re Nauali p. 80. *Ed. Frob.* Hvds. *n* Ἃς deeſt *Dan.* *o* Ἐνηυλίσαντο *Caſſ. Gr.* Aug. * πλεύσαντες Mſqu. *p* Ἐκ τοῦ deſunt *Ar.* *q* Per hypallagen pro καθωρμίσαντο καὶ διείργοντο καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. id eſt: ἐπὶ θάτερα τοῦ λόφου καθορμισθέντες, τῷ μεταξὺ λόφῳ διείργοντο τῶν πολεμίων, ὥστε ἀλλήλους λελῆθέναι, ὅτι ἀλλήλους προσορᾶν οὐκ ἐδύναντο. *Ae. Port.* Διείργοντο ἐλθόντες καὶ *Cl.* καθωρμήσαντο mox Mſqu. *r* Ἀφιγμένοι *Ar. C. Cl. Dan.* Mſqu. Ἀφειμένοι *Caſſ.* Antea ἦκον Mſq. et mox ἀνάγ. δὲ ἀστείοχος. *s* Εὐθὺς deeſt *Gr.* *t* Παρατοσοῦτον αὐτῷ *Ald. Flor. Baſ.* Παρατοσοῦτον etiam *Caſſ.* Aug. ἐγένετο d. Baſ. *v* Id eſt: τῶν Χίων, παρ' οἷς ἦν, ſcil. ἐκ τῆς Χίου διαπλεύσας, ὅπου ἦν. Vel (vt ſcribendum cenſent *Nonnulli*) παρ' αὐτόν, i. e. πρὸς αὐτόν. ſcil. τὸν Ἀσύοχον. *Ae. Port.* Αὐτὸν recens corrector ex αὐτῶν fecerat in *Caſſ.* *x* Ἀπολύσαντες τὸς κρατηθέντας τῆς αἰτίας *Cl.* *y* Τὴν deeſt *Reg.* *z* Διενοήθη *Ar.* ex alicuius emendatione διενοεῖτο reponitur. Hvds.

C. 33. τάς τε τ. Κορ.) Artic. τὰς hic ſign. *quae adeſſent* a Corinthiis.

ἐπὶ τῆς Μιλ.) pro, ἐπὶ τὴν Μίλητον, more Noſtri.

πρ. τ. ναυαρχ.) i. e. *vt adiret*, capeſſeret, ſuſciperet imperium claſſis ſibi mandatum (C. 26.) vt ſupra explicabamus, ἐπὶ τὰ σκεύη ἦλθον, (ἔπλευσαν,) ad *petenda* vaſa. ναυαρχίαν expl. *Abr.* ἀρχὴν τῶν νεῶν, loco etiam alio allato, tanquam in re difficili aut obſcura! πρὸς explicaret!

[προσβαλ.) Schol. abeſt Aug.]

προσβαλ.) Heſych. reſpexiſſe ad h. l. credit *Abr.* Cum de *loco* vel regione ſermo hic ſit: non ſane dicunt Graeci, προσέρχεσθαι χώρᾳ, πόλει· de *hominibus* magis. Sed apud Heſ. inuerſe legitur, immo peruerſe: προσελθὼν, προσβαλὼν, et contra literarum ordinem, et clarum vocab. interpretante obſcuriori. Hoc tamen iam correxit ibi *Soping.* At quid eſt ibid. ἐξ ἀντιστρόφως; nihili vero! Leg. ἐξ ἀγχιστρόφου· (niſi quis iam ita emendauit, quem conſulere non daretur;) ex improuiſo, ſubito; quod egregie congruat τῷ προσβάλλειν.

[ἐπὶ τ. Χίον) Schol. abeſt Aug.] Schol. vulg. ad τῇ στρατιᾷ proprie refertur.)

πλέοντες) πλεύσαντες Moſqu. male; quia nondum eo pervenerant, ſed in *curſu* hic eſſe intelliguntur.

καὶ αὐτοὶ rel.) Comma poſui poſt καὶ αὐτοὶ, quod ad πλέοντες referrerur; Ἀθηναῖοι πλ. κ. αὐτοὶ, et ipſi, pariter, ebenfalls; nempe, *ſicut* Peloponneſii ibidem in Chio fuerant, et antea *eodem* nauigarant; (etſi nunc non *eo* nauigabant, ſed inde abibant;) qſ. *à leur tour* Gall. cum antea Lacedaemonii ibi fuiſſent. Neque enim *totum* vtique praedicatum tribuitur alteri ſubiecto, cui alterum iungatur per καὶ αὐτὸς, κἀγὼ, *et ipſe*; ſed tantum *ſimile* aliquid oſtendit et coniunctum ei, quod alteri reddatur. Col. 1, 9. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς — — οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι. Hoc vero idem non fecerant Coloſſenſes, vt *pro ſe* precarentur, quod pro iis Paullus ſe quoque et ipſum feciſſe oſtendat. Sed praeceſſit: *conſtantia veſtra mihi eſt nuntiata.* Adde Ebr. 12, 1. τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, rel. vbi ſimiliter ſequitur aliquid, quod non idem vtique, aut eodem modo, fecerint, quorum exempla Cap. 11. recenſuiſſet: *ſimile* illi tamen et congruum erat, quod nunc Chriſtianos facere vellet. Additurus eram 1. Cor. 3, 1. καὶ ἐγὼ — — οὐκ ἠδυνήθην, rel. Sed ibi καὶ eſt pro δὲ, vel ἀλλά. Hic autem, apud Noſtrum, *ſicut* Lacedaemonii plane et ipſi antea Chium petiuerant, et nunc inde abibant, *ita* ad διείργοντο referri non poteſt καὶ αὐτοὶ, quia nulla dum mentio facta, Peloponneſios *quoque* διειρχθῆναι. Sed nimirum non ad ſolos Athen. pertinet διείργοντο, verum ad vtrosque, quorum notio lateat in καὶ αὐτοί· tanquam οἱ Ἀθην. πλέοντες ſint Nominatiui ſimpliciter poſiti, pro, τῶν Ἀθηναίων πλεόντων. Quo neque ipſo tamen opus ſit, vbi in καὶ αὐτοὶ, *et ipſi*, ipſi *quoque*, ſicut Peloponneſii, ſatis aperte emineat notio vtrorumque, impreſſa eadem in verbis, ἐπὶ θάτερα, ad *vtramque* partem, i. e. inter *vtrosque* porrecto colle et interiecto; quod niſi ita interpretere, abſurdum relinquatur; nam qui collis non vtroque verſus porrigitur? Deinde Synchyſis eſt in verbis, vel Traiectio: ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτ. λόφου διείργ. pro διείργ. ἐπὶ θάτερα ἐκ τοῦ λόφου· plane vt ante: οἱ ἀπὸ τῆς Σάμου Ἀθην. πλέοντες, pro, οἱ Ἀθην. πλ. ἀπὸ τ. Σάμου. ἐκ τοῦ λόφου διείργ. eſt pro διὰ, vel ὑπὸ, *colle*, *per* collem, *a* colle; vt 2. Cor. 5, 18. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, *a Deo*, *per* Deum efficiuntur. V. et cf. Phil. Th. P. p. 140. extr. lit. ב) 141. et magis etiam 143. init. lit. ג.) Quam

33. Ille vero, assumtis quinque Corinthiacis, et sexta Megarica, et vna Hermionica, et Laconicis illis, quas ipse secum duxerat, Miletum ad *suam* nauarchiam abiit, multa Chiis minatus, se videlicet nequaquam *ipsis* opem esse laturum, si qua ope indigerent. Cum autem ad Corycum *orae* Erythraeae appulisset, *illic* stationem habuit. Athenienses vero, qui cum copiis ex Samo in Chium nauigabant, ipsi quoque ad alteram collis partem *ab hoste* dirimebantur, * et *illuc* appulerunt, et alteri alteros latuerunt. Astyochus autem, cum epistolam a Paedarito missam accepisset, *quae significabat*, quosdam Erythraeos captiuos ex Samo dimissos Erythras ad moliendam proditionem venisse, confestim Erythras iterum est reuectus. Ac parum abfuit, quin incideret in Athenienses. Paedaritus etiam ab ipsis *Chiis*, *apud quos erat*, digressus, *ad Astyochum* traiecit, et *simul* habita quaestione de iis, qui proditionem moliri videbantur, vbi compertum habuerunt, † rem totam a captiuis, qui ad Samum detinebantur, confictam fuisse, vt *hac specioſa proditionis moliendae causa ex hostium manibus euaderent*, *ac suae* saluti consulerent, *illis* crimine liberatis, abierunt. *Et* alter quidem, in Chium, alter vero, Miletum se recepit, quemadmodum destinarat.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

* Ibique stationem habuerunt etc. *Valla.* HVDS. † Rem totam a Samiis fuisse confictam, qui hoc praetextu liberari illos captiuos cuperent. *Steph.* HVDS.

Καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ] ἦγεν ἐλλιμενίσας. Ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ] ἦγεν, σὺν τῇ στρατιᾷ. ἤτοι παντστρατιᾷ.

autem Hypallagen hic inuenit Aem. Port. (in Var. Lect.) equidem non video; quid inuersi enim oratio habet? Si qua figura sit hic notanda, aut Hendiadys fuerit, eaque vel in διείργοντο et καθωρμίσαντο, pro, καθορμισάμενοι διείργ. vel in καθωρμ. et ἐλελήθεσαν, pro, καθωρμ λελησότες, i. e. ὥστε λελησέναι ἀλλήλους· seu malueris, pro καθορμισάμενοι ἐλελήθεσαν, aut Hysteron proteron, in verbis, διείργ. καὶ καθωρμ. pro καθωρμ κ. διείργ. Qua ad missa h. l. figura, cum deinde ad verba ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτ. λόφου referatur καθωρμίσαντο, ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτ. λ. iam significet, (nempe pro ἐπὶ θάτ ἐκ τοῦ λ.) ex vtraque parte collis constitere; (Athenae. hinc, hinc Pelop.) ac tunc propius acceperis ἐκ, *e regione* collis, *ad* collem. *Collis* autem hic fuerit *promontorium*, in mare procurrens dorium. καὶ denique ante ἐλελήθεσαν verterim, *et sic*, itaque, tali modo, hinc καὶ οὕτω.

παρὰ τοσοῦτ.) nempe, ὅσον διείργετο, rel. *Abr.* Mirum vero, talia in mentem venire posse viro intelligenti! Vbi est enim παρ' ὅσον; Aut, post paragraphum, satis longam, alia de re agentem, qua vi tandem ad illa verba extrahatur? Quis non sentit, esse epiphonema historicum, aduertentis lectorem cum admiratione: *Tum*, *adeo* prope abfuit a periculo! So nahe gieng es ihm bey dem Kopfe vorbey! Quid simplicius? Quid frequentius, Liuio quoque? Alia longe ratio est Paullini loci, quo non vtitur tamen *Abr.* sed poterat vti quodammodo ad suam interpretationem, Ebr. 7, 21. 22. καθόσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας, — — τοσούτῳ κρείττονος διαθήκης μεσίτης ἐστὶν Ἰησ. Nam ibi et καθόσον differte praemittitur, et per parenthesin pauca intercedunt, quae, per γὰρ, causſam reddant praemissi, οὐ χωρὶς ὁρκωμ. At hic nec καθόσον praecedit, quod frigide tamen satis et κακοζήλως adderet Thuc. et sequuntur duae paragraphi, et sensu et compage sua dirimentes a superioribus τὸ παρὰ τοσοῦτον, quod subiiciatur tamen absolutae narrationi de Astyocho; quam ad ipsam et totam referatur παρὰ τοσοῦτον, non ad διείργοντο tantum. Nec vero, donec ita distinerentur ac laterent, periculum erat Astyocho, ne incideret in Athenienses; aperto mari (periculum) erat, aut si latentes obseruassent Athenienses.

Παρ' αὐτῶν] Non dubitem praeferre αὐτὸν, quemadmodum alios hi. legisse, scribit *Portus*, et emendatum erat in *Cass.* DVK. παρ' αὐτῶν, *a quibus* ergo? Nempe a Chiis, apud quos substitisset, c. 32. extr. At vbi nominantur aut memorantur per totum caput? Profecto legendum παρ' αὐτὸν, ad Astyochum. Ita et melius congruerit Pluralis, qui sequ. ἀναζητήσαντες, nempe hi duo, Ast. et Paed. iam coniuncti.

Ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου] Erythraei quidam capti in Samo, vt inde liberarentur, simularunt, se domum remissos ciuitatem Athenienſibus proditoros. Ea spe dimissi, cum Erythras venissent, a Chiis ea de causa tanquam proditores accusati sunt. Cognita vero causa, quod euadendi solum gratia Athenienſibus pollliciti fuerint, non autem quidquam de prodenda patria in animum induxerint, ab Astyocho sunt absoluti. ACAC.

ἀπολ. τ. αἰτ.) Quonam ergo crimine? Non proditionis, vt quam in Lacedaemoniorum gratiam essent causſati, ob eamque (supra) ἀφειμένοι, *dimissi*, e custodia, qua attinerentur in Samo, Erythrasque venissent, vbi agerent ea de re cum Paedarito; (is enim sensus est verborum supra, hic ordo: ἄνδρες αἰχμάλ. ἀφειμ. ἦκουσ. ἐς Ἐρ. ἐπὶ προδοσίᾳ, vt ibi agerent de proditione moliendā;) sed, quod *frustrati* essent Peloponnesios falsa spe prodendae illis Sami.

λδ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων στρατιὰ ταῖς ναυσὶν ἐκ τῆ Κωρύκυ [a] περιπλέυσα κατ' Ἀργίνον, ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς, καὶ ὥσπερ ἰδόντες [b] αὐτὰς ἐπεδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται, καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόγις καταφεύγουσιν ἐς τὸν λιμένα· αἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων, αἱ μὲν μάλιστα [c] ὁρμήσασαι τρεῖς διαφθείρονται, καὶ * ἐκπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες οἱ μὲν ἁλίσκονται, οἱ [d] δ' ἀποθνήσκουσιν· αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν [e] ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον [f] καθορμισάμενοι, παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.

λε'. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου, τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκπλεύσας δέκα μὲν Θουρίαις ναυσὶν, ὧν ἦρχε [g] Δωριεὺς ὁ Διαγόρα, τρίτος αὐτὸς, μιᾷ δὲ Λακωνικῇ, μιᾷ δὲ Συρακοσίᾳ, καταπλεῖ ἐς Κνίδον· ἡ δ' † ἀφεστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρνους. καὶ αὐτὸς οἱ ἐν [h] τῇ Μιλήτῳ, ὡς ἤσθοντο, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δὲ περὶ Τριόπιον [i] ὔσαις [k] τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλλαμβάνειν. ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνιδίας πρόσχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν. πυθόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, [l] καὶ πλεύσαντες ἐκ τῆς Σάμου, λαμβάνουσι τὰς ἐπὶ Τριοπίῳ φερούσας ἐξ ναῦς· οἱ δ' ἄνδρες ἀποφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Κνίδον καταπλεύσαντες, ** καὶ προσβαλόντες τῇ πόλει, ἀτειχίστῳ ὄσῃ, ὀλίγου εἷλον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὐθις [m] προσέβαλλον· καὶ, ὡς ἄμεινον φραξαμένων

a Πλέυσα κατ' Ἀργῖνον *Ar. C. Reg. Dan.* Ἀργῖνον etiam *Caſſ.* Aug. *b* Αὐτὰς deeſt *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ. Dan.* Aug. *c* Ὁρμίσασαι *Ar. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. * ἐκπίπτ. Mſqu. cui et τῶν d. ante Χίων. *d* Δὲ ἀποθνήσκουσιν *Gr.* et Cap. 38. οἱ δὲ ἐκ τῆς Λέσβου. *e* Ὑπὸ τὸν Μίμαντα *Ar. C.* Μίμας mons excelſus, de quo *Strabo* l. 13. p. 645. *Ed. Par.* Hvds. Ὑπὸ τὸν Μίδαν *Dan.* *f* Καθορμισάμενοι *Reg.* *g* Vide Lib. 3. c. 8. et *Meurſii* Attic. Lect. l. 3. c. 13. p. 132. Hvds. † ἀφεστήκει Mſqu. *h* Τῇ deeſt *Caſſ.* *i* Οὔσαις deeſt *Ald.* Omnia poſt Τριόπιον vſque ad ἄκρα abſunt a *Dan.* *k* Id eſt: ἐκέλευον τὰς ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐλθόντας, ταῖς περὶ τὸ Τριόπιον ὁρμούσαις ναυσὶ τὰς τῶν πολεμίων ὁλκάδας καὶ σιταγωγὸς ναῦς ἀπ' Αἰγύπτου προσβαλλούσας καὶ καθορμιζεσθαι μελλούσας ξυλλαμβάνειν, ὅπως τῇ τούτων ξυλλήψει τὰς μὲν πολεμίας βλάψωσι, τὰς δὲ σφετέρας ὠφελήσωσιν. Vel forſan ſcribendum: ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάσι προσβαλλούσαις ξυλλαμβάνειν. ſcil. βοηθεῖν, ὅπως μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων ξυληφθῶσιν. *Ae. Port.* ξυλαμβάνειν mox Mſqu. vno λ. et deinde προύχουσα, ſine ſpir. *l* Κατέπλευσαν, et in margine recenti manu γρ. καὶ πλεύσαντες *Caſſ.* ** κ. προσβ. abſ. Mſqu. qui et ὀλίγον p. ὀλίγου. *m* Προσίβαλον *Gr.* Mſqu.

C. 34. Κατ' Ἀργίνον] Ἄργεννον, *Straboni* XIV, 644. Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἀλόννησος νησίον· εἶτα τὸ Ἄργεννον, ἄκρα τῆς Ἐρυθραίας, πλησιάζουσα μάλιστα τῷ Χίων Ποσειδίῳ. *Stephanus* quoque τὸ Ἄργεννον ἀκρωτήριον. Et *Ptolemaeus* pag. 118. Κλαζομεναὶ, Ἄργεννον ἄκρον. Dvk.

Καὶ ὥσπερ] Haec non recte diſtinguuntur. In *Gr.* ante haec verba eſt diſtinctio maxima, et omnia ſine diſtinctione leguntur vsque ad καὶ αἱ. *Baſil.* quoque, μακραῖς. καὶ ὥσπερ, et ἐπεδίωκον, καὶ αἱ. Dvk.

ὥσπ. ἰδόντ.) Primo ἰδόντες refer ad οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν Ἀθηναῖοι· quod, per Syneſin, latet in ἡ τῶν Ἀθην. στρατία. Sed cur nemo attendit Particip. poſt ὥσπερ; quod ſecure interpretantur: *ſimulatque illas conſpexerunt.* Ergone latine quoque dixeris: *ſimulatque* illas *conſpicientes?* Haeret Abr. in ὥσπερ, multa afferens, more ſuo, quae ſcire nemo deſideret, neque expeditura participii ſoloeciſmum. Piget interdum ſocordiae Interpretum, effundentium ad ſingula verba copias lectionis, tenore orationis, Grammatico aut Logico, plane neglecto. Reisk. emendat ὑπεριδόντες, vel περιδόντες, *contemnentes.* At *contemtos* quis perſequitur? Nec frigidius quidquam iſto additamento. Comma ponendum, crediderim, poſt ἐπεδίωκον, vt καὶ non ſit ἀλλὰ, ſed Conſequens reddat καὶ χειμών, aut redundante καὶ in Conſequ. vt 2. Cor. 2, 2. εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, rel. Vbi vim tamen quandam habet τὸ καὶ, pro ἀλλὰ, *at*; Germ. ey, wer ſoll mich denn erfreuen? (v. et paullo infr.) aut partitionem faciente, addito praeſertim τε, vt ſenſus ac tenor ſit, ſatis ille quidem ſimplex: cum viſas, conſpectas, perſequerentur naues: tum (vero) *et* ventus coortus eſt magnus, et Chiorum naues, rel. Aut leg. ὥσπερ ἴδον τε αὐτὰς; (οὕτω, παραυτίκα,) ἐπεδίωκον. Tum καὶ ad χειμὼν fuerit pro ἀλλά. Aut ὥσπερ ſit pro οἷον, οἷά τε, *quippe*; ὡς ἰδόντες, quia viderunt. Non ſatis placet, et friget; ſed melius nil ſuccurrit. *Quaſi* enim, veluti, tanquam viſas, ſignificare ὥσπερ hic nequit. Nam, ſi illis περιέτυχον, quidni et viderint vero, et conſulto ſint perſecuti? Quod eo dico, ſi cui in mentem veniat, quod mihi: vt Athenienſes, curſum tenentes ſuum, non conſulto perſecuti fuerint Chias naues, ſed tantum poſt illas cucurrerint, *veluti* conſpectas inſequerentur; es war, als ob ſie dieſelben erblickt hätten und verfolgten. Sed nimirum hoc nimis fuerit abſurdum, vt Scru. loqui amat, et vero repugnet verbo περιέτυχον. Optimum ergo fuerit, καὶ aut redundare in Conſequente τῷ ὥσπερ reddito, vt Phil. 1, 22. εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου· (et τοῦτο hic redundat; aut iung. τὸ ζ. ἐ. σ. τοῦτο, τοῦτο τὸ ζῆν, ἡ ζωὴ αὕτη (ἡ) ἐν σ. vt 2. Cor. 1, 8. ἐξαπορηθ. — — τοῦ ζῆν. Ceterum et αὕτη redundat ibid. vſ. 12. ἡ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως, paene hic vt apud Horat. Epiſt. 1, 1, 60. 61. in ſimili ſententia: *Hic murus aheneus eſto, nil conſcire ſibi*; nam Vſ. 41. omittit Pronomen: *Virtus eſt, vitium fugere, et ſapientia prima, ſtultitia caruiſſe*; Xen. M. S. 4, 7, 5. μέχρι τούτου μανθάνειν, μέχρι τοῦ — γνῶναι. Et memorabilius ἐντεῦθεν redundat Iac. 4, 1. οὐχὶ ἐντεῦθεν, ἐκ τ. ἡδονῶν ὑμ.) Hoc ergo eſt Anteced. iam Conſequ. red-

34. Interea vero et Athenienſium claſſis, quae e Coryco prope Arginum circumuehebatur, incidit in tres naues longas Chiorum; et ſimul ac eas conſpexerunt, confeſtim inſequi coeperunt. Et ingens tempeſtas eſt exorta, et Chiorum quidem *naues* in portum aegre confugerunt: Athenienſium vero tres *naues*, quae *ante alias* longiſſime procurrerant, perierunt, et ad Chiorum vrbem eiectae fuerunt, virique partim capti, partim interfecti fuerunt; caeterae vero, in portum Mimanti ſubiectum, nomine Phoenicuntem, fuga ſe receperunt. Poſtea vero *Athenienſes* hinc ad Lesbum appulſi, ad munitiones excitandas ſe praeparabant. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

35. Eadem hyeme Hippocrates Lacedaemonius ex Peloponneſo profectus cum decem nauibus Thuriis, quibus praeerat Dorieus, Diagorae *filius*, cum duobus aliis collegis, item cum vna Laconica, et altera Syracuſana, in Cnidum traiecit. Haec autem a Tiſſapherne iam defecerat. Qui autem apud Miletum erant, cum *horum aduentum* ſenſiſſent, iuſſerunt dimidium claſſis Cnidum tueri; eas vero *naues*, quae ad Triopium ſtabant, onerariis *cum frumento* ex Aegypto venientibus ſuccurrere. Eſt autem Triopium, prominens *orae* Cnidiae promontorium, Apollini ſacrum. Athenienſes vero, cum *hoc* audiſſent, et ex Samo veniſſent, ſex naues, quae praeſidii cauſa ſtationem ad Triopium habebant, ceperunt. At homines, ex ipſis aufugerunt. Poſtea vero cum ad Cnidum appuliſſent, et vrbem nullis muris munitam adorti fuiſſent, parum abfuit, quin *eam* caperent. Poſtridie vero rurſus *eam* oppugnarunt. Verum cum non amplius aeque nocere poſſent,

---

ditur: καὶ, τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω. Nec plane tamen redundet hic Noſtro, ſed diſtribuendi vim habeat, *et — et*: καὶ χειμὼν ἐγένετο, καὶ αἱ νῆες, rel. Non Colon ergo ponendum poſt ἐπεδίωκον, aut punctum, ſed comma tantum.

Αὐτάς] Non agnoſcunt *Mſſ.* et *Edd.* recte. WASS.

Φοινικοῦντα] *Steph.* legit λιμένην. Numus Domitiani apud *Ligorium* Φοινικοντίων. Vid. *Spanhemium*. WASS. *Stephanus*: ἔστι καὶ Φοινικοῦς λιμήν. Θεκνεῖδης ἐγδόῃ. Sed *Pinedo* et *Holſtenius* recte legunt λιμήν. *Liuius* XXXVI, 45. apud *Pinedo*: *Romani Chium petentes* Phoenicuntem *primum* portum Erythraeae terrae *praeterueſti*. Add. XXXVII, 16. DVK.

C. 35. ἀπὸ Τισσ.) Palmer. adſcr. ὑπὸ T. *Abr.* acute vero, et pro re, et ex more Noſtri, vt, φεύγειν, ἀποθανεῖν ὑπό τινος, *fugere*, *mori ab aliquo*, i. e. pelli, interfici; et hic ergo, ἀφεισ. ὑπὸ Τισσ. *ab eo*, eius opera, eo annitente, eo auctore, ad defectionem (ab Athen.) compulſa (iam) defecerat; vt ſuperſedere hoc conatu Peloponneſii poſſent. Res quoque poſcit; nam et Athenienſium adhuc fuerant, neque in poteſtate Perſarum; nec deficerent a Tiſſapherne, verum a rege; id quod nec poſſent tam facile, neque ad belli huius cauſſam faceret. Et vero vindicatum defectionem veniſſe mox leguntur Athen.

Ταῖς ἡμισείαις τῶν νεῶν] Vid. Cap. 8. DVK.

τ. ἀπ' Αἰγ. ὁλκ. προσβ.) Traiectio haec eſt, pro, τὰς ἀπ' Αἰγ. προσβαλλ. ὁλκ. vt apud Horat. Epiſt. 1, 19, 25. *non res et agentia verba Lycamben*, pro, et verba agentia Lycamben; vt Liu. L. 6. *imminentem molem libertati*, pro, *mol. imm. lib.* et Phaedro: *et patiens ouis iniuriae*, pro, et ou. patiens iniuriae; non, *ouis patiens*, pro Epitheto; vnde enim pendeat deinde Genitiu. *iniuriae*? Nam iſta collocatione Epitheton videatur Particip. Subſtantiuo additum, nec deinde apparet, vnde pendeat Caſus tertius Nominis. Ita et apud Thuc. iuncta videntur, τὰς ὁλκάδ. (τὰς) ἀπ' Αἰγ. vbi a προσβαλλούσ. pendeat τὸ ἀπ' Αἰγύπτου. Obſ. etiam, προσβάλλειν hic eſſe pro ἐγγίζειν, *aduentare*.

ξυλλαμβάνειν] *Succurrere* vertunt *Valla* et *Portus*. Hoc non poteſt fieri, niſi ſimul legatur ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάσι προσβαλλούσαις, vt etiam adnotat *Portus*. Sed, quia hic nulla eſt in libris varietas, a recepta ſcriptura non recedendum, et συλλαμβάνειν cum *Acacio* potius *capere*, *comprehendere*, quam *ſuccurrere*, vertendum, arbitror. Videntur autem, quod Idem *Acacius* putat, inter Tiſſaphernem et Lacedaemonios tum inimicitiae quaedam exortae per occaſionem controuerſiae de ſtipendio. DVK. *Succurrere* quomodo vertere potuerit Port. neſcio. Nam et Datiuus tum eſſet, nec cum Accuſ. ſign. *opem ferre*; nec, qua ratione *iuuarent* naves illas, (id enim vere ſign. ξυλλαμβ. in *opere* adiuuare, vna perficere opus;) neminem impugnaturas, apparet. βοηθεῖν eſt *ſuccurrere*, nempe laboranti, impugnato; de quo ſermo hic non ſit. Multus eſt Abr. vt oſtendat, ξυλλαμβ. eſſe, *aſſequi* curſu; id quod non magis ſign. quam καθαιρεῖν, quod et ipſum male expl.

Ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον] Vide *Holſten.* ad Steph. *Salmaſium* ad *Solin.* Et Interc. Herodis. *Spanhem.* Notis in *Callimachum* Hymn. in Del. v. 160. et Hymn. in Cerer. v. 31. *Diodor.* V. p. 229. *Pauſan.* Phocic. XI. *Ariſtot.* Polit. II, 8. *Scylacem* p. 38. *D. Halicarn.* Antiq. IV, 25. *Plutarch.* Cim. 486. *Euſebii* Chron. CCCCLXIV. *Euſtath.* in Iliad. δ'. 341. et *Heſychium*. WASS.

προύχ.) vel ſimpliciter intell. ac per ſe, *prominens*, *procurrens*, vt τῆς Κνιδίας referatur ad ἄκρα· vel, προύχ. τ. Κνιδ. *tegens* oram Cnidiam, ei praetentum promontorium.

φρουρ.) i. e. φρουρὰν ποιουμένας, ἐν φρουρᾷ οὔσας, καθεστηκυίας. Ita ſaepe Noſter, φυλάττειν περὶ τὴν χώραν, p. φυλακὴν ποιεῖσθαι. V. Phil. Thuc. P. p. 74. extr. lit. γ.)

Ὀλίγῳ] Sic ἐπεῖς ὀλίγῳ ἐς χιλίας alibi, vid. *Priſcianum* p. 1192. *Plutarch.* Pomp. ὥστε ἅπαξ ΜΙΚΡΟΥ συντρῖψαι. WASS. *Ariſtophanes* Nubibus v 720. Ὀλίγῳ φρεῦδος γεγένημαι. Veſp. v. 825. Ὡς ὀλίγῳ μ' ἀπώλεσας. *Lucianus* Tim. p. 79. καὶ αὐτὸς ὀλίγῳ δεῖν συνετρίβην. Et ſaepe apud omnes.

αὐτῶν ὑπὸ νύκτα, καὶ ἐπεισελθόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τῆ Τριοπίῳ ἐκ τῶν νεῶν διαφυγόντων, ἐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, * ἐπελθόντες, καὶ δηώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν, ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν.

λς'. Ὑπὸ " δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, Ἀσυόχῳ ἥκοντος ὡς τὴν Μίλητον ἐπὶ τὸ ναυτικὸν, οἱ Πελοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον. καὶ γὰρ μισθὸς ἐδίδοτο ἀρκέντως, καὶ τὰ ἐκ τῆς ° Ἰάσης μεγάλα χρήματα διαρπασθέντα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις· οἵ τε Μιλήσιοι προθύμως † τὰ τῆ πολέμῳ ἔφερον. πρὸς δὲ τὸν Τισσαφέρνην ἐδόκει ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς εἶναι, καὶ ἀ ᵖ πρὸς σφῶν μᾶλλον· καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηραμένους παρόντος ἐποίουν· καὶ εἰσὶν αἵδε.

λζ'. »ΞΥΝΘΗΚΑΙ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον, καὶ τοὺς παῖδας τῆ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνην, σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν ᵍ κατὰ τάδε· ʳ Ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως εἰσὶ Δαρείῳ, ἢ τῆ πατρὸς ἦσαν, ἢ τῶν προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ, ˢ μηδὲ κακῶ μηδενὶ, μήτε Λακεδαιμονίους, μήτε τοὺς ξυμμάχους ᵗ τοὺς ᵛ Λακεδαιμονίων· μήτε Φέρειν πράσσεσθαι ἐκ ˣ τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους, μήτε τοὺς ξυμμάχους ʸ τῶν Λακεδαιμονίων μηδὲ Δαρεῖον βασιλέα, μηδὲ, ὧν ** ὁ βασιλεὺς ἄρχει, ἐπὶ Λακεδαιμονίους μηδὲ ᶻ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ, μηδὲ κακῶ μηδενί. ἢν δέ τι δέωνται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι †† βασιλέως, ἢ βασιλεὺς Λακεδ ᵃ νίων ᵃ ἢ τῶν ξυμμάχων, ὅ, τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους, τοῦτο ποιοῦσι καλῶς ἔχειν. τὸν δὲ πόλεμον τὸν ᵇ πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κοινῆ ἀμφοτέρους πολεμεῖν· ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶνται, κοινῆ ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι. ὁπόση δ' ἂν στρατιὰ ἐν τῆ χώρᾳ ᶜ τῆ βασιλέως ᾖ μεταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν. ἢν δέ τις τῶν πόλεων, ᵈ ὁπόσαι ξυνέθεντο βασιλεῖ, ἐπὶ τὴν βασιλέως ἴῃ χώραν, τοὺς ᵉ ἄλλους κωλύειν, καὶ ἀμύνειν βασιλεῖ κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ ἤν τις τῶν ἐν τῆ βασιλέως χώρᾳ, ἢ ὅσης βασιλεὺς ἄρχει, ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἴῃ ἢ τῶν ξυμμάχων, βασιλεὺς κωλυέτω, καὶ ἀμυνέτω κατὰ τὸ δυνατόν.«

λή. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ξυνθήκας, *** Θηραμένης μὲν, παραδοὺς Ἀσυόχῳ τὰς ναῦς, ἀποπλέων ᶠ ἐν ᵍ κέλητι, ἀφανίζεται. οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη ʰ διαβεβηκότες τὴν Χίον τῆ στρατιᾷ, καὶ

* ἐπελθ. δὲ Mſqu. cuí et τοῦ d. ante Τριοπίου. *n* Δὲ omittunt *Ar. C. Dan.* *o* Ἰάσσης *Ar.* Vide *Var. Lect.* ad c. 28. init. † τὰ d. Mſqu. in marg. ſcr. τὸ. Id. mox bis, ξυνθηκαὶ, oxyt. *p* Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Art. p. 32. Hvds. *q* Κατατάδε *Caſſ.* *r* Ὁπόση χώρα βασιλέως καὶ πόλεις εἰσὶ Δαρείου *Ar. C. Dan.* πόλις Aug. *s* Μὴ δὲ *Reg.* vt et infra. *t* Τῶν Λακεδαιμονίων *Cl. Gr. Reg. Caſſ. Dan.* Aug. *v* Λακεδαιμονίων, μηδὲ Δαρείου *Caſſ.* cetera deſiderantur. in margine tamen adſcripta ſunt haec, μήτε φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων. *x* Τῶν deeſt *Ar.* *y* Τοὺς Λακεδαιμονίων *Cam.* ** ὁ d. Mſqu id. mox μήτε. *z* Τοὺς omittunt *Ar. C. Dan.* †† βασιλέως a m. rec. add. Mſqu. *a* Καὶ τῶν *Gr.* *b* Πρὸς τοὺς Ἀθηναίους *Gr.* *c* Τῆ *Ar. C. Caſſ. Cam.* Aug. Mſqu. *d* Ὁπόσαι Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις ξυνέθεντο, ἐπὶ τὴν βασιλέως etc. *Cl.* *e* Ἐκείνους κωλύειν *Cl.* *** Θηριμέν. Aug. *f* Ἐν manu recenti adſcriptum eſt *Caſſ.* *g* Κέλης equus proprie, qui a ſeſſore agitatur, iam nauigium actuarium; non tamen quod vnico remo ageretur: cum non veriſimile ſit, Theramenem conſcendiſſe tam paruum nauigiolum, quum mare magnum eſſet nauigaturus. Vide *Scheffervm* de Militia Nauali, l. 2. c. 2. p. 68. 69. Hvds. μέλλητε Mſqu. *h* Διαβεβηκότες *Caſſ.* vetus ſcriptura eraſa, et β ſecundum a recenti manu erat.

Dvk. Primum ad εἶλον int. αὐτὴν, ex Dat. τῆ πόλει, more Noſtri perpetuo; ὀλίγου deinde int. ὥστε δεῖν· vel, ἀπ' ὀλίγου, (διαστήματος,) ex propinquo, vt non multum abeſſent. ὀλίγον Moſqu. ſcil. παρ' ὀλ. Illud ſolenne magis.

ἔβλ. ἐπελθ.) Comma ponit poſt ἐπελθ. ſublatum poſt ἔβλαπτον, et καὶ ante δηώσαντες pro οὖν accipit *Abr.* Rectiſſime vero; qua comma certe; alioquin ἐπελθόντες inceperit nouam ἔφοδον, non praemiſſo καὶ, aut οὖν, vel δὲ, contra morem ſcribendi. Tamenſi ne hoc quidem opus, modo ὡς ante μένειν non ſit *quippe*, ἅτε, ſed *cum*; vt tenor ſit talis: καὶ (i. e. ἀλλὰ) ὡς οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἄμεινον φραξ. rel. ἐπελθ. (Conſequens deinde hoc fuerit,) καὶ δηώσ. Et vero, δὲ inſerto poſt ἐπελθ. ex Cod. Mſqu. ὡς quoque manſerit *quippe*, vt ſolet ante Genitiuos ſimpliciter poſitos, et punctum fuerit ponendum poſt ἔβλαπτον, vel colon. καὶ tamen ante ὡς ſemper hic manſerit ἀλλὰ, vel δέ. Ad ἐπελθόντες, niſi cum *Abr.* ad ἔβλαπτον retuleris, intell. πάλιν· aut fuerit pro ἐπανελθόντες. Sane melius abtuerit, vt otioſum fere, et fortaſſe pro Schol. adſcriptum ab interpretaturo τὸ ἔβλαπτον.

C. 36. ὑπῆν) Non bene noſtrum, vel Batauorum, es iſt Geld unter den Leuten, confert *Abr.* Neque enim idem ſign. ὑπὸ, quod nobis unter in iſto vſu. Sed reſpondet Latino, *ſuppeditabat*, ad manum, in promtu, erat, ceu *ſubſidium*, reſſource.

πρὸς δὲ τ. T.) Sane ordo eſt: αἱ δὲ ξυνθῆναι (αἱ) πρὸς τὸν Τισσ. ὅμως ἐδόκ. τ. Πελοπ. ἐνδεεῖς εἶναι. Praemiſit illud tamen, πρ. δὲ τ. Τισσ. quod opponeret *ceteris* rebus et ratio-

quod ipſi per noctem melius *vrbem* obſepſiſſent, et praeterea iſti, qui ad Triopium ex nauibus diffugerant, ad eos ingreſſi veniſſent, Cnidiorum agrum percurrerunt, eoque vaſtato, in Samum redierunt. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

36. Per idem tempus, cum Aſtyochus Miletum ad claſſem veniſſet, res omnes, quae ad copias *alendas* ſunt neceſſariae, Peloponneſiis adhuc abunde ſuppetebant. Nam ſtipendium, quantum ſatis erat, *ipſis* ſuppeditabatur, et praeterea magna pecuniae ex Iaſo direptae vis militibus ſupererat. Et Mileſii alacriter onera belli ſuſtinebant. Veruntamen illa ſuperiora foedera, quae a Chalcideo cum Tiſſapherne facta fuerant, Peloponneſiis videbantur manca, nec magis pro ipſis, *quam pro Rege, facere.* Quamobrem alia Theramene praeſente fecerunt; in haec verba.

37. „Pactiones inter Lacedaemonios, ſociosque, et Regem Darium, Regisque filios, et Tiſſaphernem, vt foedera ſint et amicitia his conditionibus. Quaecunque regio, et vrbes ſunt regis Darii, aut *quae* patris aut maiorum *ipſius* fuerunt, aduerſus iſtas ne eant, aut belli inferendi cauſa, aut quoquo modo nocendi gratia, vel Lacedaemonii vel Lacedaemoniorum ſocii. Neue tributa exigant ex his vrbibus aut Lacedaemonii, aut Lacedaemoniorum ſocii. Neque viciſſim rex Darius, aut vllus eorum, quibus Rex imperat, aduerſus Lacedaemonios eorumue ſocios eat, vt bellum illis inferat, aut vllo maleficio afficiat. Si qua autem in re Lacedaemonii vel *eorum* ſocii Regis opera indigeant, aut Rex Lacedaemoniorum vel ſociorum, quicquid alteri alteris mutuo perſuaſerint, hoc ſi fecerint, praeclarum eſſe ducatur. Bellum autem, quod cum Athenienſibus illorumque ſociis geretur, hoc vtrique communiter adminiſtrent: quod ſi id diſſolue.e placuerit, communiter vtrique diſſoluant. Exercitui autem, qui in Regis ditione fuerit, ſi Rex *eum* arceſſiuerit, Rex ſtipendium praebeat. Si qua autem ciuitatum, quae pactionem *foedusque* cum Rege fecerunt, in Regis ditionem inuaſerit, caeteri prohibeant, Regique pro viribus opem ferant. Rurſus ſi quis eorum, qui ſunt in Regis agro, aut eo, cui Rex imperat, in Lacedaemoniorum vel ſociorum *agrum* inuaſerit, Rex prohibeat, et pro viribus opem *ipſis* ferat.“

38. Poſt has pactiones Theramenes quidem, traditis Aſtyocho nauibus, actuario nauigio diſcedens, ex *hominum* conſpectu ſublatus eſt. Athenienſes vero, e Lesbo ad Chium cum *ſuis* copiis appulſi,

Καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηραμένης] ἐνώπιον. Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι] τῶν Λακεδαιμονίων. Κοινῇ ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι] κοινῇ γνώμῃ δηλονότι.

nibus, quae commodae ſatis viderentur Peloponneſiis, non item pariter opportuna conditio foederis Perſici.

[κ. ἄλλ ἐτ.) Schol. abeſt Aug.] καὶ hic eſt οὖν) ἐποίουν) pro Medio, ἐποιήσαντο, *ſibi*, vel *inter ſe.*

C. 37. [Λακεδαιμ. [κοινῇ } Scholl. ad hh. vv. abſ. Aug.]

Τῆς Λακεδαιμονίων] Τῶν Λακεδ. *Cl. Gr.* inepte. Wass.

ἐν τῇ βασ. χ. — — ἄρχει) Diſtingu. regionem regis Perſarum, et ὅσης ἄρχει, cui imperet. Differuntne iſtae? aut quî differunt? Nempe χώρα βασιλέως fuerit Perſis, Media, Babylonia, aliae partes Aſiae maioris; ὅσης ἄρχει, Graeciae ciuitates, Ioniae, aliae Aſiae minoris, inſulae quoque maris Graeci ac Pontici, et quidquid vltra Aſiam occupatum Perſae tenerent. Niſi perſpicuitati, ac veluti fidei magis firmandae, datum eſt ἤ cum Synonymo prioris: vt Liuio 1, 32. bis, *populus Latinus hominesque priſci Latini.* Solent talia frequentari in formulis publice ſolennibus, ne fraudi ſit locus; vt ibid. *quarum rerum, litium, cauſſarum.*

C. 38. Ἐν κέλητι] Vide ad IV, 9. ibique *Scholiaſten*, et ad I, 53. *Euſtathium* in Homer. Odyſſ. ε'. pag. 1539. *Thom. Magiſtrum*, et *Ammonium*, apud quem *Vulcanius* pro πηδάλιόν τι μικρὸν recte emendat, πλοιάριόν τι μικρόν. Dvk.

ἀφανίζ.) *abiit*; ſeſe amouit; *il diſparuti.* Indignationem ſimul et celeritatem innuit abeuntis, ita, vt immiſceri nulli iam rei poſthac cuperet.

Διαβεβηκότες τὴν Χίον τῇ ϛρατιᾷ] Ita quidem omnes libri, tam ſcripti, quam editi, quos vidi. Sed credo, propter vltimam ſyllabam vocis διαβεβηκότες, neglectam eſſe praepoſitionem ἐς, et legendum διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον. *Thucydides* I, 114 Καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους ϛρατιᾷ Ἀθηναίων Dvk. ἐς excidiſſe, credo: ἐκ τ. Λέσβου διαβεβηκ. ἐς τ. Χίον. Tum eundi enim notio, vel emetiundi e regionis et perragrandae, vix eſt, vt ſatis hic commoda ſit.

κρατῆντες [i] τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, Δελφίνιον ἐτείχιζον, χωρίον ἄλλως τε ἐκ γῆς καρτερὸν, καὶ λιμένας ἔχον, καὶ τῆς τῶν Χίων πόλεως ὰ πολὺ [k] ἀπέχον. οἱ δὲ Χῖοι, ἐν πολλαῖς ταῖς πρὶν μάχαις πεπληγμένοι, καὶ ἄλλως ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὰ πάνυ εὖ διακείμενοι, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ [l] τῦ Τυδέως τῦ Ἴωνος ἤδη ὑπὸ Πεδαρίτᾳ ἐπ' Ἀττικισμῷ [m] τεθνεώτων, καὶ τῆς ἄλλης πόλεως κατ' ἀνάγκην ἐς ὀλίγον κατεχομένης, ὑπόπτως διακείμενοι ἀλλήλοις, ἡσύχαζον· καὶ ὅτ' αὐτοὶ [n] διὰ ταῦτα, ὅτε οἱ μετὰ Πεδαρίτᾳ ἐπίκουροι, ἀξιόμαχοι αὐτοῖς ἐφαίνοντο. ἐς μέντοι τὴν Μίλητον ἔπεμπον, κελεύοντες, σφίσι τὸν Ἀσύοχον βοηθεῖν· ὡς δ' οὐκ ἐσήκουεν, ἐπιστέλλει περὶ αὐτῦ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ὁ Πεδάριτος ὡς ἀδικῦντος. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ Χίῳ [o] ἐς τῦτο καθειστήκει τοῖς Ἀθηναίοις. αἱ δ' ἐκ τῆς Σάμυ νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀνταναγόιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον, ἡσύχαζον.

λθ'. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσυ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι αἱ τῷ Φαρναβάζῳ ὑπὸ Καλλιγείτυ τῦ Μεγαρέως καὶ Τιμαγόρυ τῦ Κυζικηνῦ πρασσόντων παρασκευασθεῖσαι [p] ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες, ἄραι ἔπλευν ἐπὶ Ἰωνίας, περὶ ἡλίυ τροπάς· καὶ ἄρχων ἔπλει αὐτῶν Ἀντισθένης Σπαρτιάτης. ξυνέπεμψαν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ἕνδεκα ἄνδρας Σπαρτιατῶν ξυμβούλυς Ἀσυόχῳ, ὧν εἷς ἦν [q] Λίχας ὁ Ἀρκεσιλάυ. καὶ εἴρητο αὐτοῖς, ἐς Μίλητον ἀφικομένυς, τῶν τε ἄλλων ξυνεπιμελεῖσθαι, ἢ μέλλει ἄριστα ἕξειν, καὶ τὰς ναῦς ταύτας, [r] ἢ αὐτὰς, ἢ πλείους, ἢ καὶ ἐλάσσους, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον [s] ὡς Φαρνάβαζον, ἢν δοκῇ, ἀποπέμπειν, Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου, ὃς ξυνέπλει, ἄρχοντα προστάξαντας· καὶ Ἀσύοχον, ἢν δοκῇ τοῖς ἕνδεκα ἀνδράσι, παύειν τῆς ναυαρχίας, Ἀντισθένην δὲ καθιστάναι. πρὸς γὰρ τὰς τῦ Πεδαρίτου ἐπιστολὰς ὑπώπτευον αὐτόν. πλέουσαι δ' ὖν αἱ νῆες ἀπὸ [t] Μαλέας πελάγιαι, Μήλῳ [u] προσέβαλον, καὶ περιτυχόντες ναυσὶ δέκα Ἀθηναίων, τὰς τρεῖς λαμβάνουσι κενὰς, καὶ κατακαίουσι. μετὰ δὲ τῦτο, δεδιότες, μὴ αἱ διαφυγῦσαι τῶν Ἀθηναίων ἐκ τῆς Μήλυ νῆες (ὅπερ ἐγένετο,)

i Τῆς deest *Ar. C. Reg. Caff. Dan.* Aug. Mſqu. k Ita ab emendatione manus recentis pro ἀπέσχον *Caff.* ἀπέσχον Aug. οὐ πολὺ d. Mſqu. hic et mox, *μάχαις ταῖς πρὶν ἐκπεπλεγμ.* l Τῦ omittunt *Cl. Gr. Caff.* Aug. Mſqu. m Sic factum erat in *Caff.* e voce pauciorum literarum. n Διαταῦτα *Caff.* o Ἐν τέτῳ *Cl.* Tum καθιστήκει Aug. καθεστήκ. Mſqu. p Ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων *Ar. C.* q Λείχας *Ar. C.* Huius meminit *Thucydides* aliquoties l. 5. Hvds. Λείχας *Reg. Dan.* Εἷς Ἡλίχας *Caff.* r Ἢ αὐτὰς omittit *Gr.* s Ἐς *Cam.* * Μαλέου Mſqu. t Προσέβαλλον *C.*

Δελφίνιον] *Harpocration* p. 119. Χωρίον vocat; mallem, φρούριον. Diſtat a Chiorum vrbe Mil. 18. inquit *Tournefort.* nunc *Port Dolphin.* Eſt et Portus Oropi. v. *Strabon.* IX. p. 403. *Xenoph.* Hiſt. Gr. I. p. 442. Wass. *Scholiaſtes* Ariſtophanis Equit. v. 759. et *Suidas* Δελφίνιον itidem χωρίον ἐν Χίῳ vocant. *Stephanus* φρούριον Χίων. Dvk.

ἄλλως τε) aut redundat ἄλλως, partitioni tantum inſerviens, aut ſign. *per ſe, iam*; vel: *praeterquam*, quod a terra firmum erat.

ἀπέχον) Senſu tamen non caruerit Lect. Var. ἀπέσχον, referenda ad Ἀθηναῖοι, quaſi ad καὶ, ante οὐ πολὺ, intelligas οὕτω, vel διὰ τοῦτο. Sed ἀπέχον nimirum praeſtat, ad χωρίον.

πεπλεγμ.) Primo redundat ἐν, qſ. per Ebr. pro *per*; Deinde ἐμπεπλεγμένοι Mſq. *impliciti*, impediti; quod nihili ſane fuerit hic, vbi et de *tribus* proeliis ſermo ſit, et (ταῖς πρὶν,) iam *praeteritis*.

ἐν σφ. αὐτ.) i. e. παρ' ἑαυτοῖς, *domi, intus*, ad ſtatum interſtinum recip. Neque enim de diſcordiis aut factionibus vtique aut proxime ſermo, vt *inter* ſignificet ἐν, ſed de oppreſſa ciuitate et ſuſpicionibus ſollicita.

Μετὰ τῦ] Articulus abeſt *Cl. Gr.* Vtroque modo Noſter. Wass. Quae hic *Hudſonus* poſt Var. Lect. de errore *Interpretum* ſcribit, ea iam ante in mentem venerant *Freinshemio* ad Curt. III, 13, 1. Ion Chius poëta non incelebris, de quo *Suidas* in v. Ἀθηναῖος agit, coepit docere tragoediam Olymp. LXXXII. vt *Idem* tradit in Ἴων. Itaque aetas quidem non obſtat, quo minus huius Tydei pater eſſe potuerit. Sed fortaſſis nullum aliud eſt huius rei argumentum. Dvk.

[ἐς ὀλίγ. κατεχ.) Schol. ad hh. vv. eſt vnius auctoris, et continuum, vtut duplicem afferat explicationem, alteram magis probante Scholii auctore, ὃ καὶ μᾶλλον addendo, i. e. *quod* (alterum, quorum poſterius,) *magis probandum*, verius eſt. Et recte; quoniam, ſi de oligarchia ſermo eſſet, ἐς ὀλίγους diceret Thuc. vt 2, 37. de Athenienſi Democratia: μὴ ἐς ὀλίγους, ἀλλ' ἐς πλείονας, οἰκεῖν, non a paucis, ſed a multis, adminiſtratur. ἐς ὀλίγον ergo intell. χρόνον, vel μέτρον, vt ſic dicam; male, vtcunque, continebatur imperii neceſſitate, propediem illud iugum excuſſura.

ἀξιόμ.) i. e. ἱκανοὶ, ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ μάχεσθαι. Obſ. ad N. Teſt. vbi ἄξιος, ἀξιόω, καταξιοῦσθαι, vt Luc. 4, 36. non *dignum*, ſed *aptum*, non *dignari*, *digniorem reddere*, ſed *aptare* ſign.

αἱ δ' ἐκ τ. Σάμ. νῆες) i. e. αἱ ἐν τῇ Σάμῳ (πρὸς τῇ Σ.) v. ἐπίπλ. ἐποιοῦντο ἐξ αὐτῆς.

[ἐπίπλ. ἐπ.) Schol. abeſt Aug.] ταῖς hic eſt pro ἐπὶ τάς.)

ἐν τῇ Μιλ.) ἐν pro ἐπὶ, πρός.

et terra ac mari potiti, Delphinium muniuerunt, locum alioqui et a terra munitum, et portus habentem, nec procul a Chiorum vrbe distantem. Chii vero, tum quod superioribus proeliis saepius afflicti fuissent, tum quod alioqui inter se ipsos *animis* non admodum bene affecti essent, sed etiam, (quod * Tydeus Ion, eiusque socii propter Atticismum, a Pedarito iam morte mulctati fuissent, et reliqua ciuitatis pars a paucorum dominatu coacta premeretur,) mutuo suspecti essent, quiescebant. His igitur de causis nec ipsi, nec illae auxiliares copiae, quae cum Pedarito erant, satis firmae videbantur ad proelium cum ipsis *Athenienſibus* committendum. Miletum tamen miserunt, orantes Astyochum, vt sibi succurreret. Sed cum ille morem ipsis gerere nollet: Pedaritus de illo, vt rempublicam laedente, Lacedaemonem scribit. Atque res quidem, quae ab Athenienſibus in Chio gerebantur, in hoc erant statu. Sed naues ipsorum, quae apud Samum stationem habebant, incursionibus quidem infestabant eas, quae apud Miletum stabant: sed cum aduersus prodire nollent, *Athenienſes*, in Samum rursus sese recipientes, quiescebant. Bell. Peloponn. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342.

39. Per eandem hyemem illae septem et viginti naues, quae Pharnabazo a Lacedaemoniis praeparatae fuerant, Calligeti Megarensis et Timagorae Cyziceni opera, ex Peloponneso profectae, circa solstitium in Ioniam traiecerunt. Illisque praeerat Antisthenes Spartanus. Cum hoc autem Lacedaemonii miserunt etiam vndecim viros Spartanos (quorum vnus erat Lichas, Arcesilai *filius*,) vt Astyochus eorum consilio vteretur. Ipsis autem praeceptum fuerat, vt Miletum profecti, simul cum alia curarent, vt quam optime haberent, tum vero has ipsas naues, vel totidem, vel plures, vel etiam pauciores, in Hellespontum, ad Pharnabazum, si videretur, mitterent, et Clearchum, Rhamphiae *filium*, qui in eadem classe vehebatur, *his* ducem praeficerent, et Astyochum (si vndecim viris placeret) amouerent a nauarchia, et Antisthenem *in eius locum* substituerent. Nam propter Pedariti epistolas ipsum *Astyochum* suspectum habebant. Cum igitur hae naues a Malea per altum nauigarent, ad Melum appulerunt, et cum incidissent in decem Athenienſium naues, tres *earum* inanes ceperunt, et cremarunt. Postea vero, veriti, ne *reliquae* Athenienſium naues ex Melo elapsae (quod accidit) Athenienſibus in insula *Samo* stationem habentibus suum ad- Decembri exeunte.

* Male ita vertitur, quasi natio eius indigitaretur, quod superuacuum erat, cum omnes Chii, ex quibus ille, essent Iones. Sed vertendum: *Tydeus, Ionis filius:* siue eius Ionis, cuius *Suidas* in voce Ἀθηναῖος meminit; vbi etiam Atticismi eius specimen, siue alterius eiusdem cognominis. Hvds.

Ἐς ὀλίγον κατεχομένης] ἤτοι ἀναγκαζομένης ὀλιγαρχεῖσθαι. ἢ, ἐπ' ὀλίγον πειθομένης καὶ ἀκροωμένης. ὃ καὶ μᾶλλον. Ἐποιοῦντο] αἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ ὀλονότι νῆες. Πρὸς γὰρ τὰς τῶ Πεδαρίτῳ ἐπιστολὰς] ἀντὶ τῶ, διὰ τὰς τῶ Πεδαρίτου ἐπιστολάς.

C. 39. [ἡλ. τῳ.) in l. Aug. a m. ant. adscr. τὰς χειμερινὰς ὀλονότι] Nempe ex init. Cap. ἐν τῷ — χειμῶνι. Minus accurate Port. *circa solstitium*, quod *aestiuum* tantum signet, vt Horatio, Epist. 1, 11, 18. *Paenula solstitio*, Virg. Ge. 1, 100. *Humida solstitia*, Ecl. 4, 47. *Solstitium pecori defendite.*

Ἡ αὐτάς] Haec omittit *Gr.* Recte, ni fallor. Wass.

ἢν δοκ.) Dicis caussa, vel honoris, additum videatur, vt in SCtis Romanis, apud Cic. et Liu. *vti Consules, si iis videretur*, rel. Hic plus tamen significet: si *ex re* videretur, si, *opus* esse facto, iudicarent; maxime ad verba, ἢ καὶ ἐλάσσους. Etsi, ad totum, vel vniuersam, caussam, referri, verborum positus iubeat.

[πρὸς γ. τὰς) καὶ post διὰ add. Schol. Aug.] e Thuc. verbis.)

πρ γ. τὰς) πρὸς, vt Lat. *ad*, iunctim hic sign. 1) post, 2) propter.

Μαλέας] Ita scribunt Historici *vett.*, et *Scylax*, etiam *Euripides* Oreſt. v. 362. Lapis vetus apud *Sponium*, et *Anna Comnena. Getulicus* in Epig. Καὶ Μαλέᾳ τυφλαὶ καμπτομένῳ σπιλάδες. *Strabo* Μαλέαι passim. *Homerus*, et qui eum sequuntur, *Orpheus*, *Iulianus* in Epig. aliique diphthongum adhibent. Hinc media Latinis communis. *Philostratus* semel Μαλίαν scripsit. Wass.

τὰς τῳ.) manifesto hic redundat Artic.

δεδιότ.) nempe οἱ ἐν ταῖς ναυσί· per Synesin; vnde et mox αἱ νῆες — μηνύσωσι, i. e. οἱ ἐν αὐταῖς ναῦται, ἐπιβάται· ac rursus deinde πλεύσαντες.

μηνύσωσι τοῖς ἐν τῇ νήσῳ [v] τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, πρὸς τὴν Κρήτην πλεύσαντες, καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς ποιησάμενοι, ἐς τὴν Καῦνον τῆς Ἀσίας [x] κατῆραν. [y] ἐντεῦθεν δή, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ ὄντες, ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Μιλήτῳ ναῦς τὰ ξυμπαρακομισθῆναι.

μ'. Οἱ δὲ Χῖοι καὶ Πεδάριτος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὀλίγον ἧσσον, καίπερ [c] διαμέλλοντα, τὸν Ἀσύοχον, [z] πέμποντες ἀγγέλους, ἠξίουν σφίσι πολιορκουμένοις βοηθῆσαι ἁπάσαις ταῖς ναυσὶ, καὶ μὴ περιιδεῖν τὴν μεγίστην τῶν ἐν Ἰωνίᾳ ξυμμαχίδων πόλεων [a] ἔκ τε θαλάσσης εἰργομένην, καὶ κατὰ γῆν ληστείαις πορθουμένην. [b] οἱ γὰρ [b] οἰκέται τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες, καὶ μιᾷ γε πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων, πλεῖστοι γενόμενοι, καὶ ἅμα, διὰ τὸ πλῆθος, χαλεπωτέρως ἐν ταῖς ἀδικίαις κολαζόμενοι, ὡς ἡ στρατιὰ τῶν Ἀθηναίων βεβαίως ἔδοξε μετὰ τείχους [c] ἱδρύσθαι, εὐθὺς αὐτομολίᾳ τε [d] ἐχρήσαντο πολλοὶ πρὸς αὐτὸς, καὶ τὰ πλεῖστα κατὰ, ἐπισάμενοι τὴν χώραν, ἔτοι ἔδρασαν. ἔφασαν ἂν, χρῆναι, οἱ Χῖοι, ἕως ἔτι ἐλπὶς καὶ δυνατὸν κωλῦσαι, τειχιζομένου τοῦ Δελφινίου, καὶ [e] ἀτελοῦς ὄντος, καὶ στρατοπέδῳ καὶ ναυσὶν ἐρύματος μείζονος προσπεριβαλλομένου, βοηθῆσαι σφίσιν. ὁ δὲ Ἀσύοχος, καίπερ ὁ διανοούμενος, διὰ τὴν τότε ἀπειλὴν, ὡς ὥρα καὶ τοὺς ξυμμάχους προθύμους ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηθεῖν.

μά'. Ἐν τούτῳ δὲ ἐκ τῆς Καύνου [f] παραγίγνεται ἀγγελία, ὅτι αἱ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες καὶ οἱ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμβολοι πάρεισι. καὶ νομίσας, πάντα ὕστερα εἶναι τὰ ἄλλα πρὸς τὸ ναῦς τε, ὅπως θαλασσοκρατοῖεν μᾶλλον, τοσαύτας ξυμπαρακομίσαι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, οἳ ἦκον [g] κατάσκοποι

v Τὸν ἔκπλουν *Ar. C. Reg. Dan.* *x* Κατῆρον *Marg. Gr.* et *Cl.* ex emendatione, *Ald. Flor. Baſ. Caſſ.* Aug. *y* Ἐντεῦθεν δ' ὡς *Gr.* * διαμέλλοντα Mſqu. vno λ. *z* Πέμψαντες a manu recenti, deleta ſcriptura vetere, *Caſſ.* πέμποντας Aug. *a* ſupra α ſcr. *a* Ἔκ τε τῆς θαλάσσης *Baſ.* *b* Ἱκέται *Dan.* *c* Ἱδρύσασθαι *Ar. C. Reg. Dan.* *d* Ἐχώρησαν οἱ πολλοὶ *Cl. Caſſ.* Aug. οἱ π. Mſqu. qui et mox κώλυσαι. *e* Ita a manu recenti *Caſſ.* ſed plures vna literae inter ε et ο fuerant. *f* Παραγίνεται *Reg.* Mſqu. *g* Crediderim, κατασκόπους eosdem eſſe, quos antea ξυμβόλους miſſos fuiſſe, ſcripſit. *Steph.* Non poſt αὐτῶ, ſed κατάσκοποι, diſtinguit *Portus.*

διὰ φυλ. ποιησ.) διὰ φυλακὴν malit *Reisk.* obſ. *Abr.* Sed et cum Genit. διὰ valere *propter*, oſtendi in Phil. Th. P. p. 130. lit. ℵ). Nec video tamen, cum διὰ c. Genit. ſignificet etiam ἐν, *cum*, μετὰ, *modum* rei agendae, v. ibid. p. 133. lit. ℸ.) quidni et hic ſit pro μετὰ φυλ. *cum cautione*, *caute*. Nam, qui *ob* cautionem faciat aliquid, cautionis *ergo*, profecto et *cum* cautione, *caute*, idem agere intelligatur. Vnde ſolenne Liuio, *amore*, *odio*, *ira*, *miſeratione*, *admiratione*, *mouere*, *incendere*, pro, *in* amorem, *ad* miſericordiam, cet. vſurpare.

Καῦνον] Vrbs eſt Cariae. v. *Herodot.* I, 172. *Polybium* Exc. p. 1450. *Liu.* XLV, 25. *Plutarch.* Artax. p. 1016. Ab Antigono capta, recuperatur a Ptolemaeo, *Dioder.* p. 712. 746. Duce Philocle, inquit *Polyaenus* III, 16. Patroclum vocat *Hegeſander* apud Athenaeum XIV. p. 621. *Q. Calaber* VIII, 79. ὃς ἐνὶ κοίλῃ Καύνῳ — παρὰ ποσὶ Ταξβήλοιο. Romanos foede tractaſſe Bello Mithridatico Caunios, auctor *Appianus* 185. In *Notitia* Epiſc. *Acaleia* dicitur. Vetus nomen obtinuit vsque ad Concilium Chalcedonenſe, hoc eſt, A. C. 451. hodie *Sophiano*, auctore La Roſa. vid. *Dion. Chryſoſt.* p. 48. Wass.

ἐντ. δή) δὴ verto *demum*; inde demum, von da erſt, non prius, non abunde.

ὡς ἐν ἀσφ.) ὡς non eſt hic *quaſi*, vt Port. vertit, ſed ἅτε, *quippe*; *erunt* enim in tuto. Rurſus v. Phil. Th. P. p. 161. e.) Adde, (quod alibi iam poſui,) 2. Pet. 1, 3. init. ὡς πάντα — — δεδωρημένης, *quia* vobis dedit.

C. 40. [κ. μιᾷ γε π.) In Schol. Aug. pro πλείονες eſt πλεῖστοι, et pro Λακεδαιμονίων eſt Λακεδαίμονος.] Melius Vulg. πλείονες, propter ᾗ. Ad repetita vv. πλὴν Λακεδ. nouum videtur Schol. inchoari; alioqui punctum delendum poſt ἄλλῃ πόλει.)

ἐν τ. ἀδικ.) notabilis vſus τοῦ ἐν, v. *ob* delicta; vt in ſacris literis ἀποθανεῖν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, *ob* commiſſa perire; vel, quod praetulerim, pro, εἴ τι ἀδικοῖεν· vt nos, bey Vergehungen, bey Exceſſen; ita enim hic verterim ἀδικίας.

Ἐχωρήσαντο] Mendoſe ἐχώρησαν οἱ π. *Cl.* Alterum apud *Thucydidem* perfrequens. Wass.

τειχιζ.) ſcil. ἔτι, nondum abſoluto.

καὶ — — προσπεριβ.) Memorandus ſane Genitiuorum vſus: *Priusquam*, *donec nondum* maiori vallo circumdata ſit. Sunt quippe pro, ἕως — — προσπεριβάλλοιτο, *dum* circumdaretur, i. e. *nondum* (plane) circumdata eſſet; eſt ergo pro, πρὶν ὅλως περιβεβλῆσθαι.

[διὰ τ. ἀπ.) Schol. Aug. abeſt δηλονότι et ἤτοι] Scholiaſtae explicatio τῆς ἀπειλῆς reſpicit c. 33. init. Poſſis tamen idem referre ad Lacedaemoniorum ruinas, c. 38. extr. et 39. init. vt, ὅμως intellecto ante vv. διὰ τ. ἀπειλὴν, non, quid abſtinuerit illum, ſed, quid *mouerit*, allatum interpretere. Nam etſi directo, aut dixerit, minati Aſtyocho non erant Lacedaemonii, monitus tamen haud dubie fuerat, rem acrius gereret; nec dubie reſcierat, quid in mandatis habentes veniſſent illi verbo conſiliarii, c. 39. ipſum παύειν τῆς ναυαρχίας. Illa tamen interpretatio praeferenda; in

ventum notum facerent, Cretam versus nauigantes, * et confecto longiore nauigationis cursu, vt tutius iter facerent, ad Caunum Asiae appulerunt. Hinc vero, quasi in tuto *iam* essent, nuntium miserunt ad classem, quae ad Miletum stabat, vt eius praesidio muniti *illuc* deduce rentur. Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U.C. Varr. 343.

40. Interea vero Chii et Pedaritus Astyochum, etsi cunctantem, nihilo tamen minus per nuntios *ad eum* missos orabant, vt sibi obsessis opem cum tota classe ferret, nec maximam *omnium* socialium vrbium, quae in Ionia essent, et a mari intercludi, *ita vt eius vsu prohiberetur*, et a terra latrociniis diripi pateretur. Chiorum enim serui, quia magnus erat eorum numerus, atque adeo, vt in vnica vrbe, excepta Lacedaemone, maximus, simul etiam quia propter *suam* multitudinem, in delictis seuerius *a dominis* plectebantur, postquam Athenienſium exercitus munitionibus exstructis in loco tuto iam collocatus esse visus est, multi confestim ad ipsos transfugerunt, atque isti propter notitiam regionis plurima detrimenta *Chiis* attulerunt. Dicebant igitur Chii, oportere *Astyochum* sibi succurrere, dum adhuc spes et facultas esset *operis* impediendi, quia Delphinium *adhuc* muniebatur, et munitio erat imperfecta, et dum alia maiore munitione *vrbs Chiorum* ab *Athenienſium* exercitu nauibusque circumuallaretur. Astyochus vero, quamuis propter minas, quibus tunc apud ipsos vsus fuerat, *opem ipsis ferre* non statuisset, tamen cum et ipsos socios propensos esse vidisset, ad succurrendum se accinxit. Post Ian. 1.

41. Interea vero nuntius ex Cauno venit, septem illas et viginti Lacedaemoniorum naues, et consiliarios adesse. Quamobrem cum existimasset, caetera omnia posthabenda esse, † vt et tot naues illis obuiam mitteret, quae illos *Miletum* suo praesidio septos deducerent, vt maris imperium facilius obtinerent, et Lacedaemonii, qui ad ipsius actiones explorandas ve-

* Et pleraque nauigatione per custodiam confecta, ad Caunum etc. *Valla.* Et quum magnam nauigationis partem adhibita custodia *et diligenter excubantes* confecissent etc. *Steph.* † Vt reciperet (deduceret *Steph.*) tot naues, per quas mari potirentur, et Laced. etc. *Valla.* Vt tot nauibus adiunctis potentiores in mari fierent, vtque Laced. etc. *Acacius.*

Καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς ποιησάμενοι] καὶ μακρότερον τὸν πλοῦν ποιησάμενοι ὑπὲρ ἀσφαλείας. Καὶ μιᾷ γε πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων, πλείσοι γενόμενοι] πλείονες οἰκέται ἦσαν ἐν Χίῳ, ἢπερ ἐν ἄλλῃ τινὶ πόλει. πλὴν Λακεδαιμονίων· ἡ δὲ Λακεδαίμων πλείστους εἶχεν οἰκέτας. Διὰ τὴν τότε ἀπειλὴν] ἣν δηλονότι ἠπείλησε τοῖς Χίοις. ἤτοι μὴ ἐπιβοηθήσειν αὐτοῖς. Καὶ νομίσας πάντα ὕστερα εἶναι] νομίσας (φησὶ) πάντα ἐν δευτέρῳ εἶναι τῷ παρακομίσαι τὰς ναῦς, ὑπὲρ τῷ θαλαττοκρατεῖν.

qua διὰ τὴν ἀπειλὴν, causſm reddat τοῦ, οὐ διανοούμενος, nolens, alienus ab isto consilio, cur? διὰ τ. τότε ἀπ. quia *tunc* (c. 33. etiam τότε illud aptius congruit Astyochi minis;) interminatus fuerat illis; nunquam se illos posthac adiuturum.

C. 41. ὕστερα — πρὸς τὸ) pro, ὕστερα τοῦ θαλάσσης. Lat. fuerit *prae*; et ὕστερα sign. *leuia*, posthabenda, contemnenda, parui ducenda, certe seponenda.

κατάσκ. αὐτ.) Non credere tantum debebat Steph. sed pro certo ponere, immo ne monere quidem, vt apertum nimis, istos vndecim (c. 39. init.) verbo ξυμβούλους, re vera κατασκόπους, venisse; neque hoc fugeret Astyochi vel fagacitatem, vel, quod plus etiam moneret, conscientiam; plane vt ἦκον illud (pro Plusqpf.) non tam ad Lacedaemoniorum consilium, aut *rem* ipsam, etsi hoc quoque, quam ad Astyochi *sensum*, retulisse velim: quos, prole *intelligeret*, speculatores sibi venisse. κατάσκοποι hic sunt custodes, observantes ex occulto; *additi*; (vt *Teucris addita Iuno* Virgilio:) die ihm auf dem Dache waren; Aufmerker; quo sensu Cic. Diuin. in Caec. c. 16. post init. *Fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat.* En *custodem* et *speculatorem* eundem! Grauiori etiam sensu Paullus, immo simili plane, Gal. 2, 4. οἵτινες ἦλθον (itidem p. Plusqpf. ἐλελύθεσαν,) κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν· qui *obseruarent* libertatem nostram, a) an illa abuteremur, exemplo alios offenderemus; sed et b) vt ea nos exuerent, vt illi vndecim, παύειν τῆς ναυαρχίας, c. 39. Ceterum, si, Latinum Int. (Frid.) Potium, Steph. vult distinguere post κατάσκοποι, vt αὐτοῦ referret ad περαιωθῆναι, at is vertit: *ad actiones* (male, pro *facta*,) ipsius, αὐτοῦ, explorandas. Sane idem addidit *illuc*, ad vv. *tuto traiicerent*; at non vt e contexto, verum explicaturus; vnde aliis literis scriptum est. Et vero debebat αὐτόσε, si ad περαιωθ. referretur; Nec vero simpliciter κατάσκοποι dicerentur, siue αὐτοῦ· *quid* enim obseruaturi venerant, praeter *vnum* Astyochum?

αὐτῷ, ἀσφαλῶς περαιωθῆναι, εὐθὺς, ἀφεὶς [b] τὸ ἐς τὴν Χίον, ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον. καὶ ἐς Κῶν τὴν Μεροπίδα ἐν τῷ παράπλῳ ἀποβὰς, τήν τε πόλιν, ἀτείχιστον οὖσαν, καὶ ὑπὸ σεισμῶν, ὃς αὐτοῖς ἔτυχε [a] μέγιστός γε δὴ, ὧν μεμνήμεθα, γενόμενος, ξυμπεπτωκυῖαν, ἐκπορθεῖ, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὰ ὄρη πεφευγότων· καὶ τὴν χώραν καταδρομαῖς [k] λείαν ἐποιεῖτο, πλὴν τῶν ἐλευθέρων· τούτους δὲ ἀφίει. ἐκ δὲ τῆς Κῶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Κνίδον νυκτὸς, ἀναγκάζεται ὑπὸ τῶν Κνιδίων παραινούντων μὴ ἐκβιβάσαι τοὺς ναύτας, ἀλλ', ὥσπερ [*] εἶχε, πλεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων [l] ναῦς εἴκοσιν, ἃς ἔχων Χαρμῖνος, εἷς τῶν ἐκ Σάμου στρατηγῶν, ἐφύλασσε [m] ταύτας τὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ναῦς, ἐκ τῆς Πελοποννήσου [n] προσπλεύσας, [o] ἐφ' ἅσπερ καὶ ὁ Ἀσύοχος παρέπλει. ἐπύθοντο [p] δὲ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ ἐκ τῆς Μιλήτου τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, καὶ ἡ φυλακὴ τῷ Χαρμίνῳ περὶ τὴν Σύμην καὶ [q] Χάλκην καὶ Ῥόδον καὶ περὶ τὴν Λυκίαν ἦν. ἤδη γὰρ ἠσθάνετο καὶ ἐν τῇ Καύνῳ ὄσας αὐτάς.

μβ'. [r] Ἐπέπλει δὲ, ὥσπερ εἶχε, πρὸς τὴν Σύμην ὁ Ἀσύοχος, πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι, † εἴπως περιλάβοι πᾶ μετεώρους τὰς ναῦς. καὶ [s] αὐτῷ ὑετός τε καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἀέρος, [t] ξυννέφελα ὄντα, πλάνησιν τῶν νεῶν ἐν τῷ σκότει καὶ ταραχὴν [v] παρέσχε. καὶ ἅμα τῇ ἕῳ, διεσπασμένου τοῦ ναυτικοῦ, [**] καὶ τοῦ μὲν φανεροῦ ἤδη ὄντος τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ εὐωνύμου κέρως, τοῦ δὲ ἄλλου περὶ τὴν νῆσον ἔτι πλανωμένου, ἐπανάγονται [x] κατὰ τάχος ὁ Χαρμῖνος καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὀλάσσοσιν ἢ †† ταῖς εἴκοσι ναυσὶ, νομίσαντες, [y] ἅσπερ ἐφύλασσον ναῦς, τὰς ἀπὸ τῆς Καύνου, ταύτας εἶναι. καὶ προσπεσόντες εὐθὺς, κατέδυσάν τε τριῆς, καὶ κατετραυμάτισαν ἄλλας, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἐπεκράτουν, [z] μέχρις οὗ [a] ἐπεφάνησαν αὐτοῖς

b Hic τὸ ἐς τὴν Χίον dictum esse pro τὸ ἐς τὴν Χίον πλεῖν, manifestum est: quum sequatur ἔπλει, quod subauditionem istam velut ante oculos nobis ponit. Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 180. Hvds. *a* Μέγιστός τε δὴ *Ar. C. Reg.* Paullo ante ἀπὸ σεισμ. Mſqu. *k* Λείαν *Caſſ. Gr.* τῶν ante ἐλευθ. abeſt Mſqu. * εἶχεν Aug. *l* Ναῦς deeſt *Gr.* Tum εἴκοσι Aug. *m* Ταύτας· καὶ ἑπτὰ κ. ἑ. ν. *Dan.* *n* Προσπλεύσας *Ar. C.* *o* Ἐφ' ἅπερ, et cum ſcholio manu recenti adſcripto, ἤγουν εἰς ἃς, *Caſſ.* ἐφ' ἅπερ Aug. *p* Δ' *oi Gr.* *q* Χάλκην *Ar.* ita et in quibusdam *Stephani* Codicibus ſcriptum eſſe, teſtantur *Viri Eruditi.* Hvds. Χάλκιν Mſqu. *r* Ἔπλει *C. Gr.* † εἴπου Mſqu.

s Αὐτὸς *Ar.* *t* Ξυνέφελα *Gr.* et ab emendatione *Caſſ.* quod fuerat ξυνέφαλα. ξυνέφελα Aug. *v* ſup. a m. rec. ξυννέφαλα Mſqu. *v* Παρεῖχε *Gr.* ** κ. τοῦ μ. abſ. Mſqu. *x* Κατατάχος *Ald. Flor. Baſ. Steph.* 1. *Reg. Caſſ.* †† ταῖς abeſt Mſqu. qui et *nauſi*, c. acuto. *y* Ἃς παρεφύλασσον *Marg. Cam. Gr. Reg.* *z* Μέχρι *Caſſ. Gr.* Aug. *a* Ἐφάνησαν *Ar.*

τὸ ἐς τ. Χίον) Sane ex ἔπλει, coniugato, commode ſatis ad τὸ repetiueris πλεῖν· vt, Latine ſi dixeris: *cum Chium deberet*, vel *poſſet*, *Caunum petiit*; Vbi ex *petiit*, ad *Chium* int. *petere.* Cf. Phil. Th. P. p. 185. init. lit. bb.)

[ἐς Κῶν τ. Μερ.) In Schol. Aug. pro vv. οὐ γὰρ, rel. — leg. ἄλλη γὰρ οὐκ ἔστι κῶς.] Non tamen notatur, an et illla abſint, εἰ μὴ μόνη αὐτή. In quibus pro αὐτὴ malim αὖτη. Aut iung. μόνη αὐτῇ, *ipſa ſola.* Tamen illud malim.)

Κῶν τὴν Μεροπίδα] Ita loquitur etiam *Strabo* XV, p. 686. et 790. et *Antoninus Liberalis* Cap. XV. *Callimachus* Del. 160. *Ariſtides*, alii. In nummis habemus ΚΩΩΣ et ΚΩΙΩΝ. Merops terrae filius *Steph.* Huc pertinet Epigr. ineditum *Meleagri*, Ἦν τε ἐν' ἠιόνων ΚΩΑΝ κατὰ νᾶσον ἴδηται Φάνιον, ἐς χαροπὸν δερκομέναν πέλαγος etc.' *Diodor.* ſimpliciter τὴν Κῶν. Sic *Anna Commena* p 335. *Herodotum* et *Polybium* ſecuta. vid. *Ptolem.* III, 15. *Concil. Chalced.* Part. III. *Scylacem* p. 38. Cl. *Spanhemium* ad Callimachum l. d. Wass. Adde *Caſaubonum* ad Strabon. pag. 686. et *Holſtenium* ad Stephanum. Dvk.

Caeterum ne hoc quidem tacebo, nonnulla eſſe, quae non tam ſint huic vel illum Thucydidis locum exponentis, quam id, quod in eo ſcribitur, tanquam memorabile et notabile, obſeruantis, et alios pariter obſeruare et notare iubentis. Hoc autem vel ex verbo σημείωσαι patere nobis poteſt: quod habes p. 282. nam in iſta huius Hiſtorici verba, quae ibi leguntur, Βιθυνῶν Θρᾳκῶν, ſcribitur, σημείωσαι, ὅτι καὶ οἱ Βιθυνοὶ, Θρᾷκες. Sic vero et p. 285. eſt aliquid (multo quidem certe maioris momenti), quod σημειώσασθαι iubemur. Nam ibi in iſta Thucydidis verba, καὶ ἅμα τῶν Εἱλώτων βουλομένοις ἦν ἐπὶ προφάσει ἐκπέμψαι, etc. haec ſcribuntur, Σημείωσαι τὸ Λακωνικὸν ἔργον εἰς τοὺς Εἵλωτας γενόμενον, καὶ ὅπως αὐτοὺς λαθραίως διέφθειραν. Sed multo plures ſunt loci, in quibus, illo σημείωσαι praetermiſſo, ὅτι tantum poſitum ſit. Ex illis eſt iſte, p. 334. ὅτι ὁ συγγρ. nam in haec Thucydidis verba, exſilii ſui mentionem facientis, καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν, inter illa ſcholia leguntur iſta, ὅτι ὁ συγγραφεὺς εἴκοσιν ἔτη ἔφυγε τὴν πατρίδα, καὶ περὶ Πελοπόννησον διέτριβε. Minime autem nouus videbitur hic voculae ὅτι vſus iis, qui epitomen Strabonis et alia quaedam ex aliis ſcriptoribus itidem excerpta legerint, et quem Euſtathius etiam habeat annotandi morem meminerint. Nam his in locis ante ὅτι eſſe ellipſin verbi illius σημείωσαι, aut alius huiusmodi, in meis Schediasmatis docui.

Addam et iſtud, eius ſcholiorum in alienas ſedes migrationis, cuius a me in illa, quam dixi, epiſtola facta mentio fuit, cauſam id videri, quod, quum margini (vti dixi) adſcriberentur, ea verba, ad quae pertinebant, id eſt, ad quorum expoſitionem ſcripta erant, minime praefigi ſolebant. Paulatim enim per negligentiam factum eſt, vt non e regione loci, quem exponebant, ſed procul ab illo ſcriberentur: et ab eo, qui inde ea ſumebat, verba illa e regione quorum in margine ſcripta erant, illis, quamuis nihil commune cum iis habentia, praefigerentur. Quamuis autem ex infinitis propemodum locis prior editio errorem hunc ſuſtuliſſet, reliquerat tamen huic aliquot repurgandos. Hos igitur partim in ea, partim inter has in haec ſcholia annotationes, repurgatos inuenies.

* Vide quae ſequuntur poſt *Annott.*

AD

LECTIONEM SCHOLIORVM GRAECORVM

IN

THVCYDIDEM

SCRIPTORVM,

PROPARASCEVE

H. STEPHANI.

LECTORI.

His tibi Thucydidis permulta aenigmata possunt
Vinci armis, alio vix superanda modo.
Arma dare haud satis est: armorum qui docet usum,
Quae dat, ab hoc plena nempe iuuaris ope.

INCIPIAM igitur ab illis, quibus vtitur, verbis, quum se totius loci sensum declaraturum promittit. Nam pro eo, quod vulgo dicimus, SENSVS EST (sunt vero et qui sententiam loci alicuius talem esse dicant) ita loquitur, ὁ νοῦς, vel, ὁ δὲ νοῦς· et interdum ἡ διάνοια. Aut etiam ὁ νοῦς, τοιοῦτος, vel ἡ διάνοια, τοιαύτη. Inuenies item, ὁ νοῦς οὕτως ἔχει, vel, ὁ νοῦς ἔχει ὧδε· vt p. 288. col. 1.

Quinetiam occurrent tibi nonnunquam ista verba, τὸ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι, vt p. 171. col. 1. Legitur autem hoc loquendi genus et apud scholiastem Aristophanis. vt in hunc Equitum versum, Οὐ φροντίζων τῶν ἰδιωτῶν σὐδενὸς, εἴ σοι χαριζοίμην, scribit, τὸ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστιν, Ἐν δευτέρῳ τὴν πρὸς τοὺς ἰδιώτας ἀπέχθειαν ἐποιούμην, ἕνεκα τοῦ ἀποθεραπεῦσαι τὴν πόλιν. Eodem pertinent haec quae legimus verba p. 551. col. 1. τοῦτο δυνάμει τοιοῦτόν ἐστιν. quod perinde est, ac si Latine dicas, *idem hoc valet atque istud.*

Vtitur verbo Φησὶ per parenthesin noster enarrator, quum alicuius loci sensum vult aperire: vt p. 244. col. 1. in haec verba, ἀποβάντες δὲ, ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη, etc. scribit, ἀποβάντες δὲ (Φησὶ) τῶν νεῶν, ἴσοι γίνονται ἡμῖν. Habes vero et paulo ante, ῥᾷον γὰρ (Φησὶν) ἐσὶν ἔτι αὐτοὺς ὄντας ἐπὶ τῶν νεῶν ἀμύνασθαι. Verum alicubi superuacaneum esse hoc verbum dicere possumus: quum praecedat, ὁ νοῦς, vel ἡ διάνοια, aut, ἡ διάνοια, τοιαυτη. vt in eadem illa p. 244. col. 1. hunc in locum, καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν, etc. scribitur, ἡ διάνοια, τοιαύτη· Οἱ πολέμιοι (Φησὶν) ὑποχωρησάντων ἡμῶν, ἀποβάντες τῶν νεῶν. Sed multo etiam magis superuacaneum vel ipsum verbum Φησὶ vel ipsum nomen dicere possumus, vbi coniunguntur: vt p. 135. col. 2. ὁ δὲ νοῦς Φησὶν, ὅτι ἄφρονές εἰσιν. Sed hypostigme posita est post νοῦς.

CREBRAE sunt ante aliquam expositionem et voces τουτέσι atque ἤγουν· non quidem ambae simul, sed earum altera. Scribo autem τουτέσι, vt apud eum frequentius scriptum est, quam disiuncte τοῦτ' ἔσι. quamuis haec respondeant Latinis vocabulis *id est:* quae disiuncta vbique inueniuntur. Sed non minus frequens, vel potius magis, vocula ἤγουν, quae itidem sonat *id est:* quum alioqui plerumque reddenda sit potius voce *videlicet.* Adhiberi autem solitam fuisse particulam ἤγουν, sicut et εἴτουν, locis huiusmodi, ex Suida et Eustathio discimus: quorum ille quidem aduerbia διασαφητικὰ, hic vero coniunctiones ἑρμηνευτικὰς esse tradit: addens et ἤτοι. Caeterum poni solet ἤγουν, vbi vnum tantum vocabulum alio vocabulo exponitur, aut certe pauca tantum paucis. vt p. 243. col. 2. in haec verba, ἐς ἀνάγκην ἀφῖκται, habemus hoc scholium, ἤγουν, ἀναγκαῖά εἰσι καὶ βίαια.

Vtitur et vocula ἤτοι, eodem modo: vt p. 190. col. 1. Verum interdum (ne sis nescius) haec ipsa vocula ἤτοι disiunctiua est, altera sermonis parte habente alteram, quae ei respondere solet. vt p. 429. col. 2. in haec verba, καὶ πλείοσιν οὖσιν, annotatur, ἤτοι ἡμῶν τῶν Ἰώνων· sed adiicitur, ἢ ὑμῶν τῶν Σικελιωτῶν. Apertius autem est, particulam istam hunc, non alterum, habere vsum, quum verbum addit. vt p. 397. ἤτοι κυρίως σημείοις λέγει, καθάπερ καὶ τὰ στρατεύματα· ἢ (ὡς ἔνιοι) σημεῖα τὰς ἔξωθεν καταγραφὰς τῶν νεῶν. Sic p. 428. in expositione horum vocabulorum, τήν τε κοινὴν ὠφέλειαν.

Hisce particulis, id est, vnicuique harum, ἰσοδυναμεῖν dicere possumus duas istas voculas, ἀντὶ τοῦ, quae sonant quod Latini enarratores dicunt, *pro eo quod est*. Sed vulgo dicitur etiam *pro*, sine adiectione. Exemplum habes pag. 244. col. 2. Ἐτάξαντο] ἀντὶ τοῦ παρετάξαντο. etc. Alicubi vero praefigitur ἀντὶ τοῦ totius etiam sententiae expositioni. Sed interdum etiam occurrit ἀντὶ τῆς, quum alicuius προθέσεως, id est praepositionis, fit mentio. vt p. 171. col. 2. Τὰ ἐπιθαλάσσια] ἢ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρά. Intelligit enim, compositum vnum positum esse pro altero: videlicet ἐπιθαλάσσια, ex praepositione ἐπὶ et nomine θάλασσα factum, pro παραθαλάσσια, in quo praepositio παρὰ et idem illud nomen coaluerunt. Neque vero dubium est, quin itidem scribendum sit, ἢ ἐς ἀντὶ τῆς περί, non ἀντὶ τοῦ περί, in iis, quae proxime praecedunt.

At vbi leges, Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, scias, id esse, quod Latine dicitur, *quasi diceret*, vel, *perinde ac si diceret*. Sic p. 245. col. 2. in hunc locum, ἐς τοῦτό τε περιέσῃ ἡ τύχη, ὥσε Ἀθηναίους μὲν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Λακ. etc. scribi videmus, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἐς τοῦτο περιέσῃ ἡ τύχη Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις. etc. Scio autem, et ὥσανεὶ alicubi coniuncte scriptum inueniri (vt p. 158. duobus in locis) sed non dubium est, quin disiuncte potius scribendum sit, ὡς ἂν εἰ.

Ne hoc quidem silentio praetereundum, interdum loci totius sensum proponi, quamuis nihil eorum, quae recensui, praefigatur. Cuius rei exempla cum alibi habes, tum vero p. 244. col. 1.

At qvvm ostendere vult, quae sit naturalis (vt ita dicam) verborum series, seu quis ordo: (id est, in quem ordinem reducenda sint verba, seu quomodo collocanda, vt facilior sit loci sensus) dicit, Τὸ ἑξῆς, vel, τὸ ἑξῆς οὕτω. Ideoque dicere queas, tale apud Latinos enarratores esse: Ordo est. Verum alicubi addens τοῦ λόγου, dicit τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου· vt p. 197. col. 2.

Sed quum dicit, καὶ τὰ ἑξῆς, significare vult, *et sequentia*, sive, *et ea, quae sequuntur*. quod vulgo dicimus, *et caetera*: ac compendiarie scribimus, *etc.* Ostendit enim, iis, quae ex quopiam Thucydidis attulit loco, addenda esse et quae sequuntur, ea videlicet, quae locum illum claudunt. Vtrumque loquendi genus habes p. 9. col. 2.

Verum. vt ad illud τὸ ἑξῆς reuertar, quo vti eum dixi, quum docet, quaenam esse debeat vulgaris illa et velut naturalis verborum series: legimus quidem alicubi et ista, τὸ ἑξῆς τῆς διανοίας οὕτω· sed non dubito, quin mendose scripta haec sint pro istis, τὸ ἑξῆς καὶ ἡ διάνοια οὕτω. vt intelligamus, talem verborum seriem pariter et sensum esse.

Evndem vero vsum praestant illi aliquando hae duae voculae, ἵνα ᾖ, sive, ἵν' ᾖ, quem illae τὸ ἑξῆς. vt p. 6. col. 2. ἵν' ᾖ, καὶ τῇ ἐς τὸν νῦν τρόπον. Vno autem in loco inuenio (fortasse autem et in pluribus inueniri poterit), pagina videlicet 490. col. 2. ἵνα ᾖ τὸ ἑξῆς. Verum et de hoc monendus es, ex iis locis, in quibus vtitur illis voculis ἵνα ᾖ, nonnullos esse, in quibus non ipsa Thucydidis verba in talem ordinem, qualem dixi, reducta, sed eorum sensum subiungit. Sic p. 425. col. 1. ἵνα ᾖ, δείσαντες τὴν τῶν Ἀθηναίων περὶ λόγους δεινότητα.

Invenies et vocabulum σύνταξις de illa verborum ordinatione dictum, vt p. 15. col. 1. in haec verba, ἡ γὰρ Λακεδαίμων, et in ea, quae proxime sequuntur, annotat, ἡ σύνταξις, ἡ γὰρ Λακεδαίμων, ἐπὶ πλεῖον ὢν ἴσμεν χρόνον ξασιάσασα, πρὸ τῆς τῶν Ἡρακλ. etc. Quin etiam alicubi dicit, ἵνα ᾖ οὕτως ἡ σύνταξις. vt p. 57. Ac similiter vtens verbo συντάττειν, dicit alicubi, tale verbum συντακτέον τούτῳ. quod diceremus, Iungendum esse illi, vel Connectendum cum illo. Interim tamen et alteram illam significationem vulgarem tribuit vocabulo σύνταξις· et quidem non raro: vt quum dicit Ἀττικὴ ἡ σύνταξις.

Sed ad priorem illum vocis σύνταξις vsum quod attinet, inuenies etiam in quodam loco (quem esse vnicum puto) Ἡ περιοχὴ τοῦ λόγου καὶ ἡ σύνταξις τοιαύτη. Is autem est p. 2. Νεμόμενοί τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι] ἡ περιοχὴ τοῦ λόγου καὶ ἡ σύνταξις, τοιαύτη, Νεμόμενοι τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι, etc. Vbi περιοχὴν appellare videtur eam sententiam, quam verba illa περιέχουσι, id est complectuntur. Illam enim non dubito quin pluribus, quam habeamus, verbis exposuerit, et aliqua in parte huius loci aliam, quam sit hic, scripturam reliquerit. Vel hic certe, οὐδὲ γῆν Φυτεύοντες, ἀλλὰ σπείροντες, mendosam esse scripturam manifestum est. Caeterum περιοχὴν τῆς γραφῆς Lucas in Actis eodem quidem modo dixit de certo loco et certis quibusdam verbis, iisque haud multis, comprehenso: sed non de verbis ad exponendum eum adhibitis loquens, verum de illis ipsis, quibus a suo auctore (si modo Graeca interpretatio satis fideliter ea repraesentare potest dici) scriptus est.

Pertinent ad hunc sermonem et voces istae, διὰ μέσου, quae frequenter occurrunt. Significant enim quod vulgo dicimus *per parenthesin*: ideoque illis vtitur, quum aliqua interiiciuntur, quae verborum ordinem velut perturbant, et de illis lectorem vult commonefacere, ne ipsum turbent ea, quibus (vti dixi) ordo ille velut perturbatur. Caeterum duae illae voces, si quis verbum verbo velit reddere, sonant *per medium*. Sed non secus exponere oportet, ac si scriptum foret ἐν μέσῳ, id est *in medio*. Sic p. 138. col. 1. Τὸ ἧς πρὸς τὸ, μνήμη καταλελείψεται. τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου. Vbi obseruandus est obiter et hic vsus praepositionis πρός, cum ellipsi, vbi scribit, πρὸς τό. nam perinde est, ac si diceret, *vocula ἧς fertur ad illa*, sive, *tendit ad illa*,

μνήμη καταλελείψεται· siue verbum, φέρεται, siue aliud haec loquendi forma subaudiendum nobis relinquat. Caeterum hunc ad locum quod attinet, ea, quae ille dicit esse διὰ μέσου, sunt ista, ἣν καὶ νῦν ὑπενδῶμέν ποτε. πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι. sed visum tamen est, satis esse ista, πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι, notis parenthesiωs includere: quum alioqui sint plerique alii loci, vbi cuncta, quae διὰ μέσου posita ait, illis notis inclusa sis inuenturus. Quemadmodum porro ellipsin subesse dixi illis verbis πρὸς τὸ, sic etiam his διὰ μέσου subesse manifestum est: siue τίθεται, aut τέθειται, siue κεῖται, siue aliud quodpiam verbum subaudire oporteat. Ne hoc quidem omittendum, haec etiam verba ἐν τῷ μέσῳ (quorum significationem illa διὰ μέσου habere, modo aiebam) alicubi occurrere: vt p. 267. col. 1. λέγει ἐν τῷ μέσῳ.

Interdum autem aduerbio μεταξὺ idem ab eo declaratur. vt p. 188. col. 1. τὸ δὲ, ἐὰν χαρίζησθε, μεταξύ. Vbi tamen, quomodo verum esse possit, verba haec, ἐὰν χαρίζησθε, poni per parenthesin, non video: nisi aliam lectionem sequutum esse eum dicamus, vt meae in haec scholia annotationes docebunt. Hinc autem est compositum μεταξυλογία, apud eundem, eadem de re. Nam p. 116. verba ista, ἔτυχον γὰρ ἐν Αἰγίνῃ ὄντες, (sed apud eum omisit librarius ἤδη et ὄντες) quae notis parenthesiωs cincta sunt, μεταξυλογίαν esse scribit. Quamuis autem Latinis *interloquutio* siue *interloquium* eandem compositionis formam habeat, quam μεταξυλογία (quod veteribus Graecis ignotum fuisse puto), voces tamen illae magis apte respondere Graeco illi vocabulo videntur, quum eo id significatur, quod Suidas scribit, videlicet, *Relicto ad breue tempus suo argumento, de re ad aliud argumentum pertinente sermonem iniicere.* Cui expositioni hoc exemplum subiungit, πρὸς βραχὺ ὁ λόγος ἐπέπαυτο αὐτῷ περὶ τῆς χώρας, καὶ αὖτις ὥσπερ ἐν μεταξυλογίᾳ τινὶ, περὶ Ἄβρου τοῦ Σαρακηνοῦ διελεγέσθην ἄμφω.

Sed quum saepe ad ostendendum illum verborum ordinem, simulque declarandum loci sensum, admonendus sit lector, aliquam vocem aut aliquas voces repeti debere e superioribus, siue e praecedentibus: ille hac de re loquens dicere solet, ἀπὸ κοινοῦ. quae sonant, si verbum verbo reddatur, *a communi.* quod ea quae repetitur vox, vel potius repetenda esse dicitur, assumenda sit ex superiore loco, tanquam quodam communitatis iure. Neque vero dubium est, quin cum ellipsi ipse, sicut et caeteri passim, ita loquatur, ἀπὸ κοινοῦ· et desit verbum λητέον, (id est, *sumendum*, vel *accipiendum*) aut aliquod huiusmodi. Hoc quidem certe apud eum ipsum inuenitur cum alibi, tum p. 197. col. 1. τὸ δὲ, οὔκουν χρὴ, ἀπὸ κοινοῦ λητέον.

Alicubi alia verba adiicit. vt p. 430. τὸ ἀποφαίνομεν δὲ, ἀπὸ κοινοῦ, ἄνω κείμενον, ἀκουστέον. Vbi ἀκουστέον pro ὑπακουστέον positum dici potest. Sed quum dicat ἄνω κείμενον (vt certe, quae ἀπὸ κοινοῦ adscisCuntur, e superioribus plerumque sumuntur), tamen verbum illud non ἄνω, sed κάτω, videmus κεῖσθαι, vt illic etiam monebo. Caeterum vt ἀπὸ κοινοῦ plerisque in locis sine adiectione legitur, sic alicubi et κατὰ κοινοῦ occurrit: vt p. 14. col. 2. κατὰ κοινοῦ τὸ κατείχετο. Sic p. 31. col. 1. κατὰ κοινοῦ τὸ ἐν ᾧ. Sed tamen, vt multo frequentius hoc quam illud legitur, ita etiam rectius dici existimo. Hoc certe constat, si ellipsin illam vocabuli λητέον, aut λαμβάνεται, esse hic dicamus, non κατὰ κοινοῦ, sed ἀπὸ κοινοῦ, dici debere. Sed tamen et illud non vno in loco legi fateor.

Iam vero et illae huius enarratoris admonitiones, ex quibus discimus, aliquid esse positum καθ' ὑπερβατὸν, ad hunc de verborum ordine sermonem pertinent. Nam καθ' ὑπερβατὸν positum dicit, quod in sua sede non est, sed eam velut transcendit. Alicubi vero dicit tantum ὑπερβατόν· vt p. 429. col. 2. τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, ὑπερβατόν. τὸ δὲ ἑξῆς, αὐτοὶ δὲ οἰκοῦμεν, ἡγεμόνες καταξάντες τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ πρότερον ὄντων. At vulgo moris est, in iis potius locis esse Hyperbaton dicere, in quibus totum aliquod colon, aut saltem comma, in sedem alienam traiectum est. Dionysius Halic. ὑπερβατὸν adiectiue etiam dixit: vbi inter illa, quibus potissimum ab aliis differt hic scriptor, ponit τὰς ὑπερβατοὺς καὶ πολυπλόκους καὶ ἐξ ἀποκοπῆς πολλὰ σημαίνειν πράγματα βουλομένας καὶ διὰ μακροῦ τὰς ἀποδόσεις λαμβανούσας νοήσεις. Ad nostrum autem enarratorem quod attinet, eius exemplo possumus vocis vnius seu voculae ὑπερβιβασμὸν potius, quam ὑπερβατὸν, dicere. nam verbo ὑπερβιβάζεσθαι ita vtitur: vt p. 6. col. 1. ὑπερβιβάζεται γὰρ ὁ δέ. Quinetiam actiua vtitur voce, p. 402. τὸ δὲ ὥσε ὑπερβιβάσαι χρή. Caeterum quod, de particula δὲ loquens, dicit ὑπερβιβάζεσθαι, id alibi vocat ἀναχρέφεσθαι. Sic p. 416. col. 2. τὸ τότε οὐκ ἔχει χρονικὸν, ἀλλ' ἀνέχραπται. Vtitur autem hoc verbo et p. 428. col. 2.

Non raro incides et in locos, vbi oportere hoc vel illud ὑπακούειν dicit. Quod vocabulum satis est grammaticis Graecis vsitatum, vt Latinis *subaudire*, in quo Graecam illam vocem imitantur, vel potius repraesentant. Dicit vero alicubi et προσυπακούειν, non vt significet *insuper subaudire*, vel *praeterea subaudire* (quod proprie tamen sonat), sed tantum illud *subaudire*. vnde est προσυπακουστέον p. 265. προσυπακουστέον τὸ ἐλθεῖν, quum satis esset ὑπακουστέον. Vtitur nihilominus et alibi illo bicomposito: vt p. 250. (vt alios locos omittam) col. 2. τῷ δὲ ἑτοιμότερος προσυπακουστέον τὸ ἐκείνου. Atque vt pro composito ὑπακούειν vtitur etiam bicomposito προσυπακούειν, ita vicissim simplici ἀκούειν vtentem aliquando illum audies. Sic enim p. 430. τὸ ἀποφαίνομεν δὲ, ἀπὸ κοινοῦ, ἄνω κείμενον, ἀκουστέον. Caeterum alicubi et aduerbium ἔξωθεν verbo *subaudire* significanti praefigere, in sequentibus docebo. Ad simplex autem ἀκούειν quod attinet, eum huic tribuere et alium vsum, id quoque postea ostendam.

Atque hic, in mentione videlicet eorum verborum, quibus significatur quod Latini grammatici (vt docui modo) *subaudire* dicunt, omittendum non est aduerbium δηλονότι, quo nullum vocabulum ἐξηγητικὸν frequentius in oculos incurrit, quamcunque in paginam eos vertas, et quo adeo κατακόρως vtitur, vt vel nauseam parere alicui possit. Potissimum autem iis verbis illam vocem

ſubiungit, quae ſubaudienda ſunt. Verum ex his alia quidem ἀπὸ κοινοῦ (quod loquendi genus antea expoſitum fuit, alia autem collecta quidem ex iis, quae apud ipſum ſcriptorem praeceſſerunt, ſed ita, vt id, quod ſenſui conſentaneum ſit, non autem aliquam vocem aut aliquas voces ex ipſo textu ſumtas ſubaudiat. Sunt vero, et quae ſubaudiuntur, οἴκοθεν omnino allata. Atque vt incipiam ab iis, quae ἀπὸ κοινοῦ ſumta ſubaudiuntur, legimus p. 177. ἀνεχωρησαν δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς ἑκατὸν ναυσίν, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνους εἶδον, vbi ſcholiaſtes, ἀναχωρήσαντας δηλονότι. Sic vero in plerisque locis inuenies, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνους ἑώρων, aut hoc ipſum εἶδον, vbi itidem praecedentis verbi participium ſubaudiendum relinquitur. Idem et poſt ἠσθάνοντο fieri videmus p. 490. nam in iſta ſcriptoris huius verba, ἀντεπλήρουν τὰς ναῦς εὐθὺς, ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἠσθάνοντο, ſcholiaſtes annotat, πληροῦντας δηλονότι τὰς ναῦς. vbi tamen ſimplex pro compoſito ἀντιπληροῦντας habemus, quum praeceſſerit ἀντεπλήρουν, non ἐπλήρουν. Sed mutationem illam errore librarii contigiſſe credibile eſt. Interdum vero in eo peccat hic ſcholiaſtes, quod, quum illud infiniti modi verbum habeat apud Thucydidem, quod ſubaudiendum in ſequentibus eſt, aliud afferat. Verum id excuſari poſſe videtur alicubi: ſic tamen, vt haud ſciam, an excuſationem mereatur hoc loco paginae 117. καὶ τῆς ἄλλης Ἀκαρνανίας τῆς περὶ θάλασσαν ἔξιν ἃ χωρία βουλόμενοι προσποιήσασθαι, καὶ πειραθέντες, ὡς οὐκ ἐδύναντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. Hic enim quum ἀπὸ κοινοῦ repeti queat προσποιήσασθαι, ſcholiaſtes tamen aliud verbum affert: videlicet λαβεῖν. nam poſt verba haec, e textu ſumta, ὡς οὐκ ἠδύναντο, legimus, λαβεῖν δηλονότι. At vero vbi dicitur Ἀθηναῖοι δηλονότι, vel Λακεδαιμόνιοι, ſiue Πελοποννήσιοι, ſiue Συρακούσιοι, aut haec nomina alio in caſu ponuntur, talia ſumuntur quidem ex iis, quae apud ipſum ſcriptorem praecedunt, ſed non tamen ita, vt annumerentur iis, quae ἀπὸ κοινοῦ repetita ſubaudiuntur. Sic paſſim, vbi alicui nomini proprio ſubiungitur δηλονότι, aut alicui eorum, quae ἐθνικὰ vocantur. vt p. 117. col. 1. Ἦρχον δὲ τῆς ξρατιᾶς] τῶν Κορινθίων δηλονότι. et ſtatim poſt, Κατήγαγον] τὸν Εὔαρχον δηλονότι. Sic etiam, vbi pronomini relatiuo ſubiungitur id, cuius eſt relatio, αὐτοῖς, τοῖς Ἀθηναίοις δηλονότι, vel Λακεδαιμονίοις. Sic datiuo αὐτῷ vel ἐκείνῳ ſubiungitur nomen, cuius eſt relatiuum, addito adverbio δηλονότι. Sed plerumque omittitur δηλονότι. vt p. 82. Οἴσειν αὐτῷ] τῷ Περικλεῖ. Item αὐτὸς] Παυσανίας. Et p. 83. Αὐτῷ] τῷ Ἀρταβάζῳ. Item Αὐτῷ] τῷ Πέρσῃ. Item quum id, quod a pronomine refertur, eſt nomen appellatiuum. vt eadem illa p. 82. Αὐτῷ] τῷ ἄγει. Atque adeo ex locis non vicinis ſolum, ſed contiguis etiam interdum, vnus aduerbium illud habet, alter minime: quum tamen vtrobique idem ſit annotationis genus. Sed plerumque, ſiue poſito illo aduerbio, ſiue omiſſo, de eo admonetur lector, de quo dubitare nullo pacto poterat: et ita quidem, vt alicubi turbare etiam quodammodo lectorem, aut ſaltem interpellare haec admonitio (ſi ita id vocandum eſt) poſſit. Exempli gratia, p. 144. col. 1. Καὶ παρέσχετε αὐτὴν] οἱ θεοὶ δηλονότι. Quum enim is, a quo iſta dicuntur alloquatur deos, atque id manifeſtum ſit, non immerito miretur lector, cur hoc annotetur, quaſi aliquis non admonitus illud παρέσχετε de aliis, quam de Diis poſſit intelligere. Idem dicendum et de hoc paginae 62 loco, col. 1. Καταβάντες ἐς αὐτὸν] τῇ γνώμῃ δηλονότι Θεμιστοκλέους. nam quum ipſe Thucydides, de Themiſtocle loquens, dicat, καὶ πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρῆνει ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ, etc. quorſum in iſta verba, καταβάντας ἐς αὐτὸν, eam fuiſſe Themiſtoclis ſententiam annotatur? Secundae autem ſubauditionis exemplum habes p. 125. in haec verba, κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες. nam cum his, τὰ σώματα διδόντες, ſubaudiendum cenſet εἰς πόλεμον. annotat enim εἰς πόλεμον δηλονότι. Sic etiam p. 243. vbi χαλεπὸν ὂν ſcriptum eſt, dicit, εἰς ἐπίβασιν δηλονότι. Itidem p. 490 in haec verba, ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσι, annotat, οἱ ἄνθρωποι δηλονότι. Non enim praeceſſit apud hunc ſcriptorem iſtud vocabulum, ſed ſenſus oſtendit eſſe ſubaudiendum. Sic p. 135. vbi cum περιγενέσθαι ſubaudit τὸν ἐχθρόν. ſcribit enim, τὸν ἐχθρὸν δηλονότι. Sed deprauatum eſſe puto genitiuum pluralem τῶν ἐχθρῶν in accuſatiuum illum ſingularem τὸν ἐχθρόν. Dicitur enim περιγίνεσθαι τῶν πολεμίων ab ipſo quoque Thucydide, iungente et cum aliis genitiuis. Fortaſſe tamen hic a Thucydidis textu diſcedendum non fuerit, vt inueniatur quod ſubaudiri apte poſſit: ſed, quum praeceſſerit, ἢ εἴξαντας, εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι, ἢ κινδυνεύσαντας, περιγενέσθαι, fortaſſe rectius cum περιγενέσθαι repetemus τῶν πέλας. Hunc autem ad locum pertinet, quod p. 158. in datiuum ἐρήμῳ annotat, βοηθείας δηλονότι. itidemque p. 48. in nomen ſubſtantiuum ἐρημίαν, ex illo adiectiuo factum, συμμαχίας δηλονότι. Sic in ὀλίγῳ aliquoties, μέτρῳ δηλονότι. Hisque adiici alia multa poſſunt: ex quibus eſt, ἱκανὴ ἔσεσθαι, εἰς τροφὴν δηλονότι. p. 144. Caeterum non duas tantum aut tres, ſed plures etiam voces alicubi ſubaudit, eas ſenſu ipſo velut diſtante. vt quodam in loco, πάντα ὁμοίως καὶ κοινὰ καὶ ἱερὰ δηλονότι. Itidemque p. 236. Ad tertium vero Subauditionis genus quod attinet; ex iis, quae οἴκοθεν omnino ad eam afferuntur, ſunt nonnulla, quae ex alio ſcriptore, aut ex alio eiusdem ſcriptoris loco, ad eam, de qua agitur, rem pertinentia petuntur.

Saepe autem δηλονότι alio quodam modo eſt διασαφητικὸν, ſicut ἤγουν, vbi nos non admonet de eo, quod ſubaudiendum eſt, vel quis huic aut illi verbo ſiue nominatiuus, ſiue alius caſus, ex ſuperioribus ſit repetendus: ſed aliud nobis adiumentum ad ſenſum intelligendum affert. cuius rei multa paſſim oculis exempla ſe offerent. Verum eſt hic quoque, de quo te moneam: eum alicubi expoſitionem afferre eorum, quae ab ipſomet Thucydide exponi animaduertiſſet, ſi attente verba eius conſideraſſet, et ita, vt eorum ſenſum aſſequeretur. Huius autem rei quum aliquot afferre exempla poſſim, vno contentus ero, ex p. 117 nam quum ibi ſcribat Thucydides, ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι οἱ Ἀθηναῖοι, τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιησαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ

πρῶτον ἀποθανόντων, τρόπῳ τοιῷδε. Id est, *eadem hyeme Athenienses, de more patrio publice sepelierunt eos, qui hoc in bello primi occubuerant:* atque id fecerunt *hoc modo.* Quam, inquam, hoc scribat Thucydides, et ostendat, se morem patrium de illa consuetudine sepeliendi publice intelligere: tamen ille exponens haec verba, τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, (quae, si verbum verbo reddas, sonant, *patrio more utentes:* sed Latinius dixeris, *patrium morem tenentes*, vel *seruantes*) hunc patrium morem fuisse ait cremandi corpora. Postquam enim verba illa exposuit istis, τὸν πάτριον νόμον πληροῦντες περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων ταφῆς, addit δηλονότι καύσαντες τὰ σώματα, id est, *quum videlicet corpora cremassent.* Atque his minime contentus, addit, οὕτος γὰρ ἦν νόμος Ἀθηναίοις καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. id est, *hic enim mos erat Athenienſibus et Graecis omnibus.* Atqui Thucydides ipse (vti dixi) quum scribit, Athenienses, morem patrium, seu institutum seruantes, (nam hic νόμον, vel morem, vel institutum, vel ritum, potius quam legem, interpretari oportet) publice illos sepelisse, aliquam suorum verborum expositionem quaerere non finit. quum perinde sit, ac si diceret νόμου πατρίου ὄντος δημοσίᾳ ταφὰς ἐκείνων ποιήσασθαι, τούτῳ ἐχρήσαντο. Valla autem ad crematiōnem et ipse respici existimauit, sed aliter tamen peccans, quam scholiastes. Nam censuit quidem, illum πάτριον νόμον esse τὸ ταφὰς δημοσίᾳ ποιεῖσθαι, sed ταφὰς ποιεῖσθαι est interpretatus *bustum facere.*

Verum, vt, quae spectant ad hoc de Subauditione caput, persequar, sciendum est, hunc enarratorem aduerbio δηλαδὴ nonnunquam eundem, quem illi δηλονότι, vsum dare. et illud, sicut et hoc, Latino *videlicet* reddi. Vtitur autem illo quoque aduerbio cum aliis in locis, tum vero p. 508. quum in haec verba, μεμφομένων καὶ ἀκόντων Θεσσαλῶν, annotat, μεμφομένων δηλαδὴ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Et p. 327. Τοῖς ἔξω πίσυνοι] αὐτομολήσασι δηλαδή. Sic etiam p. 553. vbi scribitur a Thucydide, ὡς Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἢ μήν, ἕως ἄν τι τῶν ἑαυτοῦ λειπηται. etc. in ἑαυτοῦ annotat Τισσαφέρνους δηλαδή. Quae tamen admonitio superuacanea est et ipsa, quum Thucydides Tissaphernis sermonem a se referri nos admoneat. Caeterum alicubi hoc aduerbium non postponit, sed praeponit. vt p. 474. in haec verba. τῶν ἤδη πάλιν φευγόντων, scribit, δηλαδὴ τῶν εἰς τὸ ὀπίσω φευγόντων, ἤγουν τραπέντων. Sicut autem δηλονότι ex δῆλον ὅτι, ita δηλαδὴ ex δῆλα δὴ conflatum esse constat.

Ad hoc ipsum caput, quod de Subauditione agit, pertinet is vsus, quem dat verbo λείπει. Nam quum scribit, aliquam vocem aut aliquas voces λείπειν, id est *deesse*, non ita id accipiendum est, quasi a librario praetermissa esse diceret: sed nos ab illo moneri, ipsum scriptorem eam easue omisisse, quod subaudiendum aut subaudiendas lectori relinquere maluerit. Ac interdum quidem aliquam particulam, praesertimque quampiam ex iis, quae Praepositiones appellantur, dicit λείπειν· vt p. 63. in haec verba, πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον, scribit, λείπει ὑπέρ. ἵν' ᾖ, ὑπὲρ ὧν. Sic in istum p. 186. locum, οἱ μὲν, παρὰ Πισσούθνου ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ βαρβάρων ἐπαγόμενοι, legimus, λείπει ἡ ἀπό. ἵν' ᾖ, ἀπὸ τῶν Ἀρκάδων. Sic alicubi vocem ὡς scribit λείπειν. Et p. 236. in haec verba, οὔκουν τὰ ὅπλα ταυτὶ φαίνεται, haec λείπειν scribit, τριακοσίων μόνων. Nec vero duorum tantum, sed plurium etiam talem ellipsin in quibusdam locis esse tradit, vt quum exponens ista verba, τήν τε ἤπειρον ἀπόβασιν οὐκ ἔχουσαν, annotat, λείπειν ista verba, οὔτε εἰς τὴν νῆσον, οὔτε εἰς τὴν ἤπειρον.

Atqve vt plerisque locis aliquid λείπειν dicit, eo quidem quo docui sensu, ita vicissim in nonnullis aliquid παρέλκειν, id est, *superuacaneum esse:* vel παρελκόντως κεῖσθαι. vt p. 217. col. 2. scribit de voce Φιλέταιρος, eam παρελκόντως κεῖσθαι. Qua tamen de re longe ab eo dissentio, vt ibi docebo, Thucydidem aduersus eum defendens. Pro eodem vero et περιττὸν εἶναι, siue περιττῶς κεῖσθαι, dicentem alicubi audimus. Vt p. 51. τὸ δὲ μὴ περιττῶς κεῖται, Ἀττικῇ συνηθείᾳ. At caeteri scholiastae verbo πλεονάζειν hac de re plerumque vtuntur. Caeterum accusari potest alicubi hic enarrator, quod in iis locis, vbi superuacuarum vocum vsum in hoc scriptore reprehendit, in hac ipsa reprehensione supervacaneis quibusdam vtitur. In quod tamen vitium non semel incidit. Nam in hunc Thucydidis locum, qui exstat p. 248. τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, non contentus dixisse, hoc μακροτέρους esse περιττόν· ipsemet omnia haec, quae περιττὰ sunt, addit, ἤρκει γὰρ εἰπεῖν, τοὺς δὲ λόγους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν. Id est, *satis enim erat dicere,* τοὺς δὲ λόγους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν. Quasi vero hoc, satis videlicet fuisse, istis verbis vti, illo μακροτέρους minime inserto, non videremus, consequens esse ex eo, quod περιττὸν esse dixerat. Sic tamen et p. 242. col. 2. postquam dixit, περιττὸν esse verbum προθυμήσεσθαι, addit, ἤρκει γὰρ τὸ ἐπισπάσασθαι. Atqui expositorem alicuius scriptoris, seu enarratorem (quem Graeci ἐξηγητὴν appellant) nihil magis, quam breuitas, decet: ea quidem certe, quae nihil obscuritatis relinquat. Qua in parte peccari hodie a multis expositoribus, qui breues esse laborant, videmus.

Qvvm aliquid in orationis structura morem non seruat, de hoc dicit, ὑπήλλακται, vt p 498. vel ἐσχημάτισαι, vt p. 492. Sic vero et p. 340. in hunc locum, τὸ γὰρ Ἄργος ἀεὶ ἠπίσαντο ἐπιθυμοῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους καλῶς σοφίσι Φίλιον γενέσθαι, ἡγούμενοι τὸν ἔξω Πελοποννήσου πόλεμον ῥᾴω ἂν εἶναι, annotat, particip. illud ἡγούμενοι non esse κατάλληλον (nam ita scribendum, non ἀκατάλληλον) alteri participio ἐπιθυμοῦντας, verum ἐσχηματίσθαι, pro ἡγουμένων. De qua annotatione vide quae ibi a me dicuntur. Caeterum ad ὑπήλλακται quod attinet, scio, alioqui posse cuipiam in mentem venire, quum hoc verbum audit, dici de quapiam mutatione, quae cum figura hypallage dicta commune quidpiam habeat: sed generaliorem dat huic verbo significationem, quam videlicet ἐξήλλακται apud alios interdum habet: quo Dionysius Halicarnassaeus et cum adiectione vtitur veluti quum scribit, ταῦτα ἐξήλλακται μὲν ἐκ τῆς πολλῆς καὶ συνήθους τοῖς πολλοῖς ἀπαγγελίας.

Quinetiam τὴν διάνοιαν ἐξαλλάττειν ἐκ τῶν ἐν ἔθει apud eundem legimus. Vbi item, quod morem vocavi (quum dixi, aliquid in orationis ſtructura morem non ſeruare) τὸν κοινὸν καὶ συνήθη τῆς διαλέκτου τρόπον vocat. Poſſumus autem ex eodem id, quod ita eſt ἐξηλλαγμένον (pro quo hunc ſcholiaſten ὑπηλλαγμένον dicere admonui), et ἐσχηματισμένον appellare. Siquidem et ἀσχημάτιστον, quod huic opponitur, apud eundem habemus: vbi ſcribit, καὶ τῷ μηδὲν ἁπλῶς ἀσχημάτιστον ἐκφέρειν νόημα. Apud eundem vero, eadem de re loquentem, et σχηματισμοὺς et σχήματα legimus. Scribit enim, κατὰ τοὺς σκαιοὺς καὶ πεπλανημένους ἐκ τῆς κατὰ Φύσιν συζυγίας καὶ οὐδ' ἐν ἁπάσῃ ποιητικῇ χώραν ἔχοντας σχηματισμούς. Vbi de Thucydide modum in his non tenente, ſed nimium ſibi permittente, conqueritur, atque adeo illum de hac audacia reprehendit. Et aliquanto poſt, τῶν σχημάτων τὸ πεπλανημένον ἐκ τῆς κατὰ Φύσιν ἀκολουθίας vocat, quod in illo altero loco τοὺς πεπλανημένους ἐκ τῆς κατὰ Φύσιν συζυγίας σχηματισμοὺς dixerat. Ac ἐσχηματισμένον quidem id ſonat, quod Latinis *figuratum*: ſed tamen *figurata oratio* minus late patentem habere ſignificationem videtur: etiamſi figuram Fabius eſſe dicat conformationem quandam orationis, a communi et primum ſe offerente ratione remotam. Alibi vero ſcribit, figuras mutare aliquid a recto, atque hanc prae ſe virtutem ferre, quod a conſuetudine vulgari receſſerunt.

Quamuis autem vt orationem ſcholiaſtes dicit ἐσχηματίσθαι, quamcunque ea mutationem ſtructurae accipiat, ita etiam σχῆμα dicere queat ſubeſſe ſingulis, in quibus ea occurrit, locis, tamen certis tantum in locis hoc vocabulo ita vtitur: veluti quum p. 119. πάντα ὅμιλον vult eſſe σχῆμα, pro παντὶ ὁμίλῳ. At vero 475. in his verbis, οἱ δ' ὕστερον ἥκοντες, Atticum eſſe σχῆμα dicit, pro eo, quod dicendum erat, τῶν δ' ὕστερον ἡκόντων. Pag. autem 73. τὸ ἀνακόλουθον appellat non ſimpliciter σχῆμα, ſed παράσημον σχῆμα.

Caeterum etiamſi σχῆμα quidem, ſed non et τροπὴ, apud eum legatur (quod ſciam), tamen τροπικὰ ὀνόματα vocat, quae ſunt metaphorica: veluti p. 390. vbi de hoc loquendi genere, χορέσωμεν τὸ Φρόνημα, annotat, eſſe quidem omnium, quae apud Thucydidem ſunt, tropicarum (id eſt *metaphoricarum*) vocum duriſſimam iſtam, videlicet χορέσωμεν· verum loqui eum ſecundum Alcibiadem. Quod ab eo quonam ſenſu dicatur, (dici quidem certe videatur) ibi docebo. Sic autem a Dionyſio κυρίαν λέξιν opponi τῇ τροπικῇ, id eſt metaphoricae, videmus. Ac ſciendum, ad metaphoram quod attinet, quum dicit ἐπιμένειν τῇ μεταφορᾷ, id eſt (reddendo verbum verbo) *permanere in metaphora*, intelligere, quod Fabius dicit, *quo ex genere coeperis translationis, hoc definere.* Scribit enim, *Nam id quoque in primis eſt cuſtodiendum, vt quo ex genere coeperis translationis, hoc definas. Multi enim quum initium a tempeſtate ſumſerunt, incendio aut ruina finiunt: quae eſt inconſequentia rerum foediſſima.* Quamvis porro Dionyſius τροπικὴν λέξιν opponat τῇ κυρίᾳ, (ſicut antea dixi) et alicubi dicat etiam διὰ τῶν κυρίων καὶ μὴ τροπικῶν κατασκευῶν ἐκφέρειν τὰ νοήματα, non me tamen latet, τὰ τροπικὰ vlterius ab eo, quam vsque ad metaphorica, extendi. Scribit enim in libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, de quibusdam Homeri verſibus loquens, οὔτε γὰρ μεταφοραί τινες ἐν αὐτοῖς εὐγενεῖς ἔνεισιν, οὔτε ὑπαλλαγαί, οὔτε καταχρήσεις, οὔτε ἄλλη τροπικὴ διάλεκτος σύδεμία.

Qvvm porro oratio eo quo dictum eſt modo ἐσχηματίσαι, vel ὑπήλλακται, eam dicunt etiam eſſe ἀκατάλληλον. Id eſt, *non cohaerenter et congrue inter ſe iuncta eſſe verba.* Sed breuius, et quidem vna voce, interpretari quis poſſit *incohaerentem*, vel *incongruentem*, ſeu *incongruam.* Ea voce, ſicut et illi oppoſita κατάλληλος, vtitur Dionyſius Halicarnaſſeus. Apud hunc vero noſtrum ſcholiaſtem habemus illud pro hoc, p. 340. nam ibi legimus, οὐκ ἔστιν ἀκατάλληλον πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦντας· quum legendum ſit contra, οὐκ ἔστι κατάλληλον. Vbi obſerua etiam, cum adiectione praepoſitionis poſitum hoc vocabulum eſſe: quum et abſque vlla adiectione vel κατάλληλος vel ἀκατάλληλος λόγος dicatur.

Eandem orationem ἀνακόλουθον dicere poſſumus: atque adeo ita nonnullos eam appellaſſe comperiemus. Potius tamen τὸ ἀνακόλουθον de certo quodam incohaerentis et iucongruae ſtructurae genere dici ſolet: vt antea ex hoc ſcholiaſte talem huius vocis vſum attuli, quum de ea loquerer orationis forma quam ἐσχηματίσθαι dicit. Locus eſt p. 73. καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων, ἠγγέλθη αὐτῷ, ὅτι Μέγαρα ἀφέστηκε. In haec enim iſtud ſcholium habemus: Ἠγγέλθη αὐτῷ] τῷ Περικλεῖ δηλονότι. παράσημον τὸ σχῆμά ἐστι, διαβεβηκότος, ἠγγέλθη αὐτῷ. ἀνακόλουθον γάρ. Sed falli tamen eum hoc in loco, et non ἀνακολούθως ſubiunxiſſe Thucydidem hunc dativum, ibi docebo. Legimus vero et ἀνακολούθητα apud Dionyſium Halicarnaſſ. in opuſculo de Thucydidis charactere: ſed ego ἀπαρακολούθητα ſubſtituendum eſſe arbitror.

Adverbio ἐμφαντικῶς de iis vtitur, quae indicare vult dicta eſſe *cum emphaſi* (nam vocabulo iſto vtuntur et Latini), pro quo tamen ἐμφαντικῶς magis vſitatum eſt ἐμφατικῶς. Verum et ἐμφαντικὸν itidem apud eum legimus, pro eo, quod ἐμφατικὸν dici ſolet. Sed tamen haec quoque, ἐμφαντικὸν inquam, et ἐμφαντικῶς, ipſi ſoli nota non fuerunt. Legimus porro ἐμφαντικὸν p. 33. col. 1. nam in haec Thucydidis verba, καὶ Κερκυραίους τε τούσδε, annotat, ἐμφαντικὸν eſſe hoc τούσδε· et addit, οἷον τοὺς ἀδικοῦντας. At vero aduerbium ἐμφαντικῶς legitur p. 173. col. 1. ſcribit enim, eum ἐμφαντικῶς vſum eſſe particula δή.

Sed enim p. 56. col. 1. quum ſcribit, ἔμφασιν παρέχει ὡς ἐπὶ ἄλλου καὶ ἄλλου τάσσων τὴν λέξιν, de illo ſchemate intelligere non debemus: verum ita accipere, *facit, vt appareant nobis diuerſae ſignific.* vel, *facit, vt videantur nobis eſſe diuerſae ſignificationes.* Niſi quis malit ita exponere, *eius ſermo prae ſe fert diuerſum horum vocabulorum vſum.* Verbum enim verbo hic reddere vix quisquam poſſit. Ad quam tamen interpretationem verba haec prope accederent, *ſpeciem praebet tanquam de alia et alia re ponens vocabulum.*

ADVERBII autem περιφραστικῶς multis nota esse potest significatio: pro quo Latine dicitur *per circumloquutionem*, vel, *circumloquendo*: sed quum vsitata sit vox Graeca periphrasis, frequentius dicitur, *per periphrasin*, vel *cum periphrasi*: aut, aduerbium Latinum faciendo ex Graeco, *periphrastice*. Exemplum autem habemus periphrastici generis loquendi insigne, p. 103. col. 1. ἡ δὲ εὔνοια παραπολὺ ἐπήει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, vti ab ipso scholiaste annotatur, περιφραστικῶς, ἀντὶ τοῦ, εὐνοϊκῶς εἶχον τοῖς Λακεδαιμονίοις. Vbi tamen scriptum ab illo fuisse puto, πολλῷ μᾶλλον εὐνοϊκῶς εἶχον, vel πολὺ μᾶλλον. Caeterum quaedam ab eo per periphrasin dicta censeri, in quibus tamen periphrasis non possit agnosci, suis locis docebo.

ADDI ἔξωθεν (id est *extrinsecus*) dicunt interdum scholiastae id, quod ὑπακούεται, id est, subauditur. Hic vero eo aduerbio et cum hoc ipso verbo, et cum bicomposito vtitur. Sic p. 248. col. 2. προσυπακοῦσαι δὲ δεῖ ἔξωθεν τὸ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπίπτουσι τῆς εὐπραγίας. Vbi etiam obseruandum est, vt sententiam integram subaudire sibi permittat.

ADDI vel dici quidpiam ἐξηγητικῶς enarratores dicunt, quum ipse scriptor in iis, quae subiungit illis, quae iam dixit, [est] velut sui expositor; nam ἐξηγητικῶς *expositorie* sonat. Hic vero saepe hac de re dicit etiam, ἐξηγητικόν ἐστι τοῦτο τοῦ, sequente verbo aut sequentibus verbis, ad quorum expositionem illud vel illa scriptor ipse adiicit. Sic p. 249. col. 2. ἐξηγητικὸν δέ ἐστι τοῦτο, τοῦ, σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν, οἵτινες τὰ ἀγ. etc. Quin etiam dicit, τοῦτο ἐξηγητικόν ἐστι τοῦ προτέρου, p. 243. col. 2. Necnon ipso verbo ἐξηγεῖσθαι (a quo illa vocabula manarunt) hac de re nonnunquam vtitur, vt p. 250. col. 1. τὸ διακινδυνεύεσθαι ἐξηγεῖται. Est autem vnum ex praecipuis boni expositoris (sic voco peritum et diligentem) officiis, admonere, vbi scriptor ipse eo functus officio fuerit.

ADVERBIIS περιττῶς et παρελκόντως cum verbo κεῖσθαι vtitur, de iis, quae superuacanea sunt, sicut et ea περιττὰ εἶναι, vel παρέλκειν dicit: quemadmodum antea docui. Hoc tantum addo, alicubi illi περιττῶς opponere ἀναγκαίως. Vnius saltem loci memini, qui est p. 251. col. 1. ὁ δὲ καὶ σύνδεσμος οὐ περιττῶς κεῖται, ἀλλ' ἀναγκαίως.

CVM aliis etiam aduerbiis verbo illo κεῖσθαι vtitur: quorum e numero est κυρίως, id est *proprie*, siue *in propria significatione*. Nam aliquod vocabulum dicitur κυρίως κεῖσθαι, (quasi quis dicat *proprie positum* esse) cui suus propriusque datus est vsus: vicissimque οὐ κυρίως κεῖσθαι, quo quis ita vsus sit, vt alium quam proprium vsum dederit. Neque vero hic proprium vsum intelligere de eo oportet, qui metaphorico opponitur, (sicut τὰς κυρίας λέξεις videmus ταῖς μεταφορικαῖς seu τροπικαῖς opponi: et sicut ab hoc ipso scholiaste τροπικὸν vocari vocabulum ϛορέσωμεν dixi, quum scribit, omnium τροπικῶν, quae apud Thucydidem exstant, vocabulorum esse durissimum) sed de eo, qui abusus potius, quam vsus, appellandus sit: adeo vt ἀκυρολογία (quae vulgo ἀκυρολογία vocatur) in eo esse dici possit: et καταχρησις, non illa quidem, quam metaphorae permittere sibi possunt, et quae in iis excusatur, sed quae omnino vitiosa est. Atqui reprehendere tamen suum scriptorem audet de huiusmodi improprietate, p. 78. col. 2. in hunc illius locum, καὶ οὐκ ἴσμεν, ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. Nam scribit, de voce ξυμφορῶν loquens, ἐνταῦθα οὐ κεῖται κυρίως ἡ λέξις, ἀλλὰ ξυμφορὰν φησὶ τὴν κακίαν. Sed aduersus hanc accusationem conabor ibi Thucydidem defendere.

AT vero aduerbium ἀντιφορικῶς nouum omnino videri possit, quo vtitur in p. 176. Ibi enim in haec verba, προθύμως ταῦτα ἔπρασσον, annotatum est, ἀντιφορικῶς εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, οὐ προθύμως. Sed aenigmaticum quiddam habere dici queat (vt opinor) haec annotatio. Cuius rei causam esse puto, quod in alia quam haec verba scripta illa essent: vt ostendam, quum ad locum illum venero. Simul vero et de huius aduerbii significatione dicturus tibi sum quod sentio.

ADVERBIVM μήποτε (nisi potius μὴ ποτε disiuncte scribendum est) omitti hic non debet: quo et alii scholiastae vtuntur, multumque gratiae in proponenda sua dubitatione et coniectura habet. Sed eiusmodi est, vt Latine interpretari non possis, ita quidem, vt verbum verbo reddas. Eius vsum habes p. 60. col. 1. vbi licet interrogationis nota orationi, cui adhibitum est, non sit apposita, sunt tamen, qui eam huiusmodi locis apponunt: perinde ac si ea orationis forma esset, quae est, quum dicitur, *Quid si ita hic locus exponatur?* At si interrogatiue dici non existimetur, verbum aliquod subaudietur: perinde ac si diceretur, *videndum ne*, vel, *vide ne*, vel, *videndum vero ne*: quum dicitur μὴ ποτε δέ.

ADVERBIO ἄλλως vltimum locum dabo, quod his scholiis cum aliis plerisque (ac fortassis omnibus) commune est: iisque locis appositum inuenitur (non tamen vbique) in quos expositio duplex affertur. Ibi enim posteriori hoc aduerbium ἄλλως praefigitur. Quod si et tertia accedat, hoc aduerbium repetitur: si vero ad quartam vsque veniatur, iterum repetitur. Quum autem satis notum sit, eo aduerbio Latinum *aliter* significari, perinde est ac si diceretur, *aliter etiam exponitur hic locus: ita videlicet.* Vel, *alio etiam modo ista exponuntur: hoc videlicet.* Ideoque iis vocabulis, quibus cum ellipsi vtuntur, annumerandum hoc est, vt paulo post docebo. Caeterum ab iis, qui diuersa diuersorum scholia collegerunt, hoc aduerbium, tanquam nota, qua discernerentur, potius, quam ab ipsis scholiastis, appositum fuisse videtur. Sed noue in quodam horum scholiorum loco, qui est p. 26. post illam vocem ἄλλως alius scholiastes loquens introducitur, et iis, quae proxime praecedunt, contradicens: vel potius contradicere volens. Nam (vt ibi ostendo) si bene intelligantur quae praecedunt verba, consentire is cum illo comperietur, a quo se dissentire arbitratur.

AD VERBA quaedam ab illis aduerbiis vt transeam, τάσσει τὴν λέξιν ἐπὶ τούτου quum dicit, intelligit, *vtitur illo vocabulo in ea significatione.* Perinde ac si dicas,

verbum verbo reddens, *ponit illud vocabulum in hoc*, vel *de hoc*. Sic p. 56. col. 1. ὡς ἐπὶ ἄλλου καὶ ἄλλου τάσσων τὴν λέξιν. Vtitur vero et vulgari verbo eadem de re, et quidem in illo etiam ipso loco. Dicit enim, τήν τε γὰρ αἰδῶ καὶ τὴν αἰσχύνην κατὰ τοῦ αὐτοῦ τίθηται συνωνύμως. Et paulo post, ὡς καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν εὐκοσμίαν ὁμοίως τέθεικε. Respondet autem hic istorum verborum vsus ei, quem habet κεῖται, quum dicitur, ἐπὶ τούτου κεῖται ἡ λέξις. Scimus enim, verbo κεῖσθαι declarari *positum esse*.

Verbo ἀποτείνειν vtitur aliquoties, vbi alii passiue potius voce ἀποτείνεσθαι vterentur. Vt p. 57. col. 2. ταῦτα πάλιν πρὸς Ἀρχίδαμον ἀποτείνει. Et p. 56. ταῦτα πάντα πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀποτείνει. Quibus in locis dubitari possit, an ταῦτα et πάντα sint nominandi, an accusandi casus: sed quoniam potius dicitur aliquis ἀποτείνεσθαι πρὸς vel εἰς τινὰ, quam cum accus. ἀποτείνεσθαι τὸν λόγον vel ἀποτείνεσθαί τι εἰς τινὰ, potius nominandi casus esse crediderim: perinde ac si diceretur, πᾶς οὗτος ὁ λόγος ἀποτείνεται πρὸς Ἀρχίδαμον, item πρὸς τὸν Κορίνθιον. Alioqui actiuam hic significationem habebit ἀποτείνειν, et eo dicetur modo, quo ἀποτείνειν τὸν λόγον pro ἀπομηκύνειν. Verum ἀποτείνεσθαι πρὸς vel εἰς τινὰ dicitur aliquis, quum in eum inuehitur: sed vtuntur etiam de eo, qui quempiam obiter tantum perstringit, suam aduersus eum orationem (et quidem plerumque ita, vt nomen eius taceat) dirigens. Ac quamuis sumtum sit hoc genus loquendi ab iis, qui verbose in aliquem inuehuntur, in vsu tamen est de iis etiam, qui vel pauciſſimis verbis id faciunt. Sic apud Diog. Laërtium, in Aristotele, πολλάκις δὲ καὶ ἀποτεινόμενος, τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκεν εὑρηκέναι πυροὺς καὶ νόμους· ἀλλὰ πυροῖς μὲν χρῆσθαι, νόμοις δὲ μή. Vbi suspicor deesse vel πρὸς vel εἰς ante τοὺς Ἀθηναίους.

At vero αἰνίττεσθαι Thucydidem aliquid vel aliquem, quum dicit, intelligit, eum non aperto, sed occulto, sermone significare. Ac interdum (et quidem frequentius) accusatiuum cum praepositione dat huic verbo. Vt p. 57. col. 1. πρὸς τοὺς λόγους τοῦ Κορινθίου αἰνίττεται. Item p. 18. πρὸς Ἡρόδοτον αἰνίττεται. Cum accus. tamen sine praepos. col. 2. αἰνίττεται δὲ τὰ Μηδικὰ Ἡροδότου. Sic p. 31. αἰνίττεται Ποτίδαιαν. Nec non p. 33. αἰνίττεται Ἐπίδαμνον. At vero p. 121. vtramque inuenies constructionem, in col. 1. nam ibi leges, αἰνίττεται τοὺς ἱππέας αὐτῶν τοὺς κειμένους. Et paucis interiectis, αἰνίττεται δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους. Solet tamen potius accusatiuo sine praepositione iungi hoc verbum: cui propemodum respondet Latinum *innuere*: quo etiam vti malim ad illius interpretationem, quam verbo *alludere*. Addendus porro est praecedentibus hic locus p. 52. in quo aduerbium ἀορίστως praefigit verbo αἰνίττεται. Scribit enim, ἀορίστως μέν, εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους δὲ αἰνίττεται. Vbi post ἀορίστως μέν, quod sonat *indefinite quidem*, subaudiendum relinquit aliquod verbum: nisi forte incuria librarii potius desiderari credendum est. Hoc autem verbum fuerit (vt opinor) vel λέγει, vel φησὶ, vel aliud huiusmodi. Nam qui non vult aperte declarare, quod sentit, sed tantum αἰνίττεσθαι, is indefinite loquitur, genus, non speciem, proponens. Forsasse autem et τοῦτο λέγει vel τοῦτο φησὶ locum hic haberet. Ne hoc quidem est praetereundum, eum alicubi pro αἰνίττεσθαι verbo λέγειν vti, minus proprie: vt pag. 23. col. 1. λέγει δὲ Ἀθηναίους.

Verbo κατασκευάζειν in concionum praesertim expositione significare solet *adstruere aliquid argumentis*: quod vna voce dicitur *probare*. Sic p. 244. col. 1. κατασκευάζει δὲ διὰ τούτου, ὅτι οὐδ' ὅλως δεῖ αὐτοῖς συγχωρῆσαι κατελθεῖν εἰς τὴν γῆν. Vsus autem sum verbo *adstruere*, quod eandem, quam ipsa vox Graeca, metaphoram habeat: et videam, contrarium Latinum *destruere* contrario Graeco ἀνασκευάζειν in eodem metaphorae genere respondere. Qua de re vel Fabius nullam nobis dubitationem relinquit, vbi scribit, *narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas: quod ἀνασκευὴ καὶ κατασκευὴ vocatur*. Quo ex loco possit κατασκευάζειν reddi etiam *confirmare*: sed huius scholiastae locis aptior est altera huius verbi interpretatio. Legimus autem et p. 48. ἐπειδὴ εἶπεν ὁ Κορίνθιος πρὸς ἑτέραν συμμαχίαν τραπέσθαι (sed τραπεῖσθαι, aut τραπέσθαι ἂν scribo) μὴ βοηθούμενος ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, νῦν τοῦτο κατασκευάζει. Vbi perinde videtur esse, ac si diceretur, rationibus dictum suum munit et velut fulcit; siue, sententiam suam: vel, quod se facere decreuisse dixit.

In iisdem concionibus saepe vtitur nomine κεφάλαια, quod Latino *capita* ei respondente interpretari possumus. Sunt autem concionis alicuius κεφάλαια, ea, quae potissimum conatur κατασκευάζειν (de quo verbo dictum modo fuit) is qui concionatur. Ideoque concionem vnam in certa diuidere capita consueuit. Sic p. 172. de Mitylenaeorum legatorum concione dicit, διαιρεῖται ἡ δημηγορία αὕτη κεφαλαίοις· vbi deesse puto vocem τρισί. Sequuntur enim tria capita: primum, τὸ δίκαιον· id est, *aequum esse quod postulant*: secundum, τὸ δυνατὸν, *fieri id posse*: tertium, τὸ συμφέρον, *vtile esse*. Huc pertinet quod p. 25. legitur, ἡ τοῦ Κερκυραίου δημηγορία μᾶλλον τὸ συμφέρον προβάλλεται, ἢπερ τὸ δίκαιον· ἡ δὲ τοῦ Κορινθίου, μᾶλλον τὸ δίκαιον, ἢπερ τὸ συμφέρον. Id est, *Corcyraeus concio magis vtilitatem allegat*, (vel *obtendit*) *quam aequitatem: at Corinthii, magis aequitatem, quam vtilitatem*. In scholiis scriptis in hanc partem historiae Thucydidis (si conciones certam quandam historiae illius partem vocare licet) occurrent aliquoties haec verba, ἐντεῦθεν οἱ ἀγῶνες. Vt p. 26. col. 2. in haec verba, γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας, et in ea, quae sequuntur, annotata sunt illa, ἐντεῦθεν οἱ ἀγῶνες. Vbi ἀγῶνες id est *certamina*, (si verbum verbo reddatur) appellari videntur *rationes, quae firmamentum et robur causae efficiunt*, quasi *praecipuum sit illarum certamen*. Sed p. 44. post ἐντεῦθεν οἱ ἀγῶνες, legimus, καὶ τὸ δίκαιον. Vbi aliquam verborum ellipsin esse suspicor. Occurrunt in iisdem in easdem conciones scholiis et verba ista, οἱ ἐπίλογοι ἐντεῦθεν. Vt p. 28. et 32. et 48. Mirari autem quis possit, illum plurali numero vti, ac non potius ἐπίλογος dicere: sed ἐπίλογους dixerunt et quidam alii.

Atque adeo Auctor rhetorices ad Herennium, *conclusiones* (inquit), *quae apud Graecos ἐπίλογοι nominantur, tripartitae sunt. Nam constant ex enumeratione, amplificatione, et commiseratione.* Verum in his epilogis huius scholiastae haec omnia minime vera comperientur: minus etiam id quod addit, non posse quatuor in locis vti conclusionibus: in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione. Quartus enim hic locus, is potius est, ex quo hic scholiastes suos ἐπιλόγους nobis solet depromere. Obiter autem animaduertendum est, posse hoc duriuscule dictum videri, nos conclusionibus in conclusione vti.

Idem conciones ἀντιθέτους vocare videtur, eas, quae potius ἀντιλογικαὶ vocantur, vel ἀντιρρητικαί. Quasi quis dicat *contradictoriae:* sed potius *aduersarias* appellare Latinitas iubet, sicut Aeschinis et Demosthenis orationes aduersariae vocantur.

Locis aliquot occurret tibi μετάβασις, alicubi et παρέκβασις. Vt p. 7. col. 1. ταῦτα δὲ ἐν παρεκβάσει εἴρηται. Sic etiam p. 87. ad hanc Thucydidis narrationem, τοῦ δὲ μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπητιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, annotat, haec esse παρέκβασιν, quod Pausaniae factum (vel, id quod de Pausania narratum est) consequantur. Nihil enim ad piaculum pertinere: ad piaculum, inquam, de quo institutus erat sermo. Est igitur hic παρέκβασις, quod a Latinis *digressio* dicitur: a Cicerone cum adiectione, *digressio a proposito*, vel *digressio ab oratione proposita.*

At μετάβασις non est eiusmodi *digressio*, quae intermittit tantum et velut suspensam orationem propositam vel suspensum sermonem propositum relinquit, sed est potius *transitio a sermone vno, cui finis impositus est, ad alium.* Sic p 134. verbis hisce, τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους etc. apposita est vox ista, μετάβασις. Itidemque p. 199. in haec verba, Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, etc. eandem vocem inuenies. Sed quum idem annotatum esse in omnes locos deberet, qui illa verba, aut ista haberet, τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος, aut τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, siue τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος· (quum in his omnibus illa sit quam dixi transitio) in eorum tamen paucissimos annotationem illam es inuenturus. Vtitur autem et verbo μεταβαίνειν de huiusmodi transitione loquens. Vt p. 66. col. 1. μετέβη ἐπὶ τοὺς Θασίους.

ΙΔΙΩΜΑ Thucydidis quid appellet, iam aliunde notum esse potest: praesertim quum et Dionysius Halicarnasseus opusculum περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων scripserit: quod quidam interpretantur *de Thucydidis proprietatibus:* sed malim, *de iis, quae Thucydidi propria sunt*, vel *de iis, quae Thucydidi peculiaria sunt:* id est, eius sermoni. Vtitur autem hac voce *ἰδίωμα* p. 66. col. 2. Nam ibi, postquam scripsit ἐΦ' ᾧ τε ἐξίκνιν dictum esse pro ἐπὶ τῷ ἐξιέναι, addit, ἰδίωμα δὲ τοῦτο Θουκυδίδου. Pag. autem 49. vocum aliquot mentionem facit, quas apud Thucydidem esse ait *ἰδίως.* Sed falli possit lector interdum in quibusdam, quae pro Thucydideis affert, quum ei peculiaria non fuerint: veluti quum de ἐπιχειρητέα nobis dicit, Θουκυδίδου esse λέξιν. Nam ad terminationem respicit, et terminatione tenus esse Thucydideum vocabulum intelligit, quum sit pro ἐπιχειρητέον. Quanquam ne hoc quidem modo vocari posse Thucydideum id vocabulum videtur: vt suo loco docebo. Verum et de hoc monendus es, alicubi pro verbis illis, quae Thucydidis aliquod idioma habere annotauerat, alia suppositia fuisse. Atque hoc pariter suo loco manifestum faciam.

Qvvm scribit, τοῦτο ὡς παρὰ Θουκυδίδου εἴρηται, intelligit, hoc dictum esse tanquam a Thucydide, suam sententiam, seu iudicium suum, interponente. Atque hunc esse istorum verborum sensum, ex p. 63. apparet. Pag. autem 60. reprehenduntur, qui de certis quibusdam verbis dixerunt ea posse, καὶ ὡς ἀπὸ Θεμιστοκλέους καὶ ὡς ἀπὸ Θουκυδίδου λέγεσθαι.

His verbis, τοῦτο δὲ ἡ τοῦ λόγου ἐπαγωγὴ δηλοῖ, quibus vtitur p. 485. (necnon alibi, vt opinor) significatur, *hoc declarant ea, quae subiunguntur.* Perinde ac si dictum esset, τοῦτο δὲ τὰ ἐπαγόμενα δηλοῖ· siue, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν ἐπαγομένων δῆλον. Dicunt autem et τὰ ἐπιφερόμενα eadem de re, sicut οἷς ἐπιφέρει, et οἷς ἐπάγει, pro eodem: nimirum pro eo, quod dicimus, *quibus subiungit.* Pro quo dicere vulgus solet, *quibus subiicit.*

Verba haec, ὡς κατιών Φησι (quibus per parenthesin vtitur p. 26. col. 1.) significant, *vt in sequentibus dicit.* Quum tamen verbum κατιέναι sit descendere, sonant potius vt *infra dicit:* (quasi quis dicat, vt *descendens ait*, vel, *in descensu*) vt in eorum, quae praecedunt, mentione dici solet, ὡς ἄνω Φησὶ, vel, ὡς ἀνωτέρω Φησὶ· (aut λέγει) vel ἔΦη, aut ἔλεξε, id est, *vt supra dicit*, vel *dixit.* Caeterum pro illo κατιὼν nonnunquam alio participio, videlicet προϊών, vtentes, dicunt, ὡς προϊὼν Φησι· Ita p. 82. col. 2. καὶ προϊὼν εἰρηκεν· id est, *progrediens*, vel *vlterius pergens.* Sunt, qui *in progressu* hac de re dicant. Magis alioqui vsitatum est *in sequentibus:* quod respondet huic loquendi generi, ἐν τοῖς ἑξῆς.

Scripta seu narrata κατὰ διέξοδον, sunt ea, quae fuse scripta sunt, et non διὰ βραχέων. Vt p. 50. ταῦτα πάντα παρ' Ἡροδότῳ κεῖται κατὰ διέξοδον. Sic etiam p. 12. ἡ δὲ ἱστορία κεῖται κατὰ διέξοδον παρ' Ἡροδότῳ. Item p. 164. τοῦτο Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἐννάτῃ ἱστορεῖ κατὰ διέξοδον.

Vbi aliquam obiectionem quaestionemue proponit (nam et hoc ab eo fit haud negligenter), non solum vtitur particulis καὶ μήν, et καίτοι, quarum postea fiet a nobis mentio, sed nonnunquam interrogatiuam particulam huic sermoni adhibet. Vt p. 2. col. 1. πῶς ἤμαζον ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ, εἴγε τοῖς Πελοποννησίοις χρημάτων ἐνέδει; Alicubi vero dicit, ἐζήτηται πῶς. Vt p. 487. ἐζήτηται, πῶς Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης ἔμελλον οἱ Ἀθ. etc. Cui obiectioni respondens scribit, Φαμὲν οὖν, ὡς ἦν τις πρ. etc. At vero p. 43. vtitur vocabulo ἄπορον. Nam initio scholiorum in illam p. legimus, ἄπορον, πῶς ὁ Φορμίων τὸ πρὸς τῇ Παλλ. etc. atque hanc ἀπορίαν soluens, addit, καὶ Φαμὲν, ὅτι τὸ πρὸς τῇ Παλλ. etc.

Alicubi autem oſtendit, quomodo Thucydides obiectionem, quae mota fuiſſet, anteuerterit: vt p. 267. col. 1. ἐπειδὴ εἶπε τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς, ἵνα μή τις εἴπῃ, καίτοι ἐν ἡμέρᾳ ταῦτα ἐγένετο, λέγει ἐν τῷ μέσῳ, ἐπεγένετο γὰρ νύξ. Vbi obſerua, particulam vel potius particulas καίτοι eum vſum habere, quem dari ab illo voculis καὶ μήν, poſtea oſtendam: id eſt, eodem aduerſatiuas eſſe modo, quo apud Latinos *atqui*. (At vero ἐν μέσῳ memineris ſignificare quod dicimus *per parenthefin*: qua de ſignificatione dictum a me antea fuit.)

Sed et duabus illis voculis καὶ μήν (quae inter coniunctiones numerantur, et ſonant quod Latini dicunt *atqui*) vtitur quibusdam in locis, vbi obiectionem, quae affertur aut afferri poteſt aduerſum eos, proponit. Qua certe in re, non minus, quam in alia vlla, boni interpretis partes implere dici poteſt. Sic autem p. 23. col. 2. καὶ μὴν ἄνω τρισχιλίους ἠτοίμαζον. Ad quam quomodo ſit reſpondendum addens, dicit, ῥητέον οὖν, ὅτι ἴσως οὐκ ἦν χρ. etc. Enimuero quum duobus modis illam ad obiectionem reſponderi poſſe dicat, ego his et alios duos adiiciam. Vna certe eſt, cui easdem illas voculas adhibet, ſed reſponſum nullum addit: p. 103. καὶ μὴν Ἡρόδοτος λέγει, ὅτι ἐκπιήθη ἐν τοῖς Μηδικοῖς. Verum ad hanc quoque videro quid poſſit reſponderi.

Illis voculis comitem dabo vocem ὅτι, (ſiue inter Coniunctiones illa ſiue inter Aduerbia ponenda eſt) non illum conſuetum et paſſim obuium, ſed alium quendam vſum (qui veteribus, vt opinor, ignotus fuit) habentem. Eius exemplum eſt p. 49. col. 1. ὅτι ἡ πρέσβευσις, ἡ καταβάσις, καὶ τὸ καταβοᾶ, παρὰ Θουκυδίδῃ ἰδίως. Nam quum particula illa ὅτι a praecedentibus minime pendeat, ſed orationem ipſa inchoët, miretur quis non immerito, quidnam illa ſibi velit. Sciendum eſt igitur, ellipticum eſſe hunc illius vſum, et pendere ab aliquo verbo ſubaudito. Nullum autem aptius in mentem mihi venit, quam σημείωσαι· praeſertim quum nonnullis etiam in locis apud hunc quoque legatur, de iis, quae notatu digna videntur: vt dictum a me fuit in illis, quae ante hanc Paraſceuen de hisce ſcholiis praefatus ſum: vbi et alia exempla vide. Caeterum eundem vſum vox ἰσέον (quae ſonat *ſciendum eſt*) alicubi habere videtur, quem et σημείωσαι. Vtitur autem illa p. 115.

Leges aliquot locis παραγράφεσθαι et παραγραφὴ de locis, quibus aliqua σημείωσις, ſeu aliqua annotatio (et quidem critica plerumque, ſeu cenſoria) adſcripta erat: adeo vt nihil commune habere dici poſſit illa παραγραφὴ cum voce παράγραφος, de qua apud Hephaeſtionem et enarratorem Ariſtophanis. Quum autem illius παραγραφῆς mentionem in meis Schediasmatis fecerim, et ita quidem, vt, quid de illa ſcirem ſentiremue, dixerim, eo te remittendum (ſi quid ex me de hac ſcire cupis) exiſtimaui. Neque tamen tam longe abeundum tibi erit, vt aliquid amplius de ea intelligas. Duo enim eius exempla, et quidem diligenter a me examinata, ſuppeditabunt tibi meae in p. 60. annotationes.

Loci quidam ſunt, quos duobus modis ſcribi nos admonet: nonnulli, quos bifariam interpungi: quidam etiam, quos bifariam exponi. Primum illud ſignificare quum vult, dicere ſolet, ἐν ἄλλῳ κεῖται, vel ἐν ἄλλοις κεῖται, et ſubiungit ſuam diuerſam lectionem. Subaudit autem hic βιβλίοις vel ἀντιγράφοις· et illic itidem vel βιβλίῳ vel ἀντιγράφῳ. Sic autem, quum aliquam vocem in alio vel in aliis non inueniri annotat. Vt p. 45. col. 1. ἐν ἄλλῳ οὐ κεῖται τὸ ἄρα. At p. 517. dicit ἐν ἄλλοις οὐχ εὑρίσκεται. Caeterum ad vocem κεῖται quod attinet, ea vtitur et quum ſignificare vult, quandam vocem apud hunc vel illum ſcriptorem exſtare. Vt p. 57. de voce τιμωρητέον ſcribit, ἅπαξ κεῖται ἡ λέξις παρὰ τῷ ῥήτορι· id eſt, *ſemel exſtat*, vel potius, *ſemel poſita eſt*. Ex hoc autem verbo, iſtum habente vſum, factum fuit iocoſum nomen ſeu cognomen, quod impoſitum cuidam fuit: videlicet Κειτούκειτος, vt teſtatur Athenaeus: quem vide. Caeterum illis prioribus exemplis vſus verbi κεῖσθαι addi poteſt ex noſtro ſcholiaſte, ἐν ἄλλῳ δὲ κεῖται, p. 221. col. 1. Vbi etiam non aptius interpretari poſſe videmur (verbum verbo reddentes), quam ſi dicamus, *in alio poſitum eſt*. Id eſt, *poſita eſt* haec lectio, vel *haec ſcriptura*. Vulgo certe dicimus, *in alio ſcriptum eſt*, vel, *in alio exſtat*, vel, *in alio legitur*. Quidam vero dicunt etiam, *in alio habetur*. Caeterum non minus frequenter, vel potius frequentius, vtitur eadem de re verbo γράφεται, quod ſonat *ſcribitur*: ſed ſubauditur illud ἐν ἄλλῳ, vel ἐν ἄλλοις. Interdum vero addita copula καὶ dicitur, γράφεται καὶ, ſequente diuerſa quae affertur lectione.

Secundum illud quum vult indicare, locum videlicet quempiam duobus modis interpungi, dicit τινὲς ζίζουσιν εἰς τὸ, ſequente post τὸ illa voce, cui interpunctionem ſubiungunt. Sic p. 133. col. 1. in hunc Thucydidis locum, Περικλῆς δὲ, χρατηγὸς ὢν καὶ τότε περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι τοὺς Ἀθην. etc. praefixis his e verbis, χρατηγὸς ὢν καὶ τότε, annotat, τινὲς εἰς τὸ ὤν, τινὲς εἰς τὸ καὶ τότε ζίζουσι. Alicubi vero et ὑποζίζειν dicit.

Tertium, quod ab eo annotari de quibusdam locis dixi, eſt iſtud, eos duas expoſitiones habere, ſiue duobus modis expoſitos inueniri. Atqui hic item ellipſi vtitur: ſed diuerſa. Dicit enim, ὡς τινές, vel ὡς ἔνιοι· non addens verbum, ſed ſubaudiendum id relinquens, ſiue λέγουσι, ſiue Φασί. Nonnunquam vero dicit, τινὲς δὲ, vel ἔνιοι δὲ, οὕτως ἤκουσαν. Id eſt, *ita intellexerunt*, vel, οὕτως ἐδέξαντο, id eſt (verbum e verbo) *ita acceperunt*. Sic p. 563. ἔνιοι δὲ οὕτως ἐδέξαντο. Quinetiam verbo ἔλαβον ita vtitur p. 328. ἄλλοι δὲ τὴν δόκησιν ἐπὶ τῆς λήψεως τῶν δώρων ἔλαβον. Vbi etiam ſubiungit, ἵν' οὕτω νοῆται, ἤτοι, διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττ. Haec autem verba, ἵν' οὕτω νοῆται, ſonant, *vt ita intelligatur*. Eſtque ſuperuacanea, quae illis adiicitur, particula ἤτοι. At vero verbum ἀκεῦσαι in illa ſignificatione habes cum alibi, tum p. 352. ἔνιοι δὲ, αὐτοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἤκουσαν. Quinetiam verbo ἐξηγεῖσθαι vtitur, eadem de re loquens. Vt p. 249. col. 1. ἔνιοι δὲ τόνδε τὸν τρόπον ἐξηγήσαντο.

At vero quum ſignificare vult, vnam expoſitionem potius amplectendam eſſe, quam alteram, variis loquendi generibus vtitur. Nam p. 328. col. 2. dicit, καὶ δεκτέον

τοῦτο. Id est, *estque recipiendum hoc:* vel, *estque hoc admittendum:* alia, quam paulo ante dictum est, significatione, in hoc loquendi genere, ἔνιοι δὲ οὕτως ἐδέξαντο. Sed frequentius (quantum meminisse possum) ea de re vtitur his verbis, ὃ καὶ μᾶλλον, vbi itidem loquitur ἐλλειπτικῶς. Alicubi vero dicit, ὅπερ ἄμεινον. Vt p. 85. in haec verba ἀνὴρ ἀργίλιος, scribit, τινὲς κύριον, τινὲς ἐθνικὸν, ἀπὸ πόλεως Θρᾴκης. ὅπερ ἄμεινον. Id est, *quod satius est.* Illa autem verba, ὃ καὶ μᾶλλον, habes aliquot in locis: quorum est hic p. 340. col. 1. Καλῶς σφίσι φίλιον γενέσθαι] βεβαίως φίλιον τοῖς Λακεδαιμονίοις γενέσθαι. ἢ, αὐτοὶ βεβαίως ἠπίσαντο. ὃ καὶ μᾶλλον. Sic et p. 356. col. 1. (sed absque copula καὶ) ὃ μᾶλλον. Vbi et animaduertendum est, per parentheſin poni. Non male autem (meo quidem iudicio) verbum δεκτέον hic subaudiri dixerimus: quod paulo ante ex p. 328 attuli, vbi legimus, καὶ δεκτέον τοῦτο.

ELLIPTICA loquendi genera hanc meam ad lectionem huius scholiastae Proparasceuen claudent: de quorum nonnullis obiter iam dictum fuit. Inter illa igitur frequens est id, cui adhibetur praepositio πρός. Vt p. 58. col. 1. τὸ γὰρ, δείξας τι χωρίον αὐτοῖς, πρὸς τὸ ἔλεξε. Et p. 57. quae proxime praecedit, col. 1. ὁ δὲ τε σύνδεσμος πρὸς τὸ οὐ ἐπίῤῥημα. Hunc item in locum, qui legitur p. 138. ἧς ἐς αἰδιον τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἣν καὶ νῦν ὑπενδῶμέν ποτε (πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι) μνήμη καταλελείψεται, annotat ista, τὸ ἧς πρὸς τὸ, μνῆμα καταλελείψεται, τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου. *Vocula* ἧς (inquit) *ad illa spectat,* μνήμη καταλελείψεται. *Caetera enim per parentheſin:* vel, *ad illa pertinet,* Vel, *ad illa tendit,* vel, *ad illa fertur.* Graeco autem, quod subaudiri possit, verbo nullum aptius in mentem venit, quam id, quod huic vltimo Latino, *fertur,* respondet. Nam verbum φέρεται in scholiis hunc vsum habere videmus. Perinde igitur erit ac si scriptum esset, φέρεται πρὸς τὸ μνήμη καταλελείψεται. Eodemque modo in praecedentibus locis, φέρεται πρὸς τὸ οὐ ἐπίῤῥημα, et φέρεται πρὸς τὸ ἔλεξε. Non ignoro, alioqui et τείνειν ac συντάττεσθαι aliquando de hac re dici, videlicet de vocabulo, quod cum alio iungitur: etiamsi interiecta quaepiam sint, quae aliquod inter illa interuallum ponant: sed potius dicendum est συντάττεται τῷ, quam πρὸς τό. Fieri tamen potest, vt hoc etiam modo loqui libi permittat.

Nec vero nihil de illa particula τὸ dicendum hic fuerit: illa (inquam), cuius vsus aliquot exempla in iis, qui allati sunt, locis habes. Cum ea certe, pro loco, vel hoc vel illud subaudiendum relinquitur. Ibi quidem, vbi dicitur, τὸ ἧς, apte ὑπακούειν poteris ἄρθρον. Alicubi vero subaudiri poterit ῥῆμα. Vt p. 137. col. 1. ἀπὸ κοινοῦ τὸ πιςεύει. Alicubi ἐπίῤῥημα, alicubi ἄρθρον. Alicubi etiam μόριον (ea in significatione, qua dicitur aliqua vox esse μόριον τοῦ λόγου, id est pars orationis) hunc vsum praestabit. Nonnunquam autem dicitur, ὁ δὲ, item ὁ καὶ, et ita in aliis, et tum intelligitur σύνδεσμος, id est *coniunctio.* Quod si dicatur ἡ πρὸς, vel ἡ παρὰ, vel alia eiusdem generis particula post articulum ponatur, subauditur πρόθεσις, id est *praepositio.* Verum ad articulum τὸ vt reuertar, hoc potissimum animaduertendum est, hunc articulum non vni tantum vocabulo, sed et pluribus praefigi: veluti quum dicitur, in eo, quod ex p. 58. allatum est, exemplo ellipseως verbi, τὸ γὰρ, δείξας τι χωρίον αὐτοῖς. Neque vero suspecti esse debent huiusmodi loci, quasi mendose singulare τὸ pro plurali τὰ in iis scribatur: sed hoc priuilegium dari articulo isti sciendum est: sicut et quum dicitur ἀντὶ τοῦ, pluribus etiam verbis sequentibus. Verum quod vel hic vel illic apte subaudiri queat, inuenire minus facile est. Nisi forte perinde esse putandum est, ac si diceretur πρὸς τὸ ἐπαγόμενον, vel πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον, vel πρὸς τὸ ἐπόμενον, vel πρὸς τὸ ἑξῆς. Sed vbi dicitur ἀντὶ τοῦ, et plura vocabula subiunguntur, magis laborandum est, vt inueniri queat, quod cum τοῦ subaudiamus. Ac quaestionem certe hic propono, in qua haerendum, fortasse vel illis ipsis, qui identidem hoc loquendi genere vtebantur, fuisset. Sed tantisper, dum aut mihi aut alii quidpiam aptius in mentem veniat, perinde esse aio, ac si diceretur, ἀντὶ τοῦ οὕτως ἔχοντος λόγου, vel, ἀντὶ τοῦ λέγεσθαι εἰωθότος. Falleretur enim (vt opinor), qui infinitivum λέγειν, vel εἰπεῖν, vel alium huiusmodi in locis omitti putaret. Litini dicere solent, *pro eo quod est.* Caeterum exempla horum verborum ἀντὶ τοῦ talem vsum ἐλλειπτικῶς habentium frequenter tibi occurrent: atque adeo in eo, quod proxime sequitur, huius capitis tmemate.

At vero vbi dicit, ὡς ἔνιοι, vel ὡς τινὲς, manifestum est subaudiri vel λέγουσι, vel Φασὶ, vel οἴονται, aut certe ἤκουσαν· quo vti illum dixi, volentem significare, *intellexerunt:* vel ἐδέξαντο, vt dicimus, *acceperunt.* Saepe autem praecedente particula ἤ haec ellipsis occurrit. Vt p. 480. col. 2. haec Thucydidis verba, καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες, duobus modis exponens, scribit, ἀντὶ τοῦ, προκοπὴν μεγάλην τῷ ναυτικῷ ςόλῳ παρασχόντες. Quibus addit, τουτέςι, πολλὰς ναῦς αὐτοῖς παρασχόντες εἰς τὰς ναυμαχίας. Deinde aliam expositionem illi subiungens, scribit, ἢ (ὡς τινὲς) ἐπὶ μέγα ἐν τῷ ναυτικῷ προκόψαντες. Atque vt hic legis ἢ (ὡς τινὲς), sic etiam leges ἢ (ὡς ἔνιοι) p. 397. Neque tamen negauerim, alicubi aliquid aliud potius dicendum esse ἐλλείπειν post illam particulam ὡς, subiunctum habentem aliquod nomen. Vt p. 7. postquam in hoc loco, ἔφερον γὰρ ἀλλήλους, verbum ἔφερον exposuit ἔβλαπτον, et adiecit ἐλήςευον, addit ὡς καὶ Ἡρόδοτος. Hic enim aliud quidpiam subaudiendum est: cuiusmodi fuerit verbum χρῆται, vel χρῆται τῇ λέξει, aut τίθησι τὴν λέξιν. Verum vt ad illam verbi λέγουσι ellipsin reuertar, alicubi vel hoc plurale vel singulare λέγει ipsene subaudiendum reliquerit, an librarius omiserit, dubitari potest. Vt p. 25. col. 1. ἀεὶ Θουκυδίδης τὸν πλέῖςον ἀρσενικῶς. Eodemque modo p. 53. ἀρσενικῶς τὸν πκραλογον. Sic etiam p. 43. col. 1. ἔδει γὰρ διὰ τοῦ δ. subaudi λέγειν, vel γράφειν, nisi librarius et hic verbum omiserit: sed potius scholiastem reliquisse ipsum subaudiendum, et in hoc loco, et in praecedentibus crediderim. Mire enim amat ellipses hic scholiastes non in iis tantum locis, qui huiusmodi sunt,

verum in aliis etiam, vt p. 54. col. 2. *πένητες γὰρ*, pro *πένητες γὰρ ἐσμέν*.

Illius autem ellipseως, quae est, vbi dicit, *ὃ μᾶλλον*, vel *ὃ καὶ μᾶλλον*, facta fuit antea mentio: sed adiecien dum est ad illa superiora, inueniri alicubi et haec, *ὃ καὶ μᾶλλον εἰκός*. Neque tamen *εἰκὸς* existimandum est id esse vocabulum, quod *ἐλλείπει* huic sermoni: sed potius *δεκτέον*, quemadmodum ibi dixi: praesertim quum etiam *καὶ δεκτέον τοῦτο* apud eum legamus.

Aliquid et de ellipsi, quae est in vsu illius aduerbii *ἄλλως*, cuius fuit antea facta mentio, dicendum est. Ac quum iam docuerim, quomodo Latino sermone suppleri posse videretur quod huic vocabulo deest, vel potius quod cum hoc vocabulo subaudiendum relinquitur, nunc, quid sermo Graecus possit *ὑπακούειν*, videndum est. Fortasse igitur perinde est, ac si diceretur, *ἄλλως ἐξηγοῦνται τινὲς*, vel *ἐξηγήσαντο*, vel, *ἄλλως ἐδέξαντο τινὲς*, aut etiam *ἤκουσαν* (nam horum itidem vtroque ita vti et hunc scholiastem, in praecedentibus admonui) *οὕτω δηλονότι*. Scio autem, *νοεῖν* quoque pro *intelligere* (ea in significatione, qua dicitur hac de re) in vsu esse: ideoque possit etiam dici, *ἄλλως νοοῦσι τινὲς*, vel *ἐνόησαν*.

HACTENVS de certis quibusdam verbis, seu loquendi generibus, quae apud hunc scholiastem frequenter occurrunt, et velut notae quaedam sunt scholicae: id est, scholiis conuenientes; de quarum vsu qui edoctus non erit, haerere in multis, quibus adhibitae sunt, locis cogetur.

Nunc autem alia quaedam ad horum lectionem pertinentia libet adiicere, de quibus si te commonefecero, vtiliorem tibi illam reddidero. Primum est de verbis contextus, quae inde excerpta scholiis inserta fuerunt, ea videlicet, in quae quidpiam est annotatum, in iis inde huc transferendis alicubi esse peccatum, idque tribus modis: a quorum vno in singulis (de illis loquor, in quibus peccauit librarius, cauendum sit. Nam vel pro iis verbis, ad quae ipsum scholium pertinet, id est, ad quorum expositionem scriptum est, alia omnino a librario translata inde fuerunt: vel partem eorum, siue aliquod saltem omisit: aut contra, quae plane superuacanea sunt, quum ad eorum vsque expositionem scholium non extendatur, adiecit. Ad primum illud peccatum quod attinet, exempla propemodum innumera inueniet, qui editiones aliorum, quae meam praecesserunt, cum ea conferet; nam (vt alibi dixi) in illis editionibus passim fere ea textus verba, quae alicui scholio praefixa sunt tanquam eo exposita, ab eo sunt prorsus aliena: aut, si mauis, scholium ab illis omnino est alienum: et interdum ex alio qui longissimo ab illis remotus est interuallo (atque adeo, ex alio quaedam libro), immigrarunt. Neque tamen prior mea editio nihil hac in parte emendandum huic reliquit: ac ne ab hac quidem nihil meis in haec scholia annotationibus relictum fuit: quod nonnulla partim non satis cautos oculos, partim indagationem meam subterfugerint. Quum autem in his annotationibus, non tantum quae hoc modo, sed etiam quae aliis duobus peccata sunt, et emendanda superfunt, vel omnia, vel magna saltem ex parte, emendem, cur potius exempla eorum huc asseram, quam tibi fumenda inde relinquam?

Ad illa igitur potius veniam, de quibus tibi monito vtiliorem horum Scholiorum lectionem futuram esse dixi. Ea sunt duo: vnum, plerasque vnico loco adhibitas non solum expositiones (ex iis etiam, quae minime vulgares sunt), sed *σημειώσεις* quoque, ad alios plerosque locos, si eas attente lectas memoriae mandaueris, esse tibi profuturas. Alterum hoc est, multa scholia, siue multas annotationes, non ea tantum verba Thucydidis, quae illis praefixa sunt, aut eam periodum aut periodi partem, cuius initium illis praefixit librarius, tibi exponere, sed vlterius progredi, aut insertas obiter et quasdam alio pertinentes expositiones includere.

Earum, quas multis posse locis accommodari dixi, expositionum habes exemplum in ea, qua *δῆμον* significare *δημοκρατίαν* dicit, p. 561. *δῆμον γὰρ νῦν τὴν δημοκρατίαν λέγει*. Multi enim aut etiam plurimi sunt alii loci, vbi *δῆμον* id significare comperies: quorum vnus est, vbi dicitur *τὸν δῆμον κατέλυσε*. Verum hoc incommode lectori cedit, quod plerumque non in primo, vbi occurrit vocabulum, loco, sed vel in extremo, vel quopiam, qui fere extremus est, sua illi expositio datur. Ad illud certe *δῆμος* quod attinet, multae ipsum habent paginae, quae illam 561. praecedunt. Ex quibus est p. 542. *καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Θάσον, τὸν δῆμον κατέλυσε*. Verum et in aliis, qui longissimo interuallo hunc praecedunt, locis vocabulum illud in *δημοκρατίας* significatione positum (illo tamen de eo tacente) inuenies. Idem vero et in quibusdam non inutilibus alioqui admonitionibus vsu venit. Earum e numero vna est in p. 535. nam quum ibi dicatur a Thucydide, *προσέθηκέ τε (ὡς ἐλέγετο) ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτου καὶ περὶ τῶν ἄλλων*, ab illo annotatur, *haec verba, ὡς ἐλέγετο, hic etiam adiecta sunt ad ostendendum, ipsum de rebus incertis non valde contendere*. Atqui loci hunc praecedunt quamplurimi, quibus admonitio ista non minus conueniebat, quum habeant et ipsi *ὡς λέγεται*. Illud quidem certe, quod hic ab eo dicitur, *hic quoque*, (nam id sonat *καὐνταῦθα*) Thucydidem his verbis alibi etiam talem vsum dare indicat. Nec vero dubitandum est, quin multas ad historiam pertinentes annotationes, multas de rebus necessariis admonitiones, multas multarum vocum explicationes habuissemus (praeter illas, quas habemus), si integra scholia ad nos peruenissent.

Quod autem multo alias aliis doctiores et sermone magis puro scriptas habemus annotationes, hoc inde fit, quod ex diuersis coaceruatae sunt hae reliquiae. Interim certe fatendum est, nonnullas tam doctas esse, tam paucis tamque propriis comprehensas verbis, vt vel propter eas (vtpote in quibus veterum scholiorum indolem agnoscimus) ei, cuius beneficio ad nos hae *ἐξηγήσεις* peruenerunt, magis agere gratias debeamus. Vnum ex quamplurimis eius, quam dixi, rei exemplum afferam, id quod mea mihi primum memoria suggessit. Id ex p. 159. sumam. Ibi enim narrante Thucydide, Timocratem Lacedaemonium, nauigantem, quum nauis frangeretur, gladio se transegisse (si tamen *ἔσφαξεν ἑαυτὸν* hoc potius, quam alio, interpretandum est modo) scribitur, *Λακωνικὸν*

Φρόνημα τοῦτο, μὴ ὑπ' ἐχθρῶν ἀξιοῦν ἀναιρεθῆναι. Fateor tamen, annotationem hanc multo etiam magis illam veterum scholiorum indolem prae se ferre potuisse, si hac breuitate scripta fuisset, *Λακωνικὸν τὸ Φρόνημα*, non adiectis quae sequuntur. Quid si vero ab alio adiecta caetera fuisse (praesertim quum etiam sit, quod illis opponi possit) dicamus? Sed de hac re plura, quum annotationibus meis locus ille propositus fuerit examinandus.

Non minus porro in istis, quam aliis scholiis (id est, in plerisque horum scholiorum locis) ac fortasse magis etiam, quam in vllis aliis, hoc tibi continget, vt quae expositio, simulatque fuerit lecta, displicuerit, eadem relecta placeat. Quinetiam sunt, quae primo adspectu videri ineptae tibi poterunt, quum, iis relectis et intellectis, non eas, sed te ipsum, sis accusaturus. Eo ex genere ista est, p. 60. col. 1. *Σκεψάμενοι] ἰδόντες, τοῖς ὀΦθαλμοῖς δηλονότι.* Annotantur autem haec in istum Thucydidis locum, *ἢ πέμψαι σΦῶν αὐτῶν ἄνδρας, οἵ τινες χρῃσοὶ, καὶ πιϛῶς ἀπαγγελοῦσι σκεψάμενοι.* Quid enim ineptius prima fronte videri cuipiam possit, quam, hoc *σκεψάμενοι* exponentem *ἰδόντες*, ei *τοῖς ὀΦθαλμοῖς δηλονότι* adiicere? An metuebat (inquiet), ne hoc de alia corporis parte, quam de oculis, intelligeremus? Sed audi: quo magis ineptum aliquid occurrit, et vel eo nomine a te accusatur, eo tua tibi accusatio magis suspecta sit. Documento certe hic esse locus potest. Nam ecce, si expositionem istam attente consideraueris, nihil certe in ea dici, quod dici non debuerit, animaduertes: sed dativum *τοῖς ὀΦθαλμοῖς*, quem ad participium *ἰδόντες* refers, ad alterum *σκεψάμενοι* referri a te debere. Perinde ac si diceret, verbum *σκέπτεσθαι*, non dicit hic (vt passim) de iis, qui mentis oculis *σκέπτονται*, sed de iis, qui oculis corporis. Fortasse igitur ita scriptam hic scholiastes expositionem istam reliquerat: *Σκεψάμενοι] ἰδόντες· σκεψάμενοι, τοῖς ὀΦθαλμοῖς δηλονότι.* Interim tamen, multa in his scholiis esse, si non inepta, at certe ineptis persimilia, multa, quae is, qui scripsit, non satis diligenter *ἐσκέψατο* (non iam *τοῖς τοῦ σώματος*, sed *τοῖς τῆς ψυχῆς ὀΦθαλμοῖς*, intelligo) haud equidem nego: ac, negare si velim, quae inter meas in illa scholia annotationes sunt censurae, mihi reclamantes habebo.

ANNOTATIONES

IN

SCHOLIA GRAECA,

CVM

AVCTARIO SCHOLIORVM.

ANTEQVAM ad horum scholiorum et mearum in illa annotationum lectionem venias, legisse te meam in illa *Proparaſceuen* velim, et non tantum, quae ad illa intelligenda te instruunt, in promtu habere, sed eorum etiam, quae de illis in fine illius tractatus dixi, meminisse: atque his ea, quae et in epistola de iisdem dixeram, adiungere. Hoc in primis veniat tibi in mentem oportet, a diuersis ea scripta esse, non tantum ab ANTYLLO, AESCVLAPIO, et PHOEBAMONE, sed ab aliis etiam, a quibus horum fieri mentionem videbis. Atque adeo pauciora ex aliquo trium illorum, quam ex aliis, esse scripta existimo. Vtcunque autem se res habeat, quam multis in locis mihi non satisfaciant, hae annotationes, simul etiam alia duo, quae promisi, praestantes, te docebunt. Quod si cui durum tertium illud videbitur, quo censura agi in ea dicitur, ego me in ea tantum inquirere sum dicturus.

Titulus est hic (vt vides) *Σχόλια παλαιὰ καὶ ξυνοπτικὰ εἰς ὅλον τὸν Θουκυδίδην.* Id est, *Scholia vetusta et compendiaria in totum Thucydidem.* Quem titulum non itidem vetustum esse puto, sed longo post tempore a quopiam scriptum. Illa quidem certe potissimum, quae huic titulo adiungi dixi, *ὧν χωρὶς οὐκ εὐξύνετος ὁ ξυγγραΦεὺς* (id est, *sine quibus non facile Historicus hic intelligi potest*), nihil minus, quam aliquam tituli vetustatem, prae se ferunt: non tam quod ad verba, quam quod ad rem ipsam attinet. Nam et breviores et modestiores antiqui librorum, praesertimque huiusmodi scriptionum, tituli erant. Fateor, alioqui, quod titulus ille praedicat, in multis *Thucydidis* locis posse verum comperiri. Sed qualia sint haec scholia (quantum quidem iudicare possum), a me partim iam dictum est, partim vero exemplis in his annotationibus ostendetur. STEPHANVS.

Pag. 3. *Verſ.* 1. Πάντως μέμνηται τοῦ οἰκείου ὀνόματος κατ' ἀρχὰς, ἀντιδιας. etc.] Hic ita videtur vti adverbio πάντως, vt eſſe vſum *Thucydidem* p. 342. ſcribit: videlicet pro ἐξ ἀνάγκης. Perinde ac ſi diceret, *neceſſe Thucydidem habuiſſe, nominis ſui mentionem in principio operis ſui facere, partim vt ſe ipſum ab aliis diſtingueret, qui iisdem annis cognomines erant: partim etiam ne alius quispiam hiſtoricum illud eius opus ſibi vindicaret.* Obſerua autem, quum dicendum eſſet, ἅμα μὲν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, aut certe ſimpliciter, ἅμα μὲν τούτου ἕνεκεν, noue dixiſſe, ἅμα μὲν τῆς αὐτῆς αἰτίας ἕνεκεν. Caeterum pro ἐν τοῖς ἔτεσιν ſcribo ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔτεσιν, quam lectionem in mea illa huius loci interpretatione agnoſces.

Verum hic eorum te meminiſſe oportet, quae de hoc loco in principium Prooemii *Thucydidis* dixi: in ea verba videlicet, Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. Ibi enim quum dixiſſem, ſuſpicari me, vel potius perſuaſum habere, ſcriptum a *Thucydide* fuiſſe, Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου Ἀθηναῖος, et rationem huius meae emendationis attuliſſem: ſimul etiam inquiens, eſſe veriſimile, quum et alii eodem forent tempore, qui nomen idem haberent, eum aliquid, quo ab illis diſcerni poſſet, adiunxiſſe: illis adieci, id quod eſſe veriſimile dicerem ab ipſo *Scholiaſte* tanquam certum tradi. Ab illo enim ſcribi, *Thucydidem* voluiſſe diſcrimen ponere (nam et ita interpr. ἀντιδιαστέλλειν) inter ſe et alios, qui idem eodem tempore nomen habebant. Vnde etiam poſſe colligi, illum quoque, ita vt legendum mihi videri dicebam, legiſſe: videlicet, Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου· quum alioqui nullam ἀντιδιαζολὴν poſuiſſe videri poſſit. Ideoque non dubitare me, quin ab illo ſcriptum fuerit, Πάντως μέμνηται τοῦ οἰκείου καὶ τοῦ πατρὸς (vel, τοῦ τοῦ πατρὸς ὀνόματος. Vnde autem ortam eſſe hanc apud iſtum *Scholiaſtem* deprauationem exiſtimarem, ibidem declaraui. Nunc certe τῆς γνώμης (vt apud *Thucydidem* noſtrum loquitur Pericles) τῆς αὐτῆς ἔχομαι· illud tantum adiiciens, mihi obiecturum fortaſſis aliquem, ſatis magnum hoc ſtatui a noſtro ſcriptore diſcrimen, quod ſe Athenienſem dicat. Verum in promtu eſt aduerſus obiectionem illam reſponſio, ex tribus reliquis *Thucydidis* vnum ſaltem fuiſſe itidem Athenienſem: eum nimirum, cuius ab hoc ſcriptore fit mentio p. 75. καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ὕστερον προσεβοήθησαν τεσσαράκοντα μὲν αἱ μετὰ Θουκυδίδου καὶ Ἄγνωνος καὶ Φορμίωνος νῆες, εἴκοσι δὲ αἱ μετὰ Τληπολέμου καὶ Ἀντικλέους. Hic autem ſit neceſſe eſt quem *Marcellinus* δημαγωγὸν fuiſſe et Pericli διαπολιτεύσασθαι ſcribit: (niſi potius συνδιαπολιτεύσασθαι, aut συμπολιτεύσασθαι dicendum eſt, vt apud eum διεπολιτεύσατο, in συνδιεπολιτεύσατο, aut συνεπολιτεύσατο mutetur) vbi quatuor *Thucydidas* enumerat. Idem. Hic ſcripſerat neſcio quis in margine exemplaris Cl. *Waſſe: Non intellexit Stephanus, quid eſſet* διαπολιτεύσασθαι. *Vide Caſaubonum ad Polyaen.* I, 21, 3. Oſtendit ibi *Caſaubonus*, in *Polyaeno* non raro διαπολιτεύεσθαι legi pro ἀντιδιαπολιτεύεσθαι, et in eumdem ſenſum locum *Marcellini* accipit.

2. Ἄλλο γράψαι] Ἄλλο ἐξὶ γράψαι, et mox τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ἑ. π. λ. *Reg.*

3. Ξυγγράψαι, τὸ μετ' etc.] Ante illud ξυγγράψαι apte poſitum fuiſſet ἄλλως· nam haec ſiue ſint eiusdem, ſiue alius, ſunt certe aliam inter γράψαι et ξυγγράψαι differentiam proponentis. Prius enim dicitur, aliud eſſe γράψαι, et aliud ξυγγράψαι· nam γράψαι *quidem de vna re dici, at* ξυγγράψαι, *de multis.* Poſtea vero additur, ξυγγράψαι, eſſe, *adhibita diligentia et adhibito ſtudio componere: at* γράψαι, eſſe, *ſimpliciter et abſque diligentia.* Qui locus occurrit primus ex eorum numero, in quos eſſe inquirendum aio; ſic tamen, vt fatear, poſteriorem differentiam propius ad veritatem accedere, quam priorem. Id ſaltem ferri poſſe videtur, quod de compoſito ξυγγράψαι dicit: ſed de γράψαι dicendum potius fuiſſe, *tam de iis dici, qui adhibita diligentia, quam de iis, qui negligenter id faciunt.* Hoc certe conſtat, potius, vbicunque ξυγγράψαι locum habet, ibi et γράψαι locum habere, quam vice verſa. Sed quid de his verbis, τὴν ἀλήθειαν ἀνευρεῖν, dicemus? Dicendum fortaſſe fuerit, inter ipſa et aduerbium ὁμαλῶς nonnulla deeſſe, cum quibus ea iungebantur. Quorſum tamen veritatis inueniendae mentio fieri debeat, vbi agitur de ſignificatione verbi γράψαι, ne ſuſpicari quidem poſſum: alioqui deſiderari tantum dicerem ὥςτε inter ἐπιμελῶς et ἀλήθειαν ἀνευρεῖν. Ne iſtud quidem omittendum, ſcribendum paulo ante, τὸ μὲν γράψαι· cui reſpondeat, τὸ δὲ ξυγγράψαι. Alioqui τὸ μὲν, quum ad vicinius referri ſoleat, et ipſum de verbo ξυγγράψαι intelligere neceſſe foret: quod nullo fieri modo poteſt. Steph.

V. 5. Οὐ μάτην] Quod dicit, οὐ μάτην πρόσκειται, intellige de his verbis, πρὸς ἀλλήλους, *ea non fruſtra eſſe adiecta.* Nam *et bellum* (inquit) *aduerſus Xerxem eorundem erat* (videlicet Athenienſium et Peloponnenſium), *ſed non eorum inter ſe erat.* Idem.

6. Ἀλλ' ἁπλῶς] Scribendum potius ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς· quum praecedat οὐ μόνον. Idem. Ad voc. μέγαν e *Reg.* ἢ τῷ χρόνῳ, ἢ τοῖς πράγμασιν, adnotarat *Roſtgaardus.*

V. 7. Πῶς ἤκμαζον] *Quomodo* (inquit) *vtrique omni ad bellum apparatu florebant, ſi Peloponnenſibus pecuniae deerant?* Quaeſtionem proponit, quam non ſoluit: quod et alibi facit. Ego vero aliam de hac ipſa proponam, quid hunc *Enarratorem* ad mouendam quaeſtionem iſtam impulerit, et vnde Peloponnenſes pecuniarum inopia laboraſſe didicerit. Verum non longe abeundum eſt, vt inueniatur locus, ex quo iſtud collegiſſe videri poteſt. Nam p. 16. ſcribit *Thucydides*, Lacedaemoniorum ſocios non fuiſſe illis tributarios, quum Athenienſibus tributum ſui penderent. Sed ſi non alio, quam hoc, nitens argumento dixit, Peloponnenſibus pecunias defuiſſe, non eſt certe, quod fidem illi habeamus: quum alii poſſent illis viciſſim eſſe πόροι, qui Athenienſibus non eſſent. Hoc quidem certe nullo credibile modo eſt, dicturum fuiſſe *Thucydidem*, vtrosque omni ad bellum apparatu floruiſſe, ſi Peloponnenſes a pecuniis imparatos fuiſſe ſciuiſſet: quum et ipſe pecunias pro belli neruis habere ſe oſtendat, cum alibi, tum vbi ſcribit, τὰ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατεῖσθαι. Audimus

vero et Hermocratem dicentem apud eundem, p. 400. χρυσὸν γὰρ καὶ ἄργυρον πλεῖον κέκτηνται, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καὶ τἄλλα εὐπορεῖ. STEPH. Non possum diuinare, quid *Scholiastem* ad mouendam quaestionem istam impulerit, et vnde Peloponnesios pecuniarum inopia laboransse didicerit. Locus, ex quo istud collegisse videtur, exstat (vt censet *Steph.*) p. 16. vbi scribit *Thucydides*, Lacedaemoniorum socios non fuisse illis tributarios, quum Athenienſibus tributum sui penderent. Sed (vt inquit *Idem*) si non alio, quam hoc, nitens argumento dixit, Peloponnesios pecunias defuisse, non est certe, quod fidem illi habeamus: quum alii possent illis vicissim esse πόροι, qui Athenienſibus non essent. Verum si respiciat (vt putat *Acacius*) ad Orationem Archidami, bellum Lacedaemoniis dissuadentis, ab inopia pecuniarum etc. regeri potest, hunc, vt alia, sic inopiam quoque suorum, vltra modum exaggerasse; quin et eius argumenta contraria oratione eleuasse Sthenelaïdem. Praeterea (vt ait *Steph.*) nullo modo credibile est, dicturum fuisse *Thucydidem*, vtrosque omni ad bellum apparatu floruisse, si Peloponnesios a pecuniis imparatos fuisse sciuisset: quum et ipse pecunias pro belli neruis habere se ostendat plurimis in locis. HVDS.

Pag. 5. vers. 1. Συνεμάχουν] Συνεμάχοντο Ἀθηναίοις. οἱ δὲ μετὰ αὐτὰ Ξέρξου. *Rostg.*

3. Οὔτε ἐς τὰ ἄλλα] Οἷον τὰς ἐκλείψεις καὶ τοὺς σεισμούς *Rostg.* Paullo ante ad voc. ξυμβαίνει in *Thucydide* haec adnotauerat *Rostg.* ξυμβαίνει, ἀντὶ τοῦ συνάγεται καὶ συγκεφαλαιοῦται. τὸ δὲ ἐπὶ μακρότατον ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολὺ καὶ συνεχῶς καὶ ἐπιμελῶς κεῖται. Eadem Vir Doctus, qui *Thucydidem* scriptum Bibliothecae Regiae cum *Edit. Hudsoni* contulerat, descripserat.

ib. Οὐ πάλαι βεβαίως· [quae verba olim Scholio praefixa fuerunt] Οὐ βεβαίως ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων. ἢ μὲν οὕτως. Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη. *Rostg.*

P. 7. v. 1. Πρὸ τούτου] Quem non hoc solo, sed aliis quoque locis animaduertere licuit, errorem, nempe quod interpretationes adscriptae minus illis, quae numeri designant, Historici verbis conueniant, sed vicinis potius, siue antecedentibus, seu sequentibus, nolim Scholiorum auctori attribuere, sed vel primis, qui ea typis exscripserunt, editoribus, vel Codicibus, quos ante oculos hi habentes, oscitanter potius, quam religiose, omnia vt inuenerant, expressserunt: sic nimirum eam, quae hic exstat, expositionem referas potius ad verba praecedentia: ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη. Quippe quibus recte opponitur hoc: πρὸ τούτου γὰρ κατὰ μέρος καὶ κατὰ ἔθνη ἐκαλεῖτο. GRAMMIVS.

ib. Τὸ δὲ σχῆμα etc.] Schema τοῦ ὁμοιοκαταλήκτου. id est *similiter desinentis*, vel (si ita loqui liceret) *similis desinentiae*, est in οἰκουμένη et in καλουμένη. Habes enim ὁμοιοκαταληξιαν in locis valde vicinis, quum audis, Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη. Hoc autem schema, Γόργιον (sed malim Γόργειον aut Γοργίειον) vocari ait. Atque ideo vocatum ita credibile est, quod *Gorgias Leontinus* crebrius, quam alii, eo vteretur: fortasse autem non solum crebrius, sed etiam κατακόρως, (vt de *Hipponacte* enarrator *Aristophanis* loquitur: dicens, *tetrametrum Hipponacteum* ita vocatum fuisse, διὰ τὸ κατακόρως αὐτὸν τούτῳ χρήσασθαι) nam et *Dionysius Halicarnasseus* τοὺς περὶ Γοργίαν in talibus πλεονάσαι scribit, hunc et ipse locum affe.ens. Scio, alioqui esse, qui ita dictum putent, quod *a Gorgia* inuentum fuerit: sed eos falli constat. Idem porro schema vocatur etiam ὁμοιοτέλευτον et ὁμοιόπτωτον, siue plurali numero ὁμοιοτέλευτα, et ὁμοιόπτωτα (quas voces Latini expressserunt, quum *similiter desinentia* et *similiter cadentia* dixerunt), sicut et multitudinis quoque numero ὁμοιοκατάληκτα dicitur. Caeterum eam, quae ab hoc nostro *Scholiaste* Γόργιος vocatur παρίσωσις, in huius libri finem, idem illi esse schema, mox docebo. Falso autem eundem credidisse, adeo delectatum esse nostrum *Thucydidem* hoc schemate, vt etiam ad illud efficiendum vocem superuacaneam φιλέταιρος posuerit in illo tertii libri loco, τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη, quum ad ipsum venero, probare conabor. Scio, alioqui et a *Dionysio Halicarnasseo* nostrum hunc *Scriptorem* de huius schematis vsu reprehendi, vel potius irrideri: quippe qui, hunc locum, sicut et alios, in exemplum afferens, esse in iis dicat μειρακιώδεις σχηματισμοὺς τῶν ἀντιθέτων τε καὶ παρομοίων καὶ παρισώσεων. Vbi obserua etiam duas appellationes, παρόμοια et παρισώσεις, quae illis, quarum mentionem feci, addi possunt. Posteriorem quidem certe et apud hunc *Scholiastem* habes duobus in locis: pro cuius vocabulo ὁμοιοκατάληκτον dicitur et ἰσοκατάληκτον. Caeterum idem *Dionysius* τοὺς περὶ τὸν Γοργίαν in illis schematismis πλεονάσαι scribit: atque idem non minus *Platonem*, quam *Thucydidem*, de illorum vsu reprehendit: pro quorum vtroque vide quae a me in quodam *Schediasmatum* dicuntur. STEPH Hoc in editis *Stephani* Schediasmatibus non puto inueniri.

V. 2. Οὐκ εἶπε δυνατῶν] Ineptit *Scholiastes:* quasi vero οἱ πλείονες non essent simul δυνατοί, quandoquidem praeualuerint? Nonne etiam his ipsis δυνάμεις μείζους tribuit eod. cap. v. 32? GRAMM.

4. Ἡ περιοχή] De hoc loco agit *Stephanus* in Praefatione p. 577. [471 h ed.]

V. 8. Ἐπικρατεῖ] Ad voc. ἀναγκαίου, quae vers. praeced. in *Thucydide* legitur, in *Reg.* scriptum erat, Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἀναγκαίας.

P. 9. v. 2. Ὅση ἦν ἀρίζη] Non videtur necesse, verba ὅσα ἦν ἄρισα istis exponere, ὅση ἦν ἀρίζη (quae praecedunt apud *Thucydidem*) aut ὅση ἦν κρατιση· quum subaudiri commode possit μέρη vel χωρια cum κράτισα. Ita certe loquitur et p. 378 καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐποίησαν καλεῖσθαι, καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες. STEPH.

ib. Τὰ στρατεύματα] Αἱ δυνάμεις redduntur τὰ στρατεύματα praeter Auctoris mentem, quam rectius assecutus *Interpres* Latinus. GRAMM.

Ibid Οὖσαν, ἀντὶ τοῦ εἶναι] Licet participium infinitiui locum saepe occuper, tamen hic etiam occupare, non libenter cum isto *Enarratore* dixerim: si quidem οὖσαν cum ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖζον iungere liceat, et intelligere

ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖζον χρόνου. STEPH. Apparet, *Scholiaſten* particulas ἐκ τοῦ conſtruxiſſe cum participio οὖσαν· male. Pertinent enim ad ἐπιπλεῖζον, ſcil. ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖζον χρονου· id quod monuiſſe etiam video *H. Stephanum*. GRAMM. Ἐπιπλεῖζον in *Caſſ* exponitur ἐξ ἀρχῆς.

2. Ὁ νοῦς] Poſt ὁ νοῦς, quo ſignificatur (vt antea docui) *ſenſus eſt*, ſolent ſequi verba quae locum exponunt: ſed hic interiiciuntur illa, οἱ μὲν, οὕτω, quibus reſpondent illa, ἄλλοι δὲ οὕτω. STEPH.

4. Ἄλλοι δὲ οὕτω] Poſteriorem hanc expoſitionem, quam recte ſequitur et in ſubiecta expoſitione illuſtrat *Aemil. Portus*, Auctoris verbis magis conuenire iudico priore illa, quae *Acacio*, vt videtur, impoſuit, ac forte etiam Interpreti Gallico *Perrotto Ablancourt*. GRAMM.

8. Οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν εὐθὺς] Initio potentiſſimos quosque Graeciae, bello pulſos, aut ſeditione aliqua, intra vrbem recipientes, ciuitate donarunt; atque ita effecere, vt immenſus habitantium numerus eſſet, imo aduenas qualescunque ſtatim ciues faciebant. Verum poſtea cum multitudine ſua laborarent, reſtrinxere; ac ſtatutum, ſi quem honorare vellent, huic tantum vt ius ciuitatis iure largirentur. Vide *Meurſium* de Fortuna Attica. c. 5. HVDS.

Ib. Οὐχ ἥκιςα] Ante ſcholion ad verba οὐχ ἥκιςα in Schedis *Roſtgaardi* haec adnotata erant ad vocem Ἰωνίαν (recepta a Gottl.) Προληπτικὸν ἐςι σχῆμα, ὅταν τὸ συμβὰν ὕςερον προλαβόντες καλέσωμεν. ὃ γὰρ ξυνέβη μετὰ τὴν οἴκησιν τῶν ἀνδρῶν· λέγει δὲ τὸ κληθῆναι Ἰωνίαν· τοῦτο αὐτὴν προσηγόρευσε, πρὶν ἐκπεμφθῆναι τοὺς ἄνδρας, προδιδοὺς καὶ προχαριζόμενος τὴν προσηγοριαν ταύτην τῇ χώρᾳ. οὐ γὰρ οὔσης πρὸ τούτου τῆς Ἰωνίας ἀπέςειλαν ἐκεῖσε τὸν ὄχλον οἱ Ἀθηναῖοι, ἐφ' ᾧ κτίσειν καὶ οἰκῆσαι τὴν γῆν. καὶ οἱ πεμφθέντες κατοικῆσαι οὕτω καλεῖσθαι τὴν χώραν ὕςερον παρεσκεύασαν. Τοῦτο δὲ καὶ Ἀριςείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ ἐποίησεν εἰπών· λυσαμένη τὴν ζώνην ἐν Ζωςῆρι τῆς Ἀττικῆς. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· πολλῶν καταφυγόντων εἰς τὴν Ἀττικὴν διὰ τὸ ἀσφαλὲς εἶναι τὸ χωριον, τοσοῦτον ἐγένετο πλῆθος, ὥςε τῆς Ἀττικῆς ξενοχωρουμένης, καὶ μὴ οὔσης ἱκανῆς τρέφειν τὸν ὄχλον, ἀνάγκη γέγονε μερίσαι τὸ πλῆθος, καὶ εἰς ἀποικίαν ἐκπέμψαι. οὗτος δὲ προληπτικῶς χρησάμενος εἶπεν εἰς Ἰωνίαν ἔπεμψαν. Locus *Ariſtidis* eſt Tom. I. p. 169. *Ed. Cant.* Vid. *Meurſium* de Pop. Att in Ζωςῆρ. Deinde in iisdem ad voc. εἶχεν, quae legitur verſ. 48. in contextu *Thucydidis*, ſcriptum erat, ἀντὶ τοῦ ἔχειν· ad καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι v. 49. ἀντὶ τοῦ οὐδ' ὅλως εἶναι· quae et *Caſſ.* habebat; et ad ἄλλα τε v. 50. οἷον Θεσσαλοὶ, Βοιωτοὶ, Ἀργεῖοι. ἢ ἐπὶ πλεῖζον μέρος τῆς Ἑλλάδος, ἢ ἐπὶ πλεῖζον χρόνον ἐκλήθησαν Θεσσαλοί· e quibus quae poſt Ἀργεῖοι ſcribuntur, pertinent ad ἐπιπλεῖζον, quod poſt Πελασγικὸν eſt in *Thucyd.*

P. 11. v. 2. Πελασγοὶ μόνον] In *praeced. edit.* legitur πελάσγιοι, pro πελασγοί· ſed puto, et alium errorem ſupereſſe; nam haud μόνον ſcriptum ab hoc *Enarratore* fuiſſe, ſed nomen alicuius Graecae gentis. STEPH. Non vid o quid hic erroris ſit in voce μόνον. Pelasgi, ait *Scholiaſtes*, tantum vocabantur Pelasgi, Boeotii tantum Boeotii; Argiui tantum Argiui, et ſic ceteri; non vno communi nomine Ἕλληνες appellabantur.

ib. Ἕλληνες] Poſt haec ad verba *Thucydidis* Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, in *Roſtg.* erat Ἕλληνος παῖδες Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴολος. ὡς φησὶ καὶ Ἡσίοδος, Δῶρόν τε, Ξοῦθόν τε, καὶ Αἴολον ἱππιοχάρμην Haec ex *Heſiodi* Heroica genealogia adfert *Tzetzes* ad Lycophronem v. 285. [Recepit Gottl.]

P. 13. v. 1. Οὐκ ἀπὸ γραφῆς] Mendum ſubeſt huic loco, et quamuis menti eius conuenire videatur haec lectio οὐκ ἀπὸ κοινῆς δόξης ἁπάντων, tamen, quod in voce γραφῆς vix vlla ſeruentur vocis κοινῆς veſtigia, aliam emendationem deſiderare hunc locum exiſtimo. STEPH. Verbis γραφῆς δόξης mendum ſubeſſe, iam olim annotavit *H. Stephanus*, nondum, quo emendaret modo, certus. Fortaſſe γραπτῆς δόξης Scholii auctor h. l. ſcripſerit. GRAMM. Coniecturam *Stephani* videtur probaſſe *Salmaſius* in libro de Helleniſtica p. 348. vbi hunc locum ita interpretatur: *Mens Thucydidis eſt*, τῇ ὁμιλίᾳ, *id eſt, communi priuatorum ſermone, vocatos potius fuiſſe* Ἕλληνας, *qui in ſingulis vrbibus ex genere* Ἑλληνικῷ *habitabant, aut qui coloni ex Theſſalia venerant, quam generaliter in id nomen conceſſiſſe omnes Graeciae regiones, quas incolebant. Exempli gratia, Dores, qui περιχωρον Parnaſſi montis inſederant, a vicinis populis* Ἕλληνες *vocabantur, quia* Ἑλληνικοῦ *generis erant, quod ex Theſſalia ad ea loca habitatum venerat. Scholiaſtes Graecus interpretatur* ὁμιλίᾳ μᾶλλον οὐκ ἀπὸ κοινῆς δόξης ἁπάντων. *Qui ſciebant, eos ab Hellenibus deſcendiſſe,* Ἕλληνας *nuncupabant, non omnium generali notione ita vocabantur.* Οὐκ ἀπὸ γραφῆς καὶ δόξης *Schol. Caſſ.* Ab eodem abſunt haec καλεῖσθαι μᾶλλον Ἕλληνας.

5 Ἐν ἑτέρῳ] Intellige, ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ, vel ἀντιγράφῳ. *Ita* (inquit, *in altero exemplari, et recte quidem, ſcriptum eſt.* Sed ratio, quam affert, ob quam ſibi ſcripturam hanc, non alteram, probari oſtendit, minime admitti poteſt: quum ſit falſum, quod ſcribit, ſatis eſſe, πολλῷ de tempore dicere, et ὕςερον ei per pleonasmum adiici: et contra poſt πολλῷ, vbi de tempore dicitur, neceſſe ſit, vel ὕςερον vel πρότερον, vel aliquid huiusmodi addi. STEPH.

6. Νενόθευται] Verbum νενόθευται ſignificat, *pro notho ſeu ſpurio habitum fuit*, vel, *tanquam nothum reiectum fuit*. Scimus enim, apud *Homerum* quosdam verſus eſſe, qui νόθοι (id eſt *ſpurii*) vocantur, tanquam ὑποβολιμαῖοι, id eſt, *ſuppoſititii*. τὸ γὰρ Ἐγχείη etc. iſtud enim (inquit) Ἐγχείη etc. *nothum fuit exiſtimatum*, a criticis videlicet. Perinde ac ſi dixiſſet, τὸ γὰρ Ὁμηρικὸν ἔπος, vel τοῦτο γὰρ τὸ Ὁμηρικὸν ἔπος. Eſt enim *Homeri*, aut ſaltem apud *Homerum*, verſus in Boeotia,

Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαςο ἀν' Ἕλληνας καὶ Ἀχαιούς.

Sed apud illum, in iis, quae a nobis verſantur, exemplaribus legimus Πανέλληνας, non ἀν' Ἕλληνας· vt taceam de ἐκέκαςο, pro quo hic ἐκέκαςον habemus. Quae autem in ſuperioribus horum Scholiorum editionibus inter Ἐγχείῃ et illud ἐκέκαςον lacuna eſt, repletur inſerendo

coniunctiuam illam particulam: quamuis alioqui lacunae illius ſpatium multo longioris vocabuli ſit capax. Caeterum non ſolum hic verſus, ſed etiam is, qui eum proxime praecedit, a *Zenodoto* quoque nothus fuit iudicatus: vt teſtatur *Euſtathius*, qui et reclamatum illi fuiſſe ſcribit. De hac autem controuerſia, nec non de illa lectionis diuerſitate, in vno meorum Schediasmatum diſſeritur. IDEM. In optimis *Homeri* exemplaribus ſic legitur Iliad. β'. 530. Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς. *Ariſtarchus* vt nothum reiiciebat omnino hunc verſum, vt notat *Auctor* breuiorum Scholiorum ad hunc verſum *Homeri* Iliad. ι'. 395. Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. Vide *Palmerii* Gr. antiq. p. 10. et 15. et *Stephani* Schediasmata. HVDS. Quaenam ſint illa Schediasmata *Stephani*, ad quae nos ablegat *Hudſonus*, non ſcio. In illis ſex ſchediasmatum libris, qui exſtant, nihil de his legitur. In *Cod. Caſſ.* poſt νενόθευται haec addita erant, τὸ γὰρ βαρβαροφώνων Καρῶν νενόθευται. Eſt ex *Homeri* Iliad. β'. 867. Sed pertinet ad illa, quae paullo poſt dicit *Thucydides*, οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους εἴρηκε. Neque tamen vel *Euſtathius*, vel *paruus Scholiaſtes* Homeri, vel quisquam alius, quod ſciam, adnotauit, hunc verſum *Homeri* pro ſuppoſiticio habitum. Alia ratione *Thucydidem* defendit *Salmaſius*. Vide Notas ad h. l.

7. Ἀντίπαλον καὶ τὸ ἴσον etc.] Dicit, vocem ἀντίπαλος ſignificare et ἴσον et πολέμιον: opponi enim Graeco barbarum. Fortaſſe deſunt aliqua verba, et ita ſcripſiſſe illum credendum eſt, ἀντίπαλον καὶ τὸ ἴσον καὶ τὸ πολέμιον. ἐνταῦθα δὲ πολέμιον. ἀντίκειται γὰρ τῷ Ἕλληνι ὁ βάρβαρος, hoc ſenſu, *vox* ἀντίπαλον *alicubi* ἴσον, id eſt aequale, *alicubi* πολέμιον, id eſt aduerſarium, *declarat: ſed hic* ſonat πολέμιον· *opponitur enim Graeco barbarus.* STEPH. Sic *Heſychius:* Ἀντίπαλον, ἐναντίον, ἐχθρὸν, Θουκυδίδης. *Suidas*, Ἀντίπαλον τρία σημαίνει, τὸ ἐναντίον, καὶ τὸ ἰσόπαλον, καὶ τὸ ἰσόροφον. HVDS.

8. Ὁ βάρβαρος] Τὸ βάρβαρος. *Caſſ.*

P. 15. V. 1. Διὰ τριῶν συγκρίσεων] Haec omnia vſque ad τό τε λῃστικὸν abſunt a *Caſſ.* Ad ἐπιπλεῖον autem, quod eſt p. 5. v. 71. haec adnotantur: ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολὺ μέρος, ὃ ἐστιν ἐπὶ πολὺ μέρος τῆς ἐκράτησεν . . . . ἢ ἐπιπλεῖον ἀντὶ τοῦ πάνυ.

V. 8. Λῃστικὸν τὸ σύγημα etc.] Intelligit, λῃστικὸν quidem ſcribi, quum ſignificatur ipſum σύγημα, (ſubaudi, τῶν λῃστῶν, id eſt latronum) hoc eſt, quum dicitur de ipſo coetu, ſeu ipſa manu latronum: at vero λῃστικὸν, quum κτῆμα declaratur, id eſt, quum dicitur de aliqua re, quae a latronibus poſſidetur. Verum hoc diſcrimen ſemper ſeruari, vix crediderim: atque adeo lectio altera, τό, τε λῃστικὸν, ei fidem derogat. Vide, quae in *Thucydidem* de hac voce fuerunt annotata. STEPH. Infra p. 12. Λῃστικὸν τὸ σύγημα τῶν λῃστῶν· τὸ δὲ μετὰ τοῦ ρ τὸ κτῆμα τῶν λῃστῶν *Caſſ.*

9. Ἡ γὰρ μὴ λῃστευομένη] At mentem Auctoris hanc dicimus, Minoa praedones ſuſtuliſſe ac latrones, non tantum, vt libere tutoque ea, quae penderent Regi, habitatores inſularum colligerent, ſed vt *commodius facilius-que peruenirent ad ſe* αἱ πρόσοδοι. Adeoque recte hic Gallicus: *il trauailla a nettoyer la Mer de pirates, pour aſſûrer ſes reuenus.* GRAMM. Poſt προσόδους *Caſſ.* λείπει δὲ ἡ ὑπέρ.

10. Ἤπειρος τριχῶς etc.] Non dubium eſt, quin omiſſa quaedam hic ſint, poſt θαλάσσης· nam quum eſſe tria ſcripſerit, de quibus dicatur ἤπειρος, vnum tantum, huius vocabuli vſum affert, eum videlicet, quo mari opponitur, (vt Latine *continens*, ſiue *terra continens*) adeo vt manifeſtum ſit, alteras duas ſignificationes a librario eſſe praetermiſſas. STEPH. In *Caſſ.* poſt θαλάσσης haec addebantur: ἢ Ἀσία κατ' ἐξοχήν. καὶ μέρος τι τῆς . . . . . Κεφαλληνίαν. Atramentum ita euanidum erat, vt omnia legi non poſſent. De voce ἤπειρος lege *Spanhemium* ad Iulian. Orat. I. p. 122.

12. Θουκυδίδης, καὶ τὸν etc.] His verbis, Θουκυδίδης, καὶ τὸν πλεῖζον τοῦ χρόνου, intellige *Thucydidem*, ſicut dicit hic τὸν πλεῖζον τοῦ βίου, ita etiam alibi τὸν πλεῖζον τοῦ χρόνου. Locus autem eſt in hoc ipſo libro, p. 24. τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖζον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐπεκράτουν τῆς θαλάσσης· vbi idem *Enarrator* nos admonet, *Thucydidem* ſemper τὸν πλεῖζον dicere ἀρσενικῶς, id eſt, genere maſculino. Ideo autem hac de re ab illo monemur, quod alioqui ſuſpectam habere exemplarium fidem hic et illic poſſimus: quum alii potius τὸ πλεῖζον dicere in huiusmodi locis ſoleant, ſubaudientes nimirum vel διάζημα vel μέρος, praeſertim vbi ſequitur genitiuus χρόνου. Nam vbi ſequitur βίου, aut alius huiusmodi, μέρος quidem, at non item διάζημα poſſumus ὑπακούειν. Caeterum ad illa *Enarratoris* verba quod attinet, Θουκυδίδης, καὶ τὸν πλεῖζον τοῦ χρόνου, non plenam eſſe hic ſcripturam exiſtimo: ſed ipſum *Enarratorem* ſcripſiſſe, Οὕτω Θουκυδίδης, ὡς καὶ τὸν πλεῖζον τοῦ χρόνου, aut certe tale quid ab eo ſcriptum fuiſſe, ſubaudiendum nobis relinquente verbum λέγει (vel aliud huiusmodi), ſicut et in illo altero p. 24. Alioqui dixerim, non abſimile vero eſſe, reponendum Θουκυδίδειον pro Θουκυδίδης· et ſequi debere, ὡς καὶ τὸν πλ. STEPH. *Caſſ.* Οὕτω Θουκυδίδης, vt volebat *Stephanus*. Οὐ Θουκυδίδης voce truncata *Roſtg.* Nec puto neceſſe eſſe, addi ὡς.

Pag. 17. *V.* 1. Καλῶς ἀντὶ τοῦ etc.] Expoſitionem hanc aduerbii καλῶς, ſicut et alias plerasque, alius cuiusdam aut aliorum quorundam eſſe exiſtimandum eſt, quam eius, a quo inſignes multas habemus. Nam (vt, quod ſentio, non diſſimulem) inepte et ridicule exponi exiſtimo aduerbium καλῶς hoc in loco, quum dicitur, eo ſignificari εὐσεβῶς καὶ φιλανθρώπως, id eſt, *pie et humane*, ſiue *cum pietate et humanitate*, id eſt, *pietatem et humanitatem ſeruando*, ſiue *retinendo*. Quomodo enim fieri poteſt, vt haec retinendo latrocinia exerceantur? Sed ſuae tamen expoſitionis (quicunque illius eſt auctor) rationem adiicit. *Neque enim* (inquit) *bouem aratorem praedabantur, neque noctu aut cum caedibus latrocinabantur.* At ego tertium hoc non negarim, fuiſſe, qui ita praedarentur ſeu latrocinarentur, vt caedibus abſtinerent: duo illa priora non facile admiſerim, praeſertimque de nocturno tempore quod dicit, id eos ſuis latrociniis minime adhibuiſſe. Quamuis enim furum magis, quam

praedonum ſeu latronum, ſit, noctem quaerere, non tamen ea, quam affert, commoditate noluiſſe interdum vti hos quoque credibile eſt. Ad bouem autem aratorem quod attinet, quamuis agricolae nihil magis neceſſarium poſſit eripi, tamen veriſimile non eſt, religioni illis fuiſſe, hunc quoque praedari, niſi quum alia ſe ſat magna praeda offerret. Caeterum et hoc mirari poſſet aliquis, cur poſt ἐλεηλάτουν addat ἢ ἔκλεπτον, quum ſciamus, *praedas abigere* (quod ſonat Λεηλατεῖν) non dici de aliis, quam περὶ τῶν κλεπτόντων, vel (magis proprie loquendo) ληϊζευόντων· adeo quidem, vt etiam verbum illud λεηλατεῖν iſto ληϊζευειν exponatur. Sic apud *Sophoclem*, ἢ τὸν εἰς ἀεὶ Λεηλατεύσει χρόνον, *Enarrator* poſtquam dixit eſſe, λείαν ἐλάσει, addit ληϊζεύσει. Sed quonam igitur modo illud καλῶς exponendum eſſe dicemus? *Valla* quidem certe *egregie* interpretatur: ſed ego ſimpliciter mallem reddere *bene*. Bene autem latrocinandi ſeu praedandi artem exercent (ſi artis appellatione et hic vtendum eſt), qui eius periti ſunt; adeo vt fortaſſe illud καλῶς reddi etiam *perite* queat. Steph. *Stephanus* (qui expoſitionem hanc aduerbii καλῶς alius cuiusdam eſſe exiſtimat, quam eius, a quo inſignes multas habeamus) hoc, quod ſequitur, ineptum et ridiculum eſſe pronunciat. Quum vix fieri poſſit, vt quis *pie et humane* latrocinia exerceat: nec veriſimile ſit, religionem illis fuiſſe, bouem aratorem non abigere, niſi quum alia ſe ſat magna praeda non offerret. Caeterum dici poteſt, priſcos mortales (quibus non ignominioſa erant latrocinia) *cum humanitate* piraticam exercuiſſe, quoniam ſolum victus cauſa ea vtebantur, exigua contenti ſtipe, ſecus atque noſtris temporibus: ideoque καλῶς *pie et humane* exponi poſſe, et aptius forſan, quam *egregie* cum *Valla*, aut *bene* ſeu *perite* cum *Stephano*. Hvds. *Scholiaſtes* καλῶς interpretatur εὐσεβῶς καὶ φιλανθρώπως, cum ſignificet potius h. l. ἐπαινετῶς, aut Latine *fortiter*, *praeclare*, vt alibi: nulla ratione habita εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας, quas quidem virtutes haud credimus ſollicite piratas quondam coluiſſe, aut iſtiusmodi vitae generi vlterius adiunxiſſe, quam quatenus rebus ſuis expediret, contentos quasdam obſeruaſſe pietatis leges, quas recte quidem commemorare *Scholiaſtes*, dabimus lubenter annotationis ad h. l. auctori Anglo, at praeter mentem tamen *Thucydidis* in aduerbio καλῶς. *Enenckelius* hoc per *quandam moderationem* reddidit, quam in notis ita declarat, *vt caedibus ſcilicet et incendiis abſtineatur*; id quod neſcio vnde hauſerit, cum de incendiis nihil plane meminerit *Scholiaſtes*. Caeterum ad illuſtrandum *Thucydidis* locum legas, quae annotat *Euſtathius* ad Odyſſ. γ'. p. 1457. ſeq. Gramm. Difficultatem, quam mouet *Stephanus*, cur *Scholiaſtes* poſt ἐλεηλάτουν addat ἢ ἔκλεπτον, tollit *Suidas* in v. καλῶς, vbi haec ita leguntur, ἐλεηλάτουν, ἢ ἔκλεπτον νυκτός.

2. Τὴν ληϊζείαν] Ὅμηρος· οἵά τε ληϊστῆρες ὑπείρ ἅλα. *Roſtg.* Odyſſ. ι'. v. 254. [Recepit Gotth.]

3. Δίχα (vt olim vulg.) γὰρ ὁ νοῦς] Fallitur in eo, quod putat, duplicem eſſe hic ſenſum poſſe (nam hoc ſibi volunt iſta verba, δίχα γὰρ νοῦς, vel, δίχα γὰρ ὁ νοῦς, ſicut malim ſcribere), vt οὐκ ὀνειδιζόντων vel de iis, qui interrogabantur, vel de iis, qui interrogabant, accipiatur: quum *Thucydides*, ſicut de interrogantibus (nam haec, οἷς ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, de illis intelligenda ſunt) dicit οὐκ ὀνειδιζόντων, ita de iis, qui interrogabantur, dicere neceſſe haberet, οὐκ ὀνειδιζομένων. Steph. Διχῶς legendum eſſe ſcripſerat *Roſtgaardus*. Et ita *Caſſ.*

Ibid. Ὅθεν τὰς μαχαίρας etc.] Miretur aliquis, quorſum hic gladiorum ſeu cultrorum, qui μαυλίαι dicebantur, mentionem faciat, quaſi huius potius, quam alius generis, gladiorum aut enſium geſtatio confirmet, quod a *Thucydide* περὶ τοῦ σιδηροφορεῖν dicitur. At ego ad nominis huius etymum hic ab eo puto reſpici: et perinde eſſe, ac ſi diceret, illos gladios, qui vocati ſunt μαυλίαι, teſtari quod ſcribit *Thucydides*, priſcos omnes Graecos ſolitos eſſe ferrum geſtare, et ita quidem, vt id nunquam deponerent, ſed eo ſemper accincti eſſent. Ideo autem in voce illa eius rei nos habere teſtimonium, quod dictae ſint μαυλίαι quaſi ὁμαυλίαι, videlicet, διὰ τὸ ὁμοῦ αὐλίζεσθαι, id eſt, quod contubernales eſſent. Sic certe qui hodie enſe accincti non ſolum iter faciunt, ſed cibum etiam ſumunt, enſem ſuum contubernalem habere, dici (meo quidem iudicio) poſſunt. Verum ad etymologiam hanc quod attinet, viderit hic *Scholiaſtes*, quomodo ea alteri huius vocabuli ſignificationi quadrare queat, de qua lege, quae ex diuerſis collecta *Theſaurus meus* habet. Is certe (nam et hoc adiiciendum eſt) μαυλὶς, ſeu μαῦλις, tibi conſulenti exhibebit ex *Nicandro*, *Heſychio*, *et Suida*, at μαυλίας non aliunde, quam ex eo, de quo agitur, iſtius loco *Enarratoris*, et ex *Suida*: qui fortaſſe hinc iſtud, ſicut alia multa, eſt mutuatus. Fateor autem, me ibi exiſtimaſſe alio in huius vocabuli etymologia reſpici: ſed credibile eſt, δευτέρας Φροντίδας eſſe σοφωτέρας. Steph.

4. Ἐν τούτοις etc.] Vtrumque horum eſſe verum non poteſt, τοῖς pro τούτοις poëtice poni, et dictum eſſe ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ, pro ἐν τοῖσδε πρῶτοι. Nam ſi ei fides habenda eſt de eo, quod ſcribit, particulam δὲ hoc loco ὑπερβιβάζεσθαι, id eſt traiici, nequaquam poterit τοῖς vſum illum poëticum habere. Ad vitandam igitur hanc repugnantiam, eo confugiendum eſſe putarem, vt duo a duobus annotata eſſe diceremus, ſi quidem ſcriptum eſſet, ὑπερβιβάζεται ὁ δὲ absque particula γάρ. At haec particula obſtat, ne illud dicere queamus, quum rationem reddat, cur τοῖς pro τούτοις more poëtico poſitum ſit: ſi tamen rationem reddere hoc eſt, id ad rationem dicendam afferre, quod qui dicit, aliquid rationi minime conſentaneum dicit. Nam tantum abeſt, vt eo, quod ſubiungitur, adſtruatur quod praecedit, vt contra deſtruatur. Nam ſi verum eſt, quod ſubiungitur ab eo (veluti tamen rationem ſuae expoſitionis reddente), traiici particulam δὲ, quae cum τοῖς cohaerere deberet, ad efficiendum pronomen τοῖσδε, non minus ſolutae orationi, quam carmini, vſitatum: falſum eſt quod praecedit, eſſe τοῖς conſuetudine poëtica dictum pro τούτοις. Caeterum vtrum horum ad veritatem propius accedere, vel potius vere dictum eſſe exiſtimem, ex iis, quae in contextum huius Hiſtorici annotaui, diſces, atque exemplis ibi allatis iſtud (ſi videbitur) adiicies ex libro III. p. 216. δίστι ἐν τοῖς

πρώτη ἐγένετο.] Libuit hoc annotare, vt, quam caute legenda quaedam in his ſcholiis eſſent, ex eo quoque documentum darem. STEPH.

P. 19. v. 1. Τρυφηλᾷ καὶ] Pro τρυφηλᾷ, quin vel τρυφηλῇ, vel τρυφερᾷ, ſcribendum ſit, minime dubito. Illud autem ἀνθηρᾷ, quod ei adnectitur, parum apte περὶ τῆς διαίτης (meo quidem iudicio) dicitur: at vero de veſte eorum, quorum eſt illa τρυφηλή, ſiue τρυφερὰ δίαιτα, dici fortaſſe poſſet, vt dicitur ἀνθινὴ ἐσθής, et ἀνθινὴ στολή. Caeterum de hoc quoque monebo, debuiſſe hunc *Enarratorem* vocem ἀνειμένη, alia, quam illa τρυφηλῇ (vt ſcribendum eſſe dixi pro τρυφηλᾷ) ſiue τρυφερᾷ, exponere, quum proxime ſequatur ἐς τὸ τρυφερώτερον. STEPH.

2. Πρεσβυτέρων. ὑπὲρ etc.] Neque neceſſe videtur, vt dicamus, a *Thucydide* οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων ſcriptum eſſe pro οἱ εὐδαίμονες τῶν πρεσβυτέρων· neque, ſi hoc neceſſe foret, per antiptoſin ita loquutum eſſe dicendum putarem, ſed potius per hypallagen: quod ſchema eſſe poëticum, et vix ſoluta in oratione locum invenire, ſatis conſtat. STEPH. Πρεσβυτέρων ὑπερβατὸν, διὰ τὸ εὐβροδίαιτον. *Caſſ.* Sed coniungebantur cum ſuperioribus τρυφηλᾷ καὶ ἀνθηρᾷ.

V. 4. Ἡ ἐν πλοκῇ] Ἡ συμπλοκῇ. *Suidas* in ἐνέρσει.

7. Μετρίᾳ etc.] Haec vocabula μετρίᾳ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο, ſede ſua mota eſſe exiſtimo: et hunc *Enarratorem*, poſtquam dixit, deeſſe articulum τῇ, ſcripſiſſe, ἵν' ᾖ (quo genere loquendi quomodo vtatur, antea docui) μετρίᾳ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο καὶ τῇ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι· οἵ τε μείζω κεκτημένοι, καὶ ἐς τὰ ἄλλα τοῖς πολλοῖς ὁμοδίαιτοι κατέζησαν· obiter etiam indicantem, πρὸς τοὺς πολλοὺς dictum eſſe pro τοῖς πολλοῖς. Neque enim eum ita legiſſe, ſed illa conſtructione loco huius vſum eſſe *Thucydidem*, oſtendere voluiſſe arbitror. Quamuis autem tres illae voces, quas ſede ſua motas eſſe dixi, ſint contiguae, fieri tamen potest, vt verbum ἐχρήσαντο poſt μετρίᾳ ἐσθῆτι poſitum ab eo non fuerit, ſed poſt τῇ ἐς τὸν νῦν τρόπον, vel poſt Λακεδαιμόνιοι· hoc videlicet modo: ἵν' ᾖ, μετρίᾳ ἐσθῆτι καὶ τῇ ἐς τὸν νῦν τρόπον ἐχρήσαντο πρ. Λακ. vel, πρ. Λακ. ἐχρήσαντο. Quum porro λείπειν, id eſt *deeſſe*, aliquam vocem aut aliquas voces, dicit, quomodo ſit hoc accipiendum, antea monui, in mea ad lectionem horum ſcholiorum *Propараſceue*. STEPH.

V. 9. Ὅμηρος] Odyſſ. σ'. v. 30.

10. Ταῦτα δὲ ἐν etc.] Dicta eſſe per parecbaſin (id eſt digreſſionem) intelligit, non illa *Homerica*, ſed iſta, quae ſunt *Thucydidis*, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, et quae ſequuntur. Quanquam παρέκβασιν appellare poſſumus fortaſſe et quae paruo interuallo praecedunt. STEPH. Ὡς ἐν παρεκβάσει *Caſſ.*

ib. Οὗτος δὲ οὐ ταυτὸ] Deprauate ſcriptum eſſe hunc locum, οὗτος δὲ οὐ ταυτὸ ὀνομάζει, perſuaſum habeo: ſed (quod non, ſicut et illud, dicere quilibet poſſit) quonam ſit modo emendandus, id etiam videre me, mihi perſuadeo; quoniam emendatio mea lectionem ſubſtituit, quae non ſolum aptiſſimum huic loco ſenſum habet, ſed etiam veſtigiis alterius inſiſtit. Nam ex οὐ ταυτὸ faciendo οὕτως αὐτό, literam τ, quae cum αὐτὸ coaluerat, reddo praecedenti vocabulo, ſimulque duas literas, quae illi interciderant. Quod ſi liceret οὕτω voci a vocali initium habenti iungere, vnicam adnicerem, ex οὐ ταυτὸ faciens οὕτω αὐτό. *Homerus* (inquit) ἔλαιον *dicit* λίπα *per epitherum: at hic ita ipſum appellat.* Illa autem altera (quam mendoſam eſſe contendo) lectio, ſonat, *at hic non idem appellat.* Caeterum quum dicit ἐπιθετικῶς (quod verti *per epitherum*) intelligit, *Homerum* nomini ἔλαιον vocem illam λίπα adiungere, ſeu aſſociare, tanquam epithetum. Exempla ſunt apud *Homerum* non infrequentia; ſaepe enim occurrit λίπ' ἐλαίῳ, vt Iliad. κ'. in fine,

Τῶ δὲ λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ.

De hac autem ſcriptura, λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο, nulla nobis dubitatio relinquitur, quum et apud *Dionyſium Halicarnaſſeum* eam habeamus. STEPH. Eſt ex hoc loco in *Dionyſio* περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος p. 145. Verba *Scholiaſtae* corrupta eſſe, recte animaduertit *Stephanus*. In *Caſſ.* eſt οὗτος δὲ ὄντως αὐτὸ ὀνομάζει.

P. 21. v. 1. Ἀπὸ Ὀρσίππου Μεγαρέως] Ab Orſippo (quem victorem commemorat *Pauſanias* extremis Atticis, quod cingulum decidere ſiuit, vt expeditius curreret, alii autem victum dicunt ob delapſum ſubligaculum) primum Acanthum nudum cucurriſſe teſtantur *Dionyſius Halicarn.* lib. VII. *Aliique.* Illud autem admonendum eſt, aliquos Orſippum iſtum non Megarenſem cum *Scholiaſte* dicere, ſed Lacedaemonium, vt *Dionyſ. Halicarn. Etymologici Auctor* in γυμνάσια etc. Vide *Meurſii* Miſcell. Lacon. l. 4. c. 18. et de Arch. Athen. l. 1. c. 6. HVDS. Marmor in conuallibus Megarenſibus a. 1769. a Baſſineto (de Baſſinet d'Augard) inuentum narrauit *Caluetus* (Millin Mag. encycl. T. III. 6me An. N. 12. p. 537. ff. cf. Comm. Soc. philol. Lipſ. V. I. T. I. p. 172. f.) cui titulus ita inſcriptus eſt:

Ὀρσίππῳ Μεγαρῆς με δαΐφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
Μνᾶμα θέσαν Φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι·
Ὃς δὴ μακίσους μὲν ὅρους ἀπελύσατο πάτρᾳ
Πολλὰν δυσμενέων γᾶν ἀποτεμνομένων.
Πρᾶτος δ' Ἑλλάνων ἐν Ὀλυμπίᾳ : : : : ἐσεφανώθη
Γυμνὸς, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.

Orrippo bellicoſo hoc loco clarum monumentum erexerunt Megarenſes, oraculo Delphico obſequentes: qui quidem longiſſimos fines patriae liberauit, cum hoſtes multam terram deuaſtarent. Primus autem Graecorum Olympiae coronatus eſt nudus, cum ſuccincti fuiſſent, qui antea in ſtadio decurrerent. V. 5. lithographum cenſet Ὀλυμπιάσιν primum vitioſe dediſſe, tum vltimas tres litteras eraſiſſe. V. 4. vertit C. ac ſi ἀποτεμνόμενος eſſet lectum. V. Comm. phil. BECK.

2. Πρῶτος] Rectius (mea quidem ſententia) legeretur Πρῶτος δ' Ἑλλήνων. STEPH. [Scripſit ita Gottl.]

3. Περὶ τῶν Λακ.] Post Λακεδαιμονίων deest fortasse τοῦτο λέγων, aut tale quid: hoc sensu, *sciendum est, eum, hoc dicentem de Lacedaemoniis, non commemorare infimas priscorum vires (ad robur enim nihil interest, an nudi, an cum subligaculo), sed tantum vt ostendat, illos communia cum barbaris vitae instituta habuisse.* STEPH.

ib. Τῶν ἀρχαίων] Αὐτῶν ἀρχαίων. *Cass.*

4. Καὶ ἑξῆς] Duae istae voculae aliunde irrepsisse huc videntur, vbi nihil habent, quod agant. Interdum autem, quum, allatis quibusdam *Thucydidis* verbis, sequentia omittit, dicere, non quidem καὶ ἑξῆς, sed καὶ τὰ ἑξῆς, docui in mea ad lectionem horum scholiorum *Praparasceue.* STEPH. Τὸ δὲ ἑξῆς· ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις, καὶ μάλιςα ἐν τοῖς Ἀσιανοῖς, οἷς νῦν, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται. *Cass.* Putauit scilicet, qui haec scripsit, hunc esse ordinem verborum, quae paullo post in *Thucydide* leguntur, ἐν τοῖς βαρβάροις ἔςιν οἷς νῦν, καὶ μάλιςα τοῖς Ἀσιανοῖς· in quo illi non adsentior. Recte illa ἔςιν οἷς vertit *Interpres Latinus.*

7. Πανταχοῦ] Quandam obseruationem suam proponit *Enarrator*, *Thucydides vbique homines maris accolas ditiores esse dicit.* Quae obseruatio verior est (quantum meminisse possum) ea, quam alibi refert: vbi se obseruasse ait, *Thucydidem* semper vocabulo τύχη de bellis vti. STEPH. Ad ea, quae paullo post leguntur, τείχεσιν ἐκτίζοντο, *Cass.* haec adnotata habet: λείπει ἡ σὺν, ἵν' ᾖ· σὺν τείχεσιν ἐκτίζοντο αἱ πόλεις.

9. Ἀντισχοῦσαι] Vt persuasum nobis, ἀντισχοῦσαι minus recte expressum vulgatis editionibus pro ἀντισχοῦσαν, ita haud aeque probari potest ratio, qua *Scholiasten* excusare emendareque studuit *H. Stephanus*, inuito, quantum mihi videtur, illo, cuius si mens fuisset ad λῃσείαν referre τὸ ἀντισχοῦσαν, non aliter hoc exposuisset, quam Latini fecerunt *Interpretes:* sat multa enim huius significationis (τοῦ ἀντέχειν) vel in ipso Auctore nostro exempla obuia. Verum Latinos quando *Interpretes* nominamus, excipiendus nobis *Acacius Enenckel*, vtpote qui suo illo: *metu praedonum, quibus diu restiterunt*, satis declarat, sese in reddenda Auctoris sententia *Scholiastae* potius, quam suo, iudicio vsum esse. GRAMM.

P. 23. l. 1. Ἔφερον, ἔβλαπτον] Τὸ ἔφερον ἀντὶ τοῦ ἔβλαπτον *Cass. Rostg.*

V. 2. Ἀντὶ τοῦ λίαν] Scimus, οὐχ ἧσσον sonare *haud minus:* et videmus, hanc expositionem isti etiam loco optime conuenire: ideoque, non solum mira, sed nec fide digna est istius *Enarratoris* expositio, qua idem esse dicitur quod λίαν, id est, *valde.* STEPH. Οὐχ ἧσσον λῃσαὶ ἦσαν pro καὶ μᾶλλον ἐλῄσευσν. *Priscianus.* HVDS.

Ibid. Οἱ Κᾶρες πρῶτοι] Annotatio haec ad illa potius respicit verba, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ, καὶ τῷ τρόπῳ, ὃν νῦν ἔτι θάπτουσι· vt enim confirmet, quod a *Thucydide* scribitur, eos ex armis dignosci potuisse, quae consepulta essent, et ex eo sepulturae genere, quo tum quoque vterentur, haec scribit: *Cares primi clypeorum vmbones et cristas inuenerunt. Morientibus enim clypeolum quendam et cristam consepelibant, inuentionis eorum indicium; hinc agnoscebantur Cares. At Phoenices ex sepulturae forma; quum enim caeteri facerent, vt mortuorum corpora ad orientem spectarent, Phoenices consulto (faciebant, vt ea spectarent) ad occasum.* Sed quod his subiungitur, alio pertinet: cur videlicet horum mentionem *Thucydides* fecerit. *Ne* (inquit) *Graecam gentem criminetur* (vel, *ne Graecae genti conflet inuidiam*) *Cares et Phoenices dixit.* Sed dum hoc annotat, facit *Thucydidi*, quod illum Graecis facere noluisse scribit; illum enim διαβάλλει, dum ea de causa Carum et Phoenicum factam ab eo mentionem scribit: quoniam hoc est, in leges φιλαληθείας peccare. STEPH.

3. Τοῖς γὰρ ἀποθν.] Τοῖς οὖν ἀποθν. *Reg. Cass.* melius.

4. Εὑρέσεως] Εὑρήσεως *Cass.*

ib. Ἐκ τούτου ἐγνωρ.] Καὶ ἐκ τούτου ἐγνωρ. *Cass.*

ib. Τῶν ἄλλων] Vide *Petiti* Leges Atticas p. 502. *Meursii* Solonem p. 24. *Eundemque* de funere c. 11. HVDS. Add. *Casaubon.* ad Diogen. Laërt. I, 48.

6. Τὸ σχῆμα] Quomodo figura, quae vocatur epanalepsis (id est, *resumtio* seu *repetitio*), sub his esse verbis possit, quum nulla dum Minois facta mentio fuerit? Existimo, non annotatum ab illo esse istud haec in verba, καταςάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ, verum in haec, πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους, quoniam paulo ante dixerat, καὶ ἤδη πλωϊμωτέρων ὄντων. STEPH.

Ibid. Ἐπανάληψις] Προαναφάνησις *Rostg.* Sed scriptum erat post ea, quae paullo superius leguntur, καὶ Φοίνικας.

8. Καὶ τοῦτο ἐπαν.] Epanalepsin esse hic quoque scribit, quod praecesserit, τείχεσιν ἐκτίζοντο· nam ista respondent illis, τείχη περιεβάλλοντο. Sed non minus ista, πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι, dicere possumus respondere illis, περιουσίας μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων. STEPH.

P. 25. v. 1. Τὸ ἑξῆς etc.] Quum dicit, τὸ ἑξῆς, Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ τὸν ςόλον ἀγεῖραι, intelligit, secundum naturalem verborum seriem, priora haec Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ iungi cum illis posterioribus, τὸν ςόλον ἀγεῖραι· caetera autem esse posita διὰ μέσου. Verum istam admonitionem, quam in aliis quamplurimis locis huiusmodi alteri adiicit, hic omittit. IDEM. Hoc totum abest a *Cass.*

V. 2. Ἵνα ἢ ἐπιῤῥῇ] Admitti non potest, quod scribit, ita intelligendum hunc locum, vt σαφέςατα pro aduerbio habeatur. Esset enim non dura solum, sed intoleranda, articuli τὰ traiectio, si, ita scribens, οἱ τὰ σαφέςατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι, voluisset tamen, σαφέςατα esse aduerbium et ad δεδεγμένοι referri: perinde ac si ita loquutus esset, οἱ τὰ Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον σαφέςατα δεδεγμένοι. Cur vero de ista tam dura et modo non intolerabili (vt dixi) traiectione admittenda laboraremus, quum ne interfit quidem quidquam, quod ad sensum, hancne an illam verborum seriem habeamus? STEPH.

3. Ὅμως σχεῖν] Post ὅμως σχεῖν non dubium est quin adiecerit τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας. Caeterum si πρῶτον iungi cum his verbis, πλήθει χρημάτων, siue ad illa ferri, aut tendere, dicamus, cum hoc *Enarratore*, pro primario (ni fallor) necesse erit accipere: vt dicatur

Pelops, primarius multitudine pecuniarum fuiſſe: ſiue, primum locum inter eos, qui pecuniis abundabant, tenuiſſe. Verum praeterquam quod ita loqui non ſolet *Thucydides* (quod ſciam), multo magis rationi conſentaneum eſt, vt poſt πρῶτον interpungamus, et cum his, ἐπωνυμίαν τῆς χώρας σχεῖν, iungamus: vt dicatur Pelops, quum multitudine pecuniarum, quas attulerat ex Aſia, potentiam ſibi apud inopes (ſiue inter inopes) comparaſſet, regionis cognomen obtinuiſſe. Quomodo autem dicat, eum cognomen regionis obtinuiſſe, quum ea de nomine eius dicta ſit, ideoque potius dicendum fuiſſe videatur, illum cognomen regioni dediſſe, meae in contextum annotationes docebunt. IDEM.

ib. Ἀπία γὰρ etc.] Peloponneſus olim *Apia* dicta, διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ Φυτὸν, ὃ τοὺς ἀπίους Φύει, *quod abundaret ibi planta illa, quae pira gignit*, teſte *Athenaeo* lib. 14. et *Phauorino* in Ἄπιος. Hodie *Morea* appellatur, itidem ab arborum, quae mora ferunt, frequentia. *Kuhnius.* HVDS.

4. Ὅμηρος] Iliad. α'. v. 270.

7. Σθενέλω] Ὅμηρος, Εὐρυσθεὺς Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο *Caſſ. Roſtg.* Locum ex *Homeri* Iliad. τ'. v. 123. adnotauerat *Roſtg.*

P. 27. v. 1. Χρήμασι δηλονότι] Verum potuit et aliis beneuolentiae ſignis eorum ſibi animos conciliare. Θεραπεύειν τὸ πλῆθος eſt, generali notione, vulgi fauorem captare. Ita Lacedaemonii ſocios ſuos θεραπεύειν dicuntur Noſtro, infra p. 11. GRAMM.

ib. Τὰ δύο σκῆπτρα] Melius ἃ πάντα χρήματα, ni mirum ἃ μὲν οἱ Πελοπίδαι εἶχον καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε. IDEM.

Ibid. Ὅμηρος] Odyſſ. ε'. v. 307. Poſt φέροντες *Caſſ.* et *Roſtg.* addunt λείπει σὺν ναυσί τε. Pertinet ad ſequentia ναυσί τε πλείσαις.

2. Προσπαρασχών] Παρασχὼν *Caſſ. Roſtg.* [quod receptum.]

ib. Διὰ τοῦ ἱκανὸς etc.] *Dicendo* ἱκανὸς (inquit) *fide dignum eſſe poëtam oſtendit.* Atqui non dicit, ἱκανὸς γὰρ τεκμηριῶσαι, vel, ἐπειδὴ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι· ſed, εἰ τῷ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. STEPH.

3. Συλλογισμὸς etc.] Quomodo de his verbis, παντὶ ἀνάσσειν, aut etiam de toto verſu, Πολλῆσι νήσοισι καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν, dici poteſt; eſſe hic ſchema, quod συλλογισμὸς vocatur? At de proxime ſequente loco, cuius initium eſt, οὐκ ἂν οὖν νήσων ἔξω τῶν περισικ. dici poſſe videtur: nec dubito, quin illud in hunc locum fuerit annotatum. IDEM.

6. Οὐ γὰρ ἀκριβές] Οὐ γάρ ἐστιν ἀκριβὲς *Caſſ. Roſtg.*

7. Κατὰ ὑποθ.] Schema hic eſſe dicit, quod vocatur κατὰ ὑπόθεσιν, quoniam ſcribitur, εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερά etc. Sed paulo infra ait, hoc dici ἐξ ὑποθέσεως. Caeterum vix quisquam ei (vt opinor) aſſentietur de eo, quod ſubiungit, *imprecatur autem Lacedaemoniis latenter.* Sed quis eum, qui dicit de quapiam vrbe, *ſiquidem ei hoc infortunium accidat*, vrbi, de qua hoc dicit, imprecari dicat. Verum plura hac de re ad p. 29. v. 4. dicantur. STEPH. Inique, imo falſo ſupponit hic aliquam *Thucydidis* in Lacedaemonios iniuriam, et Auctori affingit culpam praeter rem, merito igitur reprehenſus ab alio *Scholiaſta* ead. pag. Pariter ſequente Nota vane Auctori εὐσέβειαν tribuit, propter haec, λειφθείη τὰ ἱερὰ, futilis profecto, vbi eiusmodi indulget obſeruationibus, commentator. GRAMM. Vox πόλις in *Caſſ.* et *Roſtg.* exponebatur ἡ μητρόπολις, ἡ Σπάρτη· et paullo poſt τῆς κατασκευῆς in *Caſſ.* τῶν κτισμάτων.

8. Εὐσεβῶς λέγει etc.] Scripſiſſe puto εὐσεβῶς λέγει, λειφθείη δὲ τὰ ἱερὰ, et intelligere, eum argumentum dare ſuae pietatis in eo, quod, etiamſi accideret Lacedaemoniorum vrbi, vt vaſtaretur, ſeu deſolaretur, de templis tamen, ea ſalua manſura, ſpem quodammodo concipere videtur. STEPH

P. 29. V. 1. Καὶ τῆς Ἰλίδος] Ad hanc ſcripturam nulla propius accedit (qua quidem locus hic emendari poſſe videatur), quam iſta, καί τι τῆς Ἠλιδος. Fortaſſe tamen putet quispiam, fore ſatis Ἠλιδος pro Ἰλίδος reponere, et μέρος ita ſubauditum iri cum genitiuo, vt apud ipſum *Thucydidem* cum quibusdam ſubaudiri genitiuis ſcimus. Sed hoc mihi non ſit verſimile. Caeterum ab aliis regiones Peloponneſi enumerantibus vnam non Ἠλιδα, ſed Ἠλείαν, vocari ſatis notum eſt, et quidem totam, non eius partem, illis annumerari: neque vero in quinque tantum, ſed in ſex regiones diuidi. Atque adeo *Euſtathius*, quum Peloponneſum in ſex δυναςείας partitus eſſet, veterem diuiſionem ſequens, Ἀργολικὴν et Μυκηνίδα (quum alii τὴν Μεσσηνιακὴν cum *noſtro Scholiaſte* in hoc numero ponant) item Λακωνικὴν et Πύλιον, nec non Ἠλείαν et Ἀρκαδικήν· ſed in quaeſtionem (inquit) vocandum eſt iſtud, quidnam ſint ſex δυναςεῖαι, ne hac in re ab *Herodoto* diſſentiamus, qui ſcribit, ſeptem nationes Peloponneſum incolere. IDEM. Ἠλιδος *Caſſ. Roſtg.*

2. Μεσσηνιακήν. Ἰσέον, ὅτι τῆς] Μεσσηνίαν. Ἰσέον δὲ, ὅτι καὶ τῆς *Roſtg.*

6. Ὑποδεεςέρα πόλεως] Fallitur in eo, quod ὑποδεεςέρα cum πόλεως iungendum putat. Neque enim dubium eſt, quin dicens ὑποδεεςέρα, reſpiciat ad id, quod dixit πολλὴν ἀπιςίαν τῆς δυνάμεως πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν· perinde ac ſi diceret, ὑποδεέςερα τοῦ αὐτῆς κλέους, vt p. 11. ὑποδεέςερα ὄντα τῆς Φήμης. At vero illi participiorum genitiui ex iis ſunt, qui a grammaticis abſoluti vocantur, οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως, et οὔτε χρησαμένης, et οἰκισθείσης, perinde ac ſi ſcriptum eſſet, ἐπειδὴ οὔτε ξυνῳκίσθη ἡ πόλις, οὔτε ἐχρήσατο, et ᾠκίσθη. *Vallia* autem alio modo falſus fuit in huius loci ſenſu, vt oſtendit mea interpretatio margini appoſita: et oſtendo etiam in quadam mearum in contextum annotationum: in ea videlicet, vbi pro ξυνοικισθείσης πόλεως dico ſcribendum videri ξυνοικισθείσης τῆς πόλεως. Iam vero monendus de hoc quoque eſt lector, non debere illum exiſtimare, vocabulum εὐτελοῦς ab hoc *Scholiaſte* afferri, tanquam hoc ipſo *Thucydides* vſus fuerit, ſed tanquam πόλις οὐ χρησαμένη ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι cenſeri εὐτελὴς poſſit. STEPH. Ὑποδεέςερα τῆς πόλεως καὶ εὐτελῆ *Roſtg.*

4. Ἐξ ὑποθέσεως etc.] Haec ab alio ſcripta ſunt, quam ab eo, qui illud annotauit, de quo dictum modo

fuit, *Thucydidem Lacedaemoniis latenter imprecari.* Idem (inquit hic) *Thucydides* de Athenis, quod de Lacedaemone dixit. Atqui quomodo, quum Athenienſis eſſet, de Athenis idem per imprecationem dixiſſet? Ideoque fruſtra huic loco παραγραφὴ appoſita fuit, inquit. Sed totum hunc locum interpretari libet. *Per hypotheſin* (inquit) *de Lacedaemoniis dicit, ſi vrbs illorum vaſtaretur* (vel *deſolaretur, alioqui quomodo, quum eſſet Athenienſis, de Athenis idem imprecans* (ſiue *per imprecationem*) *dixiſſet? Itaque fruſtra huic loco paragraphe appoſita fuit; quod latenter imprecetur Lacedaemonis. Alienum enim iſtud ab hiſtorici inſtituto eſſe nouimus* (vel *propoſito.*) Sic autem et alibi in his *ſcholiis* vnius παραγραφὴν ab altero reprehenſam inuenies. STEPH. Totum hoc ſcholion abeſt a *Caſſ.*

6. Τὸ ἢ συγκριτ.] Sic aliis plerisque in locis de hoc ἤ admonet, in iis eſſe συγκριτικὸν pro ἤπερ· (id eſt, eſſe ἐπίῤῥημα συγκριτικὸν, aduerbium comparatiuum, ſiue, quod comparationi adhibetur: etiamſi alii inter συνδέσμους hanc voculam numerent, id eſt inter coniunctiones, non minus quum hunc vſum habet, quam quum διαζευκτικὸς eſt) quaſi vero metuendum eſſet, ne non admoniti aliam ei ſignificationem daremus: quum tamen minime tale periculum ſubeſſe videatur. STEPH.

7. Ἡ διάνοια] Omnia vsque ad ποιητὴν deſiderantur in *Caſſ.*

8. Ἐπιτηδείως] Haec annotatio pertinet tam ad nomen ποιητὴν, quam ad verbum πεποίηκε, quod paulo inferius habes: vbi ſcribit: τοξότας γὰρ πάντας πεποίηκε τοὺς προσκώπους. Caeterum pro eo, quod dicit, eum ἐπιτηδείως ita loquutum eſſe (id eſt, *apte*, ſiue *appoſite*, aut *accommode*) alii talia ἐτυμολογικῶς aiunt dicta eſſe. STEPH.

9. Τὸ, Φιλόσοφος ἐφιλοσόφησε] Τὸν Φιλόσοφον ὅτι ἐφιλοσόφησεν. *Caſſ. Roſtg.* Addit *Roſtg.* Ἰσέον, ὅτι ἀπὸ Ἡροδότου τοῦτο ὠφέληται. Eadem leguntur in *Caſſ.* ſed alio loco, nec ſatis cerni poterat, ὠφέληται eſſet, an ἀφέληται.

ib. Εὐριπίδης] In Oreſte v. 352. Andromach. v. 106. et Electr. v. 2. *Lycophron* v. 210. Ex *Homeri* catalogo conficitur numerus 1186. nauium. Add. ad eos, qui ad *Thucydidem* laudati ſunt, *Potterum* ad Lycophr. l. d. et *Barneſium* ad Euripidis Andromach.

P. 31. v. 1. Τοὺς πρὸς ταῖς κώπαις] Τοὺς ἐρέτας τοὺς π. τ. κ. *Reg.*

ib. Περίνεως τοὺς etc.] Miror magis, quam probo, hanc expoſitionem nominis περίνεως, qua dicit eſſe τοὺς περιττοὺς ἐν τῇ νηῒ ἐπιβάτας, ἢ δούλους· quum ipſe *Thucydides* reges etiam, et quos vocat τοὺς μάλιϛα ἐν τέλει, inter illos, quos appellat περίνεως, numeret. STEPH. Τοὺς περιττοὺς τῇ νηῒ ἐπιβάτας, οἷον δούλους *Reg. Roſtg. Caſſ.* niſi quod hic pro περιττοὺς habet περί. Οἷον etiam *Suidas* in περίνεως.

4. Ἀλλὰ καὶ κάτω·] Καὶ deeſt *Caſſ.*

ib. Πλέοντας] Ἐπιπλέοντας *Caſſ.*

5. Ἐϛὶν ὁ ὀγδοηκοϛὸς πέμπτος] Ἐϛὶ π ε *Caſſ.* Voluit, opinor, ὀγδοήκοντα πέντε. Paullo poſt ad voc. ἀχρηματία in *Caſſ.* adnotabatur: συγκριτικῶς, ὅτι καὶ τοῦτο καʼκεῖνο. Ἰσέον δὲ, ὅτι ηὕρηται ἡ (fort. καὶ) ἀχρημασία· in *Reg.* ad βιοτεύσειν, τροφὴν ἕξειν· et in *Caſſ.* et *Roſtg.* ad μάχῃ ἐκράτησαν, τῇ τῆς ἀποβάσεως εἰς τὴν ξηρὰν τῶν νεῶν, ἐν ᾗ Πρωτεσίλαος πίπτει.

8. Ἐν τῇ ἡ. λέγει Ὅμηρος] Iliad. η'. v. 337. et 436.

P. 33. v. 1. Διέφερον, ὑπέμ.] Ita et *Suidas* in voce διέφερον. HVDS. Haec non leguntur in *Caſſ.* ſed pro iis ſcriptum eſt ἤνυον, εἰργάζοντο, et ἤνυον, ἠργάζοντο in *Roſtg.*

2. Ἔνιοι συνεγκλ.] Dicit, nonnullos enclitice ſcribere hunc datiuum, vt ſit pro τινί· qua in ſignificatione non τῷ, ſed τῳ absque accentu, quaſi ipſum in praecedentem ſyllabam reiecerit, ſcribendum eſt. Sed συνεγκλίνουσι videri nouum hic poſſit, quum aliorum more loquendi dicendum potius fuerit ἐγκλίνουσι. Caeterum ſatius eſſe, noſtrum illud τῷ retinere, quam in τῳ enclíticum mutare, doceo in meis in contextum annotationibus. STEPH.

3. Τριχῇ διεῖλε] *In tres partes* (inquit) diuiſit τὴν ἀρχαιολογίαν, id eſt *antiquitatem* (intellige τῶν Ἑλλήνων, *Graecorum*), *in ea, quae fuerunt ante res Troianas* (ſiue, *apud Troiam geſtas*), *in ipſas res Troianas, in eas, quae illis adnexae ſunt;* vel, *quae cum illis cohaerent.* Caeterum vnicuique harum partium διπλῆν παράγραφον appoſitam eſſe ait. STEPH. Τριχῶς *Caſſ.* De diple, et aliis huiusmodi notis lege *Scholiaſten* Ariſtoph. ad Plut. v. 253. *Victorium* et *Malaſpinam* ad Cicer. VIII. ad Attic. 2. et *Menagium* ad Diogen. Laërt. III, 65. Quemadmodum autem διπλῆ per ellipſin τοῦ γραμμὴ dicitur, ſic etiam διπλῆ παράγραφος. Mox δηλοῖ δὲ καὶ διὰ τούτων *Caſſ.*

5. Ἐπανελθεῖν] Hoc et cetera vsque ad ἀφʼ ὧν abſunt a *Caſſ.*

6. Ἀφʼ ὧν etc.] Imo vero, licet primo adſpectu, ὧν vel πόλεων vel ϛάσεων referre poſſe videatur, tamen ne illud referre dicamus, obſtat, quod ſequitur, τὰς πόλεις ἔκτιζον. Nam ſi intellexiſſet, ἀφʼ ὧν πόλεων ἐκπίπτοντες, ſubiunxiſſet potius, ἄλλας ἔκτιζον. Adde, quod ἐκπίπτοντες πόλεων, potius, quam ἀπὸ πόλεων, dicturus fuiſſe videtur. At quum dicit ἀφʼ ὧν ϛάσεων, perinde eſt, ac ſi diceret δι' ἃς ϛάσεις. STEPH. *Caſſ.* tantum habet πόλεων, quum potius deberet habere ϛάσεων.

7. Διὰ τὸν Πάριδος θάνατον θήλειαν νόσον etc.] Fingunt poëtae, Venerem ſolere turpibus amoribus vindicare iniurias ſibi ac ſuis illatas. Quare Philoctetem, quod interfecerit Paridem, vlta eſt Venus hac poena, vt pathicus eſſet. Vide *Martialem*, l. 2. Epigr. 84. et *Alaſonium*, Epigr. 71. Θηλείας νόσου meminit *Herodotus* citatus a *Dionyſio Longino.* Vide *Tollii* notas p. 162. HVDS. Adde *Leopardum* VII. Emendat. 10.

9. Πολλοί] Non dubito, quin locus hic, aliique multi huiusmodi, quibus pleraque ad hiſtoriam pertinentia commemorantur, ex aliis multo amplioribus ſcholiis (quorum antea mentionem feci) ſumti fuerint. Curioſam certe habemus hic perquiſitionem exemplorum eius, quod a *Thucydide* dicitur, de vrbibus, quas condebant ii, qui ob ſeditiones mutare ſedes cogebantur. Sed vide tamen, an veriſimile ſit, *Thucydidem* ad eos, quorum mentionem

hic facit, reſpexiſſe. *Exempli gratia* (inquit) *Teucer a patre eiectus* (vel *expulſus*) *propter Aiacem, in Cyprum ſe contulit: et Philoctetes, quum propter Paridis mortem in muliebrem morbum incidiſſet, et dedecus ferre non poſſet, relicta patria, vrbem condidit, quam ex eo, quod acciderat, malo Malachiam appellauit. Diomedes a Comete expulſus ad Liburnidas inſulas venit; et Meneſtheus, quum Theſeidae eum expuliſſent, in Iberiam profectus eſt.* Quibus addit, καὶ ἄλλοι πολλοί, id eſt, *atque alii multi:* quod non referendum eſt ad id, quod proxime praecedit, quaſi et alios multos expulſos in Iberiam veniſſe intelligat: ſed iungenda haec ſunt cum iis verbis, quae enumerationem iſtam praecedunt, πολλοὶ γὰρ ἐξέπεσον· nam allatis aliquot exemplis, apta eſt haec loci iſtius clauſula, καὶ ἄλλοι πολλοί· vbi et repeti debet ἀπὸ κοινοῦ verbum ἐξέπεσον. STEPH.

10. Ἄρνη πόλις etc.] Vide *Berkelii* notas in *Stephanum Byzant.* voce Ἄρνη. HVDS.

P. 35. v. 1 Δωριεῖς] De his quoque, quin ex illis multo amplioribus excerpta ſint ſcholiis, minime dubito. *Heraclidae enim* (inquit), *quum in Peloponneſum vellent reverti, conſuluerunt Apollinem; ille ipſis reſpondit, vt per anguſta,* ſiue *per anguſtias ingrederentur. At illi arbitrati, Iſthmum ab eo dici, quum a mente oraculi aberraviſſent, Peloponneſios apud Iſthmum adoriuntur. Vbi ſuperati, foedera inierunt, ex quibus ad centum annorum ſpatium Peloponneſiis regione cedebant. Exactis autem illis centum annis, rurſus Apollinem de ſuo reditu interrogarunt. Hic reſpondit iterum, vt per anguſta* (ſiue *anguſtias*) *ingrederentur. At quum Dorienſes huic reſponſo contradicerent, ac ſe prius deceptos fuiſſe dicerent, dixit: Non intellexiſtis oraculum. Anguſta enim* (ſiue *anguſtias*) *appello Criſaeum ſinum. Hi itaque hoc ex loco eos adorti* (vel, *bellum aggreſſi*) *reditum conſequuti ſunt, annis poſt res Troianas nonaginta:* (*octoginta* voluit ſcribere *Stephanus*) *at prima inuaſio ante viginti annos fuerat.* Intellige autem, viginti annis res Troianas, ſeu res ad Troiam geſtas, praeceſſiſſe illam πρώτην ἐσβολήν. Non enim de illo temporis ſpatio, quod inter vtramque interceſſit, poteſt intelligi, quum centum annorum fuiſſe ex iis, quae modo narrauit, didicerimus. STEPH. Vide *Herodot.* l. 9. *Pauſan.* l. 5. et *Meurſium* de Regno Laced. c. 8. HVDS.

ib. Εἴροντο] Ἤροντο *Caſſ.* vt et paulo poſt. Item ὥςε ἑκατὸν ἔτη πάλιν ἤροντο, omiſſis intermediis, qui obuius eſt error ſcribarum.

2. Διὰ τῶν ϛενῶν] Δι' ὁδοῖο ϛενυγρῶν eſt in oraculo, apud *Euſebium* V. Praeparat. 20. Add. *Apollodor.* II, 8, 3. *humentes anguſtias* quidam interpretantur.

6. Τϛερον τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν π̄] Μετὰ ὀγδοήκοντα ἔτη τῶν Ἰρωϊκῶν. *Caſſ.*

7. Ἐπ' ερημην] ſcriptura haec ferri nullo modo poteſt. STEPH. Videtur voluiſſe legendum eſſe ἐν ἐρήμῃ, nempe χώρᾳ. Ἐν ἐρήμῳ τόπῳ dicit ad II, 27. vt et *Suidas* in ἀποικησις et ἔποικος.

8. Τὰ ἐπιπολὺ] Potius τὸ ἐπιπολύ, quam τὰ ἐπι πολὺ ſcripſiſſe illum veriſimile eſt. Sed quum τὸ ἐπιπολὺ, ſicut ὡς ἐπιπολύ, ſiue ὡς ἐπιτοπολὺ (niſi ὡς ἐπὶ πολὺ et ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſcribere malimus) ad tempus referantur, *Valla*, tanquam τὰ πολλὰ idem hic valeret, atque κατὰ τὰ πολλὰ τῶν χωρίων, interpretatus eſt *paſſim.* Caeterum iſta, quae ſubiungit, τὴν αἰτίαν λέγει τῆς τυραννίδος (niſi potius τῶν τυραννίδων ſcribendum eſt) annotantur in iſta verba, καὶ τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον, ἢ πρότερον, ποιουμένης, nec non iſta, τῶν προσόδων μειζόνων γιγνομένων. STEPH.

ib. Τῆς τυραινίδος] Τῶν τυράννων *Roſtg.*

ib. Ἦσαν καὶ ταῦτα etc.] Verba haec, ἦσαν καὶ ταῦτα ἀσθενῆ, ſunt *Thucydidis*, hac pag. vbi ſcribit, ἀλλὰ δι' ἀχρηματίαν, τά τε πρὸ τούτων ἀσθενῆ ἦν, καὶ αὐτά γε δὴ ταῦτα, ὀνομαϛότατα (niſi potius ὀνομαϛότερα ſcribendum eſt) τῶν πρὶν γενόμενα. Sed quomodo rationi conſentaneum eſt, vt eadem ἀσθένεια eſſe dicatur, et vbi eſt ἀχρηματία, et vbi contra χρημάτων κτῆσις maior, quam antea, ſit? Dico igitur, *Enarratorem* hic illius ἀσθενείας mentionem non debuiſſe facere, quum ei repugnet et quod a *Thucydide* dicitur, δυνατωτέρας δὲ γενομένης τῆς Ἑλλάδος. Sed hic *Enarrator* iſtud dicit, tanquam duo potentiae genera nobis in Graecia conſideranda eſſent: id eſt, non ſolum eorum, qui tyrannides occupabant, ſed ipſarum etiam vrbium, in quarum detrimentum illae occupabantur. STEPH.

9. Ἐπὶ Φανεραῖς etc.] Non apte exponitur ἐητοῖς γέρασι per Φανερὰς τιμάς· ac videri certe poteſt, Φανεραῖς pro alia voce irrepſiſſe. Ac certe ἐητοῖς melius etiam vocabulo ὡρισμένοις, aut alio huiusmodi, quam illo ὁμολογουμένοις, expoſitum ab eo fuiſſet. Aliud enim hic non intelligit *Thucydides*, quam quod *Vallae* nobis exhibet interpretatio, *at prius regna hoereditaria erant, et certis honoribus definita*, niſi quod γέρασι maluiſſem *honorariis praemiis*, quam ſimpliciter *honoribus*, illum interpretari: etiamſi et noſter *Scholiaſtes* exponat ſimpliciter τιμαῖς. STEPH

10. Τῶν τυραννίδων] Τῆς τυραννίδος *Caſſ.*

ib. Νόμου κρειττω ἔχει] Νόμον ἔχει *Roſtg.* Μόνον ἔχει *Caſſ.* Vulgata nihilo deterior eſt.

ib. Ἀπὸ τῶν πατέρων etc.] Aptius, quod *Thucydides* vna voce dicit πατρικαί, vna itidem expoſuiſſet, quae eſt compoſita: videlicet πατροπαράδοτοι. Sed quis illi de eo, quod ſubiungit, aſſentiatur? *Thucydidem* proponere differentiam, quae eſt inter tyrannidem et regnum, philoſophorum more: at oratores indifferenter hisce duobus vocabulis ſolere vti. Imo vero tota oratorum cohors, duce Demoſthene, non minus alacriter arma pro regibus aduerſum tyrannos corripuerit, quam vllae philoſophorum turmae. STEPH. Ἀπὸ τῶν πατέρων παραλαμβανόμεναι non ſunt in *Caſſ.*

12. Προσεῖχον αὐτῇ] Senſus quidem non adeo violatur interpretatione huic, et προσέχειν τοῖς ναυτικοῖς phraſis *Thucydidea* eſt non vno in loco. Non tamen idem ſignificare poſſunt h. l. προσέχω et ἀντέχω, nec regitur ab ἀντείχοντο τὸ, τῆς θαλάσσης, ſed ab intellecta praepoſitione διά. Nam ἀντείχοντο, abſolute, *praeualebant*, aut *reſiſtendi vim habebant* (ſubintell. τῇ βίᾳ τῶν ἄλλων, ταῖς δυνάμεσι, τοῖς ἐχθροῖς) διὰ τῆς θαλάσσης. GRAMM.

ib. Ἐναλλάξαι etc.] Male verbum μεταχειρίσαι ab hoc *Enarratore* exponi verbo ἐναλλάξαι, quum in meo Theſauro Graecae linguae docuerim, ad eum te remittam. STEPH.

13. Ποιεῖν τριήρεις] Γὰρ ἐποίησαν τριήρεις. *Caſſ.*

P. 37. v. 1. Γνωσέον, καὶ etc.] *Hinc etiam* (inquit) *cognoſcendum eſt, Thucydidem dictionem ſcripſiſſe poſt hiſtoriam.* Interpretor autem λέξιν, *dictionem*, verbum verbo reddens, et Latina illa voce vtens: non autem abutens, cum illis, qui vnam dictionem pro vno vocabulo dicunt. Intelligit autem (vt opinor), *Thucydidem*, poſt extemporariam quandam et rudem hiſtoriae ſcriptionem (per ſumma, vt credibile eſt, capita) eandem magis accurato ſermone pleniusque conſcripſiſſe. Colligit autem hoc ex eo, quod a *Thucydide* dicitur, *vsque ad finem huius belli.* Quomodo enim *Thucydides*, ſi hanc hiſtoriam, qualem habemus, non finito iam bello ſcripſiſſet, ſed paulatim, dum gereretur, et ita, vt cum belli progreſſu in ea, quam habemus, ſcriptione progrederetur, in ipſo initio mentionem finit facere potuiſſet? Animaduertendum eſt autem, eum dicere, *Hinc etiam cognoſcendum eſt*, tanquam et alii, qui nos id doceant, ſint loci. STEPH.

2. Περιάνδρου τοῦ etc.] Vide *Herodotum*, l. 3. et *Diogenem Laërtium* in vita Periandri. HVDS.

ib. Κορίνθου] Κορινθόθι *Caſſ.*

Ibid. Διὰ τὸν Φονον Λυκόφρονος τοῦ υἱέως αὐτοῦ] Διὰ τοῦ Κυψελοῦ τὸν υἱόν *Roſig.*

3. Παρ' Ἡροδότῳ] Lib. III. Cap. 53.

5. Μετὰ τὴν Κορ.] Μετὰ τὴν τῶν Κορ. et poſt ἐπιμέλεια, ἡ δὲ ἰσορία τῶν Ἰώνων δήλη ἐν τῇ α. ἰσορίᾳ τοῦ Ἡροδότου. *Caſſ.*

7. Φωκαεῖς, οἱ τῆς] Legimus tamen apud *Euſtathium* in *Dionyſii* περιήγησιν de illis etiam, qui Maſſiliam condiderunt, Φωκεῖς et Φωκέων· ſed quum pro Φωκέων ex vet. annotatum ſit Φωκαέων, credibile eſt, Φωκαεῖς itidem ſcriptum fuiſſe: quemadmodum et ὤκισαν, non ὤκησαν, eum ſcripſiſſe, vbi legimus de Maſſilia, Φωκεῖς δὲ ὤκησαν αὐτὴν, multi multorum loci nos ſuſpicari cogunt; ſic tamen, vt fatear, quempiam dici poſſe vrbem aliquam οἰκίσαι, deinde vero et οἰκῆσαι. Quod autem attinet ad lectionem margini adſcriptam Φωκαιεῖς, eam agnoſcit *Stephanus Byzant.* quum ab illo nomine Φώκαια non ſolum Φωκαεὺς, ſed Φωκαιεὺς etiam, deducat, necnon Φωκαΐτης. STEPH. Φωκαιεῖς, et paullo poſt Ἴωνες ὄντες οἱ Φωκαιεῖς *Caſſ.* Ita ſaepe in nummis veteribus. Vid. *Holſtenium* ad Stephan. v. Φώκαια, et *Spanhemium* de Praeſtanc. et Vſu Numiſm. antiq. Diſſert. IV. p. 234.

8. Ἔπλευσαν ἐπὶ τὴν Ἀφρ.] Haec, quae ſequuntur, ſubleſtae fidei ſunt. Nam certiſſimum eſt, Phocaeas illos Ionas, Harpali, Cyri regis praefecti, inclementiam vitantes, Italiam nauigio petiiſſe, partemque in Lucania Veliam, partem vero in Vienneníi Maſſiliam, condidiſſe; auctores ſunt *Ammianus Marcellinus*, *Gellius*, *Aliique*, quos adfert *Maſſacus* in notis ad *Harpocr.* voce Μασσαλία, et in *Diſſertatione Critica.* Nec dubito, quin *Scholiaſtes* Maſſylorum, qui ſunt gens Africae, nomine deceptus ſuerit. HVDS.

P. 39. v. 1 Ἡ δὲ Μασσαλία πόλις ἐςὶ τῆς Ἀφρικῆς] Falli in eo quod hic de Maſſilia ſcribit, ſatis notum eſt: quod ſi quis Μασσυλία illum, non Μασσαλία, ſcripſiſſe dicat, ex gentis nomine facientem vrbis nomen, non iam vera comperientur, quae praeceſſerunt. STEPH.

4. Οἱ προσχόντες etc.] Falſo exiſtimat, verbum προσχόντες vel ad τοὺς ὑπηκόους poſſe vel ad τὰ ναυτικὰ referri. Quorſum enim diceremus οἱ προσχόντες τοῖς ὑπηκόοις, quum nulla ὑπηκόων facta mentio fuerit, contra autem ναυτικὰ paruo interuallo praecedat? Adde, quod nouum quoddam hoc eſſet ad comparandam potentiam artificium, τὸ προσέχειν τοῖς ὑπηκόοις· niſi et huic verbo προσέχειν noua quaedam et plane inaudita ſignificatio tribueretur. At vero οἱ προσχόντες relatum ad datiuum τοῖς ναυτικοῖς, *Valla* vertit, *qui ſtuduerunt.* Ita enim locum hunc interpretatur, *non minimam tamen, qui illis ſtuduerunt, ſibi vim* (dicere *potentiam* maluiſſem) *comparauerunt.* Quinetiam nomine, quod ex eadem familia eſt, vtens, potius dixiſſem (nam ναυτικὰ vertit *claſſes*) *qui illarum ſtudioſi fuerunt*; paulo enim ſignificantius dici hoc quam illud, videtur. Niſi aptius vtroque eſſe putandum eſt, *qui dediti illis fuerunt*; nam minus ſignificanter diceretur, *qui animum ad illas intenderunt.* Sed quod ναυτικὰ *Valla* vertit *claſſes*, de hoc certe illi non aſſentior, ac potius *rem naualem* debuiſſe interpretari, aut *rem nauticam*, exiſtimo: illud tamen huic anteponens. STEPH. In *Caſſ.* ad προσχόντες tantum adnotatum eſt τοῖς ναυτικοῖς.

ib. Ἢ οἱ καταξρέφοντες] Vult ſub his verbis, ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον χώραν, ſubaudiri οἱ καταξρέφοντες, vel οἱ καταξρεφόμενοι. At hoc dicere, quidnam dicere eſt? Primum enim nec dicunt καταξρέφειν aliquam χώραν, quum ſignificare volunt *regionem aliquam ſubiugare*, vel *ſubigere*: nec paſſiua voce καταξρέφεσθαι ab iis dicuntur illi, *quorum regio ſubiugatur*: ſed tantum verbo medio καταξρέφεσθαι in ea ſignificatione vtuntur. Deinde, vt ad hunc Graecae linguae abuſum conniueamus, et mentem potius, quam verba, conſideremus, quomodo rationi conſentaneum eſt, vt hoc de illis etiam dici poſſit, quorum regio ſubiugaretur, vel ſubigeretur? hoc inquam, illos regionem, quae διαρκὴς eſſet (id eſt, *a qua ſuppeditaretur, quae ad victum ſufficeret*), non habuiſſe? Imo vero hoc magis tutos ab huiusmodi violentia eos reddidiſſet. Quorſum enim minime feracis ſoli incolae aliud, quod itidem minime ferax ac fertile foret, incolere voluiſſent? Contra certe, minime dubitandum eſt de eo, quod antea dixit, μάλιςα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίςη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν, id eſt, *vt autem quaeque terra optima erat, ita ſemper mutationibus incolarum maxime erat obnoxia.* Quod etiam Attica teſtatur, in quam, quod eſſet λεπτογεως, aliud hominum genus non immigrabat. Sed quae adiiciuntur ad loci huius expoſitionem, recte et ipſa μὴ διαρκῆ χώραν tribuunt τοῖς καταξρεφομένοις, verum tamen ibi τὰς πορθουμένας πόλεις et τὴν ἀλλοτρίαν, quam illi κατεξρέφοντο, tanquam de diuerſis dici, minime placet. Scribit enim *Thucydides*, ἐπιπλέοντες γὰρ τὰς νήσους κατεξρέφοντο, καὶ μάλιςα ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον χώραν· at in his ſcholiis dicitur οἱ καταξρεφομενοι τὴν ἀλλοτρίαν, οὗτοι μὴ διαρκῆ χώραν ἔχοντες, ἐπέπλεον πρὸς τὰς πορθουμένας πόλεις. Imo vero hae inſulae erant illa ipſa regio

ἀλλοτρία, quam illi ἐπόρθουν, siue (vt loquitur *Thucydides*) κατεσχέφοντο. STEPH. Verba haec, ἢ οἱ κατασχέφοντες, ἢ οἱ κατασχεφόμενοι, non sunt in *Cass.* et *Rostg.*

5. Νήσους] Πόλεις *Rostg.*

6. Καὶ στρατείας ἐκδ.] Εἰς στρατείας ἐκδήμους *Cass.*

Ibid. Οἷον ἀπὸ τῆς etc.] Verba haec, οἷον, ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας ἕκαστος τὸ Φθάνον, aliunde huc migrasse dicamus necesse est. Videndum igitur, ne his exponantur ista, ἀπὸ τῆς ἴσης. Verum et aliis duobus modis deprauatum esse hunc locum existimo: nam et participium Φθάνον pro alio positum esse, et verbum quodpiam post ipsum esse omissum. Si enim aut hanc scripturam, ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας ἕκαστος τὸ ἐπιβάλλον συντελῶν, vel χορηγῶν, aut aliam, quae sensum eundem efficeret, haberemus, aptam (meo quidem iudicio) harum vocum ἀπὸ τῆς ἴσης expositionem in ea inueniremus. Sed et genitiuus ἑκάστου magis placeret, pariterque συντελοῦντος, vel χορηγοῦντος, id est, *vnoquoque ex suis facultatibus, quantum competeret, erogante.* Hoc namque qui faciunt, ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ποιοῦνται. Sed quum Φθάνον sit vocabulum a nostro ἐπιβάλλον modis omnibus diuersum, pro hoc quaerendum est aliud eiusdem significationis, quod cum illo aliquid affinitatis habens in locum illius irrepsisse verisimile sit. Videtur autem migrationi horum verborum in alienam sedem occasionem praebuisse repetitio nominis στρατείας, annotatis iis in priorem locum habentem στρατείας, quae annotanda erant in posteriorem, in quo eadem vox legitur. Nec vero debet nos mouere, quod alia aliorum vocabulorum ἀπὸ τῆς ἴσης expositio proponatur. Non pauci enim sunt loci, in quorum vnumquemque plures expositiones afferuntur. Caeterum ne hoc quidem praetermittendum, illud οἷον mutandum videri in ἤγουν. Tamdiu huic loco immoratum esse puderet, nisi eius examen lectori ad alios examinandos posse viam sternere compertum haberem. STEPH. In *Cass.* illa, ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας ἕκαστος τὸ Φθάνον, primum scripta erant post νήσους· deinde adscripta verbis ἀπὸ τῆς ἴσης, quo ea pertinere putat *Stephanus.* Post οἷον autem statim legebatur scholion οὐκ ἐξιόντες ἐποίουν, quod in editis adnotatur ad sequentia, οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες. Et hoc recte.

ib. Οὐκ ἐξιόντες ἐποίουν] Scribendum potius ἐποιοῦντο, vt legitur apud *Thucydidem;* ex errore enim hanc passiuae vocis mutationem in actiuam ortam existimo: quum huiusmodi loquendi generibus illa potius, quam haec, soleat adhiberi. Quoniam autem durum est, οὐκ ἐξήεσαν στρατείας, hoc verbum in duo vocabula resoluit, in participium illius verbi ἐξήεσαν et in ἐποίουν, vel potius (vt dixi) ἐποιοῦντο. STEPH. Neque a sensu textus aberrat quidem haec nota *Schol.* sed ratio constructionis et Atticismi in ἐξήεσαν ἐκδήμους στρατείας melior redderetur ex intellecta praepos. εἰς. GRAMM.

P. 41. v. 1. Ἀνυπήκοοι οὖσαι] Magna hic sub parua mutatione est lectionis diuersitas, quum ex αἱ ὑπήκοοι fiat ἀνυπήκοοι. Non video tamen, qui negari possit, hunc *Enarratorem* hanc, non illam, scripturam agnoscere: praesertim quum subiungat, οὐ γὰρ ὑπήκουον. At vero participium οὖσαι eum de suo adiicere, tanquam subaudiendum, credibile est. Sed de illo ἀνυπήκοοι quid dicemus? an alteri lectioni αἱ ὑπήκοοι illam anteponemus? Anteponendam haud censeo: primum, quoniam articulo hic videtur opus futurum fuisse, et dicendum, αἱ ἀνυπήκοοι, aut potius, articulo cum alio nomine posito, ita loquuturus fuisse *Thucydides*, οὐ γὰρ ξυνεσήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις αἱ μικραὶ (vel αἱ ἧσσους) ἀνυπήκοοι, aut ἀνυπήκοοι οὖσαι, id est, ἅτε δὴ ἀνυπήκοοι οὖσαι, hoc sensu, *Non enim paruae vrbes cum maximis consociatae erant, vtpote quae illis non parerent*, vel, *quae sub illarum ditione non essent.* Male enim *Valla* locum hunc, sicut alios quamplurimos, interpretatur, quum ξυνεσήκεσαν reddit *consurgebant.* STEPH. In *Reg.* est ὑπήκοοι οὖσαι οὐδὲ ὑπήκοοι. *Cass.* quoque ὑπήκοοι οὖσαι.

ib. Λείπει τὸ συντελ.] Quomodo verum hoc comperietur, cum κοινὰς vocem συντελείας λείπειν, id est, *subaudiendam esse?* (nam eum verbo λείπειν, quod *deesse* significat, ita solitum esse vti de iis etiam quae praetermissa sunt, non a librario, sed ab ipso scriptore, subaudienda ea relinquente, in mea *Praparasceue* docui) quomodo vni eidemque adiectiuo duo substantiua, στρατείας et συντελείας, iungi possint? Credibile igitur non est, eum ista in vocem κοινὰς annotasse, sed in vocem proxime praecedentem ἴσης· tanquam *Thucydide* ἀπὸ τῆς ἴσης dicente ἐλλειπτικῶς pro ἀπὸ τῆς ἴσης συντελείας. STEPH. In *Reg.* et *Cass.* haec adnotata erant ad vocem ἴσης. κατ' ἰσότητα μιγνύμενοι desunt *Cass.*

2. Ἐπολέμουν οὗτοι etc.] Ne hoc quidem vere dici comperiemus, ἐπολέμουν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ Ληλαντίου πεδίου, siquidem annotetur in ista verba, κατ' ἀλλήλους δὲ μᾶλλον ὡς ἕκαστοι οἱ ἀσυγείτονες ἐπολέμουν. Quid igitur de hac annotatione sentiendum est? Ex sua sede et ipsa (meo quidem iudicio) migrauit: estque adscribenda in hunc locum, πόλεμον Χαλκιδέων καὶ Ἐρετριέων. STEPH. In *Cass.* ponitur post verba Ἐρετριεῦσιν ἐμάχοντο.

3. Ληλαντίου πεδίου] Vide *Strab.* l. 10. p. 448. *Ed. Par.* HVDS.

ib. Διεσπάσθη etc.] Non dubium est, quin διΐσαμαι plane contrariam habeat significationem illi ξυνίσαμαι, ex quo est ξυνεσήκεσαν, in iis, quae paruo interuallo praecedunt: et quin istud διέσχη non minus apte ἐμερίσθη, quam διεσπάσθη, vtroque eundem sensum efficiente, possit exponi. Quum igitur iam verbo διεσπάσθη illud expoſuerit, cur et verbo ἐμερίσθη non audet exponere? Nimirum aut aliter scriptum locum hunc *Enarratorem*, aut non bene mentem suam aperuisse, dicendum est. Verum illud potius, quam hoc, dixerim, quum ista etiam, οὐ συνεμάχησεν, iis, quae a *Thucydide* dicuntur, repugnent. Vtique porro eodem, quo hic, vocabulo et p. 15. καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἴ τινές που διαφαῖεν, vbi hoc exponit, διενεχθεῖεν, et στασιάζοιεν πρὸς ἀλλήλους. STEPH. Contrarium prorsus statuit menti Auctoris *Scholiastes* hoc loco. Nam τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν, reliqua Graecia, διέσχη, hoc est, ἐμερίσθη, ita vt pars Eretrienſibus faueret, pars Chalcidenſibus in societatem se adiungeret: tantum abest, vt vera sint, quae dicit

Scholiaſtes, ὅτι μόνοι Χαλκιδεῖς μόνοις Ἐρετριεῦσιν ἐμάχοιτο. GRAMM.

6. Ἐδούλωσε δηλονότι] Ἐδούλωσεν ἀπὸ κοινοῦ. λέγει δὲ Χίον καὶ Σάμον. *Roſtg.*

ib. Τὸ μάλιϛα ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς] Exponit quidem et alibi δι' ἀκριβείας vocem μάλιϛα, ſed ibi certe, vbi de numero agitur. Videndum autem, an non potius tollenda ſit interpunctio poſt ἠδύναντο, et pònenda poſt μάλιϛα Ita enim loquitur cum alibi, tum libro 8. p. 531. ἔπειτα ἑκάϛου πρὸς αὐτὸν ὅϛον ἐδύνατο μάλιϛα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα. STEPH. Ἐς τὰ μάλιϛα ἀντὶ τ. ἀ. *Roſtg.*

P. 43. v. 1. Τὸ δὲ ὑπερβατὸν, τύραννοι γὰρ, φησὶ, πᾶς] Τὸ δὲ ὑπερβατὸν οὕτως, τύραννοι τὰς *Caſſ.*

ib. Τὸ γὰρ ἀντὶ τοῦ δέ.] Non raro quidem δὲ pro γὰρ ponitur, et quidem ab hoc ſcriptore: at vero γὰρ viciſſim pro δὲ poni vereor, ne non rarum tantummodo, ſed propemodum ſit inauditum. Neque vero credibile eſt, eundem et hoc dixiſſe, videlicet γὰρ pro δὲ poſitum eſſe, et ſubiunxiſſe quae ſequuntur, οὐ λέγω περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ πλεῖϛον ἐχώρησαν δυνάμεως. Nam tam recte hoc dicitur (meo quidem iudicio), quam male illud. Hoc inquam, vt particula γὰρ reſpiciat ad ea, quae cogitata ſunt a *Thucydide*, non autem et ſcripta. Veriſimile eſt enim, eum in mente iſta habuiſſe, *Non loquor de tyrannis Siciliae; hi enim ad maximam potentiam peruenerunt.* Vel, *Excipio tamen Siciliae tyrannos; hi enim ad max.* etc. STEPH.

2. Ἐπὶ πλεῖϛον etc.] Non dubito quin ἐπὶ πλεῖον, non ἐπὶ πλεῖϛον, legerit: alioqui enim πλείϛην δύναμιν περιεβάλοντο, non πλείονα, vt opinor, dixiſſet. IDEM.

3 Κατὰ κοινοῦ τὸ κατ'] Primo quidem adſpectu videri queat verum, quod ait, de repetendo verbo κατείχετο cum ἀτολμοτέρα εἶναι, nimirum ἀπὸ κοινοῦ (vt alibi paſſim dicit, potius quam κατὰ κοινοῦ): ſed vt conuenienter dicitur κατείχετο κατεργάζεσθαι, ita etiam ἀτολμοτέρα εἶναι non bene cum κατείχετο cohaereret, ſiue, non cohaerenter illi verbo κατείχετο ſubiungeretur: quum potius verbum aut verba contrariae ſignificationis ſubiungere oporteret: videlicet τολμᾶν aut εὔτολμος εἶναι. Atque hoc animaduertit *Valla*, qui vertit, *Ita undique Graecia longo fane tempore prohibita eſt, tum communiter quippiam agere illuſtre, tum per ſingulas ciuitates audacia uti.* Neque enim eum aliam lectionem ſequutum eſſe exiſtimandum eſt: ſed illam, quam dixi, incohaerentiam vitare voluiſſe. Haec autem eo facilius excuſari poteſt, quod poſt κατείχετο ſequatur quidem κατεργάζεσθαι, praefixam habens particulam negatiuam μήτε, at his verbis non itidem negatiua, ſed coniunctiua τε, ſit praefixa. Nam minus excuſari poſſe videretur, ſi dixiſſet, μήτε κοινῇ Φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι, μήτε κατὰ πόλεις ἀτολμοτέρα εἶναι. Sed tamen et quam habemus lectionem adiuuandam nobis eſſe fateor, vt locum habere poſſit illud ἀτολμοτέρα εἶναι. Adiuuabitur autem, ſi vel perinde eſſe, ac ſi ſcriptum eſſet, κατείχετο, ὥϛε κοινῇ Φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι, καὶ κατὰ πόλεις ἀτολμοτέρα εἶναι, dicamus: vel in poſteriori membro, pro κατείχετο aliud quodpiam ei aptum verbum eſſe ſubaudiendum, non ſecus ac ſi particula μήτε inſerta non eſſet: hoc modo, κατείχετο κοινῇ Φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι, κατὰ πόλεις τε ἀτολμοτέρα εἶναι ἠναγκάζετο. Eundem autem ſenſum nobis hic dediſſet particula τε, quem dat μηδὲν, vacante videlicet negatione: cui tamen et alia accedit, in ea, quam habemus, lectione, quum μήτε praecedat. Sed idem hic a *Thucydide* fit poſt verbum κατέχεσθαι, quod facere conſueuit poſt alia multa, et quidem (vt opinor) omnia quae δυνάμει. inclusam negationem habent, ſiue quibus vis negatiua (vt ita loquar) ineſt. Ita igitur hic verbo κατείχετο negatiuas particulas ſubiunxit, vt verbo ἐκωλύετο ſubiunxiſſet: quo certe non minus, quam altero illo, vti hic potuiſſet. Atque ita examinatus hic locus lectorem in aliis huiuscemodi iuuare poterit. IDEM.

6. Καθόδου] Καθέδρας *Roſtg.*

[7. In Baſ. Schol. non παλαιτάτου, ſed παλαιοτάτου, praefigitur.]

P. 45. v. 2. Γερουσίᾳ] Sic etiam p. 17. γερουσίας Lacedaemoniorum mentionem facit. STEPH.

3. Οὐχ ὅτι διαν.] Dicit, *Thucydidem* mirari, quomodo id Athenienſibus in mentem venerit, quum tamen, ſe id mirari *Thucydides* non dicat. Sed intelligit, quod ab eo dicitur, διανοηθέντες ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, ac non ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, perinde eſſe, ac ſi diceret, ſe mirari, eos illud διανοηθῆναι, id eſt, iis in mentem illud veniſſe. Alioqui certe verum eſt, quod ait, poſſe etiam dici, aliquos διανοηθέντας facere aliquid, quod tamen non fecerint. Exiſtimare enim debemus, latere hoc ſub iſtis verbis, οὐχ ὅτι διανοηθέντες, οὐκ ἐποίησαν. IDEM

4. Οἱ Ἕλληνες] Poterat hic falli lector, potius quam aliis plerisque locis, vbi eadem eſt admonitio. Nam quum proxime praecedat Athenienſium mentio, primo adſpectu Ἀθηναῖοι videri poterat is eſſe nominatiuus, qui cum διεκρίθησαν iungendus foret. IDEM. Ἕλληνες non eſt in *Reg.* et *Caſſ.* et ad πολλῷ διεκρίθησαν adnotatur χρόνῳ διέζησαν.

8. Οὗτοι τοὺς συμμ.] Deſiderari dico vocem ἰδίους ante συμμάχους, et ea repoſita legi debere, ἔχοντες οὗτοι τοὺς ἰδίους συμμάχους. STEPH.

Pag. 47. *V.* 1. Ἔχοντες Φόρους οὐχ ὑποτ.] Caecutit hoc loco *noſter Scholiaſtes*, quum dicit ἔχοντες Φόρους οὐχ ὑποτελεῖς. Quid enim his vocibus ſignificari nobis dicere poſſet? Sed prius interrogandus eſſet, quonam alio in loco illas legiſſet. Haberet certe nullum, quem proferret, niſi forte in aliquem eodem corruptum modo incidiſſet. Sed ne iſte quidem in cunctis inuenitur exemplaribus deprauatus: quum (vt videre eſt) lectio alia ſit in aliis, Φόρου nimirum: quam et iſta editio in contextu habet, ſicut alteram illam in margine. Recte autem ſcribi Φόρου, non Φόρους, quamplurimi vel eiusdem *Thucydidis* teſtantur loci. IDEM. Pag. 39. ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους Φόρου ὑποτελεῖς, et p. 482. καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ Φόρου ὑποτελῶν. HVDS. Totum hoc ſcholion abeſt a *Caſſ.*

ib. Ξυμμάχους ἡγοῦντο] Alucinatur hic non minus, nec minore cum periculo, quam in eo, qui proxime praecedit, loco. Quomodo enim concedere hoc poſſimus

Thucydidem talem antiptosin sibi permisisse vt etiam ἡγοῦντο τοὺς συμμάχους pro τῶν συμμάχων dicere auderet, quin illius sermoni iniuriam faciamus, perinde ac si exlegem omnino esse clamaremus? Facit autem participium ἔχοντες, vt minime necesse sit, verbum ἡγοῦντο cum accusatiuo illo iungere: nam ille accusatiuus ad participium ἔχοντες, non ad verbum ἡγοῦντο pertinet. STEPH. In *Cass.* quidem etiam legitur hoc scholion, sed simul super ἡγοῦντο scriptum est αὐτῶν· quod qui adscripsit, recte putauit, id supplendum esse, nec coniungenda verba τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο.

2. Ἡγοῦντο δηλονότι.] Imo vero κατ' ὀλιγαρχίαν non iungitur cum ἡγοῦντο (quod reperatur ἀπὸ κοινοῦ), sed cum πολιτεύσωσι Cum aliunde autem, tum etiam ex hoc loco aliisque huiusmodi, *Scholia* haec symmicta esse et diuersas diuersorum expositiones alicubi habere apparet: nec solum diuersas, sed quibusdam in locis et contrarias. Hic certe prima expositio v. 85. verba ista, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ, praecedentibus iungit, ideoque ἡγοῦντο repetendum censet. Secunda v. 87. quum nullam mentionem faciat illorum verborum κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ, praecedentibus et ipsa iunxisse haec videri possit. Tertia (quam habes alteri subiunctam) ea demum est, ex qua iungi sequentibus debere et dicta esse per appositionem (vt grammatici vulgo loquuntur) discere possumus; quamvis quicunque eius est auctor, ita loquatur, ac si ἐξηγητικῶς siue ἐπεξηγητικῶς posita verba illa essent (quam scribit, ὅπως πολιτεύσωσιν ἐπιτηδείως σφίσιν αὐτοῖς, τουτέστι, κατ' ὀλιγαρχίαν), et tamen oporteat, quae ἐξηγητικῶς dicuntur, id est per exegesin (siue, ita vt exegeseos speciem prae se ferant), non praecedere, vt haec praecedunt, sed sequi. STEPH. In *Cass.* non est haec interpretatio. Et potest sine damno abesse. Fortassis etiam in quibusdam exemplaribus cum superiore coniuncta, et scriptum fuit, τῶν συμμάχων ἡγοῦντο. Δηλονότι deinde potuit addi, quum ἡγοῦντο loco motum et ad verba κατ' ὀλιγαρχίαν relatum fuisset.

ib. Ἐπιτηδείως καὶ ὁμοίως] Non est ἐπιτηδεία ista expositio, quae ἐπιτηδείως vult a nobis accipi pro ὁμοίως. (nam quum dicitur ἐπιτηδείως καὶ ὁμοίως, particula καὶ hic, vt aliis plerisque locis, praefigitur voci, per quam praecedens explicatur) nam potius pro eo ponitur, quod Latini *accommodate* dicunt, vel *ex vsu suo*. Neque tamen dicerem *accommodate sibi*, verbum verbo reddens: sed paulo liberius verterem, *accommodate ad statum suae reipublicae*. STEPH.

3. Πολιτεύεσθαι] Minus etiam ferri potest ista expositio, qua πολιτεύσωσι dicitur esse πολιτεύεσθαι ἀναγκάσωσι. Scimus enim, πολιτεύειν *Thucydidi* hic, sicut aliis plerisque locis, nihil aliud esse, quam πολιτεύεσθαι. STEPH. A *Cass.* abest ἀναγκάσωσι. Sed ita imperfectus relinquitur sensus.

Ibid. Θεραπεύοντες αὐτοὶ etc.] Quamuis tertiam hanc expositionem aliis praeferendam esse dixerim, est tamen et in ea, quod non placet; nam θεραπεύοντες non libenter iunxerim cum subaudito accusatiuo Λακεδαιμονίους, quum absolute positum (sicut et alibi) dici possit. Caeterum ante τοῦτο μόνον particulam ἐς vel διὰ desiderari arbitror. STEPH. In *Reg.* post ὀλιγαρχίαν haec addebantur: ἢ ἐπιμελούμενοι οἱ Λακεδαιμόνιοι ὁμοιωθῆναι αὐτοῖς τοῖς Λακεδαιμονίοις διὰ τὴν ξυμμαχίαν κατὰ τὴν ὀλιγαρχίαν. *Cass.* non habebat τὸ ἑξῆς, et quae inde sequuntur, pro quibus haec scripta erant: οἱ Λακεδαιμόνιοι μὲν ὀλιγαρχίας μᾶλλον ἐν τοῖς συμμάχοις καθίσαν, Ἀθηναῖοι δὲ . . . . δημοκρατίας καὶ Φόρους ἐξέλεγον.

P. 49. v. 1. Ταῦτα] Ἐνταῦθα *Cass.*

ib. Ταῦτα λέγει etc.] Iniuriam quodammodo facere huic scriptori videtur in eo, quod scripsisse eum ista dicit, quoniam a Pisistratidis genus ducebat. Hoc enim Φιλαληθεία *Thucydideae* minime est consentaneum. STEPH.

2. Ὑποτοπήσαντες, καὶ π. μεμηνύσθαι, ἅμ' ἐβουλ.] Ὑποτοπεύσαντες τὸ παραχρ. μεμηνύσθαι. τὸ ἅμα. ἐβουλ. *Rostg.* Vulgata est in *Cass.* nisi quod post μεμηνύσθαι additum habet ὅτι· nec male. In eo, quod editur, aliquid deesse apertum est.

3. Τοῦτό ἐστιν] Malim τοιοῦτό ἐστιν, vt alibi τοιοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον. STEPH.

Ibid. Ἦρχε τυραννων] Scriptum fuisse et scribendum esse puto τυραννῶν· pro quo paulo post τύραννος ὤν. IDEM.

5. Ἐπιβουλευσάμενοι etc.] Videtur dicendum potius fuisse ἐπιβουλεύσαντες Ἱππίᾳ. IDEM.

Ibid. Τὸν αὐτὸν Ἵππ.] Malim αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον. IDEM.

6. Παιδὸς] Παίδων *Rostg.* et mox Λεῶν pro Λεώς· sed rectum esse Λεὼς, docuit *Leopardus* XIX. Emendat. 23.

7. Καλούμενον] Τὸ καλούμενον *Cass. Rostg.*

Ibid. Λεωκόριον] Hanc sequendo historiam, scriptura haec recipienda est, Λεωκόριον, altera, Νεωκόριον (quae est in margine), reiecta. STEPH.

8. Τὰ ἐγγυτάτω χρόνῳ] Τὰ ἐγγὺς τῷ χρόνῳ *Cass.* Τὰ ἐγγὺς τῶν χρόνων *Rostg.*

9. Βασιλεῖς] Δύο βασιλεῖς *Cass. Rostg.*

10. Ἑκάτερος ἕνα] Videtur innuere, hanc vulgi de Lacedaemoniorum regibus falsam opinionem, quam *Thucydides* reprehendit, ex eo esse ortam, quod Lacedaemoniorum regum vterque vnico quidem calculo sententiam ferret, sed qui duorum vim haberet. STEPH.

ib. Οἴονται μιᾷ] Non debuit omitti negatiua particula μὴ ante μιᾷ. STEPH. Hoc scholion non est in *Cass.*

11. Ἀπὸ Πιτάνης] De Pitane vico vide *Meurfii* Miscell. Lac. l. 4. c. 9. HVDS.

P. 51. v. 1. Τὸν Ἡρόδοτον] His addita sunt in *Rostg.* Ἡρόδοτος μαρτυρεῖ, ὅτι ἦν ὁ Πιτανάτης λόχος.

ib. [nunc 6.] Προκατασκ. etc.] Verba ista nequaquam huc pertinent: nec dubito, quin annotata fuerint in ista *Thucydidis*, καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, et quae sequuntur. STEPH. Confirmat coniecturam *Stephani Cass.* in quo haec adnotantur ad verba λόγῳ εἶπον ἕκαστοι. In *Rostg.* quoque non eo loco, quo in editis, sed tamen alieno post ἀκούοντως εἰπεῖν posita erant.

3. Ἀντὶ τοῦ ὄντα] Qui εἶναι pro ὄντα hic sumi crederet, ignoraret Atticae constructionis canonas. Recte haec sane verba ceperunt *Valla* et *Ablancurtius*. Inepte

transtulit *Enenckelius: quemadmodum ſe res priſcae habuerint.* GRAMM.

Ibid. Ἡ περιοχὴ τοῦ λόγου, οὑτωσὶ διῆλθον] Ἡ περιοχὴ τοῦ λόγου οὕτως Φαίνεται. διῆλθον *Roſtg.* Sed *Idem* mox perperam ὥσπερ ἐπὶ, pro ὡς πρέπει.

ib. Τῷ διηγουμένῳ] Τὸν παλαιὰ διηγούμενον *Caſſ. Roſtg.*

4. Λείπει τὸ τοίνυν.] Videtur intelligere, καὶ poſitum eſſe pro καὶ τοίνυν, quum dicit λείπει τὸ τοίνυν· intelligens eſſe ſubaudiendum. Qui autem ſubiungitur genitiuus τῶν Πελοποννησίων, pertinet ad πόλεμος. STEPH.

5. Τοῦτο γάρ ἐϛι τὸ αὐτῶν etc.] Duplicem ponit genitiui αὐτῶν expoſitionem: vt videlicet περὶ τῶν ἀρχαίων dictum intelligamus, ex his, quae paruo interuallo praecedunt, τὰ ἀρχαῖα μᾶλλον θαυμαζόντων· vel de Athenienſibus et Peloponneſiis; id eſt, de illorum potentia. Sed poſterior haec expoſitio nimis longe petita, et inepta quadam ſubtilitate excogitata eſt: at illa prior, vt e propinquo ſumta, ita etiam veritati conſentanea eſt. *Valla* certe ita hunc locum interpretatus eſt, vt pronomen quidem retinuerit, ſed nemini dubium reliquerit, quin illo referendum ſit. Ita enim hunc locum vertit: *Et licet homines praeſens bellum, in quo verſantur, ſemper maximum iudicent, eoque finito, vetera vehementius admirentur, tamen hoc bellum, animaduertentibus, ex ipſis operibus, maius illis ſe exſtitiſſe oſtendet.* Neque enim *illis* alio, quam ad *vetera*, referri quisquam dixerit: quum ad *opera* referre ſit abſurdum. De hoc tantum monebo te obiter, pleonasmum, qui eſt in hac interpretatione, vbi dicitur, *praeſens bellum in quo verſantur*, non eſſe apud *Thucydidem*, quum is non dicat τὸν παρόντα, ἐν ᾧ ἂν πολεμῶσι, ſed haec verba praecedant illa τὸν παρόντα· et cum ἐν ᾧ non intelligendum ſit πολέμῳ, ſed χρόνῳ· id eſt, *quamdiu belligerantur*, [vel], *tantisper dum belligerantur*] *praeſens bellum maximum iudicent.* Verum ad hunc noſtrum *Enarratorem* vt reuertar, aliis plerisque locis idem, quod hic fieri ab eo videmus: duas videlicet expoſitiones afferri, quarum vna e propinquo ſumta ſit, altera autem longe ſit petita, et inepta quadam ſubtilitate (vt modo loquebar) excogitata; fere autem vſu venit, vt de priori quidem illud, at de poſteriori hoc dici poſſit. Ad hunc quidem certe quod attinet locum, neminem mihi de illo refragaturum puto, quin, quam recte dixerat, αὐτῶν *intelligendum de bellis antiquis*, tam male poſtea addat, *poſſe etiam intelligi de Athenienſibus et Peloponneſiis*: perinde ac ſi diceret, *maiorem eorum potentiam fuiſſe.* IDEM.

9. Ἐπιτηδείως] Dicit, illum apte ignorationem ſuam praetexere, vt propriis enthymematibus vtatur. Hoc autem nomine totum concionum artificium oratorium complectitur. IDEM.

10. Ἐπειδὴ Φιλαθ.] Verba haec, ἐπειδὴ Φιλαθήναιος δοκεῖ, τοῦτο λέγει, crediderim, annotata fuiſſe in iſta *Thucydidea*, οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει. IDEM.

P. 53. v. 1. Ἐρευνῶν] Ἐπεξελθὼν non ἐρεύνησιν ſolam indicat, ſed narrationem rerum diligentem atque ſinguli perſequentem. GRAMM.

2. Αὐτῶν τῶν λεχθ.] Cur αὐτῶν intelligi περὶ τῶν λεχθέντων, non autem περὶ τῶν πραχθέντων, dicemus? De his certe, non de illis, *Thucydidem* loqui tam manifeſtum eſt, quam nota cuilibet eſſe poteſt ſignificatio iſtorum verborum, τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πολέμῳ. IDEM. A *Caſſ.* omnia abſunt praeter ἐπειδὴ ἄδηλα τὰ ἀνθρώπινα.

Ibid. Τῶν ἐν τῷ etc.] Deeſſe puto praepoſitionem περὶ ante τῶν ἐν τῷ πολέμῳ λόγων. Quae autem ſubiunguntur, alio pertinent, ad illa videlicet, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά. Sed haec, ἐπειδὴ ἄδηλα τὰ ἀνθρώπινα, puto ἐξήγησιν eſſe illorum *Thucydidis* verborum, quae mox velut per parentheſin a *Thucydide* ponuntur, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ſiue ἀνθρώπειον. Alioqui certe inter vocabulum illud ἀφελείας, et iſta verba ἐπειδὴ ἄδηλα τὰ ἀνθρώπινα, deeſſe quaedam merito ſuſpicaremur. STEPH.

3. Εὐνοίας, ἐπὶ Λακ.] Dicit, εὐνοίας quidem ad Lacedaemonios, at μνήμης ad Athenienſes reſpicere: hoc ſibi volens (vt opinor): Athenienſes quidem, quum de re quapiam in bello geſta interrogarentur, reſpondere ſolitos; prout meminiſſent: at vero Lacedaemonios aliquid amori ſuarum partium (id eſt, quo partes ſuas proſequebantur) dare conſueuiſſe. Sed ego ſubtiliorem, quam veriorem, hanc exegeſin eſſe exiſtimo: et contra *Thucydidem* ſimpliciter (vt ita dicam) eſſe loquutum, nihil ſub his verbis occultantem. Quod ſi ita eſt, locum hunc ita intelligere debemus, vt non minus Athenienſes, quam Lacedaemonios, aliquid illi ſuas in partes amori potius, quam veritati, dare ſolitos dicamus. *Valla* autem ita Latinum fecit hunc locum, ac ſi vocula τὶς cum genitiuo ἑκατέρων non iungeretur, ſed genitiuus εὐνοίας ad hunc ferretur, ἑκατέρων pro εἰς ἑκατέρους accipiendo. Haec enim ſunt eius verba: *Quoniam qui ſingulis gerendis rebus adfuerant, non eadem de ipſis dicebant, ſed prout quis aut in alterutros amore propenſior erat, aut reminiſcebatur. Vallae* interpretationem ſequuta eſt iſta multis annis poſterior: *Quod qui ipſi ſingulis rebus interfuerant, non eadem de illis narrare ſolebant, verum vt quisque erga alterutram partem vel benevolentia affectus erat, vel memoria tenebat.* At ego non video, quid obſtet, quo minus vtrumque, videlicet et ὡς εὐνοίας et ὡς μνήμης ἔχοι, de vtrisque dicatur, tam de Lacedaemoniis, quam de Athenienſibus: agnoſcente *Thucydide*, τὴν εὔνοιαν tam in his, quam in illis, ſuperaſſe interdum τὴν Φιλαλήθειαν. Hoc autem a quibus admittetur, admittendum et illud erit, iungi vocalem τὶς cum ἑκατέρων. IDEM. In *Caſſ.* et *Roſtg.* ad ἔχοι hic adnotatum erat ἀντὶ τοῦ εἶχον. In *Reg.* ἀντὶ τοῦ εἶχεν.

4. Πρὸς Ἡρόδ.] Dici ſolet potius τοῦτον αἰνίττεται, quam πρὸς τοῦτον· et hic ipſe alibi non hoc, ſed illo, eſt loquutus modo. Habemus quidem certe paulo poſt absque illa praepoſitione, ſed cum genitiuo rei, non perſonae, αἰνίττεται δὲ τὰ Μηδικὰ Ἡροδότου. Vide in mea ad horum ſcholiorum lectionem *Proparaſceue.* STEPH. In *Caſſ.* et *Roſtg.* eſt πάλιν πρὸς Ἡρόδοτον· et abeſt αἰνίττεται.

ib. Τὸ ἑξῆς etc.] Docui in *Proparaſceue ad lectionem horum Scholiorum*, τὸ ἑξῆς in iis vocari ordinem

ſeu ſeriem verborum, eum videlicet ordinem, ſeu illam ſeriem, ad quam ſunt reuocanda: at vero διάνοιαν, ſicut et νοῦν, appellari eorum ſenſum: et cum nonnulla iam habuimus exempla huius vſus nominis διάνοια, tum vero in iis, quae ſequuntur, habebimus quamplurima: ideoque et hic διάνοια ita accipiens, ſeparo ab iſtis, quae ſubiunguntur, ἀρκούντως ἕξει. Sed quum haec, ἀρκούντως ἕξει, ἤτοι ἀρκέσει, nullum nominatiuum haberent, nomen illud διάνοια, tanquam eorum nominatiuus, iunctum iis fuit. Quorſum autem extrinſecus talem nominatiuum *Enarrator* iſte aduocaret? Sed age (dicet quispiam) alium mihi in huius locum ſubſtitue. Nullum equidem apud hunc *Enarratorem* inuenio, at vero apud *Thucydidem* videre mihi videor, quomodo requirendus non ſit nominatiuus: ſi videlicet dicamus, ante ἀρκούντως ἕξει ſubaudiendum eſſe datiuum ἐκείνοις· hoc pacto, ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, (et quae ſequuntur) ἐκείνοις ἀρκούντως ἕξει, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά. Cur vero et *Enarratori* (inquies) non licebit ad hunc datiuum confugere? Quoniam ſibi ad hanc datiui ſubauditionem praecludit viam, dum ὠφέλιμα iungit cum illis, ὅσοι βουλήσονται, ipſe videlicet ὑπακούων datiuum πᾶσιν ante ὅσοι. Caeterum fateor, me, quum ita datiuum illum ἐκείνοις extrinſecus aſſumo, aliquantum ab ea interpretatione discedere, quam margini editionis meae appoſui. Nunc enim locum hunc (paulo autem altius repetam) ita vertendum eſſe dico: *Ac quatenus quidem ea nihil fabuloſi admixtum habent, minus fortaſſe auditu ſuauia erunt: ſed quicunque volent veritatem eorum, quae euenerint, conſiderare, nec non eorum, quae (vt ſunt res humanae) vel talia omnino, vel ſimilia ſunt euentura, illis ſatis erit, ea eſſe vtilia iudicare.* Fateor tamen, duriuſculum poſſe hoc videri, *veritatem eorum, quae ſunt euentura;* quomodo enim veritatem eorum, quae nondum euenerunt, aliquis poteſt conſiderare? Sed, quamuis continuare orationem ſub eodem caſu maluerit *Thucydides*, videlicet genitiuo, eumque comitetur nominis σαφὲς repetitio, tamen non aliam *Thucydidis* mentem eſſe debemus arbitrari, quam ſi mutato caſu dixiſſet, καὶ τὰ μέλλοντα ποτὲ αὖθις τοιαῦτα καὶ παραπλήσια ἔσεσθαι. Denique eius mens, vt opinor (ſi liberiorem et periphraſticam interpretationem licet adiicere), eſt haec: *Ac ea quidem quae a me in iſta hiſtoria ſcribuntur, quatenus nihil fabuloſi illis admiſcui, minus fortaſſe aures delectabunt, ſed quicunque volent, quae euenerunt, conſiderare (a me nullis fabulis permixta illa quidem, ſed ita narrata, vt ſe habere certo comperi), et in illis perpendere, quam multis caſibus vita humana ſit obnoxia, ideoque vel talia omnino vel ſimilia nos manere: illis quidem certe ſatis placere horum lectio poterit, vel eo nomine, quod ad paranda vitae ſuae documenta prodeſſe iudicabunt.* Conſidera, quam multa ſub paucis *Thucydidis* verbis lateant, et quae in ſtructura orationis eius duriuſcula, aut etiam dura ſunt, quam facile molliri queant, ſi paulum a nobis eius oratio adiuuetur. Vide etiam, quam procul ab eius ſenſu lectorem abducant hic (vt et paſſim propemodum) vulgares interpretationes. Ita enim *Valla: Verum quia non fabuloſae ſunt res, minus erunt fortaſſis auditu ſuaues: tamen quicunque volet rerum geſtarum ſinceritatem intueri, et quum aliquando talia iterum ſimiliaque (vt ſunt res humanae) ventura ſint, diſcernere vtilia abunde poterit.* Scribo autem *volet* et *poterit:* quum alioqui, retinendo *volent*, quod reſpondet Graeco plurali βουλήσονται, *poterunt* ſcribendum ſit. Huic autem *Vallae* interpretationi adiiciam et alteram, multis annis illa poſteriorem; ea eſt huiusmodi: *Atque ad aurium oblectationem haec noſtra, non adſperſa fabulis, minus fortaſſe iucunda videbuntur: ſed qui verum certitudinem conſiderare volent, et de futuris negotiis, quae, vt ſunt res humanae, aliquando vel talia vel ſimilia accidere poſſunt, quid ex vſu ſit, vtiliter iudicare, his haec hiſtoria abunde ſufficiet.* Vide, quanto magis licenter, ſed non tamen magis fideliter, hisce Latinis Graeca illa reddita ſint. Scio eſſe, et qui perinde interpretentur, ac ſi περὶ τῶν μελλόντων et ὠφελίμως ſcriptum eſſet; ita enim illi, *et de futuris vtiliter*, *e ſuperiorum temporum caſibus*, *iudicare.* Neque tamen lectionem vulgarem ſuſpectam habent, et ita emendandam exiſtimant: ſed hunc vſum verba *Thucydidis* poſſe habere credunt. At ego, ea ex huius hiſtorici conſuetudine minime ſenſum hunc admittere, ideoque hanc etiam interpretationem vim illis afferre, dico. Ad haec autem verba quod attinet, *e ſuperiorum temporum caſibus*, eorum adiectionem non improbarem, ſi ea, quibus interiecta ſunt, tanquam Graecis reſpondentia, probarem. Caeterum illud σαφὲς reddi etiam *perſpicuam cognitionem*, non ignoro: ſed *veritatem* et in quibusdam aliis *Thucydidis* locis ſignificare, et huic eo magis conuenire exiſtimo, quod credibile ſit, illum velle fabuloſitati ſuum antithetum tribuere: quo eſſe aptius nullum poteſt, quam veritas. De illa quidem certe antitheſi, qua ipſum ſuae ſcriptionis hiſtoricae vtilitatem ei opponere ſuauitati dico, quam aliorum quorundam habent ſcripta, vel plane vel aliqua ſaltem ex parte fabuloſa, neminem fore puto, qui mihi non ſuffragetur. De qua tamen quicunque mihi aſſentientur, quomodo de illa, quam attuli, interpretatione a me diſſenſuri ſint, non video. STEPH.

7. Κέρδος, κτῆμα etc.] Poſtquam κτῆμα eſſe dixit κέρδος (quae expoſitio mihi non placet), addit, κτῆμα eſſe τὴν ἀλήθειαν, at vero ἀγώνισμα eſſe τὸν γλυκὺν λόγον, id eſt, *Thucydidem*, ita loquentem, κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται, ſua quidem ſcripta, quibus ἀλήθεια, id eſt *veritas*, ineſt, comparare κτήματι· at illum quorundam γλυκὺν λόγον, id eſt, *illam ſuauem orationem*, aut etiam *narrationem*, ab eo comparari ἀγωνίσματι. His autem ſubiungit, illum αἰτίττεσθαι τὰ Μηδικὰ τοῦ Ἡροδότου, ita vocans (vt opinor) τὰ Περσικὰ, *Thucydidis et aliorum veterum Atticorum* more. IDEM.

8. Τὰ Μηδικὰ] Mallem τὰ μυθικὰ, vt in *Codice Pariſienſi* exſtat, teſte *Cl. Roſtgaardio.* HVDS.

ib. Ἀγώνισμα] Ἐπίδειξιν *Caſſ.* Nec habet ea, quae hic in editis leguntur.

P. 55. v. 1. Τουτέστι, σαφὲς ἐστι] Non recte exponitur ξύγκειται verbo ξυγγράφεται· ſed multo peius his verbis, σαφὲς ἐστι. STEPH.

3. Ἡ Ποτίδαια] Οἷον Ποτίδαια. *Roſtg.*

ib. Ξυνηνέχθη, ἀπὸ κοινοῦ] Dicit, ξυνηνέχθη repetendum esse ἀπὸ κοινοῦ, quum tamen non praecedat ξυνηνέχθη sine adiectione, sed ξυνηνέχθη γενέσθαι· et, finita periodo, quae habet ista duo verba, positum sit aliud in ea, quae illam excipit, videlicet ἠρημώθησαν. Sed tantum abest, vt verbum istud ἠρημώθησαν, quod propinquius est, repeti hic queat, vt nec cum his Φυγαὶ τοσαίδε ἀνθρώπων, quae illi viciniora sunt, repetere quis audeat, vtpote quod minime cum ipsis iungi possit: sed quod verbum ibi subaudiendum relinquitur, nimirum cum Φυγαὶ, idem et cum sequentibus subaudiri debeat; videlicet cum his, Φόνος, ὁ μὲν κατ' αὐτὸν τὸν πόλεμον, ὁ δὲ, διὰ τὸ ϛασιάζειν, (nam et quod in haec postrema verba, ὁ δὲ διὰ τὸ ϛασιάζειν, hic annotari videmus, in illa, Φόνος et sequentia, annotandum erat.) Quam igitur vocem extrinsecus assumtam apte iungi his pariter et illis verbis dicemus? an vt *Enarrator* hic ξυνηνέχθη vult repeti, ita illic ξυνηνέχθησαν repetendum censebimus? Imo vero malim, quum antea dictum sit, ξυνηνέχθη γενέσθαι, nos ex illo γενέσθαι mutuari ἐγένοντο et ἐγένετο, hoc quidem, quod cum his posterioribus, illud vero, quod cum illis prioribus iungatur. Simul autem discendum nobis hinc fuerit, quod alios ad locos intelligendos sit adiumento: *Thucydidem* videlicet circa eam quoque repetitionem, quae fit ἀπὸ κοινοῦ, plus sibi, quam caeteros, permittere: idque duobus modis. Primum enim, quum praecedat ξυνηνέχθη γενέσθαι, tamen potius ex posteriore, quam priore, verbo mutuari repetitionem oportet: deinde, licet aliud et alius naturae verbum in sequente periodo interiectum fuerit, tamen ad prius illud nos vult reuerti. Steph. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ξυνηνέχθη γενέσθαι *Casf. Rostg.*

ib. Καὶ τὰ λεγόμενα etc] Aduerbium πρότερον, quod cum λεγόμενα iungi a *Thucydide* videmus, ipse cum ἐγένοντο iungit: nisi post ἐγένοντο distinguere illum velle dicamus. Id vel hinc fit verisimile, quod in fine huius annotationis cum λεγόμενα ab ipso quoque iungitur. Steph.

4. Ἔϛιν ὅτε ἐγένοντο] Repono ἐγίνοντο. Iungitur autem ἔργῳ cum ἐβεβαιοῦντο, perinde ac si scriptum ab eo esset (adiecta etiam particula οὕτω) τοιαῦτά ἐϛιν ὅτε ἐγίνοντο, καὶ οὕτως ἐβεβαιοῦντο ἔργῳ τὰ λεγόμενα ἀκοῇ. Nec vero hunc datiuum cum eodem participio λεγόμενα, quod statim post sequitur, ab eo praetermissum fuisse credibile est. Idem.

6. Δεινότερα τοιαῦτα] Transpositum puto nomen τοιαῦτα, et post ipsum omissam copulatiuam particulam καί· vt ita legatur hic locus, καὶ γεγένασιν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου τοιαῦτα, καὶ δεινότερα· ὥϛε πιϛευθῆναι καὶ τὰ λεγόμενα πρότερον. Nec nullum tamen locum eadem coniunctio haberet et ante τοιαῦτα, vtroque nomine sua in sede manente: hoc modo, δεινότερα, καὶ τοιαῦτα, ὥϛε πιϛευθῆναι καὶ τὰ λεγ. etc. Suspicari autem possit quispiam, non δεινότερα, sed πυκνότερα, scriptum ab eo fuisse, quum dicatur a *Thucydide* αἱ πυκνότεραι ξυνέβησαν. Sed ab eodem dici videmus in praecedente colo ἰσχυροτεροι, quod videri queat occasionem illi praebuisse vtendi hic voce δεινότερα. Siue tamen δεινότερα in πυκνότερα aut ἰσχυρότερα mutetur, siue retineatur (vt malo), id, quod a *Thucydide* vno tantum de genere malorum dicitur, ab hoc *Enarratore* de omnibus dici videbitur. Idem.

ib. Σημείωσαι] Post σημείωσαι addi solet ὅτι, ideoque hic non immerito desiderari quis dixerit. Idem.

P. 7. v. 2. Ἀντὶ τοῦ, γράψω etc.] Incredibile videri cuipiam possit, quod hic ab *Enarratore* traditur, ἔγραψα πρῶτον, id est, *scripsi primum*, a *Thucydide* dictum esse pro γράψω μετ' ὀλίγον, id est, *paulo post scribam*. Aenigmaticum quidem certe istud esse merito quis dixerit: sed an ita loqui debuerit, et quomodo hoc aenigma solvendum sit, meae in ipsum *Thucydidem* annotationes te docebunt. Idem. Haec in hunc locum *Scholiastae* scripserat *Stephanus*. Adnotationem illius in *Thucydidem* huc quoque contulerat *Hudsonus*, haud dubie, quod magis ad *Scholiastae*, quam ipsius *Thucydidis*, verba pertinet. Ea haec est: Sed quid de eo, quod a *Scholiaste* annotatur, dicemus? an illi de hoc assentiemur, praeteritum tempus pro futuro, videlicet *scripsi* pro *scribam*, vel *scribam paulo post* (nam dicit, ἔγραψα πρῶτον, esse ἀντὶ τοῦ γράψω μετ' ὀλίγον) positum esse? Quamuis enim sciamus, *Thucydidem* omne nouitatis genus in suo scribendi genere consectari, tamen illi venisse in mentem, hac etiam enallage vti, qua tempus praeteritum pro futuro poneret, quis id fidem superare non dicat? Ac responderi quidem possit, ideo dixisse *Thucydidem scripsi*, non *scribam*, quod iam totam historiam scripsisset, quum ad prooemii scriptionem venit: sed mihi non dubium est, quin *Scholiastes* illud annotans alio respexerit. Quid igitur eum sibi voluisse putem, illud scribentem, primum declarabo: deinde, an ita loqui aenigmatice debuerit, censurae tuae relinquam. Dictum ab illo antea fuit, *Thucydidem* historiam prius, quam eius dictionem, scripsisse (si quis hunc eius sermonem ita interpretetur, vt verbum verbo reddat, ὕϛερον ξυνέγραψε τὴν λέξιν τῆς ἱϛορίας) id est, *Thucydidem*, post extemporariam quandam et αὐτοσχέδιον, ideoque rudem et impolitam historiae scriptionem (per summa tantum, vt credibile est, capita), eandem magis accurato sermone pleniusque conscripsisse. Colligit autem hoc ex eo, quod a *Thucydide* dicitur in hoc prooemio, p. 12. *Suntque, ex quo hic ad Samios venit, anni vsque ad finem huius belli, non minus quam trecenti.* Quomodo enim *Thucydides*, si hanc historiam, qualem habemus, non finito iam bello scripsisset, sed paulatim, dum gereretur, et ita, vt cum belli progressu in ea, quam habemus, scriptione progrederetur, in ipso principio mentionem finis facere potuisset? Animaduertendum est autem, eum dicere, *hinc etiam cognoscendum est*, tanquam et alii, qui nos hoc doceant, sint loci. Caeterum quum hoc ita sit, poterat quidem, ad historiam iam a se αὐτοσχεδίῳ γραφῇ scriptam respiciens, dicere, *Scripsi:* sed quatenus lectorem alloquebatur, cui hoc ignotum esse verisimile erat, merito dicebat, *Scribam*. Aut (vt breuius loquar) illum, ad suarum scriptionum priorem respiciendo, dixisse *Scripsi:* quum habita posterioris ratione dicendum foret, *Scribam*. Hanc fuisse mentem *Enarratoris*, dum illa scriberet, nemo (vt opinor) mihi negauerit. At nunc lectoris iudicio atque adeo censurae (vt

aiebam modo) relinquam, loquendumne illi ita fuerit, vt eius aenigma quoddam subesse verbis videri possit: et annon potius considerandum fuerit, haec ab illo dici in prooemio, quod alius etiam quilibet historicus suae historiae praefigens, de ea tanquam iam scripta loqui possit, etiamsi nondum scripta sit, sed tantum materia ad eius scriptionem praeparata, aut etiam animus tantum (vt ita dicam) ad eam praeparatus. Vide et quae annotaui in illum paginae 64. locum, ἔγραψα δὲ αὐτὰ, καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην. IDEM. Sed ibi nihil, quod huc pertineat adnotauit. In *Cass.* ad verba *Thucydidis*, ἔγραψα πρῶτον, adscriptum erat μετ' ὀλίγον ἔγραψα', non γράψω. Paullo ante ad τριακοντούτεις *Idem*, *Reg* et *Rostg.* hoc scholion adscriptum habebant: μετὰ λς' ἔτη τῶν Μηδικῶν· ἐγένοντο αἱ τριακοντούτεις σπονδαὶ, καὶ ἐφυλάχθησαν ἔτη ιδ' ὡς γίνεσθαι ἔτη πεντήκοντα ἀπὸ τῶν Μηδικῶν ἕως τῶν Πελοποννησιακῶν. [In Bas. Schol. ita scribitur: μετὰ λ. καὶ ς. ἔτη τ. Μ. ε. αἱ τρ. σπ. κ. ς. ἔ. ιδ. ὡς γίν. ἀ. τ. Μ. ἕ. τ. Π. ἔτη ν.]

4. Τὰ ὀνόματα] Non videtur dicere debuisse, illum ex nominibus verba fecisse, hoc quidem loco, sed tantum, fecisse verbum ex nomine. Neque enim aliud verbum hic est, pro quo *Thucydides* hic vti nomine potuerit, quam πολεμεῖν· dicens ἀναγκάσαι ἐς τὸν πόλεμον, non ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. Videndum igitur, ne dicendum sit, ab hoc *Scholiaste* scriptum fuisse, τὸ ὄνομα, ῥῆμα ἐποίησε. Verum ne dignum quidem esse hoc videtur, de quo ab illo admoneamur: quum non sit nouus aliquis verbi vsus vice nominis (vt in quibusdam aliis huius historici locis), sed tam vsitatus, vt nemini ignotus esse possit: et vero non minus verbum infinitiui modi praefixo articulo τὸ, quam nomen (cui et ἰσοδυναμεῖ) talibus locis conueniat. STEPH. In fine Adnotationum ad *Prooemium Thucydidis* ita de hoc loco *Scholiastae* scribit: Hic meas in *Prooemium* istud annotationes claudens, te monebo, *Scholiastem*, ista, quae de hoc scribit loco, τὰ ὀνόματα, ῥήματα ἐποίησε. βούλεται γὰρ λέγειν, ὅτι μεγάλοι γιγνόμενοι οἱ ἄνθρωποι ἀνάγκην παρέσχον τοῦ πολέμου, ista (inquam) ex *Dionysio Halicarnassco* sumsisse. Nam hic in libello *de Thucydidis idiomatis* exemplum proponere volens, structurae illius scriptoris, in qua naturam verborum invertens, illis vice nominum vtitur, hunc ipsum locum affert. Scribit enim, ὅταν δὲ ἀντιστρέψας ἑκατέρου τούτων τὴν φύσιν (dicit autem ἑκατέρου τούτων, tanquam hoc non minus ad nouum verborum vsum referens, quem iam ostenderat, quam ad nouum nominum, quem nunc ostendit) τὰ ὀνόματα ποιῇ ῥήματα, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκφέρει τὴν λέξιν, etc. sequente isto *Thucydidis* loco: deinde, βούλεται γὰρ δηλοῦν, ὅτι μεγάλοι γινόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι, ἀνάγκην παρέσχον τοῦ πολέμου, sed *pro his nominibus*, inquit, (ὀνομαστικὰ tamen dicens, non ὀνόματα) τῆς ἀνάγκης et τοῦ πολέμου, *fecit verba* (hic itidem ῥηματικὰ vocans, quae ῥήματα appellauerat) τὸ ἀναγκάσαι et τὸ πολεμεῖν. Verum (quod cum bona *Dionysii* venia dictum sit) aliud quaerere exemplum debebat eius nouitatis, quam in *Thucydide* ostendere et quidem reprehendere volebat. Hic enim non secus loquutum esse *Thucydidem*, quam caeteri Graeci, ne ipso quidem *Dionysio* excepto, loquantur, in quodam meorum *Schediasmatum* ostendo. Priorem adnotationem omisit *Hudsonus*, posteriorem, offensus, credo, μακρολογίᾳ *Stephani*, in pauca contraxit. De *Schediasmatibus* suis quod dicit *Stephanus*, fortasse, vt alibi, quum ea laudat, de ineditis accipiendum est: nam in editis nihil huius generis inuenio.

ib. Οἱ ἄνθρωποι] Pro ἄνθρωποι substituendum esse Ἀθηναῖοι, assensuros mihi omnes puto. STEPH. Ita *Dionysius Halic.* Tom. II. p. 134. cuius verba paullo superius ipse descripsit. Sic etiam *Rostg.* Error ortus est e compendio scripturae.

5. Δυῤῥάχιον] Cur nomen mutarit Epidamnus, vide *Palmerii* Graec. Antiq. p. 117. etc. *Eundemque* ad Gr. Auctores, p. 8. HVDS. Ἐπίδαμνος, ἣ νῦν Δυῤῥάχιον καλεῖται. ἤν τινα παραγραμματίζοντες Δοράκιον καλοῦσιν. *Reg. Cass. Rostg.* Παραγραμματίζειν *Scholiastis* est *mutare*, *peruertere scripturam*, vt Ἀμυνίας pro Ἀμινίας. Vid. *Scholiasten* Aristoph. Nub. v. 29. et Ran. 432.

P. 59. l. 1. Ὁ παλαιὸς etc.] Ista ὁ παλαιὸς νόμος annotasse hunc *Scholiastem* puto in haec verba *Thucydidis*, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον. STEPH.

2. Τῆς πατρίδος.] Inter articulum τῆς et nomen πατρίδος deesse vocem quampiam suspicor, videlicet πρώτης aut ἀρχαίας. Sed in iis etiam, quae proxime sequuntur, aliqua verba omissa esse arbitror. IDEM.

3. Ὑπὸ ἐλασσ.] Ἀπὸ ἐλασσ. *Rostg.*

P. 61. l. 1. Πρεσβειαν ὑπεδέξ.] Deesse videtur negatiua particula ante ὑπεδέξαντο· vel potius deesse illam manifestum est: alioqui contraria et iis, quae a *Thucydide* scribuntur, et iis, quae subiungit, diceret. Scribendum igitur οὐχ ὑπεδέξαντο, nisi forte istud ὑπεδέξαντο pro οὐκ ἐδέξαντο irrepsisse suspicandum est: etiamsi paucis interiectis idem compositum sequatur. An autem πρεσβείαν apud *Thucyd.* pro ἱκετείαν legerit, an vocem hanc illa exponendam censuerit, incertum est. Neutrum certe probare possum; nam apud *Thucydidem* scripsisse ἱκετείαν, testantur haec, quae praecedunt, verba, ἱκέται καθεζόμενοι, quamuis alioqui paulo ante dixisset, πέμπουσι πρέσβεις, adeo vt τὴν ἱκετείαν intelligere illorum πρέσβεων debeamus. At vero vocem ἱκετείαν exponi voce πρεσβειαν, ideo probare non possum, quoniam potius πρεσβειαν, si eo *Thucydides* vsus foret, exponere oporteret τὴν τῶν πρέσβεων ἱκετείαν. STEPH.

Ibid. Τὸ τέλος etc.] Intelligit, *Thucydidem* breuitatis pariter et nouitatis causa, ita loquutum esse, vt dixerit quod sequitur pro eo, quod praecedit; ita enim exponenda videntur verba ista, τὸ τέλος ἀντὶ τῆς πράξεως· *nam si* (inquit) *dixisset, Admiserunt quidem legationem, sed auxiliari recusarunt*, (suspectum autem hic est κατέθεντο) *verbose loquutus et phrasi confusa vsus fuisset.* At ego nullam hic nouitatem agnosco: breuitati autem consulere hic *Thucydides* si voluisset, poterat verba illa, ἀλλ' ἀπράκτους ἀπέπεμψαν, praetermittere, quum hoc ex praecedente satis queat intelligi. Neque vero ἀντὶ τῆς πράξεως, sed ἀντὶ τῆς προηγουμένης πράξεως hunc

Scholiaſtem ſcripſiſſe puto, aut certe alia quapiam eſſe vſum voce, quae praecedentem ſignificet: et nos monuiſſe, illum, *finem pro ea, quae praecedit, actione dixiſſe*, id eſt, *quod ſequitur pro eo, quod praecedit*, vt antea dixi. Sed non video, qui verum iſtud hic poſſit comperiri: quum haec duo, *recuſare auxilium*, *et non admittere preces eius, qui auxilium petit* (ſiue, *precibus eius locum non dare*) ſint ἰσοδύναμα, nec vnum altero prius eſſe poſſit. At ſi dixiſſet tantummodo, *Auxilium non miſerunt*, tunc certe quod ſequitur dictum videri poſſet pro eo, quod praecedit; nam praecedit, *preces eius, qui auxilium petit, non admittere*, ſiue, *locum precibus illius non dare:* ſequitur autem, *auxilium non mittere.* Caeterum libuit refutationi huius annotationis immorari, vt vel ex eo cognoſceres, quaedam ab hoc *Scholiaſte* annotari, quae quum primo adſpectu aliquid prae ſe ferant, vana, quum diligenter examinata ſunt, deprehenduntur. IDEM.

4. Ἀντὶ τοῦ παρόντος] Scripſiſſe illum puto ἀντὶ τοῦ τὰ παρόντα. Illa certe lectio, ἀντὶ τοῦ παρόντος, ferri non poteſt. Caeterum illa duo verba εὖ θέσθαι, quibus vnum θέσθαι exponit, apud *Thucydidem* aliquot locis coniunguntur. IDEM. Mendum in his eſſe quiuis viderit, librarii potius vitio, quam ipſius Scholiorum auctoris. *H. Stephanus* putauit, emendari poſſe ἀντὶ τοῦ τὰ παρόντα. At quid hoc, *rem praeſentem* exponere *per res praeſentes?* Nobis probabilius reſtituendum videtur ita: ἀντὶ τοῦ, τὰ τοῦ παρόντος (ſcil. χρόνου πράγματα.) GRAMM. Inter haec et τὰ παρόντα non maximum diſcrimen, ſed minor mutatio eſt.

6. Ἐφ' ὅσον οἰκιζῆς] Verba haec ἐφ' ὅσον οἰκιζῆς, et quae illis adiuncta ſunt, annotatione proxime ſequente repetuntur, pertinentque ad haec *Thucydidis*, εἰ παραδοῖεν Κορινθίοις τὴν πόλιν ὡς οἰκιζαῖς. Quod autem de Phalio hic dicitur, a *Thucydide* initio huius narrationis ſcriptum fuit. STEPH. Verba illa hic recte abſunt a *Caſſ*

8. Ἐνόμιζον γὰρ etc.] Quomodo dicere poteſt, *illos coloniam magis ſuam, quam Corcyrenſium, exiſtimaſſe*, quum *Thucydides*, dicere, *non minus ſuam quam Corcyrenſium*, contentus fuerit? STEPH. Haec quoque non habet *Caſſ.*

9. Ἦγουν πέμψαντες etc.] Fallitur, quum ὄντες ἄποικοι exponit πέμψαντες τὴν ἀποικίαν, quum dicantur ἄποικοι, non οἱ οἰκιζαί, (vt de Phalio eſt loquutus) qui erant colonia. Contra igitur dicendum fuit, ὑπ' αὐτῶν πεμφθέντες εἰς ἀποικίαν. STEPH.

11. Ὁ γὰρ παρέλκει etc.] Durus fuerit particulae γὰρ pleonaſmus, et fortaſſis exemplo etiam carens. Aſſumere autem ἀπὸ κοινοῦ verbum παρημέλουν, vt ille vult, non poſſumus, propter negatiuam vocem οὔτε, quae ne obſtaret, dicendum eſſet, παρημέλουν γὰρ, οὔτε ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδ. etc. At tertium illud remedium, quod ab eo affertur, vt διδόντες accipiatur pro ἐδίδοσαν, reiiciendum quidem omnino non eſt: ſed malim ſuſpicari, verbum ἦσαν relictum eſſe ſubaudiendum, aut etiam a librario fuiſſe omiſſum. Saepe enim praeteritum imperfectum ita circumloquitur. IDEM.

12. Ὅμηρος] Iliad. Θ'. v. 307. Adnotat ibi *paruus Scholiaſtes*, Ἀττικισμὸν eſſe βριθομένη pro βρίθεται. Et *Euſtathius* ad eum locum p. 714. tradit, veteres quosdam *Interpretes* in ea ſententia fuiſſe. Ipſe et ibidem et aliis locis putat ſuppleri poſſe verbum ſubſtantiuum: vt in *Thucydide* hic *Stephanus.*

13. Διδόντες τὰς καταρχάς] Pro καταρχὰς ſubſtituo ἀπαρχάς. STEPH. Non omnino auſim reiicere καταρχὰς, quum conſtet, κατάρχεσθαι non minus verbum ſacrorum eſſe, quam ἀπάρχεσθαι. In *Caſſ.* haec non leguntur.

Ibid. Ἔθος γὰρ ἦν ἀρχιερέας] Quae de hoc more in Notis *Hudſoni* ad Thucydidem leguntur, ſunt e *Valeſio* ad Excerpta Peireſc. p. 7. Sed videri debent, quae habet Vir ſummus *Ezech. Spanhemius* Diſſertat. IX. de Praeſtant. et Vſu Numiſm. Antiq. p. 575.

P. 63. *V.* 1. Οὐ γὰρ πλέον etc.] Hoc dicere, οὐ πλέον εἶχον ναυτικὸν, eſſet, ei, quod a *Thucydide* ſcribitur, ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν, contradicere: quare non dubito, quin *librarius* particulam τότε hic omiſerit, quum ſcriptum eſſet, οὐ γὰρ τότε πλέον εἶχον ναυτικόν. Intelligit enim, *Thucydidem* dixiſſe ἔχειν ὅτε, id eſt, *aliquando:* quod non ſemper de iis dici hoc poſſet, atque adeo tunc verum id non comperiretur. STEPH. Οὐ γὰρ ἀεὶ πλέον *Reg. Caſſ. Roſtg.*

2. Ἀντὶ τοῦ, ὁμοίως etc.] Cur non potius κατὰ τὴν προενοίκησιν a nobis διὰ τὴν προενοίκησιν exponetur, quum haec praepoſitionis κατὰ ſignificatio et huic loco ſit aptiſſima, et *Thucydidi* vſitatiſſima? STEPH.

4. Ἀεὶ γὰρ τὸ μυθῶδες φεύγει] Scribit, *Thucydidem ſemper fugere, quod fabuloſum eſt*, ideoque hoc de Phaeacibus, *eos antea Corcyram incoluiſſe*, tanquam ex ipſorum Corcyrenſium opinione, non ſua, dicere. At huic annotationi opponi duo poſſunt: vnum, *Thucydidem*, quum penes alios fidem alicuius rei eſſe, eamque tanquam certam a ſe non referri, oſtendere vult, adiicere, ὡς λέγεται, (quod ab aliis etiam adiici videmus) quum tamen neque haec verba, neque alia huiusmodi, hic adiiciantur: alterum, non eſſe rem minime veriſimilem, et quae ideo fabuloſa videri queat, Phaeaces Corcyrae priores incolas fuiſſe. STEPH.

ib. Φαιάκων ἐς τὰ etc.] Particulam ἐς ab illo poſitam non puto tanquam ex verbis *Thucydidis* ſumtam, ſed vt ſubaudiendam. Moris eſt tamen, vocalem κατὰ in huiusmodi locis potius ſubaudire. IDEM.

10. Τοὺς πλουσίους etc.] Quod dicit τοὺς πλουσίους, ſumit ex illo *Thucydidis* loco p. 20. v. 2. ὁ δῆμος αὐτῶν ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς. IDEM. Τοὺς Φυγάδας abſunt a *Caſſ.*

ib. Στασιάσωσιν] Hic in *Roſtg.* haec addebantur: Τρία εἴδη ὀλιγωρίας, καταφρόνησις, ἐπηρεασμὸς, καὶ ὕβρις. τούτων γὰρ καταφρονεῖ τις, ἃ μηδενὸς ἄξια ἡγεῖται. καὶ γὰρ ὁ ἐπηρεάζων φαίνεται καταφρονεῖν. ἔστι γὰρ κατὰ Ἀριστοτέλην ὁ ἐπηρεασμὸς, ἐκπολισμός. Sunt ex *Ariſtotele* II. Rhetoric. 2. vbi recte ἐμποδισμός.

Ibid. Ἢ κατ' ἀπειλήν] Deſunt *Caſſ.*

P. 65. v. 2. Καὶ ἐκρατ.] Cur ἀλλὰ per καὶ hic exponerer? aut quomodo ita exponere poſſet? Potius certe, quum ἀλλὰ hic ſit *itaque*, illum διὸ καὶ hic ſcripſiſſe crediderim. STEPH.

3. Τοῦτο γὰρ — προσλαβόντες] Non leguntur in *Caſſ.*

4. Γῆ ἀμφιθάλασσος] Pro his in *Caſſ.* eſt μεταξυλογία.

ib. Ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁ. ἰ. τ. Ἐ. δ.] Ἴσῃ καὶ ὁ τ. Ἐ. δηλονότι. Cetera deſunt *Caſſ.*

6. Ἀλλὰ ἔχειν etc.] Haec verba, ἔχειν λόγον ὅτι συνήργησεν εἰς τὴν ἀποικίαν, afferuntur ad expoſitionem iſtorum, quae habes verſu 66. μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας. Sed videndum, an iſta illis bene exponantur, quum aliud ſit μετέχειν τῆς ἀποικίας, id eſt, *participem fieri coloniae*, quam ἔχειν λόγον ὅτι συνήργησεν εἰς τὴν ἀποικίαν, id eſt, *reputari adiutorem deductionis coloniae*, id eſt, *adiumentum ad deducendam coloniam attuliſſe.* STEPH.

7. 8. Πάλη] Παλὴ et Σαμαία *Caſſ. Roſtg.*

P. 67. v. 1. Σημείωσαι — συναγωνιζάς] Non habet *Caſſ.*

4. Ἀντὶ τοῦ, ἔλεγον etc.] Iſta, ἀντὶ τοῦ, ἔλεγον δὲ ὅτι, ἐρωτήσωμεν καὶ τὸ μαντ. et quae ſequuntur, ad ſequentia pertinent; ſunt enim expoſitio horum, ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι. STEPH. Omnia, quae in ſcholio poſt κριθῆναι ἐβούλοντο leguntur, abſunt a *Caſſ.*

7. Ἀντὶ τοῦ βιαζ.] Hanc actiuam vocem in meo *Theſauro* non aliunde, quam ex *Homero*, exhibui: ac tutius fortaſſe fuiſſet huic *Scholiaſtae*, admonere: βιαζομένων dici ἐνεργητικῶς, quam vocem illam ἐνεργητικὴν, quae in ſoluta oratione locum vix inuenit, ad eius expoſitionem afferre. STEPH.

ib. Ἄλλους ἀπὸ etc.] Aliquis mendum huic ſubeſſe loco ſuſpicetur: at ego dicere illum exiſtimo ἄλλους ἀπὸ τῶν παρόντων φίλων pro eo, quod eſt ἄλλους ἢ τοὺς παρόντας φίλους. Quum autem in hac expoſitione nulla ratio habeatur aduerbii μᾶλλον, (de eo quidem certe taceatur) in ſequente iungendum eſſe dicitur cum φίλους. Sed ad verbum ποιεῖσθαι referre malim, *Coactum ſe iri facere potius alios, quam qui nunc eſſent, amicos:* vt intelligatur, *Se ad alias amicitias confugere coactum iri, potius, quam talia paterentur.* IDEM.

8. Τῶν νῦν etc.] Quum ὄντων, in ſua ſignificatione ſimpliciter acceptum, optime loco iſti conueniat, mirum eſt, tam nouam illi dari, quum pro ἰσχυόντων poſitum dicitur. Ponenda certe haec ἐξήγησις fuerit (meo quidem iudicio) inter illas, quae a me voce noua θρασύκαινοι appellantur. Dum enim ἐξηγηταὶ, id eſt, *expoſitores*, τὸ φιλόκαινον afferunt θρασὺ (id eſt, *audax ſtudium nouitatis*) aliquam περιέργως ſimul et ματαίως ſubtilem expoſitionem procul arceſſunt, vbi ſimplici et e propinquo petita contenti eſſe poterant. IDEM.

ib. Λέγει δὲ] Quod hic λέγει, alibi, magis apto verbo vtens, dicit αἰνίττεται. IDEM.

9. Ἀπάγωσιν] Non ἀπάγωσιν, ſed ἀπαγάγωσιν, eum legiſſe, oſtendit ἀποχήσωσι. IDEM.

Ibid. Οὐκ ἐναντία etc.] Merito certe huic etiam expoſitioni locus inter eas dabitur, quas modo dixi θρασυκαίνους a me appellari. Audax enim ea eſt in comminiſcenda nobis noua verbi ἀντιλέγειν ſignificatione, vbi ad nouitatem confugere minime opus erat. Sed venia tamen paulo dignior hic, quam in loco illo, fuerit iſta audacia: quod ad eam non tantum ſtudio nouitatis, ſed aliqua ex parte coactus, deueniſſe videri poſſit, quum ſe ex illo ἀντέλεγον expedire nequiret, ſi ſuam ei ſignificationem relinqueret. Quum enim dicerent Corcyrenſes, ſe ποιήσειν ταῦτα, id eſt, *ſe iſta eſſe facturos, ſi viciſſim* (ita enim καὶ expono) *illi eos, qui intra Epidamnum eſſent, abducerent:* quomodo ἀντέλεγον hic de eo dicitur, quod contra ἔλεγον? Animaduertere igitur debuit (attendat autem lector, vt diſcat, quomodo ex hoc aliisque ſimilibus locis expedire ſe poſſit), ſub ἀντέλεγον contineri etiam ἔλεγον· perinde enim eſſe, ac ſi diceretur, ἀντιλέγοντες ἐκείνοις ἔλεγον, vel, ἀντιλέγοντες τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεγομένοις, ἔλεγον. Ac, ne dubites, quin talis ſit verbi iſtius vſus, ita eum vti oſtendam verbo ἀντειπεῖν, quod ſynonymum eſt. Nec, vt exemplum afferam, longe abibo; ita enim p. 31. dicitur, Φανερῶς δὲ ἀντείπομεν, τοὺς προσήκοντας ξυμμάχους αὐτὸν τινὰ κολάζειν. Eodem enim modo ἀντειπόντες hic intelligendum eſt, ἀντειπόντες ἐκείνοις εἴπομεν, vel, ἀντειπόντες τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεγομένοις, εἴπομεν. IDEM.

10. Ἑτοίμως ἔχουσιν] Scribe ἑτοίμως ἔχειν, vt infinitiuus infinitiuo reſpondeat. Caeterum haec expoſitio particulam δὲ poſt σπονδὰς non agnoſcit: ac videtur certe illa loco huic magis impedimento, quam adiumento, eſſe, modo non eum corrumpere: quum ad hanc ſeriem reducenda eſſe verba exiſtimem, ἕτοιμοι δὲ εἶναι καὶ σπονδὰς ποιήσασθαι, ὥσε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται. Idem autem et *Scholiaſtae* hic placuiſſe liquet, addenti per parentheſin, εἰ μὴ ἐκεῖνο βούλονται. Sed ὥσε deſiderari puto ante μένειν· idemque fortaſſe et de accuſatiuo ἀμφοτέρους dici poſſit, qui exponitur illis verbis, καὶ τοὺς πεμφθέντας Κορ. etc. Veriſimile eſt enim, totum hoc *Scholium* ab eo ita ſcriptum fuiſſe, ἀντὶ τοῦ, ἑτοίμως ἔχειν (εἰ μὴ ἐκεῖνο βούλονται) σπονδὰς ποιήσασθαι, ὥσε μένειν ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀμφοτέρους, ἤγουν καὶ τοὺς πεμφθέντας Κορινθίων καὶ τοὺς πεμφθέντας Κερκυραίων, μηδὲν πρ. Sed nec duo haec vocabula κατὰ χώραν ab eo fuiſſe praetermiſſa crediderim poſt μένειν. Ad eorum certe explicationem adiiciuntur iſta, μηδὲν πράττοντας εἰς κάκωσιν. Atque his ſimilia ſtatim adiiciuntur in *Scholio* ſeq. vbi κατὰ χώραν, vel potius κατὰ χώραν μένειν, explicatur; poſtquam enim ἐΦ' ἡσυχίας ſignificare dixit, addit, ἵνα μὴ ἐν τῷ μεταξὺ ἀλλήλους ἀδικῶσι. Verum paulo liberior eſt haec expoſitio: ſimplicior autem fuiſſet, ſi dixiſſet, μένειν κατὰ χώραν eſſe, quod alibi vno verbo dicit ἡσυχάζειν. IDEM.

P. 69. v. 1. Καὶ μὴν] Obiectio haec, ſicut et aliae nonnullae, quae ab eo afferuntur (de omnibus enim non loquor), digna certe eſt, quae a nobis attente conſideretur. Verum enim eſt, quod ſcribit, eum, quum hic dicat tantum millia duo militum grauis armaturae, antea tria millia dixiſſe; nam ſupra hac pag. legitur, αὐτῶν δὲ Κορινθίων νῆες παρεσκευάζοντο τριάκοντα, καὶ τρισχίλιοι ὁπλῖται. Ad hanc obiectionem ille ita reſpondet, vt dicat, vel alios illis mille opus non fuiſſe, vel

eos hoc feciſſe (id eſt, illis duobus millibus contentos fuiſſe), quod Corcyrenſes contemnerent. Fortaſſe autem alia duo ſunt, quorum alterum non male ad hanc obiectionem reſponderetur, nimirum, vel tot milites haberi non potuiſſe, quot παρεσκευάζοντο, vel alterutrum locum apud *Thucydidem* deprauatum eſſe. IDEM.

2. Ἢ καταφρονοῦντες] Ἢ καὶ καταφρονοῦντες *Caſſ. Roſtg.*

4. Εὐτρεπίσαντες] Totum hoc ſcholion abeſt a *Caſſ.* in quo ad ζευξαντες haec adnotata erant: ζεῦγμα αὐταῖς ἐνθέντες εἰς τὸ συνέχεσθαι.

7. Ἐπισκευάζω etc.] Expoſitionem hanc ſequendo, dicendum eſſet, has quoque naues, quas *Thucydides* ſcribit illos ἐπισκευάσαι, veteres fuiſſe: quod tamen ille nec dicit, nec a nobis vult intelligi: contra enim hasce alias (nam dicit τὰς δ' ἄλλας) diſtinguit ab iis, quas παλαιὰς vocauit. Erantne igitur nouae hae aliae? Hoc certe negaret hic *Enarrator*, quum in praecedente *Scholio* nullam fuiſſe nouam dicat, atque hoc ex iis, quae ab hoc *hiſtorico* ſcribuntur, colligat. Verum dicere poſſumus, hasce alias, medias quodammodo inter veteres et nouas fuiſſe. STEPH. Fateor, non deeſſe auctorum loca, quae, quam *Scholiaſtes* h. l. verbo ἐπισκευάζειν tribuit, ſignificationem adſtruant. Nihil tamen obſtat, quo minus, ſi de refectione capiantur priora, ζευξαντες τὰς παλαιὰς ω. π. ε. altera illa, quae ſequuntur, manifeſte ſatis diſtincta, καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες, de apparatu ſeu inſtructione nauium, non σαθρῶν, ſed armamentis tantum indigentium, intelligamus. Dicitur enim ἐπισκευάζεσθαι ἡ ναῦς eo modo, quo equus, ſcil. vt hic ephippio, habena etc. ſic illa velis, remis, περιφράγμασιν, ἐπάλξεσιν etc. quod hodie appellamus *equipper*. GRAMM. Quae hic poſt οἰκοδόμος leguntur, non habet *Caſſ.*

8. Προείπε γὰρ etc.] Hoc *Scholium* eſt in vocem τεσσαράκοντα· nam oſtendere vult, conſonum eſſe iſtud ei, quod dixit: id eſt, has 40. naues et illas 80. eum, quem dixit, numerum efficere; videlicet 120 nauium. Harum autem mentionem habes in fin. paginae 21. vbi triremes fuiſſe ſcribit. STEPH.

9. Τὴν ναυμαχίαν etc.] Dicit, hunc *hiſtoricum*, exacta narratione, iſtud nauale proelium non eſſe perſequutum, ideo fortaſſe quod ante eius tempora fuerit. Sed conſiderare debuit, quod a *Dionyſio Halicarnaſſeo* et obſeruatur et reprehenditur (iuſtius quidem certe, quam alia nonnulla), eum in huiusmodi narrationibus ſui ſimilem non eſſe, ſed interdum quidem modum excedere, interdum contra ex iis etiam, quae neceſſario dicenda forent, quaedam praetermittere. Poſtquam enim dixit, illum minus eſſe accuratum περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν κεφαλαίων, atque πλείονας τοῦ δέοντος λογους ἀποδιδόναι τοῖς ἐλαττόνων δεομένοις, vel contra ῥᾳθυμότερον ἐπιτρέχειν τὰ δεόμενα πλείονος ἐξεργασίας, exempla huius rei ex eius deſcriptionibus proeliorum naualium affert. Deinde illum idem κατὰ τὰς πεζικὰς μάχας, quod περὶ τὰς ναυμαχίας, facere oſtendit; eſſe enim et ibi quaedam μηκυνόμενα πέρα τοῦ δέοντος· quaedam etiam contra συναγόμενα εἰς ἔλαττον τοῦ μετρίου. IDEM.

10. Καὶ αὗται μὲν etc.] Hanc narrationem, de qua vt imperfecta queritur (quum dicit, eum ταύτην τὴν ναυμαχίαν οὐκ ἀκριβῶς διηγεῖσθαι), quodammodo ſupplere voluiſſe videri poteſt, quum ſcribit, quindecim quidem illas Corinthiorum naues omnino profligatas, at vero caeteras perfoſſas (vel vulneratas, retinendo Graecam metaphoram) fuiſſe: multosque fuiſſe abductos captiuos. IDEM.

12. Κορίνθιοί εἰσι] Poſt haec verba in *Caſſ.* et *Roſtg.* ad voc. τροπαῖον haec ſcripta erant: τροπαῖον ἡ παλαιὰ Ἀθηνῶν, ἧς ἔσιν Εὔπολις, Κρατῖνος, Ἀριστοφάνης, Θουκυδίδης, τρόπαιον (τροπαῖον ruinſus perperam *Caſſ.*) ἡ νέα Ἀθηνῶν, ἧς ἐστι Μένανδρος καὶ οἱ ἄλλοι. Eadem ſunt in *Scholiaſte* Ariſtophanis et *Suida*. Vid. notata ad *Thucydidem*. In *Caſſ.* haec manu antiqua minio ſcripta erant.

P. 71. v. 3. Ἀεὶ Θουκ.] Nimium generaliter loqui hoc certe eſt, dicere, a *Thucydide* ſemper τὸν πλεῖονα dici, genere maſc. neque enim (opinor) verum hoc alibi, quam in hoc loquendi genere, comperietur; quod et p. 5. habemus, vbi ſcribitur, καὶ τὸν πλεῖονα τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο. Alii certe et hic et illic neutro genere vtentes τὸ πλεῖονα dixiſſent. Sic vero παράλογον dici a *Thucydide* genere maſculino annotat p. 53. ἀρσενικῶς τὸν παράλογον. De verbi autem ellipſi, quae in huiusmodi eſt locis, in *Proparaſceue* admonui. STEPH. Ἀεὶ ὁ Θουκυδίδης *Caſſ.* et *Roſtg.* et ἀρσενικῶς λέγει *Roſtg.*

4. Ὑπὸ τῶν Κερκ.] Fortaſſe ante haec verba ὑπὸ τῶν Κερκυραίων praecedebat aliquod paſſiuum, quo ἐπόνουν exponebatur: cuiusmodi fuerit ἐταλαιπωροῦντο. STEPH.

5. Ὁ τόπος.] Poſt ὁ τόπος deeſſe quaedam exiſtimo. IDEM.

ib. Ὀργῇ Φέροντες] Vehementem quandam animi notat impatientiam, ad maius intenſiusque ſtudium incitantem, cladem ſibi illatam vlciſcendi. Vide, quae de ὀργῇ docte obſeruat *Euſtathius* p. 8. GRAMM.

6. Ὁ ἀπὸ πολ.] Vocabulum Φίλος vel relictum eſſe ſubaudiendum, vel a librario praetermiſſum videtur poſt haec verba, ὁ ἀπὸ πολέμου. IDEM.

P. 73. v. 2. Μάλιστα συμφέροντα etc.] Fallitur in eo, quod μάλιστα cum ξύμφορα iungit, quum a *Thucydide* iungatur cum ἀναδιδάξαι. Hic enim, vt aliis pleriſque locis (non minus apud caeteros ſcriptores, quam apud hunc), aduerbio μάλιστα, ſequente μέν, reſpondent tres illae voculae, εἰ δὲ μή· cum quibus repetendum idem verbum, ἀπὸ κοινοῦ ſubauditum, ſed ita, vt infinitiuus modus in alium mutetur, hoc pacto: ἀναδιδάξαι πρῶτον, μάλιστα μέν, ὡς καὶ ξύμφορα δέονται· εἰ δὲ μὴ ἀναδιδαξειεν, videlicet τοῦτο, ὅτι ξ. δέονται· vel, εἰ δὲ μὴ δύναιντο ἀναδιδάξαι τοῦτο. Deinde et cum ὅτι γε ſubaudiri idem infinitiuus debet: vt perinde ſit, ac ſi ita loquutus eſſet, ἀλλά γε διδάξαι, ὅτι οὐκ ἐπιζήμια, repetito ἀπὸ κοινοῦ verbo δέονται. *Valla* μάλιστα μὲν vertit *quod maximum eſt*: quum potius reddere debuiſſet, *maxime quidem*, vel *potiſſimum quidem*. *Terentius*, (vt in meis *Schediasmatis* docui) *principio quidem* interpre-

tatur: ſed hic iſta interpretatio aptum minime locum haberet, quod *primum* praecedat. STEPH.

4. Ἡμᾶς τοὺς Κερκ.] Si ita ſcripſit, ἡμᾶς τοὺς Κερκ. male ex genere ſpeciem fecit, id eſt, quod de omnibus illud, quod ait, facientibus dictum eſt, ad Corcyrenſes reſtrinxit: ac non animaduertit, hoc ſibi non licere per ea, quae ſequuntur, verba, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν. Potius igitur mihi perſuadeo, ſcriptum ab eo fuiſſe, ὥσπερ ἡμᾶς τοὺς Κερκ. oſtendere volente, verba illa, quae ſequuntur, ad articulum τοὺς pertinere, et nominatiuum ἡμεῖς in accuſat. ἡμᾶς mutante: niſi forte hanc lectionem, non illam, in ſuo exempl. habuit. Sed neque noſtram lectionem mutare, neque his verbis aliam dare ſedem (in examinando ſenſu) oportet: quum ſubaudiatur ἀπὸ κοινοῦ verbum δεόμεθα, hoc modo, ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας δεησομένους, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν δεόμεθα. IDEM.

ib. Πέλας τῇ γνώμῃ] Ex non intellecto vſu aduerbii πέλας, articulum praefixum habentis, in ridiculum errorem incidit, quum πέλας iungendum cum γνώμῃ putavit. Vbi vero hunc datiuum inuenit? In iis, quae proxima pagina, τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν. Hinc certe datiuum γνώμῃ mutuatus, ſcribit, *Eos, qui ſunt* πέλας τῇ γνώμῃ. *Non enim Corcyra eſt* πέλας τῶν Ἀθηναίων· id eſt, *prope Athenienſes;* (niſi potius Ἀθηναίων ſcripſit: ita vt interpretandum ſit, *Non enim prope Athenas eſt Corcyra.*) Sed videamus, quomodo ex loco illo datiuum hunc mutuari potuerit. Quum ſcribat *Thucydides*, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, quis fateri non cogatur, datiuum γνώμῃ non cum πέλας, ſed cum verbo ξυγκινδυνεύειν, iungi? Quod tamen ſi cui manifeſtum non ſit, at ipſe manifeſtum faciam, vbi ad ea verba, quae de datiuo illo γνώμῃ ſcribuntur, venero. Caeterum non in hoc ſolum, ſed in aliis etiam *Thucydidis* locis, τοὺς πέλας, quod proprie ſonat, *eos, qui prope ſunt*, ſeu *vicinos*, dici eo ſenſu, quo paſſim in *Teſtamenti noui* ſcriptis legimus dictum τοὺς πλησίον (quod aduerbium illi ſignificatione reſpondet), *Theſaurus meus* ſatis docere poteſt. Non dubium certe eſt, quin in vulgari illo et Chriſtiano homine digno praecepto, *Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris*, apte hoc *alteri* ſimus interpretaturi τῷ πέλας. Hoc *Valla* quum ignoraret (quod minus mirum minusque venia indignum videri poteſt, quum idem hic *Scholiaſtes*, aut is ſaltem, qui ſcholium illud ſcripſit, ignorauerit), eius interpretatio ad hoc aduerbium, habens articulum praefixum, tanquam ad ſcopulum quempiam, paſſim impegit, alio alibi modo id reddens. Hic certe a vulgari etiam et trita huius vocabuli ſignificatione, (quae et non praefixo articulo ei datur) discedens, τοὺς πέλας vertit *externos*. IDEM.

5. Τὸ βέβαιον, θηλυκῶς.] Fortaſſe ſcripſerat σημεῖωσαι τὸ βέβαιον θηλυκῶς. Non minus autem σημειοῦσθαι dignum fuit pag. tertia ἀναγκαίου, poſitum itidem in genere foeminino. IDEM.

7. Καὶ δικαίως etc.] Rectius ſcriberetur, διὸ καὶ δικαίως ἂν τυχεῖν ὧν δέονται. STEPH.

8. Τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ] Mirum minimeque fide dignum, quod hic ſcribit, voculam δὲ pro γὰρ eſſe poſitam: quum in his ratio eorum, quae dicta ſunt, minime reddatur. Huic certe voculae aut ſolitum dari vſum, aut, ſi pro alia poni, potius pro οὖν, quam pro γὰρ, putandum eſt: perinde ac ſi diceret, *Sciebant Corcyrenſes, aequum eſſe, vt qui aliorum opem imploratum veniunt, eos edoceant, tale eſſe, quod a ſe petitur, vt ipſis vtilitatem aut ſaltem nullum damnum ſit allaturum: ſin minus*, etc. *Quum itaque firmam ſe fidem vobis facturos confiderent, nos miſerunt.* IDEM.

Ibid. Μετὰ τῆς ξυμμ.] Μετὰ συμμαχίας προὐφειλομένης. Εὐτελίζει τῶν Κορινθίων τὴν χάριν τῶν κ νεῶν. *Roſtg.*

ib. Δεύτερον etc.] Secundum *prooemium* ab his verbis incipere dicit, τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτ. etc. at ego ſecundam *prooemii* partem potius eſſe dicerem. Verum et tertium *prooemium* conſtituit, vt paulo poſt videbis. STEPH.

9. Λέγει ἐπιτήδευμα] *Roſtg.* addit: ἀναφορὰν ὑμῖν εἰς ἡμῶν συμμαχίαν τὸ ἰδιοπιεῖν ἡμᾶς, καθὸ ἔρημοι ἐσμὲν ξυμμαχίας.

Ibid. Ἄλλως.] Vocabulum iſtud ἄλλως frequenter in aliis etiam *ſcholiis* occurrit, et ſicut hic, ita et ibi, eum, quem in *Proparaſceue* dixi, vſum habet: ſed minus vſitate hic poſt illam vocem ἄλλως alius *Scholiaſtes* loquens inducitur, et iis, quae proxime praecedunt, ita contradicens, ἐγὼ δὲ ἐπιτήδευμα εἴποιμι, (niſi εἴποιμι ἂν ſcribendum eſt) τὸ αἰρ. etc. Verum, dum ſe contradicere putat, nihil minus quam contradicit: ſi modo verba illa ἰδιοπραγμονεῖν et ἡσυχάζειν bene intelligantur; hic enim ἐπιτήδευμα (id eſt *inſtitutum*) eſſe dicit, μηδενὶ ξυμμαχεῖν, id eſt, *nulli auxilium ferre* (niſi potius, ad exprimendam Graeci verbi vim, dicendum eſt, *ſociale auxilium ferre*): at ille, quum dicit ἰδιοπραγμονεῖν et ἡσυχάζειν, non aliud, quam illud ipſum, vult ſignificare. Nam ἰδιοπραγμονεῖν, eſt, *non res aliorum, ſed ſuas tantum, agere:* (vel, *agere ſua negotia, non ſe alienis implicantem*) ἡσυχάζειν autem, *quieſcere:* quae de illo apte dicuntur, qui nulli fert auxilium. Is enim alienis negotiis nequaquam ſe implicat; a qua re qui abſtinet, is comparatus cum aliis, qui non tantum ſuarum ſed alienarum etiam, rerum curam gerunt, videtur ἡσυχάζειν, id eſt *quieſcere*. *Thucydides* autem non ἰδιοπραγμοσύνης, ſed ἀπραγμοσύνης, appellatione illam etiam ἡσυχίαν aliquoties indicat, quae bello opponitur, id eſt *pacem*. IDEM. Secundum hoc *ſcholion* non habet *Caſſ.* In Baſ. eſt εἴποιμι ἄν.

10. Καὶ δεόμεθα etc.] Cum verbo δεόμεθα genitivum συμμαχίας ſcriptum fuiſſe exiſtimo: et ἀφ' vel παρ' ante ὧν· et hanc totius loci ſcripturam fuiſſe, νῦν γὰρ (φησὶ) καὶ συμμαχίας δεόμεθα ἡμεῖς, καὶ ἀφ' ὧν, εἰ πρὶν ξυνεμαχοῦμεν, ἐμέλλομεν νῦν βοηθείας ἀπολαύειν, ἀποτυγχάνομεν· id eſt, *Nunc enim* (inquit) *et nos ſociali ope egemus, et a quibus auxilium acceperi eramus, ſi antea ſocii fuiſſemus* (vel, *ſi antea ſocietatem coiviſſemus*), *ab illis repulſam patimur.* STEPH.

11. Καθὸ ἔρημοι etc.] *Scholium* hoc, καθὸ ἔρημοι ἐσμὲν ξυμμαχίας, videtur potius ſcriptum in iſta verba

fuiſſe, ἔρημοι δι' αὐτὸ κατέχημεν. Sed καθὸ abeſſe mallem. IDEM.

12. Ἡ ἰδιωτεία] Hic ἰδιωτεία nominatur, quae potius ἰδιοπραγμοσύνη vocanda eſſet, ſequendo illum verbi ἰδιοπραγμονεῖν vſum, de quo dictum fuit in *Scholio* in verba illa, τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα. IDEM.

ib. Εἰ κατὰ πατέρων] Fortaſſe non πατέρων, ſed πατρίδος, ab huius *Scholii* auctore ſcriptum fuit. Sed enim eum vix eſſe eundem illum crediderim, qui in praecedentibus, vbi dicitur ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας, datiuum γνώμῃ cum aduerbio illo πέλας ſubaudiendum exiſtimat. Nam is, a quo iſta ſcribuntur, animaduertiſſe videtur, datiuum γνώμῃ cum verbo ξυγκινδυνεύειν iungi, et ſenſum eſſe, *nolle, in praeſtando ſociali auxilio, periculi, quod ex alieno conſilio impendet* (vel, *quod alienum conſilium affert*), *participem eſſe.* Obſerua autem, dictum eſſe ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ pro eo, quod eſt, ἐν τῷ ξυμμαχεῖν ἄλλοις, vel ἄλλῳ. Sic autem loquendo, pro τοῦ πέλας dicendum fuiſſet αὐτοῦ· hoc modo, τὸ μὴ, ἐν τῷ ξυμμαχεῖν ἄλλῳ, τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν. Eſt porro dictum τὸ μὴ ξυγκινδυνεύειν pro eo, quod eſt τὸ μὴ βούλεσθαι ξυγκινδυνεύειν. Caeterum illa verba, ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ, quum praecipuum in hac periodo locum teneant (quippe quae ad ea, quae περὶ τῆς ξυμμαχίας dicta ſunt, referantur) tamen a *Melanchthone* fuerunt omiſſa, locum hunc ita interpretante: *Iamque accidit, vt, quod antea videbatur eſſe prudentiae, nolle implicari periculis alieno arbitrio, id ſtulte cogitatum fuiſſe et attuliſſe infirmitatem appareat.* IDEM. Ἡ κατὰ πατέρων. *Roſtg.*

P. 75. v. 1. Τρίτον προοίμιον] Nihilo magis aſſentiri illi poſſum, tertium hic eſſe *prooemium*, quam ſecundum eſſe in eo, vbi illud conſtituit, loco. Neque tamen, ſicut ibi ſecundam *prooemii* partem dicere maluiſſem, ita hic tertiam dixerim: quoniam haec periodus ex proxime praecedente pendet, quum ratio eius, quod in ea dictum eſt, reddatur. Ideoque quod de particula δὲ antea noſter hic *Scholiaſtes* dixit, de hisce duabus iuſtius diceret, eas pro γὰρ poni. Rationem enim afferunt Corcyrenſes, cur ἀσθένεια dixerint. STEPH.

2. Ἀττικὴ ἡ σύντ.] Atticae potius, quam communis, linguae eſſe hanc ſyntaxin, vix mihi perſuadere queo. Nam ſi haec linguae Atticae eſt, quamnam communis eſſe dicemus? an ſyntaxin cum accuſatiuo? Atqui in meo *Theſauro*, ex iis etiam *ſcriptoribus*, qui *Attici* habentur, hanc quoque in eadem ſignificatione conſtructionem aſſero. IDEM.

ib. Ἤγουν, εἰ etc.] Haec, ἤγουν, εἰ δουλωθείημεν αὐτοῖς, ſunt expoſitio illorum verborum, εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς· (licet, vt tempus tempori reſponderet, dicendum foret, εἰ δουλωθησόμεθα αὐτοῖς) illa autem, quae de Attica ſyntaxi dicit, velut per parentheſin interiiciuntur. Quae admonitio ad alios etiam quosdam locos reddat te cautiorem oportet. IDEM. Haec verba ἤγουν, εἰ δ. ἀ. non ſunt in *Caſſ.*

3. Ἀταραξίᾳ] Pro ἀταραξίᾳ ſubſtituo ἀπραξίᾳ· hanc enim expoſitionem etſi parum probo, tamen cum illa conuenit, quam prius habuimus, vbi ἰδιοπραγμοσύνη et ἡσυχία conungebantur. Vbi etiam ἰδιοπραγμοσύνην vocari, quod a *Thucydide* vocatur ἀπραγμοσύνη, dictum a me fuit. STEPH.

ib. Ἔντεῦθεν οἱ ἀγῶνες.] Quid ſignificari putem in hoc *Scholio* ἀγώνων appellatione, dixi in *Proparaſceue.* IDEM.

4. Περιφραστικῶς etc.] Immo periphraſin hic eſſe minime credendum eſt, quum ſenſum aptiſſimum rei, de qua agitur, efficiat vox ξυντυχία, ſi ſua ſignificatio ei relinquatur. Perinde eſt enim, ac ſi diceret, ἡ γὰρ ξυντετυχηκυῖα ἡμῖν χρεία, καλὴ κατὰ πολλὰ ὑμῖν γενήσεται, id eſt, *Quae enim nobis contigit* (vel *ſuperuenit*) *neceſſitas, vobis commoda multis modis erit.* Vel, paulo liberius, *Quod enim nobis contigit auxilio veſtro indigere, id multiplicem vobis vtilitatem eſt allaturum.* Recte enim καλὴ exponitur συμφέρουσα. IDEM.

ib. Τὸ δίκαιον, πρῶτον etc.] Cum his vocibus τὸ δίκαιον, πρῶτον, ſubaudiri poteſt verbum προβάλλονται, ex pag. praecedente: quod Latino *allegant* ſum interpretatus. Eodemque modo mox vbi ſcribitur, τὸ συμφέρον, δεύτερον. *Primum* (inquit) *aequitatem allegant, quemadmodum Corinthii: ſecundo autem loco, vtilitatem.* Neque vero haec iis repugnant, quae antea dixit, *Corcyrenſis concionem magis allegare vtilitatem: Corinthii, magis aequitatem.* Neque enim neceſſe eſt, id, quo magis nitimur, priore loco a nobis ſtatui. IDEM.

5. Μαρτύριον etc.] Nemo eſt, qui animaduertere non poſſit, μαρτυρίου dici hic neutro genere: ideoque hic quoque vel legendum vel perinde eſſe putandum eſt, ac ſi legeretur, σημείωσαι, ὅτι μαρτ. etc. IDEM. Τὸ μαρτύριον οὐδετέρως μόνος ὁ Θουκυδίδης *Caſſ.* et *Roſtg.* qui addit λέγει.

Ibid. Σπανιωτέρα μείζη] Non reſpondet vox μείζη, ſuperlatiui gradus, voci σπανιωτέρα, quae eſt comparatiui: ideoque μείζων ſcriptum ab eo fuiſſe crediderim. Sed quid attinebat aliam nomini σπανιωτέρα, quam ſuam, ſignificationem dare? Adde, quod iſta non cohaerent, vocem σπανιωτέρα, quae *rarior* ſonat, exponere *maior:* et ſubiungere, *quae enim pulcra et vtilia, ea ſunt rara.* Sed potius, vt expoſitio cum iis, quae adduntur, conueniret, dicendum erat, σπανιωτέρα idem hic eſſe, quod καλλίων vel χρησιμωτέρα· tum enim apte ſequuta haec fuiſſent, τὰ γὰρ καλὰ καὶ χρήσιμα. Verum ne illa quidem vocabula καλλίων et χρησιμωτέρα quaerenda erant ad expoſitionem eius, quo *Thucydides* vſus eſt: quin potius ſua ei ſignificatio relinquenda (vti dixi) erat: praeſertim quum is, qui ita loquitur, τίς εὐπραξία σπανιωτέρα, id eſt, *quae felicitas rarior*, voce vtatur, quae latiſſime patet: quum res aliqua dici rara poſſit non ſolum ob magnitudinem, vel pulcritudinem, vel vtilitatem, ſed alia etiam de cauſa: et, quum rem aliquam ob raritatem commendamus, incertum relinquamus, quam potiſſimum praeſtantiam in ea commendare velimus. Placuit autem et in hac expoſitione refellenda aliquid verborum conſumere, vt eius etiam exemplo docerem, non quaslibet, quae in his *ſcholiis* occurrunt, ἀβασανίστως (vt vocabulo ipſius *Thucydidis* vtar) admittendas eſſe: ac tum potiſſimum, quum vulgarem ſignificationem conuenire loco poſſe videmus. Quod ſi tamen (vt ad eum, qui prae manibus eſt, reuertar) ex illis tribus affectatis expoſitionibus

eligenda vna esset, μείζων melius cum εὐπραξία, quam κάλλιον, melius κάλλιον, quam χρησιμωτέρα, quadraret. Nam εὐπραξία sub se τὸ χρησιμον comprehendit, aut (si ita potius loquendum est) τὸ χρήσιμον in se inclusum habet. STEPH. In *Cass.* μεγίση recenti manu atramento scriptum erat: cetera vetusta et minio.

6. Τὰ δὲ χερείονα etc.] Verba haec sumta sunt ex *Homero;* nam finis *Homerici* cuiusdam versus est, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. Testimonium autem hoc afferens, intelligit, τὰ χερείονα dici ab *Homero* de iis, quae τοῖς καλοῖς et χρησίμοις sunt contraria. STEPH. Est Iliad. α'. v. 576.

ib. Ἀντὶ πολλῶν etc.] Periodus haec, aut saltem hoc orationis membrum, primae *Demosthenis* Olynthiacae principium est. Sicut autem eorum auctorem non nominat, ita etiam modo *Homeri* verba, eo non nominato, attulit: et non multo post *Hesiodi* versum, non praefixo eius nomine, allaturus est. Caeterum minime dubium est, quin hunc *Demosthenis* locum attulerit, quod eum a *Thucydide* suum loquendi genus mutuatum aut saltem in eo imitatum esse *Thucydidem*, ostendere vellet. Verum animadvertere debuit, hunc scriptorem non itidem dicere εἴλεσθε ἄν, sed ἐτιμήσασθε ἄν, et non contentum his verbis, πρὸ πολλῶν χρημάτων, adiicere καὶ χάριτος. Adde, quod *Demosthenes* phrasin illam non aliunde (vt credibile est), quam ab ipso vulgo, mutuari necesse habuerit. STEPH.

7. Ἠγοράσατε.] Male omnino ἐτιμήσασθε exponitur ἠγοράσατε. Atque hoc vel ex eo apparet, quod non dicitur aliquis ἀγοράζειν quidpiam πρὸ πολλῶν χρημάτων, sed ἀγοράζειν πολλῶν χρημάτων. IDEM. Paullo inferius ad verba ὀλίγοις δὴ ἅμα in *Rostg.* adnotatum erat, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγοις. Ὅμηρος, ἢ ὀλίγον οἱ παῖδες. Leg. παῖδα, ex Iliad. ε'. v. 800. Ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ξοικότα γείνατο Τυδεύς· vbi ὀλίγον eodem modo exponit *Scholiastes paruus*, et οὐδὲ ὅλως. Sed non necessaria hic videtur illa interpretatio. Add. ad p. 32. col. 1. v. 6. ed. Duk.

P. 77. v. 1. Μηδὲ δυοῖν] Λείπει θάτερον. ἐν ὑπερβατῷ δὲ ἡ σύνταξις. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος, μηδὲ ἀποτύχωσι, et quae sequuntur. *Cass. Rostg.* [Recepit Gottl.]

3 Προλαβεῖν] Τὰ πρῶτα λαμβάνειν. *Cass.*

ib. Ἀμαθεῖς etc.] Immo simplicius dictum hoc esse existimandum est, μαθέτωσαν· perinde ac si ita loqueretur, μαθέτωσαν τοῦτο, ὅπερ ἀγνοεῖν δοκοῦσι· id est, *discant hoc, quod videntur ignorare.* At ille putat, eum vsum esse verbo μαθέτωσαν significante *discant*, tanquam innuentem, eos esse ignaros ob illam, quae ipsis infit, improbitatem. Quasi vero improbi magis probis sint earum, quae notae esse debent, rerum ignari. STEPH.

5. Προείρηται.] Suspicor, scriptum ab eo fuisse ἐξ ὧν προείρηται· volentem nos intelligere, *Perspicuum est ex iis, quae iam dicta sunt.* Neque enim σαφές ἐστι dici potest significare προείρηται. IDEM. Non interpretandum duco σαφές ἐστι per προείρηται, vel ἐξ ὧν προείρηται (quemadmodum corrigere mavult *Stephanus*), nisi in hac ipsa oratione satis iam prolata fuissent Corinthiorum ἀδικήματα, quorum potissimum mox sequentibus verbis commemoratur: προκληθέντες γὰρ etc. Igitur sensus erit: *Manifestum est, iamque exponam vobis.* GRAMM.

ib. Παρακινηθέντες] Προκληθέντες clarum per se satis, neque idem denotat h. l. ac παρακινηθέντες, sed *prouocationem* tantum *litis dirimendae aut componendae causa.* IDEM.

P. 79. *V.* 2. Ἀντὶ τοῦ, ὁ μ.] Quamuis *Thucydides* ὁ ἐλαχίσας τὰς μεταμελείας λαμβάνων tantum dicat, vult nos intelligere, ὁ μηδ' ὅλως λαμβάνων· quod tamen non tam est exponentis, quod a *Thucydide* dicitur, quam corrigentis. Sic tamen et alibi sub voce ἧσσον vult a nobis μηδ' ὅλως intelligi. STEPH.

ib. Ἀσφαλέσατα] Ἀσφαλέσατος *Rostg.* [Ita Gottl.]

3. Τὸ μὲν ῥητὸν etc.] Aut reliquit aliquod verbum subaudiendum, aut (quod potius credo) a librario fuit omissum. Atque id fortasse fuit illud προσβάλλεται, quo vtentem p. 25. v. 64. audiuimus. STEPH.

4. Ἡ ἐν ὑποσιγμῇ.] Quid sit ὑποσιγμή, satis notum est: sed quid sit κολακεύειν ἐν ὑποσιγμῇ, non minus aliis, quam mihi, ignotum esse puto: nec dubito, quin minime, quo sit haec vox modo hic exponenda, sed quae in eius locum substitui debeat, quaerendum sit. Videtur autem adulationem huic loco subesse ex eo suspicari, quod dicat non tantum καὶ ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων, sed καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμ. ὑπ. quasi eorum ditio, magis quam alia vlla, milites suppeditare posset. Verum alii sunt in hac concione loci, qui multo iustius aliquid adulatorium habere dici queunt. IDEM. In *Cass.* haec alio loco scripta erant; sed non apparebat, quo pertinerent.

Pag. 81. *V.* 1. Λείπει τὸ χρή.] Fallitur in eo, quod deesse putat verbum χρή, id est, subaudiendum esse; (nam ita accipi verbum λείπει, ostendi in *Praparasceue*) quum praecesserit δίκαιον, quod hic repeti debet ἀπὸ κοινοῦ. Dicitur autem δίκαιον pro δίκαιόν ἐστι. STEPH. In *Rostg.* ad v. 64. adscriptum erat ἀπὸ κοινοῦ τὸ δίκαιον.

2. Ἀντίθεσις ἀπὸ τοῦ etc.] Annotatio haec fortasse scripta fuit in istum locum, καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ, μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος, τὰς σπονδὰς λύσῃ. STEPH.

3. Τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ] Vnicus tantum sensus inest auctoris verbis, quem perspicuum putamus satis, extra multiplicem Scholiorum, non vnius h. l. auctoris, explicationem. GRAMM. In *Cass.* desiderantur omnia post ἀδεέστερον ἦν αὐτοῖς vsque ad οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι δεδιότες.

8. Θαρσήσαντες etc.] Pro θαρσήσαντες et ἀπωσάμενοι potius θαρσήσασι et ἀπωσαμένοις dicendum fuisse videtur, vt datiui cum sequentibus conuenirent. STEPH.

10. Εἰς τὸν σχεδὸν etc.] Locum hunc ἐλλιπῆ esse puto, et ab eo ita scriptum fuisse, εἰς τὸν μέλλοντα καὶ σχεδὸν παρόντα πόλεμον· vt vocabulo σχεδὸν exponatur *Thucydidea* vox ὁσονοῦ· cui tamen postea et alia expositio datur. IDEM.

11. Ἀντὶ τοῦ οὐχ ὅσον etc.] Aliter haec ab illo scripta fuisse persuasum habeo. IDEM. Καὶ δηλοῖ τὸ οὐχ ὅσον non sunt in *Cass.*

12. Ἀντὶ τοῦ ἀναγκῶν etc.] Prior expositio sequenda potius est, quae καιρούς vult εὐτυχίας et ἀτυχίας esse; vt duo haec contraria illis duobus contrariis, οἰκείοις

ται et πολεμοῦται, respondeant: referendo videlicet εὐτυχίας quidem ad οἰκειοῦται, at vero ἀτυχίας ad πολεμοῦται. STEPH.

P. 83. v. 1. Λείπει τὸ λέγομεν etc.] Non animaduertit (quod mirum est), pendere haec a verbo μάθοιτε, ad quod tendit particula ἄν, alioqui non dixisset, λείπειν verbum λέγομεν· quod ne vllum quidem habere hic locum potest. Videtur autem alius *Enarratoris scholium* esse istud, quo datiuus pro nominatiuo positus dicitur (quae certe mira et ne *Thucydidi* quidem vsitata esset antiptosis), et intelligendum esse, μάθοιτε ἂν οἵ τε σύμπαντες καὶ καθ' ἕκαστον. Ac ne hoc quidem dicturus erat, si verba illa, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον, in neutro genere posita esse animaduertisset. STEPH. In Auctoris verbis: τοῖς δὲ ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον, τῷ δ' ἄν — μάθοιτε, ellipsis est Nostro et aliis familiaris. Intelig. praepos. ἐν. Facessat igitur *Scholiastae* illud λέγομεν, atque obseruatio de enallage datiui pro nominatiuo, inepta prorsus; nec enim in σύμπασι aut ἕκαστον intelliguntur *homines*, sed *res* potius ac *momenta*. GRAMM.

2. Προδῶτε] Quum πρόεσθε exponat προδῶτε, eum ita legisse, non autem προέσθαι, manifestum est: sed tamen verbum μάθοιτε nullum huic lectioni relinquere locum videtur. STEPH. Perperam lectum *Scholiastae* in textu fuit πρόεσθε pro προέσθαι. GRAMM.

3. Ἀλλ' ἥδιον [vt ol. lectum] ἥψαντο] Suspecta est vox ἥδιον· nec tam placet ἥψαντο, quam placeret compositum καθήψαντο· quum frequentior sit verbi καθάπτεσθαι vsus pro *perstringere*, vel *incessere:* et quidem eo ipse etiam *Thucydides* vtatur. Itaque *Scholiastem* hunc scripsisse et scribendum esse crediderim, ἀλλ' ἤδη καθήψαντο καὶ ἡμῶν. STEPH. Ἤδη est in *Cass.*

4. Μαχούμεθα] Vel hic scribendum μαχόμεθα, quod paucis interiectis praecedit, vel ibi quoque μαχούμεθα scribi debet: sed potius μαχόμεθα loco vtrique conuenit. STEPH. [Dedit ita G.]

6. Ἔχειν μάρτυρα etc.] Non verisimile est, illum αἰσχύνεσθαι putauisse exponendum ἔχειν μάρτυρα τῆς αἰσχύνης· ideoque potius pertinere hoc *Scholium* dixerim ad genitiuum τῆς αἰσχύνης, vt hic genitiuus cum verbis illis μάρτυρα ἔχειν subaudiendus dicatur. IDEM.

ib. Πέλις αὐτῶν etc.] Vel αὐτῶν vel τῶν πολιτῶν redundare videtur: sed αὐτῶν potius expungendum crediderim. IDEM.

P. 85. v. 6. Αὐτάρκη θέσιν κειμένη] Vrbs situ commodo gaudens adeo, vt tum facile praeda se offerat eius cupidis, tum in ea potienda sibi ipsis ciues sufficiant, nec aliena indigeant ope vlla vel societate, nec iudicium super hac re cuiusquam metuant. Id enim αὐτάρκης intelligi iubet h. l. Neque satisfacit expositio, vel quae in glossa *Scholiastae*, vel quae a *Franc. Porto* affertur, quam Latina ab *Aemilio* filio interpolata versio sequitur. Simplicius sane *Valla* ipse et *Enenckelius*, quorum hic: *Vrbs sane eorum ad hoc ipsum opportune sita* etc. et similiter quoque *Gallicus:* quorum nullus tamen omnem τοῦ αὐτάρκους emphasin expressit. GRAMM.

Ibid. Ἡ θέσις τῆς πόλεως] Ante haec verba in *Rostg.* erat περιτροπὴ τὸ σχῆμα.

7. Ἐξὶ τῆς προαιρ.] Fortasse omissum est quodpiam vocabulum, quod hosce genitiuos τῆς προαιρέσεως et κακίας praecedebat: (cuiusmodi fuerit ὑπηρέτις) alioqui scripturum fuisse illum τῇ προαιρέσει et κακίᾳ negare nemo possit. STEPH.

ib. Εἰ γὰρ ἐξέπλ.] Haec verba, εἰ γὰρ ἐξέπλεον ἀλλαχοῦ, οἱ ἀδικ. affert tanquam quae tacite Corinthiorum oratione includantur: hoc sensu: *Quod si, vt alii nauigantes, appellere ad portum eorum coguntur, ita et ipsi ad alios nauigarent, ii, qui iniuria ab illis afficiuntur, aliquos ex illis comprehenderent, obsides sibi futuros.* IDEM.

8. Λησρικῶς] Λησικῶς, et mox ἀποδέχεσθαι. *Rostg.*

10. Ἀκατηγορητότεροι.] Cum hac expositione, qua ἀληπτότεροι dicit esse ἀκατηγορητότεροι, conuenire non videntur, quae subiungit, οἱ γὰρ εὐάλωτοι, φόβῳ τῶν πέλας, κολακεύειν ἀναγκάζονται τοὺς ἀδικοῦντας. Vbi etiam animaduertendum est, annon potius scribendum sit αὐτοὺς ἀδικοῦντας· vt οἱ πέλας illi ipsi sint οἱ ἀδικοῦντες. STEPH. Ἀκατηγορητότεροι non est in *Cass.*

11. Φιλίαν, δυν. συμ.] Quomodo ἀρετὴ tria haec significare potest? Immo vero considerandum erat, illum nunc ἀρετὴν dicentem, ad illud ἀγαθοί, quod praecessit, respicere. STEPH.

Pag. 87. *V.* 1. Ὑφ' ὑμῶν] Leg. ὑφ' ἡμῶν· quod erratum Editorum nullus hactenus emendauit. GRAMM. Ἡμῶν est in *Ed. Camer.* quod sequutus sum, antequam haec videram.

3. Πρὸ τοῦ λαβεῖν αὐτήν] At iam dicit Corinthius, cepisse Corcyraeos vrbem, eam per vim captam afferturos sibi τῇ δίκῃ, ἣν παρέσχοντο. Igitur potius esset pro τοῦ ἀφεῖναι αὐτὴν, ἢ πρὸ τοῦ ἀπάγειν τὸν χρατόν. Vid. *Thucydid.* supra p. 22. seq. Nisi λαβεῖν significatione *retinendi*, et *perpetuae possessioni vindicandi* sumas. GRAMM.

Ibid. Λείπει εἰς, ἣν.] Scribendum videtur, λείπει εἰς, ἵνα ᾖ, εἰς ἣν. Hanc autem praepositionem subaudiens, non dubium est, quin eam ad participium προκαλούμενον vna cum suo illo accusatiuo ferri velit. Sic certe in sequentibus dicit προκαλούμενον εἰς κρίσιν. STEPH. Λείπει εἰς ἣν absunt a *Cass.*

4. Δοκεῖν] Vides, ab hoc *Scholiaste* infinitiuum illum τηρεῖν non agnosci, sicut etiam ad *Thucydidem* monui. Sic autem et in fine huius *scholii*, οὐδὲ δοκεῖν, ὅτι λέγει τι, ἀλλὰ καταφρονεῖν, nulla illius τηρεῖν facta mentione. STEPH.

5. Προσέχειν τὸν ἑκ τοῦ etc.] Consuetudo Gr. linguae postulat, vt scribatur, προσέχειν τῷ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς καὶ ἰσχυροῦ προκαλουμένῳ εἰς κρίσιν. IDEM.

P. 89. v. 2. Λέγει τὸν κατὰ Σαμίων καὶ Αἰγινητῶν πόλεμον] Non adparet, quid haec pertineant ad verba ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν. In *Cass.* haec melius leguntur post μεταλαβόντες in fine scholii ad v. 48.

ib. Μήτε μεταδώσετε] Iungit negationem cum verbo μεταδώσετε, quum dicit μήτε μεταδώσετε· et tamen, vbi dicitur, μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυν. etc. cum μηδὲ repetendum esse apparet infinitiuum προσιέναι, sicut

cum μὴ praecedente repeti debere manifeſtum eſt; vbi dicitur, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδ. etc. STEPH.

Pag. 91. *V.* 2. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ δίκ.] Immo haec verba, δίκαιοι ἐσὲ, non cum εἰ δὲ μὴ [quibuscum vulgo iungebantur], ſed primum cum infinitiuo εἶναι, deinde cum ἐέναι iungi manifeſtum eſt: at vero cum εἰ δὲ μὴ repetendum quidem eſt prius illud verbum, ſed in alio et modo et tempore. Intelligendum enim eſt, εἰ δὲ μὴ ἐκποδὼν γήσεσθε. IDEM.

ib. [ſed antea] Ἄνευ ἔχειν] Scribendum ἄνω ἔχειν. IDEM. Sic *Etymol. M.* in ἀνακωχεύειν, et *Suidas* h. v. qui deſcripſit *Scholiaſten*. Nec aliter *Caſſ.* et *Roſtg.*

3. Καὶ κοινὴν etc.] Legiſſe videtur, καὶ κοινὸν νόμον, non καὶ τὸν νόμον. Paullo poſt verbo δέξασθαι addendum crediderim accuſ. Κερκυραίους. STEPH. Suſpicatur *Stephanus*, in *Thucydide* pro τὸν νόμον *Scholiaſten* legiſſe κοινὸν νόμον. Vide eum ad *Thucydidem*.

4. Διςαζόντων etc.] Immo δίχα ἐψηφισμένων non ſignificat διςαζόντων, ſed potius διχογνωμονούντων vel ἀλλήλοις διαφερομένων ἐν τοῖς ἑαυτῶν ψηφίσμασι. STEPH.

8. Τοὺς ἐχθροὺς συγκροτοῦντες] Τοῖς ἐχθροῖς τι συγκροτοῦντες *Caſſ. Roſtg.*

ib. Τὸ πολλάκις etc.] Quamuis pro *abuti* dicant potius ἀποχρῆσθαι vel καταχρῆσθαι, interdum et παραχρῆσθαι, tamen et iſti ἀποχρῆσθαι malim hic cum *Valla* ſignificationem illam dare, quam exponere cum iſto *Scholiaſte, ſaepe vti*. STEPH. *Suidas* in ἐπιχρῆσθαι deſcripſit *Scholiaſten*; ſed pro χρῆσθαι habet κεχρῆσθαι. Retineo χρῆσθαι.

10. Ἤγουν διὰ] Non placet, παρὰ hic exponi διά· ſonat enim plane hoc loco, quod Latini particula *prae* exprimunt: adeo vt *Valla*, haec ita interpretans, *Atque iis temporibus hoc factum eſt, quibus homines, ſtudio vincendi hoſtis, in quem eunt, caetera curare omittunt*, dicere potius debuerit *prae ſtudio*. STEPH. Ἀπερίοπτοι, quod hic in *Thucydide* eſt ante παρὰ, in *Caſſ.* et *Roſtg.* exponitur ἀπροόρατοι, ἢ ἀπρονόητοι, ἢ ἀνεπίςροφοι.

P. 93. v. 1. Ἀντὶ τοῦ ἀμύνειν etc.] Duobus modis exponitur verbum ἀμύνεσθαι, primum quidem male: deinde vero, recte. Neque enim ἀμύνεσθαι hic eſt ἀμύνειν καὶ βοηθεῖν, ſed ἀμείβεσθαι, vt poſtea explicat: addens, quosdam hanc ſignificationis nouitatem non admittentes, illud ipſum ἀμείβεσθαι ſubſtituiſſe. STEPH.

2. Ἀμύνεσθαι,] Ante ἀμύνεσθαι ponendum fuerat illud aduerbium ἄλλως, quo diuerſas expoſitiones ſeparari antea docui. Hanc enim expoſitionem, quae vera eſt, ab altera diſtingui, quae ita diuerſa eſt, vt ſit etiam falſa, rationi conſentaneum erat. IDEM. Paullo poſt ad verba ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιςα ἁμαρτάνοι in *Caſſ.* et *Roſtg.* haec adnotabantur: τὸ ἐν ᾧ, ἀντὶ τοῦ ᾧ, τὸ δὲ ἐλάχιςα, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ἐλάχιςα. Si *Scholiaſtes* hic putauit praepoſitionem ἐν in hac oratione πλεονάζειν, non recte ſenſit: nam ea, ſi deeſſet, potius ſuppleri deberet. Nec magis placet, quod ἐλάχιςα interpretatur οὐδὲ ἐλάχιςα, quam quod p. 27. ὀλίγοις dicit poni pro οὐδὲ ὀλίγοις.

3. Ἀντὶ τοῦ ὁ μέλλων πόλεμος] Τὸ μέλλον τοῦ πολέμου non eſt ipſe ὁ μέλλων πόλεμος (niſi adiectum fuerit, ἦν ποιήσοιαν ἄρα οἱ Κορίνθιοι μετέπειτα τοῖς Ἀθηναίοις), ſed exſpectandus aliquando euentus belli, iam excitati, quod quidem, ſi res ex voto caderent Corinthiorum, terminandum fore εἰς τὴν τῶν Ἀθηναίων ἐπιχείρησιν iactarant Corcyraei ſupra p. 27. Rectius igitur *Scholiaſtes* hoc ita expoſuiſſet: τὸν μέλλοντα ὑμῖν ἔσεσθαι ἐκ τούτου τοῦ πολέμου κίνδυνον. Sequuntur tamen hic *Scholiaſtam* preſſo pede *Interpres Gallicus* p. 40. et *Enenckelius* p. 19. GRAMM.

4 Τὸ κελεύω] Intelligit, non eos tantum, qui ſuperiores ſunt, dici κελεύειν· neque vero hic *Valla* κελεύουσι reddidit *iubent*, ſed *hortantur*. STEPH.

ib. Λέγεται] Κεῖται παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐλαττόνων. *Suidas*. Sed hoc non ita accipiendum eſt, quaſi apud ſolum *Thucydidem*, non etiam apud alios, hac ſignificatione inueniatur κελεύειν.

ib. Πεντηκονταετηρίδι] Hic in *Roſtg.* addebatur, ἢ μετὰ τὴν ἔχθραν Φιλία εὐκαίρως γινομένη. καὶ τὰ ἑξῆς. In *Caſſ.* haec melius adſcripta erant ad verba ſequentia, ἡ γὰρ τελευταία χάρις.

Τῷ πρὸς ὀλίγον] Mirum eſt, τῷ αὐτίκα expoſuiſſe τῷ πρὸς ὀλίγον, quum τὸ αὐτίκα paſſim a *Thucydide* dicatur de eo, *quod iam nunc eſt, quod praeſens eſt:* ac ſaepe εἰ τὸ μέλλον opponatur. Sed fieri poteſt, vt non πρὸς ὀλίγον, verum μετ' ὀλίγον, ſcripſerit, quaſi de re iamiam futura, velut de praeſente, loquutus eſſet *Thucydides*. Habes porro et paulo poſt aliud *ſcholium* in iſta verba, τῷ αὐτίκα Φανερῷ. STEPH.

6. Τῇ δυνάμει etc.] Hoc *Scholium* cum praecedente non conſentit; nam ſi τὸ αὐτίκα Φανερὸν dicitur περὶ τῆς δυνάμεως τῶν Κερκυραίων, vox αὐτίκα ſignificare non poteſt πρὸς ὀλίγον· ac ne μετ' ὀλίγον quidem. Subiungens autem illi expoſitioni iſta, ἡ γὰρ ἐκ θεῶν βοήθεια κρυπτὴ καὶ ἀΦανὴς, reſpicit ad vocabulum Φανερῷ, et oſtendit, τῷ αὐτίκα Φανερῷ tacite opponi τὴν ἐκ θεῶν βοήθειαν, quae eſt κρυπτὴ καὶ ἀΦανής. Quaſi videlicet dicentes διὰ κινδύνων, illud innuerent. IDEM.

ib. Οἱ ἐπίλογοι ἐντεῦθεν] Haec in *Caſſ.* adnotabantur ad ἡμεῖς δέ· et ἐκ τύχης cum ceteris, quae ſequuntur, ad περιπεπτωκότες.

7. Ἐκ τύχης τινός] Verba haec expoſitio eſſe videntur iſtorum, διὰ κινδύνων. Vbi autem legimus, καὶ ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ περιπέσητε, deeſſe exiſtimo vel κίνδυνος, vel ὁρᾶτε, ante μή. Nec dubium eſt, quin ſcribens, μὴ καὶ αὐτοὶ περιπέσητε, ad illa reſpiciat, quae dicunt Corinthii, ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακ. STEPH. Non adſequor mentem *Stephani*. *Hudſonus* hanc adnotationem neglexerat. Nec male.

ib. Περιπέσητε] Περιπεσοῦνται. *Caſſ. Roſtg.*

8. Οἷα ἐν τῇ Λακ.] Ante οἷα deeſſe quaedam verba ſuſpicor. Neque enim verisimile eſt, illum aliud in hunc locum non fuiſſe annotaturum, quam οἷς pro οἷα eſſe accipiendum: praeſertim quum ne hoc quidem vere dici poſſit, ſed dicendum ſit, οἷς προείπομεν eſſe pro τοιούτοις οἷα προείπομεν, vel potius ἐκείνοις ἃ προείπομεν. Videndum igitur, annon credibile ſit, illum aliqua verba praefixiſſe, quae ellipſin, quam habet oratio *Thucydidis*

(id est, quae a *Thucydide* refertur), suppleret. Ego certe eum βραχυλογοῦντα esse ita loquutum dico, quum alioqui significare vellet, περιπεπτωκότες τοιαύτῃ ἀνάγκῃ, ὥςε δεῖσθαι ἐκείνων ἃ ἐν τῇ Λακ. etc. aut breuius, περιπεπτωκότες τῷ δεῖσθαι ἐκείνων. Ad *Scholiastem* tamen nostrum quod attinet, fieri etiam potest, vt ita scriptum *Scholium* suum reliquerit, οἷα ἐν τῇ Λακ. εἴπομεν (ποῖα εἴπομεν; τὸ τοὺς σφετ. ξυμμ. καὶ τὰ ἑξῆς) τοιαῦτα καὶ παρ' ὑμῶν κομίζεσθαι ἀξιοῦμεν. Sed nec εἴπομεν pro προείπομεν scripsisse illum verisimile est. STEPH. In *Cass.* pro ποῖα εἴπομεν; τὸ tantum legitur ὅτι.

P. 95. v. 1. Μηδὲ δίκην] Vide Stephanum ad p. 26. col. 2. v. 9. [ad p. 75. hui. ed.]

2. Διαφέρει δὲ etc.] Aut fallitur is, a quo haec scribuntur, aut a *librario* permutatae sunt sedes horum nominum, συμμαχία et ἐπιμαχία, vt vel ex altero *Scholio* apparet, quod itidem, quid sit inter haec duo discriminis ostendit: atque adeo, vt ex ipsius *Thucydidis* verbis patet. Vtrocunque igitur modo se res habeat, scribe, συμμαχία μὲν, ὅταν ἀλλ. etc. ἐπιμαχία δὲ, ὅταν μόνον (nam simul hoc reponendum pro μόνοι) Ἀθ. δ. κ. β. Rectius autem et plenius traditur in altero *Scholio*, quae est inter hasce voces, differentia: et ita quidem, vt non quod hic, sed quod illic legimus, sequi debeamus. Caeterum de eo, quod in paginam 38. scribit, ξυμμαχίαν appellatam, quae ἐπιμαχία vocanda esset, videndum, an illi assentiendum sit. STEPH. Totum hoc scholion, quod hic ad μετέγνωσαν legitur, abest a *Cass.*

[4. In Bas. cod. non est δι' ἣν ξυμμ. sed διὸ ξυμμ.]

6. Συμμαχουμένῳ] Habes et paullo post συμμαχουμένῳ: vnde quis suspicari possit, hunc *Scholiastem*, sicut συμμαχῶ ex συμμαχέω dicitur, ita etiam passiua voce συμμαχοῦμαι ex συμμαχέομαι, vsum esse. STEPH.

8. Ἔχειν τὴν Κέρκυραν.] Aliqua ante ἔχειν desunt verba: siue haec, καλὸν ἐφαίνετο ἔχειν τὴν Κέρκυραν, siue alia huiusmodi scripta fuerint. Nam et pro καλὸν possit συμφέρον hic dici: accipiendo videlicet illud καλῶς, quo *Thucydides* vtitur, pro συμφερόντως· sicut p. 26. καλὴ exponi συμφέρουσα vidimus. Fortasse autem nec ἔχειν τὴν Κέρκυραν sine adiectione scriptum fuit, sed Φίλην aut Φιλίαν ἔχειν τὴν Κέρκυραν. STEPH. Hic quaedam a *Cass.* absunt. Sed oblitus eram adnotare, totum scholion, an pars eius deesset.

Pag. 97. V. 2. Αὐτὸς δὲ ἀντὶ etc.] Nihilo magis verum comperietur, quod de hoc pronomine αὐτὸς scribit, *accipi pro* πρῶτος, quam verum est de pronomine nostro *hui*, quod simili omnino generi loquendi adhibetur, quum videlicet dicitur, *hui cinquieme*. Ac ne ad illa quidem, quae paulo post addit, respicere putandum est *Thucydidem*, quum hac phrasi vtitur. Neque tamen inficior, absimile vero non esse, illum alicuius magis noti, aut etiam magis celebris, nomen in huiusmodi locis posuisse. STEPH.

45 Ἄλλη Ἐφύρη etc.] Plures fuisse Ephyras docet *Strabo* l. 8. et *Eustathius* ad eum locum Odyss. α'. ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντα etc. HVDS.

6. Ἐτυμώτερον etc.] Voculam ἐπὶ in ἐξῆς deprauatam fuisse manifestum est: aut certe praepositionem illam post verbum hoc fuisse praetermissam. Vocat autem ἐτυμώτερον, *quod etymo magis respondet*, vel potius adverbialiter, *significatione magis etymo respondente*. Verum non ἐτυμώτερον, sed ἐτύμως, dicendum hic esset: quum prior ille huius vocabuli vsus ab etymo plane discrepet, ita vt catachresin habere dici possit. STEPH. In *Cass.* totus locus ita scribitur: τὸ στρατόπεδον σημαίνει δύο, τόν τε λαὸν, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ ὁ λαὸς τοῦ στρατοῦ. καὶ ἐτυμώτερόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἱ (pro οἷον) τοῦ στρατόπεδον. Postremum perperam pro τοῦ στρατοῦ πέδον. *Suidas* quoque in στρατόπεδον, vbi haec prope iisdem verbis leguntur, ἐτυμώτερον δέ ἐστιν ἐπὶ τ. τ. λέγεσθαι, et οἷον τοῦ στρατοῦ τὸ πέδον.

P. 99. v. 1. Τρεῖς εἰσιν etc.] Vide *Palmerii* Gr. antiq. p. 278. HVDS. Et *Holstenium* ad Stephanum v. Σύβοτα.

2. Τῆς γῆς] Haec de voce μετέωρος dicere videtur, ad ea, quae sibi fingit, etyma respiciendo. STEPH.

3. Ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς] Ἐκ μεταφορᾶς *Suidas* in v. μετέωρος. Mox τῶν ἀπεχόντων τῆς γῆς *Idem*, *Cass.* et *Rostg.*

4. Παρὰ τὸν καιρὸν τῆς μάχης] Περὶ τ. κ. τ. μάχης *Cass.* Κατὰ τὸν κ. τ. μ. *Suidas* in σημεῖα ἀρθ.

5. Τὰ σύμβολα, ἤρχοντο] Τὰ σύμβολα τῆς μάχης, ἤρχοντο *Suidas*. Nihil opus erat, addi illa τῆς μάχης.

7. Διέκπλους ἐςί] Quae *Suidas* habet in διέκπλους, partim hic, partim p. 157. leguntur.

P. 101. v. 1. Οὐκ ἦρχον etc.] Ideo vult positos esse hos nominatiuos οἱ στρατηγοὶ δεδιότες pro genitiuis τῶν στρατηγῶν δεδιότων, et ἦρχον non referri ad στρατηγοὶ, sed ad νῆες, quod praestiterit αἱ Ἀττικαὶ νῆες Φόβον μὲν παρεῖχον τοῖς ἐναντίοις. Verum a nominandis illis suum vsum relinquamus, et ἦρχον ad eos referamus, exemplo apud *Thucydidem* hoc ἀνακόλουθον non carebit. STEPH. Non video hic ἀνακόλουθον, si ἦρχον referatur ad στρατηγοὶ, quo sine dubio referri debet. *Cass.* non habet hoc scholion.

2. Δηλονότι τῶν etc.] Scribendum hic non δηλονότι, vt passim, sed δῆλον ὅτι, pro δῆλόν ἐστιν, ὅτι, et post εἴκοσι tollenda est interpunctio. Quinetiam Ἀθηναίων mutari debere in Κορινθίων, nemo (vt opinor) negauerit. Sed et pro ἀφείλοντο libenter ἐτρέψαντο scriberem. Illud autem καὶν, siue huic siue alteri illi verbo iunctum, non dubito, quin pro *etiamsi* positum sit. STEPH. Κορινθίων in *Rostg.*

3. Ἀνεγκλήτως.] Aut *Librarii* aut huius *Scholiastae* error est in voce ἀνεγκλήτως. STEPH.

4. Ἤγουν τὰ πρ.] Subaudiendo τὰ πράγματα, adverbialiter poni οὐδὲν existimat: sed quid hac subauditione est opus? IDEM.

ib. Σχετλιάζων] Vnde scit, *Thucydidem* haec σχετλιάζοντα dicere? Potius certe dicendum erat, verisimile esse, illum haec dicere σχετλιάζοντα. Atque idem et quibusdam aliis locis potest obiici. IDEM. Cur σχετλιάζων dixisse statim fingitur ea, quae omittere prorsus, extra partium studium quantumuis posito, ne licuisset quidem Historico? Inepta sane nimis affectatio ista indiciorum, quibus malus erga patriam animus Thucydidis arguatur. GRAMM.

5. Ἃ ἡμεῖς γαςέρας καλοῦμεν] Pro γαςέρας *Roſtg.* habet γάςρους, *Suidas* in σκάφη, γάςρας, quod verum eſt. *Pollux* I, 87. τὸ ἔδαφος τῆς νεὼς κύτος καὶ γάςρα. Et *Euſtathius* ad Homer. Odyſſ. ε'. p. 1532. Sic γάςρας τρίποδος apud *Homerum* Iliad. σ'. v. 348. vbi *Idem*, γάςρην τρίποδος τὴν κοιλότητα λέγει, τὴν οἷον γαςέρα· de quo *Interpretes Pollucis* ad X, 81.

ib. Ἀττικῶς ὧν κατέδυσν] Attico more καταδύσειαν pro κατέδυσν poſitum eſſe intelligit. Ex eo autem, quod ὧν κατέδυσν hic legimus, non ἃς κατέδυσν, coniici poteſt, eum apud *Thucydidem* quoque hunc genitiuum ante καταδύσειαν legiſſe. Neque nos mouere debet altera lectio huic *Scholio* praefixa: quum ſaepe ipſum *Scholium* lectionem ab ea, quae praefixa ipſi eſt, diuerſam ſequi videamus. Quum tamen p. 38. in loci huius mentione habeamus οὓς καταδύσειαν, ἃς potius, quam ὧν, in οὓς deprauatum fuiſſe veriſimile eſt. Lege autem ibi et quae de noua verbi καταδύειν ſignificatione ſcribit. Steph. Cum *Scholiaſte* fateor, optatiuum pro indicatiuo poſitum eſſe: ſed non video, quid obſtet, quo minus ſeruantes idem tempus, καταδύσειαν pro κατέδυσαν vſurpatum dicamus, praeſertim quum illud κατέδυσαν non excludat κατέδυσν. *Steph.* in Append. ad Script. al. de Dial. Att. p. 136. Hvds. De Genitiuo ὧν vid. Annotat. *H. Stephani.* At καταδύσειαν ſimpliciter poſitum eſſe vel pro κατέδυσν, vel pro κατέδυσαν (vid. ibid. *Stephan.*) nos non agnoſcimus; verum optatiuum hunc adhibitum, vt in narratione circumſtantiae, non praeciſe quidem ab illis, pugnae qui interfuiſſent, *Thucydidi* memoratae, quam autem ita contigiſſe, adeoque adiiciendam eſſe neceſſario, iudicauit ipſe. Latini ſubiunctiuo rem efferunt, locumque, ni fallor, ita verterent: *Corinthii alueos navium, quas demerſiſſent* (vel *perdidiſſent,*) *religatos* (*a navibus ſuis*, de quo more apud Noſtrum alibi) *trahere ſecum tunc neglexerunt.* Τὰ σκάφη imperite *ſcaphas* vocat *Enenckelius*, p. 22. *Corinthii non trahebant nauium ſubmerſarum ſcaphas.* Gramm. Pag. 38. *huius Edit.* [Duker. ſc.] vbi vulgo legitur οὓς καταδύσειαν, e *Caſſ.* edidi ἃς καταδ.

P. 103. v. 2. Λέγεται] Non eſt in *Caſſ.*

Ibid. Ἀπολεσθῇ] Ἀπόληται *Caſſ. Roſtg.* Ἀποκλασθῇ *Suidas* in ναυάγιον, quod praeferendum videtur. In fine huius ſcholii poſt λέγεται *Caſſ.* habet, τὰ δὲ νῦν οὐδετέρως εἴρηκε. *Roſtg.* νῦν οὖν οὐ. ἑ.

6. Ὑγιεῖς, ἀβλαβεῖς] Non ſtatim αἱ λοιπαὶ ſignificat τὰς ὑγιεῖς καὶ ἀβλαβεῖς, ſed potius quae aliquo modo auferri poterant, etſi nec adeo ὑγιεῖς, nec πλωΐμοι ſatis. Gramm.

7. Τὸ γὰρ ἐπὶ τῆς etc.] Vel τὸ γὰρ ὀψὲ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας, vel τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῆς ἑσπέρας, ſcribendum eſt. Steph.

ib. Δύο παιᾶνας etc.] Illum priorem ἐμβατήριον παιᾶνα, *congreſſiuum paeana*, dixit *Plutarchus* in Lycurgo: hunc alterum ἐπινίκιον παιᾶνα, *victorialem*, in Romulo. Videntur cum cantu aut rhythmo quodam fuiſſe, atque id eo *Pacanes* dicti. Vid. *Lipſium* de Mil. Rom. l. 4. Hvds. Eadem, quae hic in *Scholiaſte*, etiam in *Suida* leguntur, v. παιᾶνςα.

8. Ὡς ἐπίπλουν] Suſpicor (vt ad *Thucydidem* dixi), ὡς ἐς ἐπίπλουν ſcriptum ab eo fuiſſe; quam lectionem margini adſcriptam habes. Steph.

9. Ὡς ἐπίπλουν] Hic quoque fortaſſe ὡς ἐς ἐπίπλουν ſcriptum fuit, et ſcribi debet. Sed et ἐπιπλεύσοντες potius, quam ἐπιπλέοντες, ſcriptum fuiſſe crediderim. Idem.

10. Πρύμναν κρ.] Eadem habet *Suidas:* niſi quod ἀνακρούεσθαι legit pro κρούεσθαι, et ὑπαναχωρεῖν μὴ ςρέψαντας etc. pro ἀναχ. etc. Hvds. Τρέψαντας etiam *Caſſ.* item δόξωσι μὴ, quod et *Suidas* habet. Paullo poſt pro ὑπαπιόντες· ἢ ἵνα μὴ, *Suidas* ὑπαπιόντες, ἵνα μὴ, vel, vt vetuſtiores *Edd.* habent, ὑπαπιόντες· ἵνα μή. Non dubito praeferre ſcripturam, quae eſt in *Scholiaſte.*

Pag. 105. *V.* 2. Ἐπαναχωροῦντας] Forſan ὑπαναχωροῦντας legendum. Hvds.

3. Τοὺς Ἀθηναίους οἱ Κερκυραῖοι] Haec in *Caſſ.* et *Roſtg.* adſcripta erant ad ſequens ὡρμίσαντο. *Portus* in Scholiis Graecis ad h. l. putat, ὡρμίσαντο ſic poſſe exponi, οἱ Κερκυραῖοι τὰς Ἀττικὰς ναῦς εἰς τὸν ἑαυτῶν ὅρμον ἐκόμισαν, ἤγαγον, ἐδέξαντο. Sed non oſtendit teſtimoniis hunc vium verbi ἑρμίζεσθαι.

4. Ἀκεραιοφανεῖς] Sub hac voce ἀκεραιοφανεῖς oſtendere vult illius ἀκεραιφνεῖς etymum: ideoque ſcripſit fortaſſe οἱονεὶ ἀκεραιοφανεῖς. Steph.

5. Ἠπόρουν] Dicens ἠπόρουν reſpicit ad id, quod (*Thucydides*) dixit, καὶ σφίσι πολλὰ τὰ ἄπορα ξυμβεβηκότα. Sic autem pag. ſequente de Corcyrenſibus captivis dicit, ἐφύλαττον, καὶ ἐν θεραπείᾳ εἶχον πολλῇ. Idem.

6. Ὑπὸ ἑνὸς ἑρεττόμενον] Haec omittit *Suidas*, apud quem cetera leguntur in κελήτιον.

ib. Κηρύκιον] *Suidas* κηρύκειον, et ἀπήρχοντο, melius quam ἀπέρχονται. Deinde *Caſſ.* παρ' ἑκάτερα.

Pag. 107. *V.* 3. Τῶν δὲ etc.] Et de genitiuo Κερκυραίων et de nominatiuo Ἀθηναῖοι, tanquam ſubaudiendis, loqui videtur: quum tamen in ipſo (vt vulgo loquimur) textu vtrumque habeamus; vnde etiam translatus in illud *Scholium* fuit genitiuus Κερκυραίων. Ex iis autem, quae a *Phoebamone* ſcripta eſſe tradit, an genitiuum hunc inter *Thucydidis* verba legerit, cognoſci non poteſt. Steph. Non eſt hoc ſcholion in *Caſſ.*

5. Τῇ τάξει δὲ τετάρτῃ] Numerus τετάρτη de ἀποκρίσει intelligi ſane nequit. Non enim tria leguntur ab Athenienſibus reſponſa data ſiue Peloponneſiis ſiue aliis. τέτρτον igitur τῇ τάξει λόγον aut concionem, a *Thucydide* huic libro intertam, innuit, cum priores duae ſint illae, quae ναυμαχίαν praeceſſerant, longiores, et tertia Corinthiorum, cui nunc reſpondetur. Gramm. Et hoc ſcholion abeſt a *Caſſ.*

6. Μᾶλλον δὲ] In *Caſſ.* poſt verba ξυμμαχίαν λέγει omnia deſunt, vsque ad ἰδιοποιήσαντο, quod eſt *Col.* 2. *v.* 3 [v. 9.]

10. Ἀντὶ τοῦ τρώσαντες] Merito in dubium vocetur haec verbi καταδύειν expoſitio. Alter autem locus, in quo eundem habere vſum tradit, exſtat ſupra, pag. videlicet 36. vnde etiam ἃς pro οὓς mox reponendum eſt. Steph. Non aſſentior *Scholiaſtae*, καταδύειν haud maiorem denotare cladem, quam vt per τιτρώσκειν reddatur,

minusque adeo esse, ac διαφθείρειν, quod sequitur itidem ex nota seq. Contrarium omnino quidem statuit *Fr. Portus* in Commentario. Ego vero synonyma paene dixero καταδύω et διαφθείρω, pugnae nauali quoties applicantur. GRAMM. *Suidas* in καταδύσαντες itidem vt *Scholiastes*. Pro οὓς *Stephanus* recte scribit ἅς. Vid. ad p. 101, 5. Paullo ante ad οὐκ ἐλάσσους χιλίων in *Casp.* scriptum erat χίλιοι γὰρ ἦσαν καὶ πεντήκοντα.

11. Τὸ μάλιστα etc.] Immo vero non dubium est, quin μάλιστα ad praecedentem numerum, vt alibi passim, referatur. Atque adeo ipsemet (si tamen ab vno eodemque omnia haec *Scholia* scripta sunt) alibi hoc aduerbio τὴν ἀκρίβειαν significari ait. Quo pertinere videri potest et quod hic scribitur, ὅτι οὐχὶ εἰκοσιεννέα· perinde ac si diceret, τριάκοντα ἀκριβῶς, καὶ οὐχὶ εἰκοσιεννέα μόνον· hic autem ἀκριβῶς fuerit, quod de numero dicimus nostro sermone, *iustement*. STEPH.

P. 109. v. 3. Καὶ τὸ ἥμερον etc.] Corinthiis tamen, qui et ipsi sunt Graeci, τὸ ὠμὸν tribuit: p. 36. τὸ ὠμὸν τῶν Κορινθίων δηλοῖ. IDEM.

4. Παλλήνην] Paullo post ad ὁμήρους in *Casp.* et *Rostg.* adnotatum erat, τοὺς ἕνεκα εἰρήνης διδομένους εἰς ἐνέχυρα. Huc fortasse respexit *Suidas* in ὅμηρον scribens, Ὅμηρον· παρὰ Θουκυδίδῃ ἐνέχυρον, τὸ εἰς εἰρήνην διδόμενον ἐπὶ συνθήκαις. Quamquam etiam referri potest ad ea, quae p. 55. leguntur: nam ibi est ὅμηρον.

5. Ἐπιδημιουργούς] Hic locus ex iis est, in quo diuersae eiusdem vocabuli expositiones absque illo ἄλλως, cuius antea mentionem fecimus, positae sunt. STEPH.

6. Ἀσκληπιός] Ὁ Ἀσκληπιάδης *Casp. Rostg.*

ib. Ἐπιδημιουργοί — τῶν τειχῶν] Haec non leguntur in *Casp.* et pro iis post λέγεται scribitur, καὶ ὁμήρους δοῦναι, ἵνα, ἐὰν ἀποζῶσιν, εὐάλωτοι γένωνται. In *Rostg.* quoque eadem verba statim post λέγεται scribebantur. In *Editis* sunt in fine huius scholii. Sed ibi ea non habet *Casp.* Videntur pertinere ad ea, quae praecedunt, ὁμήρους δοῦναι.

7. Ὄνομα ἀρχῆς ὁ Ἐπιδημιουργός] Ἐπιδημιουργὸς ὄνομα ἀρχῆς *Casp.*

P. 111. v. 3 Βουλόμενοι κατέχειν — ἀποζῶσι] Haec in *Reg.* referuntur ad ea, quae hic leguntur v. 82. προκαταλαμβάνειν τῶν πόλεων τὰς ἀποχάσεις. [Retulit eo Gottl.]

V. 2. Καὶ Μακεδονίοις] Vel Μακεδονίᾳ vel Μακεδόσι scribendum videtur. STEPH.

4. Αὐτοῦ] Ante αὐτοῦ aliquid deesse, aut etiam αὐτοῦ in aliam vel alias voces mutandum suspicor. IDEM. Suspicabatur *H. Stephanus*, ante αὐτοῦ aliquid deesse, aut etiam in aliam vel alias voces mutandum esse. Ergo intellectam illi *Scholiastae* mentem vix crediderit: quae inepta omnino foret, si ad verba tantum τῶν πόλεων τὰς ἀποχάσεις referretur. Rectius igitur fecerimus, si in horum locum ad *Scholiastae* glossam ponamus antecedens in textu verbum προκαταλαμβάνειν, a cuius prima praepositione προ dependet genitiuus *Scholiastae* αὐτοῦ τοῦ Περδίκκα. GRAMM. Sublata erit omnis difficultas, si sequemur scripturam *Reg.* et *Casp.* quae mihi omnino vera esse videtur. Nam hi ἐν τῷ κειμένῳ habent ἐπὶ τὴν γῆν αὐτοῦ, cum distinctione post αὐτοῦ, et adscripto scholio, quod hic legitur.

Τοῦ φιλέλληνος [p. 109.] Haec in *Casp.* et *Rostg.* referuntur ad vocem Ἀλεξάνδρου v. 70. Recte. vid. ad *Thucyd.* Et sic *Scholiastes* infra ad Cap. 137. [Leguntur p. 109. extr.]

5. Οὔπω γὰρ ἦσαν ἀποδημήσαντες] Imo vero ἦσαν ἤδη ἀποδημήσαντες, quod liquet ex verbis auctoris proxime praecedentibus. Proprie igitur accipiendum τὸ ἐπιστέλλουσι, Lat. *per literas mandant*. GRAMM.

6. Ἄρχοντες] Quum modo προάρχοντας dixisset, hic ἄρχοντας dicit: qua generaliore voce et plerique alii vocabulum τέλη exponunt. STEPH. In *Casp.* hoc scholion ita legitur: οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς ἄρχοντας τέλη καλοῦν, διὰ τὸ τέλος τοῖς πράγμασι τιθέναι. Cetera desunt. Non male. Sed non soli Lacedaemonii Magistratus vocabant τέλη. Vid. ad *Thucyd.*

7. Ἐπειδὴ οὐδὲν εὗρον ἐπιτήδειον] Verba haec praecedunt apud *Thucyd.* itaque illi ἐπειδὴ reddi hoc τότε dὴ iudicat. Sed εὗρεντο in *Thucydidis* textu legitur. STEPH.

P. 113. v. 2. Ἀπ' Ἀθηνῶν] Aptius fuerit Ἀθηναίων. IDEM. Ἀπὸ Ἀθηναίων *Casp.* Paullo ante ad ἐσβεβληκότων in *Reg.* et *Rostg.* erat ὥστε τὸν Περδίκκαν μεταξὺ ἀποληφθῆναι.

2. Ψιλοὶ καλοῦνται] Eadem habet *Suidas* in ψιλοί.

4. Τοῦτον ἴσμεν ἐν τοῖς Μηδικοῖς] Non Aristeum, sed Adimantum. Nam Adimantum aequalem Themistocli fuisse constat e *Plutarcho* in Themistocle, et *Diodoro Siculo*, qui eum anno quarto Olympiadis LXXV. Athenis Archontem fuisse scribit. Inter hunc annum autem et eum, quo gesta sunt, quae hic narrat *Thucydides*, id est, eum, qui praecessit annum primum belli Peloponnesiaci, quod inchoatum est anno primo Olympiadis LXXXVII. intersunt anni XLIV. Alium Adimantum ducem Athenienſem sub finem belli Pelopónnesiaci memorant *Plutarchus* in Alcibiade, et *Diodorus* Lib. XIII. qui fortasse Aristei filius, Adimanti nepos fuerit.

5. Τὸ ᾗ] Legi hic quoque ᾗ non potest: sed vt alia affertur expositio, ita et aliter legere necesse est; ἢ videlicet. Ac videtur deesse aliquid ante τὸ ἢ. Fortasse igitur scriptum fuerat, γράφεται καὶ ἤ· ἵνα ᾗ τὸ ἦ, ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ. STEPH. Ἀντὶ τοῦ ἐν ᾗ ἡμέρᾳ· ἢ ἀντὶ τοῦ ἀφ' οὗ. *Casp.*

P. 115. v. 1. Ὅτι ἡ νῦν] Hic locus ex iis est, vbi ante ὅτι subaudiendum aut etiam addendum videri potest verbum illud σημείωσαι, de quo in *Proparasceue*. STEPH.

2. Ἔστι δὲ — Βέροια πόλις Μακεδονική] Ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ, καὶ Πίδνα, καὶ Βέροια πόλεις Μακεδονικαί. *Casp.* et *Rostg.* (sed hic recte Πύδνα) vitiose quaedam, sed pleraque non deterius, quam in *Editis*. Ad προτέρους χιλίους in *Casp.* et *Rostg.* adnotatur, τοὺς ἐν ταῖς λ. ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων.

P. 117. v. 1. Ἐν ἀμηχανίᾳ ἐγένετο] Quae adduntur in *Edd.* absunt a *Casp.*

ib. Ὡς ἐλάχιστον] Quamuis non solum hic, sed etiam paulo post, non legatur particula ἐς post ὡς, non tamen ita scripsisse hunc *Scholiastem*, sed omissam a *librario* illam fuisse credibile est. STEPH. Quamuis *Scholiastes* legerit

ὡς ἐλάχιστον, omisso εἰς, quod excidisse librarii errore credit *Stephanus*, rectam tamen iudicamus esse interpretationem eius posteriore allatam loco, nempe vt διάσημα τῆς Ποτιδαίας innuatur, reiectaque ita *Vallae* et *Aemil. Porti* sententia, *Enenckelio* et *Gallico Interpreti* adstipulamur. Quin *Thucydides* ipsum substantiuum χωρίον intellectum voluit in iis, quae aliquanto post sequuntur (ἀπέχει δὲ ξ' μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι καταφανὲς): nam, quod praecesserat, substantiuum Ὄλυνθος, cui responderet alias, est foemin. gen. GRAMM.

3. Ἔγγὺς γὰρ] Vt ἐγγὺς in ἔγγιον mutemus, aut post ἦν scribamus μᾶλλον, necesse videtur. STEPH.

Ibid. Ἥπερ] Ἤπερ *Cass.*

4. Καλεῖται] Plurali καλοῦνται in huiusmodi locis potius vtuntur. STEPH.

Ibid. Ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους] Sic etiam *Suidas*: quod cum grano salis accipiendum dicit *Kuhnius* ad Pollucem I, 99. nam et naturales ἐξοχὰς et prominentias terrae vocari χηλάς. Χηλὴν portus dicit *Thucydides* VII, 53. et VIII, 90. Et *Suidas* addit: χηλαὶ καὶ τῶν λιμένων αἱ ἐξοχαί.

[P. 119. v. 1. ἡ Ἄφυτις in Bas. legi monetur, vt est editum.]

V. 2. Ἔδει γὰρ διὰ τοῦ δ.] Dicit, διὰ τοῦ δ, id est per δ, scribendum fuisse genitiuum a nomine Ἄφυτις, nisi Ionico more dicere Ἀφύτιος maluisset. Intellige igitur, scribendum fuisse Ἀφύτιδος, interiecto δ. Est autem ellipsis infinitiui γράφειν, vel λέγειν, iungendi cum illo ἔδει, vt in *Proparasceue* docui. STEPH.

Ibid. Οἷον σεισμός] Verum esse, quod hic dicit, Graecos videlicet pedem referre orto terraemotu solitos, multi huius scriptoris ostendunt loci: sed videndum est, an ipse hic παράλογον dicens, aut terraemotum, aut tale quid intelligat. Malim autem scribere ἀναχωρεῖν, σεισμοῦ ἢ τοιούτου τινὸς γινομένου, vel γενομένου. IDEM. Ad σωτηρίας in *Cass.* et *Rostg.* adnotatum erat, οὐ περὶ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ περὶ τῆς Ποτιδαίας.

4. Οὐκ ἔπειθεν] Haec non ad sequentia pertinent, sed ad priora. Nam βουλόμενος τὰ ἐπὶ τ. π. alterum consilium Aristei indicant, qui, cum non persuasisset prius, aliam inire rationem coepit, vt, relicta Potidaea, aliquid extra eam ageret aduersus hostes. Igitur ἐπὶ istud rectius intellectum *Interpretibus Latinis* et *Gallico*, cum *Scholiastam* forte induxerit in errorem. GRAMM.

ib. Δηλονότι ἐπολέμει τοῖς Χαλκιδεῦσι] Desunt *Cass.*

9. Παλληνέων] Παλληναίων *Cass. Rostg.*

P. 121. v. 2. Αἰγινήτας] Frustra asserit *Scholiastes*, Aeginetas sub ditione fuisse Athenienium tum temporis, non vero ἐγγεγραμμένους ταῖς σπονδαῖς. Annon vero contrarium patet ex *Thucydide*, fuisse nimirum eos non subiectos, sed ἐνσπόνδους Athenienſibus, ob quas σπονδὰς non αὐτονόμοι erant scilicet; ita vt haud consultum ipsis visum, aperte συμπολεμεῖν τοῖς Κορινθίοις, ideoque bellum κρύφα ἐνῆγον, ne transgressores foederum agnoscerentur. GRAMM.

3. Εἰωθότα] Rectius scribetur τὸν εἰωθότα. STEPH. *Aldinus Codex* habet τὸν εἰωθότα coniunctum cum λέγειν ἐκέλευον. *Stephanus* coniunxit cum superiore membro secutus *Scholiastem. F. Port.* HVDS.

[5. Cod. Bas. ἤρετο, τί ἄρα ἀθυμεῖ Mox v. 6. pro verbis διὰ τοῦτο ἀθυμῶ — ἐκεῖνος in eodem est: διὰ τὸ μέλλειν με δοῦναι λόγον τῶν τοῦ Φειδίου χρημάτων ἀθυμῶ, ἐκεῖνος.]

[7. καὶ τῶν Ἀθην. In eod. Bas. οὕτως οὖν τῶν Ἀθην.]

V. 9. Ἐγκαλοῦντες] Malim simplex καλοῦντες. Succensentem autem de Aspasia Periclem, psephisma, cuius *Thucydides* mentionem hic facit, scripsisse legimus et apud *Aristophanem* in Acharnensibus:

Καθ' οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο.
Κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη
Ἕλλησι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαικαστριῶν.
Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης Οὐλύμπιος
Ἥραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα,
Ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους·
Ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.

Sed *Scholiastes* illum Megarenses criminatum esse scribit, ὅτι τὴν ἱερὰν γῆν τὴν ὀργάδα ἐγεώργησαν. Obserua autem, vt a *Thucydide* sic et ab *Aristophane* bellum dici καταῤῥαγῆναι. STEPH. Est Acharnens. v. 525. Pro ἐγκαλοῦντες *Cass.* et *Rostg.* ἀποκαλέσαντες. [Ita et cod. Bas.]

P. 121. extr. et 123. init. Τῶν συμμάχων] Τὰ ἔξω πράγματα non sunt hic tantummodo τῶν συμμάχων, qui Lacedaemoniis essent, πράγματα, sed aliorum omnium in Graecia populorum, qui extra Lacedaemoniam essent Rempublicam. GRAMM.

P. 123. v. 1. Ἢ τὸ καλεῖν] *Suidas* in παρακαλεῖν.

2. Καὶ τὸ δίκαιον] Hic ellipsin aliquam esse suspicatur *Stephanus* in Proparasceue p. 582. [478.] Sed fortassis δίκαιον eadem significatione per synonymiam dicit, qua ἀγῶνες accipit *Stephanus;* an κεφάλαια? vt alibi. Vid. *Stephanum* l. d. p. 581. [476.] In *Cass.* post δίκαιον erat κεφά.

4. Ὡς συνειδότες] *Scholium* hoc pertinere ad illa verba puto, καὶ ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένους· ac scribendum esse συνειδότας et γιγνώσκοντας. Intelligit enim (vt opinor) Corinthios, quum dicunt, Athenienses iam a longo tempore res ad bellum necessarias praeparasse, innuere, illos hoc fecisse, quod sibi conscii forent eorum, quae in ipsos admisissent, et scirent, ipsos ea non toleraturos, sed bellum illis illaturos. STEPH.

5. Ἀπὸ κοινοῦ] Omnia, quae hic in *Edd.* leguntur, vsque ad κρατῦναι absunt a *Cass.*

7. Γενήσεται etc.] Futurum hoc γενήσεται non respondet illis ἔδωκεν ἄν· sed potius dicendum fuerit ἐγένετο. STEPH.

9. Καὶ νῦν γὰρ etc.] Indicare vult, poni quod sequitur, quamuis non positum sit quod praecedit, sed relictum sit nobis subaudiendum. Nam perinde est, ac si

dixiſſet: καὶ νῦν γὰρ ἀμφιβάλλεται, εἰ ἀδικοῦμεθα· καὶ μὴν οὐ χρῆν, εἰ ἀδικούμεθα, ἔτι σκοπεῖν. IDEM. In *Caſſ.* hoc ſcholion adſcriptum erat praecedenti voci Φανερoῖς. Et melius, puto.

P. 125. v. 5. Τοῦ ὑμᾶς ἀσΦ.] Scribendum potius περὶ τοῦ ὑμᾶς ἀσΦ. aut, τὸ ὑμᾶς ἀσΦ STEPH.

7. Ναυμαχῆσαι etc.] Suſpicor, quaedam inter ναυμαχῆσαι et ὅσις deeſſe: alioqui dicendum fuiſſet ὃ (vel ὅπερ) ἐγένετο αἴτιον τῆς ἥττης. IDEM. Ναυμαχήσαντα *Caſſ.*

P. 127. v. 1. Ἀντὶ τοῦ, αὐτῶν etc.] Vult, πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους dictum eſſe pro αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων, iungens illa verba cum participio περιγεγενημένους· ſed minime credibile eſt, ita loqui ſibi permiſiſſe *Thucydidem* (etiam ſi multa ſermoni Graeco inuſitata ſibi permittat), nec talis conſtructionis exemplum vllum, vt opinor, inuenietur. Potius igitur credendum eſt, πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους perinde accipi debere, ac ſi dictum eſſet, ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολέμοις. STEPH. Credidit *Scholiaſtes*, verba haec, πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους, conſtrui debere cum participio περιγεγενημένους, atque pari modo in oratione Graeca dici περιγίνεσθαι πρός τινα, ac περιγίνεσθαί τινος. Ita ſane etiam perſuaſit *Lexicographis*, phraſin hanc, minus profecto Graecam, ipſius auctoritate fulcientibus, ſed ſubleſto nimis tibicine hic vſis. Sic enim potius conſtruendus recteque intelligendus Auctoris locus: καὶ ἐπιςάμενοι πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολλὰ ἡμᾶς (ſcil. ἀγωνιζομένους) ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τῇ ἀΦ' ὑμῶν τιμωρίᾳ, περιγεγενημένους. Neceſſe eſt enim, vt haec duo participia, ἐπιςάμενοι et ἀγωνιζόμενοι, e ſuperioribus vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetantur, quorum poſterius referatur ad iſta, πρὸς τοὺς Ἀθην. Caſus autem, a τῷ περιγεγενημένους regendus, per ellipſin hic occultatur. GRAMM. Ἀντὶ τοῦ, καὶ πρὸς αὐτῶν τ. Ἀθ. *Caſſ.*

2. Ἐπεπληξεν] Ἔπληξεν *Caſſ.* et νῦν pro τοίνυν.

3. Νόημα] Ex νόημα ſi fiat νοῆσαι, aptiorem lectionem habebimus: ſed de ſequentibus quid dicemus? STEPH. Μox ἐπεὶ ἀποτροπὴ τοῦ τοιούτου. *Caſſ.* Fortaſſis ἀποτροπὴν dixit pro ἀποτρόπαιον, et ſignificare voluit, Corinthios maluiſſe dicere πᾶν, quam δύναμιν, quod δύναμιν dicere mali ominis eſſet.

ib. ἘΦιέμενοι] Ὀρεγόμενοι *Caſſ.*

4. Τὸ δὲ ἐξικέσθαι etc.] Crederem, illum ἐξικέσθαι expoſuiſſe ἐπεξελθεῖν potius, quam ἀρκεῖν, niſi hoc ab illo ſcriptura etiam tam diuerſum eſſe viderem. STEPH. Τὸ δὲ ἐξικέσθαι ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν non ſunt in *Caſſ.* ἀρκεῖν tantum inter verſus manu recenti ſcriptum eſt: cetera huius ſcholii vetuſta, et minio in marg.

5. Ἀποβεβλ.] Non ἀποβεβλημένους, ſed ἀναβεβλημένους, ſcripſiſſe hunc *Scholiaſtem*, vel ex quodam paginae praecedentis loco poſſumus coniicere: eo, inquam, vbi καὶ οὐ μέλλοντες ἐπέρχονται exponit οὐκ ἀναβεβλημένως ἔρχονται κατὰ τῶν ἀγνοούντων. STEPH.

P. 129. v. 3. Ἢ ἀναπαύονται etc.] Haec verba, ἢ ἀναπαύονται, ἢ ἀθυμοῦσι, quem hic locum habent? Nullum certe, ſi ea praecedentibus iungere velimus: ſed ego locum illis aptiſſimum poſt ἐπ' ἐλάχιςον daturus mihi videor, tanquam ſequens verbum ἀναπίπτουσι exponentibus. Non dubium eſt autem, quin poſteriorem expoſitionem priori anteferre debeamus. Caeterum huic expoſitioni, qua ἐλάχιςον pro οὐδὲ ἐλάχιςον poſitum eſſe dicitur, aliam ſimilem antea vidimus. IDEM.

4. Ὡς ἀλλοτρίοις] Dubitari poteſt, ſitne ex errore librarii nata haec lectio, an ipſe *Scholiaſtes* non ἀλλοτριωτάτοις, ſed ἀλλοτρίοις, apud *Thucydidem* legerit. IDEM. Particula ὡς nequaquam hic locum habet, vt exiſtimauit *Scholiaſtes*, et perſuaſit quoque, ni fallor, *Franc. Porto*, cuius vid. annotat. ad h. l. nec non filio ipſius *Aemilio*, verſionem veterem ita interpolanti: *ſuis corporibus vt alieniſſimis pro Rep. defendenda* vtuntur: ſimiliterque *Io. Caſae* Archiepiſcopo Beneuentano, orationum nonnullarum *Thucydidis* Interpreti p. m. 26. Paria fere habet *Baro Hoheneccius* p. 30. illuſtratque eodem ſenſu in notis ſuis. Simplicius vero adeoque rectius Auctoris verba reddidit *H. Stephanus* in Concionibus Graecis etc. editis 1570. in fol. ſic nempe: *Ad haec, corporibus alieniſſimis pro ciuitate, at conſilio maxime propriis vtuntur.* Etenim manifeſte innuit hic Corinthius orator conſuetudinem Athenienſium, auxiliis ſociorum atque externo etiam milite conductitio in bellis vtentium, cum vero ipſi conſiliis opportuniſſimis domi militiaeque rem iuuarent. Quin operae pretium fuerit conferre hunc locum cum alterius Corinthii verbis, in oratione, quae poſtea occurrit hoc libro, p. 77. ed. Duk. Ita vero habent: ὑπολαβεῖν οἷοί τ' ἐσμὲν μισθῷ μείζοσι τοὺς ξένους αὐτῶν ναυβάτας· ὠνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ἡ δύναμις μᾶλλον, ἢ οἰκεία· ἡ δὲ ἡμετέρα ἥσσον ἂν τοῦτο πάθοι, τοῖς σώμασι τοπλέον ἰσχύουσα, ἢ τοῖς χρήμασι. Iam tum enim videtur inualuiſſe mos iſte Athenienſium, vt, numerato peregrinis militibus, quos ἀλλότρια σώματα vocat Corinthius, ſtipendio, ſuorum ciuium permultis otia facerent, approbante eum (qui et ipſius auctor a nonnullis traditur exſtitiſſe) Pericle, vt plebis fauorem captaret, verum ſequentibus temporibus damnantibus eundem aliis, *Demoſthene* inprimis, vt patet ex variis eius concionibus, ſpeciatim illa περὶ Συντάξεως, in quam legendus *Vlpianus*. Et quod ad Periclem attinet, inducit ipſum *Thucydides* in luculenta illa oratione, qua bellum contra Peloponneſios ſuis perſuaſit, talia ad aures Athenienſium de paupertate hoſtium, ſuorumque facultatibus et viribus glorioſe efferentem, quibus innuat, illos σώμασιν ἑτοιμοτέρους αὐτουργοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἢ χρήμασι, πολεμεῖν, adeoque defecturos breui ceſſuroſque his eſſe, p. 93. Non igitur putamus, quenquam acquieſcere debere in expoſitione *Scholiaſtae* noſtri, aut *Interpretum*, quos nominaui, *Latinorum*, ſed approbaturum potius nobiſcum feliciorem illam *Ablancurtii*, qui ita transfert p. 61. *Ils deliberent eux-mêmes, et ſe feruent de toute ſorte de gens pour l'execution.* Vid. et not. eiusd. p. 89. T. II. GRAMM. Ἵν' ἢ ὡς non ſunt in *Caſſ.*

P. 131. v. 1. Αἰνίττεται etc.] Immo fortaſſe iſtud magis acute, quam vere, annotatur, in hoc dicto ad Lacedaemoniorum morem reſpici, qui feſto die non militarent. STEPH.

5. Ὁμογνώμονι) Hanc expositionem examinare volentibus conferendus est hic locus cum illo p. 32 v. 14. τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους, ἐχυρωτέρα δύναμις. IDEM

Ibid. Ζηλούση] Ζηλούση τοῖς Ἀθηναίοις. *Caſſ.*

6. Παρὰ τὸ Ὁμηρ.) Quis ei aſſentiatur, ad illud *Homericum* hic reſpici? STEPH. Eſt Odyſſ. α'. v. 351.

8. Τοιούτους εἶναι) Τοιούτους εἶναι, καὶ ἀρχαῖα ἔθη ζηλοῦν. *Caſſ.*

Ibid. Ἐπιτεχν.] Suſpicor, illum ſcripſiſſe προεπιτεχνήσεως et προσεξευρέσεως. STEPH.

9. Οἱ ἐπίλογοι ἔνθεν] Ἐπίλογος ἐντεῦθεν. *Caſſ.* Ἐντεῦθεν non improbandum eſt. Sed οἱ ἐπίλογοι etiam alibi dicit.

10. Πρὸς ἑτέραν] In *Cod. Reg.* etiam erat εἰς ἑτέρων Φιλίαν. Et paullo ante ad voc. ξυγγενεῖς in *Thucydide*, Δωριεῖς γὰρ οἱ Ποτιδαιάται. *Reg.* et *Caſſ.*

P. 133. v. 1. Τραπέσθαι] Vel τραπεῖσθαι, vel τραπέσθαι ἂν ſcribo. Sic male et apud ipſum *Thucyd.* τραπέσθαι pro τραπέσθαι ἄν, pag. ſeq. vt ibi docebo. STEPH. Τραπεῖσθαι *Caſſ.*

2. Συμμάχους] Idem de Argiuis dictum iam fuit ad v. 98. STEPH.

3. Ἢτοι τῶν ζώντων] Mirum, quid huius ſcholii auctori in mentem venerit, vt αἰσθανομένους, aut ζῶντας, aut Φρονίμους, aut etiam ἥρωας ſignificare diceret. Me certe expoſitiones tam ineptas aliis tam aptis, tam ſubtilibus et acutis, aliis, inquam, a tanto iudicio profectis, intermiſtas videre, pudet. Addidit ſcilicet *Thucydides* τῶν αἰσθανομένων, ſignificare ζῶντας volens, ne de mortuis eum loqui putaremus: aut, vt offenderet, ſe de heroibus loqui, adiecit αἰσθανομένων, pulchra ſcilicet periphraſi heroas ἀνθρώπους αἰσθανομένους appellans. Sed bene ſe res habet, quod inter hasce duas tam abſurdas ἐξηγήσεις vna, quam non itidem abſurdam aut ineptam vocare poſſumus, poſita eſt. Ea eſt, qua αἰσθανομένων idem, quod Φρονίμων, valere dicitur; quae tamen mihi non omnino ſatisfacit: quamuis eam ſequutus *Vitus* verterit: *Qua in re non faceremus iniuſte, nec contra Deum, nec apud homines prudenter iudicantes.* At *Valla* ita hunc locum interpretatur: *Nihil profecto iniuſte acturos, aut erga deos, quos iurauimus, aut erga homines, qui iſta ſentient.* Vbi non ſolum ſignificatio ab hoc loco aliena verbo iſti datur, ſed tempus etiam mutatur: nec aliter redditur, quam ſi non praeſentis, ſed futuri, temporis eſſet αἰσθανομένων, aut certe pro eo legeretur αἰσθησομένων. Ego in margine huius interpretationis *Vallae* adſcripſi: *Erga homines aliquo ſenſu praeditos.* Plura de hoc loco qui audire ex me volet, *Schediasmata* mea conſulat. STEPH. In ſex editis *Schediasmatum* libris nihil de hoc loco legitur.

4. Κρατεῖν, ἢ ἄγειν] Κρατεῖν ἄλλων. *Caſſ.*

7. Μεγαφρονῶν] Μεγαλοφρονῶν *Caſſ.*

8. Ὡς κηδόμενος] Fortaſſe ἢ ὡς κηδόμενος· niſi forte aliud potius, quam κηδόμενος, ab eo ſcriptum eſſe exiſtimandum eſt. STEPH.

9. Πλεῖον] Non auſus ſum reponere πλείονα, quamvis ita ſcribendum eſſe conſtet. IDEM.

P. 135. v. 1. Ὅτι ἡ πρ.] Hic quoque ὅτι pro σημείωσαι ὅτι. IDEM.

Ibid. Ἡ καταβ.] Ante καταβόησις non ἡ, ſed ἡ, ſcribi debuit. IDEM.

ib. Παρὰ Θουκυδίδῃ ἰδίως] Οὐ λέγεται, εἰ μὴ ἰδίᾳ παρὰ Θουκυδίδῃ. *Caſſ.* Sequitur *Dionyſium Halicarn.* Vide Notas ad Thucydid.

[P. 133. v. 9.] Ἐπελθόντες ἐπὶ ξένων] Sic rurſum p. 60. ad v. 33. Sed hoc diſcrimen inane eſt; certe non ſemper ſeruatur. Vide *Thucydidem* III, 69. Aliter etiam *Suidas* in παρελθεῖν, et *Scholiaſtes* ad Oration. Demoſthenis περὶ τῶν ἐν Χερρ. p. 58. et ipſe *Scholiaſtes* Thucydidis p. 60. vbi vide *Stephanum.*

P. 135. v. 3. Ἀλλ' ὅπως μὴ ῥᾳθίως] Ante haec in *Caſſ.* erat: ἐμέρισε πρὸς τὴν κατηγορίαν τῶν Κερκυραίων τὴν ἀπολογίαν τῶν Ἀθηναίων· πρὸς δὲ τὴν ἐπίπληξιν αὐτῶν τὴν ἀντίθεσιν Ἀρχιδάμου τοῦ Λακεδαιμονίου. [Etiam in Baſ. haec eodem loco ſcripta ſunt.]

7. Τὰ Μηδικά] Διὰ τὰ Μηδικά. *Caſſ.*

ib. Μὴ παντός] In *Caſſ.* vel ad haec verba, vel ad ea, quae paullo ante in *Thucydide* leguntur, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέχρι, adnotatum erat: ἐπειδὴ ἕως Μυκάλης ἐδέωξαν, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἕως Παμφυλίας. Vid. ad pag. 139, 12.

P. 137. v. 1. Τὸ δὲ ξερισκ.] Vel ex his, quae ſcribit, ἐν ἤθει ἀναγνωσέον, coniicere eſt, ξερισκώμεθα, non ξερισκόμεθα legiſſe. STEPH.

4. Ἔσχεν] Deeſt *Caſſ.*

ib. Θαυματικῶς] Malim θαυμαϛικῶς ſcribere: immo vero haud ſcio, an altera tolerari ſcriptura poſſit, vt ſit ex nomine θαῦμα factum aduerbium. At vero vt θαυμαϛικῶς hic ſcribo, ita θαυμαϛικὸν in ſimili obſervatione legimus p. 159. v. 1. STEPH. Θαυμαϛικῶς hic *Reg.* et *Caſſ.*

6. Ἦσαν γὰρ αἱ π.] Vide *Herodot.* l. 8. et *Plutarchum* in Themiſtocle. HVDS.

Αὐτοὶ τὸ δίμοιρον] Αὐτοὶ ἡμεῖς τὸ δίμοιρον *Caſſ.*

8. Μακεδόνων] Hoc ſcholion in *Cod. Reg.* additum erat ſequenti μέχρι τῆς πόλεως ἡμῶν. Recte.

P. 139. v. 1. Ἄλλως. τὰ οἰκεῖα] Haec omnia vsque ad προλιπεῖν abſunt a *Caſſ.*

V. 5. Ἀπὸ κοινοῦ, ἠξιώσαμεν, ἀλλὰ βοηθεῖν] Haec quoque non habet *Caſſ.* Nec adparet, quis hic ſit ſenſus verborum ἀλλὰ βοηθεῖν.

6. Οὐκ οὔσης τῆς πόλεως] Addita erat inter verſus expoſitio in *Caſſ.* ἐφθαρμένης.

8. Ἀλλὰ μεταν] Verba haec, ἀλλὰ μεταναξῆναι etc. ad participium διεφθαρμένοι non pertinent: ac poſita fuiſſe videntur poſt ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς. Sed quoniam ἐτολμήσαμεν apte repeti cum illis non poteſt (neque enim μεταναξῆναι εἰς ἄλλην πόλιν, tanquam ἀπόλιδας, eſſe τόλμης opus dici poteſt), credibile eſt, ἠθελήσαμεν aut ἐβουλήθημεν ab eo adiectum fuiſſe: vt totus locus (adiiciendo verba huius *Scholiaſtae* verbis *Thucydidis*) ita ſcribatur, ἢ μὴ ἐτολμήσαμεν ὕϛερον ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς, ἀλλὰ μεταναξῆναι εἰς ἄλλην χώραν ἠθελήσαμεν, ὡς ἀπόλιδες. STEPH.

9. Ναῦς ἱκαν.] Praefigenda sunt haec verba, *μὴ ἔχοντες ναῦς ἱκανὰς*, vt iis conueniat, quae redditur, ratio, *δέκα γὰρ εἶχον μόνας ναῦς*. IDEM.

10. Ἐν ἐρωτήσει] Non video, quomodo verum istud esse queat, legi haec per interrogationem debere, nisi, particula *οὐκ* addita, *ἆρ οὐκ ἄξιοι ἐσμὲν* scribamus. At *Valla*, non *ἐν ἐρωτήσει*, sed *ἐν ἀποφάσει*, legens, vertit: *quapropter digni sumus*, *Lacedaem.* IDEM.

11. Ἦγουν πρ.] Non *πρεσβείρεσιν*, sed *φρόνησιν*, his verbis significari puto. IDEM.

12. Ἕως γὰρ Μυκάλης μόνον ἦλθον οἱ Λακεδαιμόνιοι] Desunt *Cass.* Vid. ad p. 135. 7.

13. Ἦγουν etc.] Pro ἤγουν, quae est particula *διασαφητικὴ*, ponenda est *διαζευκτικὴ ἤ*, vel ἤτοι· nam quod ab eo dicitur *ὑπὸ δέους*, ait, posse intelligi *de metu barbarorum*, vel *de metu eorum, qui sub illorum imperio malis affecti fuerant.* Intellige autem de metu, quem afferebant. STEPH.

P. 141. v. 1. Τοῦ φόρου] Col. sequente ad v. 26. *ὠφέλειαν* aliter exponit. STEPH.

ib. Ἐχθρῶν] Quae nomini ἐχθρῶν subiunguntur, habere hic locum non videntur. IDEM. Ἐχθρῶν non est in *Cass.*

2. Ταυτὸν εἰπεῖν] Post verba haec *ταυτὸν εἰπεῖν* nihil opus erat istis, *ἀντὶ τοῦ*· nec dubium est, quin vel haec vel illa expungi debeant. STEPH. Hoc scholion abest a *Cass.*

5. Τὴν ὀλιγ.] Ad eorum Oligarchiam sub illis verbis respexisse ait: pro qua expositione multi *Thucydidis* faciunt loci. Saepe enim de Lacedaemoniis ab eo dicitur, illos constituendae in aliis vrbibus Oligarchiae incumbere solitos fuisse, aut iam constitutam stabiliendae atque firmandae. STEPH.

ib. Ἀπὸ τῆς Μυκάλης] Quomodo haec in ea, quae praefixa sunt, verba annotari dicere possumus? Nam cum illis verbis, *καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες*, ista, *ἀπὸ τῆς Μυκάλης δηλονότι*, quid commune habent? Nihil certe. Sed aliam sedem illis, et eam quidem aptissimam, inuenisse mihi videor: si nimirum in huius pag. v. 6. translata, tribuantur verbis hisce, *ἡμῖν δὲ προσελθόντων τῶν ξυμμάχων*, id est, his verbis, illa, pro eorum expositione, apponantur, *ἀπὸ τῆς Μυκάλης δηλονότι*. Conueniet autem, quod hic dicitur, cum eo, quod scribere illum p. 139, 12. videmus, tantum ad Mycalen vsque Lacedaemonios veniisse. IDEM.

7. Ἐλαττοῦμεν] Ἀφίεμεν *Reg.* Et paullo ante ad *διαδιδομένην Idem: κατὰ διαδοχὴν διδομένην.*

8. Κατέχεσθαι, ἄρχεσθαι] Δουλοῦσθαι *Cass.* Et mox ad *καθεζῶτος Idem* cum *Reg.* *νομίμου ὄντος.*

9. Μέχρις οὗ] Μέχρι οὗ *Cass.*

11. Ἀπὸ κοινοῦ etc.] Voculae *νῦν* hic praeteriti, paulo post autem praesentis temporis significationem dari mirum est, quum de vno eodemque loco agatur: nisi forte in duobus eam locis positam inuenit; quam tamen alibi aptam habere sedem posset? Hoc etiam videri cuipiam nouum possit, iungi hanc particulam *ἀπὸ κοινοῦ* his verbis, *τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι*, quum tamen non praecesserit, sed sequatur. Verum idem et quibusdam aliis fieri in locis videbit. STEPH.

ib. Λέγει τὴν etc.] Dicere maluissem, *τὸν περὶ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων*. IDEM. Hoc scholion non habet *Cass.*

12. Τὸ νῦν] Τὸν νῦν *Rostg.*

15. Τῇ παρ.] Non placet, *ἀνθρωπείᾳ* ita exponi. Primum enim, si nomine *ἀνθρωπείᾳ*, aut etiam his duobus, *ἀνθρωπείᾳ Φύσει*, haec omnia includantur, *τῇ παρεπομένῃ τῇ ἀνθρωπείᾳ Φύσει ἀρχῇ*, cur ista, *ὥσε ἑτέρων ἄρχειν*, addita fuisse dicentur? Deinde *ἀρχὴν* naturae humanae *παρέπεσθαι*, quomodo verum comperietur? Nimirum *περὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀρχῆς*, non autem *περὶ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς*, dicendum hoc fuerit. STEPH.

P. 143. v. 1. Βιαιότερον etc.] Malim *βιαιότερον ἡμῶν ἄρξαντας*. IDEM.

Ibid. Ταπεινοί ἐσμεν] Male hic, et alibi quoque, verbum *μετριάζειν* exponit. Neque enim *μετριάζειν* dicuntur, qui sunt *ταπεινοί*, id est *humiles*, *et animo demisso*, sed *qui modeste* seu *moderate se gerunt: siue qui moderationem adhibent*, aut *moderatione et aequitate vtuntur*. IDEM. *Suidas* etiam *μετριάζειν* exponit *ταπεινοφρονεῖν*.

5. Φιλονικεῖν] Φιλοδικεῖν *Reg. Cass. Rostg.*

Ibid. Ὁμοίοις] Minime possunt *ὁ ξένος* et *ὁ πολίτης* vocari *ὅμοιοι νόμοι*, sed *ὅμοιοι νόμοι* dicendi potius fuerint *οἱ τῷ τε ξένῳ καὶ τῷ πολίτῃ ὁμοίως κείμενοι*, vel *τῷ τε πολίτῃ καὶ τῷ ξένῳ ὁμ. κ.* illius enim mentio facienda priore loco videtur. Non possunt (inquam) peregrinus et ciues leges similes aut etiam eaedem appellari, sed similes leges dicendae fuerint, quae vtrique pariter positae sunt, et quae erga vtrumque pariter seruantur. Verum et hoc videndum est, ne, quod de similibus legibus dicit, male ad peregrinum et ciuem (nisi ciuis prius nominandus est) referatur, et referri ad socios debeat. Haec enim proxime praecedunt, *καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις*. STEPH. Non est credibile, quemquam tam stolidum esse, vt ciues et peregrinos vocet *νόμους ὁμοίους*. Probabilius est aliquid excidisse, vel *τῷ τε ξένῳ καὶ τῷ πολίτῃ* legendum esse.

ib. Ἐκωμῳδοῦντο etc.] Athenienses, tanquam *Φιλοδίκους*, id est *litium amantes*, siue (vno verbo) *litigiosos*, male audisse, vel ex ipsis *Aristophanis* comoediis constat (nomine *Φιλληλιασαὶ* eadem de re vtentis), ideoque verbo *ἐκωμῳδοῦντο* apte hic *Scholiastes* vtitur. STEPH. *Suidas* dicit: cicadas mensem vnum aut alterum in ficubus cantillare, Athenienses autem per omnem aetatem in iudiciis cantare. HVDS.

6. Πέρσης etc.] Vt casus casui respondeat, scribendum est Πέρσῃ, Σκύθῃ. Sed cur tam procul exemplum petit? cur e Graecia ad proferendum exemplum egreditur? Exemplum (inquam) huius rei esse alios, qui quum minus moderationis et aequitatis imperio suo adhibeant, non tamen tanquam litigiosi male audiant. STEPH. [Nunc dat. plur. scriptus.]

7. Ἀντὶ τοῦ etc.] Eodem peccat modo hic, *ἧσσον* exponens *οὐδὲ ἧσσον*, quo et antea peccauit, quum *ἐλά-*

χιζον expoſuit οὐδὲ ἐλάχιζον. Immo et grauius etiam hic: quoniam particula οὐδὲ magis periculoſe contrarium ſenſum efficit. IDEM.

8. Παρ' ἄλλοις] Παρ' ἄλλων *Roſtg.* Non video, quam vim hic habeat praepoſitio παρά, et cur non maluerit ſine ea dicere, ἄλλοις, ἀλλὰ μόνοις ἡμῖν· quum *Thucydides* in datiuo dicat τοῖς ἔχουσιν ἀρχήν, καὶ ἧσσον ἡμῶν μετρίοις οὖσι.

ib. Ἀντὶ τοῦ δίκ.] De hoc graui et pudendo errore, quo δικάζεσθαι noue exponit δίκαια πράττειν, non tacent mea *Schediasmata*. STEPH. Hoc quoque in editis *Schediasmatibus* fruſtra quaeſiui.

ib. Εἰθισμένοι] Non ad hoc tantum verbum reſpicit, quod hic annotatur, ſed ad totum hoc membrum, εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν. Si enim conſueuerant eorum ſocii ex aequo cum ipſis agere, et pari iure iudicium experiri, nouum certe illis erat deteriori conditione aliqua in re eſſe. Qua ex re τὸ σπάνιον τῆς ἀδικίας dicit, oſtendi, id eſt, *raro illis iniuriam fieri ſolitam fuiſſe*. STEPH.

10. Μὴ δικ.] Particula μὴ ſuperuacanea hic eſt: ſed ex *Thucydide* ſumitur, hoc pleonaſmo Attico (vt et paulo poſt oſtendam) vtente. Alioqui dicendum tantum fuiſſet παρ' ὃ νομίζουσιν αὐτοὶ δίκαιον εἶναι. Sed et ἐάν τι, omiſſa voce τοιοῦτο, dicere poterat. IDEM. Μὴ deeſt *Caſſ. Roſtg.*

Ibid. Οὐκ εἶπε etc.] Non dixit (inquit) τὸ δίκαιον (intellige autem, παρὰ τὸ δίκαιον· niſi potius haec ipſa ſcriptura ſubſtituenda eſt), ſed παρ' ὃ ἐκεῖνοι νομίζουσι μὴ δίκαιον. Atqui (dicet aliquis) ne haec quidem verba apud *Thucydidem* comparent. Sciendum eſt igitur, eum dicere, παρ' ὃ νομίζουσι μὴ δίκαιον εἶναι, tanquam is ſit ſenſus iſtorum *Thucydidis* verborum, παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι. Vbi etiam animaduertendus is eſt, quem dixi, vocalae μὴ pleonaſmus, et quo ipſe *Scholiaſtes* in horum verborum expoſitione itidem vtitur. Minus eſt autem hic infinitiui apud iſtum ſcriptorem vſus, παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι, pro eo, quod eſt, παρ' ἐκεῖνο, ὃ μὴ οἴονται χρῆναι, aut (omiſſa illa ſuperuacanea negatione) παρ' ἐκεῖνο, ὃ οἴονται χρῆναι. STEPH.

11. Ἢ λόγῳ ἢ] Sicut λόγῳ ponit pro expoſitione *Thucydidei* vocabuli γνώμῃ, ita etiam addi ἔργῳ ad exponendum alterum, δυνάμει, dicere (vt opinor) neceſſe habemus: ſed quomodo hoc vocabulum (vt de altero taceam) iſtam adnittere ſignificationem poteſt? *Valla* certe duobus his, *verbo* et *facto*, quae duobus illis, λόγῳ et ἔργῳ, reſpondent, addens iſta, *propter rationem imperii*, oſtendit, ſe non animaduertiſſe, dictum eſſe a *Thucydide*, non δυνάμει διὰ τὴν ἀρχήν, ſed δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχήν· quod vereor ne et ipſe *Scholiaſtes* haud animaduerterit. IDEM.

12. Τὸ ἤ etc.] Non minus abſurdum, quam nouum, eſt, dicere, particulam ἤ pro ὡς poſitam eſſe: praeſertim quum vulgaris illius vſus, pro quo ἤπερ (id eſt *quam*) ponitur, ſententiae loci huius ſit longe accommodatiſſimus. Fortaſſe autem non ἤ, ſed ᾗ, legens, ita expoſuit: ſed talem particulae huius vſum ignorari a *Thucydide*, ignorare non debuit. Vtramcunque tamen lectionem ſequutus ſit, non exiſtimauit, haec verba, χαλεπώτερον Φέρουσιν, continuanda eſſe cum ſequentibus absque vlla interpunctione, ſed poſt Φέρουσιν interpungi debere: perinde ac ſi locus hic ita eſſet intelligendus: *Sed aliquid ſibi deeſſe, magis aegre ferunt; quemadmodum ſi ab initio ſecum* (vtor autem hic verbis *Vallae*) *non iure, ſed aperte, rapaciter egiſſemus.* Atqui et iſtud, ne ita intelligendum dicamus hunc locum, vetat, quod non χαλεπώτερον, ſed χαλεπῶς, dicendum fuiſſet, id eſt, *aegre ferunt*, non autem, *magis aegre ferunt*. STEPH. Hoc ſcholion abeſt a *Caſſ.*

ib. Κατὰ τὸν τῆς etc.] Verba haec videntur expoſitio eſſe aduerbii φανερῶς. Sed quomodo hoc cum eo, quod dictum eſt, ἀποθέμενοι τὸν νόμον, conſentire dicemus? Videtur enim loqui repugnantia, qui ait, magis aegre ferunt, quam ſi ab initio depoſita lege, plus nobis ſecundum imperii legem arrogaremus. Quomodo enim aliquis, depoſita lege (id eſt, depoſita ſeu abiecta legis cura), ex lege plus vſurpare velle dicetur? Reſponderi poſſe exiſtimo, quum dicit ἀποθέμενοι τὸν νόμον, poni ſingularem pro plurali νόμους, et de iisdem illis intelligi, de quibus loquens dixerat, ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις· quod ſi deinde φανερῶς cum *Scholiaſte* exponamus κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς νόμον, hanc legem de ea dictum iri, quam introducit ἡ δύναμις τῆς ἀρχῆς· vel, vt eius phraſin ſequamur, δύναμις ἡ διὰ τὴν ἀρχήν· haec enim δύναμις eſſe legislatrix ſolet, et quidem hoc munere alio fungi modo, quam functi ſint legislatores illi, a quibus ortae ſunt aliae illae leges. STEPH.

13. Ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ] Quum antea de quodam loco, vbi δὲ pro γὰρ poſitum aiebat, prorſus ab eo diſſentirem, de hoc contra plane illi aſſentior. Rationem enim reddit eius, quod dixit, eos magis aegre ferre, quam ſi ab initio depoſita legis cura plus ſibi arrogarent. *Illo enim modo* (inquit) *non contradicerent* (vel, *contradixiſſent*), *quin oporteat inferiorem ſuperiori cedere*, vel, (ſi quis ita interpretari mauult) *nihil cauſae dixiſſent, quin par ſit, inferiorem ei, a quo imperium tenetur, ſe ſubmittere.* Quum autem dicit *illo modo* (quibus verbis redditur aduerbium ἐκείνως), intelligit, *ſi illud a nobis factum fuiſſet;* videlicet, ſi depoſita lege, etc. IDEM.

ib. Ὀργίζονται] Quum apud *Thucydidem* nominatiuus verbi ὀργίζονται ſit οἱ ἄνθρωποι, hic contra alium ei nominatiuum *) dat, quem οἰκοθεν affert, videlicet οἱ σύμμαχοι· vel non animaduertens, quod a *Thucydide* dicitur: vel (quod mihi magis ſit veriſimile, a genere ad ſpeciem venire volens, id eſt, quod a *Thucydide* de vniuerſo hominum genere (nempe de natura omnium hominum) dicitur, ad ſpeciem accommodare. IDEM.

P. 145. v. 1. Ἡμῶν etc.] Scripſiſſe illum puto ἡμῖν. Noue enim (vt opinor) ἡμῶν hic diceretur. STEPH.

2. Προμάντ.] Obſeruandum, quod dicit, hos Athenienſium legatos, ita loquentes, *ſi euerſo dominatu noſtro ipſi dominaremur*, augurari, quod futurum erat. Lacedaemonios enim eorum muros diruiſſe. Aliquis tamen fortaſſe malit dicere, hoc tantum eſſe ominari: quum etiam verba, quae ab aliud cogitantibus dicebantur, omen habere exiſtimarentur. At illa imprecatio *Thucy-*

*) Steph. ſcripſerat *datiuum*. Correxit iam Hudſon.

didis in *prooemio* ab eo aliud cogitante profecta non itidem dici poſſet. Loquor autem de illis *Thucydidis* verbis, quibus idem *Scholiaſtes* eum Lacedaemoniis euerſionem illorum vtbis latenter imprecari ſcribit. Quis tamen eſſe eiusdem *Scholiaſtae* haec quoque poſſit affirmare, quum in eadem pagina *Scholium* illi de imprecatione *Scholio* contradicens habeamus? IDEM.

6. Εἰς ἀδηλότητα.] Non poſſum illi aſſentiri, τύχας eſſe dicenti ἀδηλότητα, id eſt *incertitudinem*. Sic tamen et *Valla*, *belli enim diuturnitas ſolet plerasque res fortuitis obiicere*. Et *Vitus*, *diuturnitas efficit varias vices*. Atqui bello cuilibet, non tantum illi, quod diuturnum eſt, incertitudo tribuitur: id eſt, incertus eſſe dicitur eius exitus: et hoc ſemper experientia confirmauit, ac quotidie confirmat. Adde, quod idem ter diceretur; nam ſequitur, καὶ ὁποτέρως ἔχει, ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. Atque ad eandem ἀδηλότητα pertinent et haec verba, quae proxime praecedunt, τοῦ δὲ πολέμου τὸν παράλογον, ὅσος ἐϛὶν, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωτε· id eſt, *Quam multa inopinata* (vel *quam multa praeter exſpectationem*) *in bellis euenire ſoleant*. Aut etiam, *Quam praeter exſpectationem eſſe ſoleat bellorum exitus*. Accedit ad haec duo, quae aduerſus expoſitionem illam attuli, quod, poſtquam dixit, bellum diuturnum ἐς τύχας τὰ πολλὰ (vel ταπολλὰ, vna voce) περιίϛασθαι, ſubiungit, ὧν ἴσον τε ἀπέχομεν· quod certe falſum erit, ſi ad ἀδηλότητα referamus. Nam vbicunque eſt bellum, falſum eſt, quod *Vallae* habet interpretatio: *A quibus fortuitis vtrique aequaliter abſumus*: itidemque quod habet altera, *a quibus variis vicibus adhuc vtrique abſumus*. Niſi dicamus, hos legatos intellexiſſe, ſe a bello abeſſe; neque enim a belli fortuitis aut a belli vicibus variis abeſſe poteſt, niſi qui a bello abeſt. Quomodo igitur τύχας exponemus? Ego *infortunia* ſignificare hic dixerim: nec mihi huius ſignificationis exemplum ex alio *Thucydidis* loco afferre difficile fuerit. Belli vero diuturnitatem ſolere infortunia (et quidem ipſis etiam victoribus interdum) afferre, omnes hiſtoriae teſtantur. Libuit in refutanda expoſitione iſta immorari, quod *Interpretes* eam ſequutos eſſe, et multos eam, vt prima fronte rationi conſentaneam, ſequuturos eſſe viderem. Spero autem, fore, vt eae, quas ita examinatas reiicio, cautiorem te ad alias plerasque excutiendas, antequam a te admittantur, reddant. IDEM.

Ibid. Ὅμηρος] Iliad. ζ. v. 339.

8. Ὁποῖον] Scribendum potius ὁπότερον. De hac autem expoſitione dicam in annot. ſequente. STEPH.

ib. Μετὰ κινδ. πρ.] Hic κινδυνεύεται ſignificare non poteſt, quod ait, μετὰ κινδύνων πράττεται· praeſertim vero, ſi praecedentium verborum expoſitionem cum hac iungamus, quam aliena ſit ab hoc loco, videbimus. Dicendum enim erit, καὶ μετὰ κινδύνων πράττεται, ὁποῖον (vel potius ὁπότερον) μέρος κινδυνεύσει. Quod ſi diligenter illam expoſitionem praecedentem conſideremus, in ea hoc ipſum κινδυνεύεται explicatum inueniemus, his videlicet verbis, ἄδηλόν ἐϛιν· quae explicatio minime, ſicut altera, reprehendenda eſt: niſi in eo, quod minus ſignificanter dicitur, ἄδηλόν ἐϛι, quam κινδυνεύεται· vt minus ſignificanter (et quidem multo minus) Latina lingua dicit, *incertum eſt*, quam, *in alea poſitum eſt*. IDEM.

ib. Οἱ ἀπροβούλευτοι] Quod de vniuerſo hominum genere dicit *Thucydides*, ad inconſideratos et minime circumſpectos reſtringit: ſed reſponderet *Thucydides*, ſe ita loqui, quod a maiori hominum parte iſtud peccetur. *Inconſiderati* vero et *minime circumſpecti* ſunt, qui ab illo ἀπροβούλευτοι appellantur, et magis etiam proprie, *qui non praemeditate et absque conſultatione* ſeu *deliberatione aliquid agunt*. Cum hoc autem male ἀνόητοι iungit, quod multo plus eſt: et ita quidem, vt ἀνόητοι agere multa ſoleant, quae non itidem agerent ii, qui tantum ἀπροβούλευτοι appellari merentur. IDEM.

9. Πρὸ τῶν βουλ.] Addendum hic aduerbium πρότερον poſt τῶν ἔργων, vel potius πρότερον tantum hic ponendum eſt, quum verba haec non aliam vocem, quam illud aduerbium, explicent. At vero genitiuus τῶν ἔργων cum ἔχονται iungitur· τῶν ἔργων ἔχονται (inquit) πρὸ τῶν βουλευμάτων. Immo vero, ſi diligenter, quae a *Thucydide* dicuntur, conſideremus, videbimus, illum nihil cum ſuo πρότερον relinquere ſubaudiendum, et illud nobis exponere, quum ei ὕϛερον opponit. Aut ſi quid ſubaudiri debet, id certe fuerit genitiuus λόγων. Perinde ac ſi diceret, πρότερον τῶν λόγων ἔχονται τῶν ἔργων. Vel potius, (vt plenior ſit oratio) πρότερον ἢ ἅπτεσθαι τῶν λόγων, ἔχονται τῶν ἔργων, ἅπερ ὅμως ὕϛερον χρὴν δρᾶν, καὶ μετὰ τὸ τῶν λόγων ἅψασθαι. Sed hunc genitiuum λόγων *Valla rationem* male interpretatur. Ita enim locum hunc reddit: *Qui cupide bella ineunt, prius in negotiis verſantur, quae poſteriora conſiliis eſſe debebant: iidem, quum aduenit calamitas, tunc ad rationem ſe conferunt*. In qua interpretatione quum non illud ſolum, ſed et alia peccarentur, margini hanc adſcripſi: *Et homines, quum proelia ineunt, opera prius capeſſunt, quae poſterius agenda erant: at quum aerumnis premi coeperunt, conſilia inſtituunt*. Sed ne ego quidem mihi in genitiui λόγων interpretatione ſatisfacio: quum potius περὶ τῶν ξυμβατηρίων λόγων intelligendum putem: vt hic locus ita reddatur periphraſi etiam vtendo: *Ac quum homines ad bella gerenda eunt, opera prius aggrediuntur, ad quae poſterius veniendum erat: quum vero aerumnis premi iam coeperunt, ita vt ipſos bellorum poeniteat, tum demum ſermonem de compoſitione iniiciunt*. STEPH.

10. Οὓς ἐν ταῖς] Μάρτυρας οὓς ἐν ταῖς *Caſſ. Roſtg.*

11. Ὑφηγῆσθε] Vide *Stephani* Append. ad ſcripta al. de Dial. Att. p. 185. HVDS.

P. 147. v. 1. Παρὰ τὰς] Πρὸς τὰς *Roſtg.*

ib. Διώκοντες] Malim ἀποδιώκοντες. STEPH.

2. Ἐμπείρους] Λείπει τὸ ἐμπείρους. *Caſſ.*

Ibid. Γλυκύς] E *Pindaro*, vt obſeruauit *Eraſmus*.

3. Ἤγουν δ' ἐλαχ.] Non γενόμενον ſolum, ſed iunctum cum ἄν, ſignificare poteſt γενησόμενον. Quod autem ἐλάχιϛον exponit δι' ἐλαχίϛου καιροῦ (dicens καιροῦ pro χρόνου), non placet: ac potius *non minimum bellum* de maximo intelligendum puto: vt ſit figura μείωσις, ſiue λιτότης· quae vulgo *liptote* perperam vocatur, vt docui in meo *de abuſu Graecae linguae libello*. STEPH.

Ἡγουν δ. ἐ. καιροῦ καὶ ἔργου γενησόμ. *Reg.* ἢ. δ. ἐ. καιροῦ γενόμενον *Caſſ.*

Ibid. Μέχρις etc.] Quum proxime ſequens periodus rationem reddat eorum, quae hic Archidamus proponit, ſimulque ea confirmet, ideoque ab his pendere dicenda ſit, quomodo haec claudere *prooemium* dici poſſunt? Ne tamen dicere audeamus, haec verba μέχρις ὧδε τὸ προοίμιον, poſt participium νομίσαντα ab illo ſcripta fuiſſe, obſtant, quae in illius ſequentis periodi principium annotantur. STEPH.

4. Οἱ ἀγῶνες καὶ τὸ δυνατόν] Abſunt a *Caſſ.*

ib. Πεζομάχοι] Ἐκ παραλλήλου πεζομάχοι *Caſſ. Roſtg.*

[διὰ Περσ. Ita ſine articulo eſt in Baſ.]

P. 149. v. 1. Τοῦ ἔχειν χρήματα] Πένητες γὰρ ἦσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι *Caſſ. Roſtg.* Deinde, quae paullo poſt leguntur, πένητες γάρ, non ſunt in *Caſſ.*

ib. Ἐκ τῶν etc.] Particula negatiua οὔτε his praefigenda eſt verbis, ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. STEPH.

2. Ὑπερφέρομεν] Quae ad hanc vocem et ſequentem δηοῦν adnotantur, non habet *Caſſ.*

5. Τὸ μᾶλλον πρόσκειται] Τὸ μᾶλλον eos haud reſpicit, quos intellexit hic *Scholiaſtes.* Athenienſes enim ſunt, quos indicat Archidamus: prae illis vtique videri poſſent Lacedaemonii pacis ruptae auctores, ſi bellum ſuadentibus morem intempeſtiue gererent. GRAMM.

6. Ὅμηρος] *Homeri* verſum affert, quod Archidami dictum cum eo conueniat, non autem (vt opinor) tanquam ille ad hoc alludat. STEPH. Iliad. γ'. v. 160.

7. Τῆς γῆς] Ante haec verba in *Caſſ.* et *Roſtg.* eſt ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τάμωμεν.

P. 151. v. 1. Προσαθροίσει] Συναθροίσει. *Caſſ.*

ib. Ἐκείνοις δηλονότι] Deſunt *Caſſ.*

2. Ὁρισμὸν ζωῆς] Verba Auctoris, καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκπορίζώμεθα, *Scholiaſtes* interpretatur, ὁρισμὸν ζωῆς ἐκ τῶν ἡμετέρων ἔχωμεν, aberrans omnino a recto iſtorum ſenſu. Dixerat Archidamus, conſultius fore, ſi aliquid temporis impenderent Lacedaemonii diſſuadendo apud Athenienſes bello, et de iis, quae neceſſaria ad bellum ſibi forent, interim cauti proſpicerent, προσλαβόντες ξυμμάχους Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, quorum viribus vt etiam ſuas, per id temporis interuallum, quod daretur, collectas, adiungerent, hoſtibusque illas, quamvis non aperte bellum denunciantes (μὴ πόλεμον ἄγαν δηλοῦντες), non obſcure tamen oſtentarent, ſuadet hisce, καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκπορίζώμεθα, quae recte ſatis aſſecuti *Interpretes* Latini, *Valla*, *Enenckelius*, et *H. Stephanus* in Concionib. Thucyd. *Suidas:* ἐκπορίζειν, ἐξευρίσκειν, συλλέγειν. Idem fere monuerat Archidamus paullo antea, in iſtis: καὶν τούτῳ καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι. Idem innuit et in ſequentibus: πορισώμεθα ἂν πρῶτον (ſcil. δαπάνην, ſumtus ad bellum faciendum neceſſarios), idem denique in fine orationis: Καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν — παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα. GRAMM.

3. Πορευσόμεθα] Ἰέναι ἐπί τινα ſemper apud Noſtrum eſt *hoſtiliter aggredi, bellum inferre*, quod per πορεύεσθαι ſignificari adeo non poteſt. IDEM.

ib. Ἑτοιμασίαν] Non habet *Caſſ.*

5. Διὰ τοῦ τεμεῖν] Liquere exiſtimo, omiſſam eſſe in verbis *Scholiaſtae* haec explicantibus negandi particulam, et ſcripſiſſe eum, διὰ τοῦ μὴ τεμεῖν αὐτῶν τὴν γῆν. GRAMM.

[V. 2. hui. ed.] Ἐξαίρει τὴν δύναμιν] Quod hic ſcribit, Archidamum potentiam Athenienſium extollere, vt Lacedaemonios perterrefaciat, non minus ad haec, quam ad praecedentia, atque adeo ad magnam partem huius orationis, pertinet. STEPH. In *Caſſ.* et *Roſtg.* haec, ἐξαίρει τὴν δύναμιν, cum ſequentibus adnotata erant ad v. 48. ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. Nec tamen illis verbis ſatis conueniunt.

9. Τί αὐτῶν προϊδωμεν] Haec inter verſus recenti manu in *Caſſ.* ſcripta erant; cetera in margine manu vetuſta. Idem etiam alibi ſaepe factum, et ſcholia vetuſtiora cum recentioribus ab his, qui ea publicarunt, in vnum conflata eſſe deprehendi. In *Reg.* ad ἐπ' ἀμφότερα erat expoſitio καὶ νίκην, καὶ ἧτταν.

P. 153. v. 2. Καὶ νεμόμεθα.] Dubium eſſe poteſt, an haec καὶ νεμόμεθα, etc. ab *ipſomet*, an a *librario* per imprudentiam praepoſita illis fuerint, σπεύδοντες γάρ, σχολ. etc. Quod ſi ipſummet hoc ordine iſta collocaſſe credamus, ſcripſiſſe καὶ γὰρ νεμόμεθα, veriſimile fuerit. STEPH.

ib. Ἐνδοξοτέραν] Ἐνδοξοτάτην *Caſſ.* quod in *Thucydide* pro εὐδοξοτέραν ſcribi poſſe putabat *Stephanus.*

3. Ὑποχικτέον] Videndum, ne alio pertineat haec de interpungendo admonitio: niſi dicamus, illud, quod ſequebatur, exemplar, non haec verba σπεύδοντές τε γάρ, etc. ſed alia illis μὴ αἰσχύνεσθε ſubiuncta habuiſſe: quum alioqui de re manifeſta admonere ſuperuacaneum eſſet. STEPH.

6. Ἀσαφὲς τὸ χωρίον ποιεῖ] Scribit, *nominum enallagen* locum hunc obſcurum reddere: quum αἰδῶ et σωφροσύνην, tanquam ſynonyma, eadem de re dicat, et tamen diuerſum illis vſum dare videatur. Nec minus σωφρεσύνην atque εὐκοσμίαν eandem illi rem ſignificare, nos admonet. Quod igitur vni rei eodem in loco ſua appellatio mutatur, hoc vocat *nominum enallagen.* Sed quaedam in hoc ſcholio mendoſa ſunt, quaedam etiam illi deſunt. Inter mendoſa pono vocabulum τὴν λέξιν. Senſus enim poſcit, vt τὰς λέξεις ſcribamus, quum de duabus loquatur, ſicut paulo poſt de aliis duabus loquitur. Poſt illa autem verba δεῖ οὖν οὕτω νοεῖν, non dubium eſt, quin aliquid omiſſum fuerit; quum etiam ſequi debeant verba, quae doceant, quomodo locus ſit intelligendus (nam verba illa, δεῖ οὖν οὕτω νοεῖν, ſunt promittentis, ſe hoc docturum), tamen iſta, quae ſubiunguntur, πολεμικοί τε γιγνόμεθα καὶ εὔβουλοι, διὰ τὸ εὔκοσμον, non alia, quam *Thucydidis*, ſunt verba, nec ordine alio collocata. Fateor alioqui, illa verba, πολεμ. τε γιγν. et quae ſequuntur, videri etiam poſſe, non tanquam expoſitionem ab illo proponi, ſed tanquam ea, quae nobis ſit expoſiturus, his, quae ſubiungit, ἀνάγκη γὰρ τοὺς εὐκ. etc. Verum hic aliquid eſt iis, quae annotauit, non ſatis conſentaneum. Si enim τὸ εὔκοσμον (pro quo εὐκοσμίαν paulo ante poſuit) et σωφροσύνη de vna eadem

que re dicuntur, quo modo εὔκοσμοι σωφροσύνης πλεῖσον μετέχειν dicentur?

Adiuuans igitur hoc scholium, dico, primum quidem, τὸ μέν, referendum esse, ad πολεμικοί· et perinde esse, ac si dictum esset πολεμικοὶ μέν. Deinde, haec, quae sequuntur, ὅτι αἰδῶς σωφροσύνης πλεῖσον μετέχει, αἰδοῦς δὲ εὐψυχία, non secus accipienda esse, quam si, iisdem eadem de re vtendo verbis, dictum esset, ὅτι αἰδὼς τοῦ εὐκόσμου πλεῖον μετέχει, αἰδοῦς δὲ εὐψυχία. Verum et alia enallage simul obseruanda est, in eo, quod, quum πολεμικοὶ dixisset, tamen perinde, ac si dictum fuisset εὔψυχοι, subiungitur εὐψυχία. Totus denique hic *Thucydidis* locus non aliter a nobis intelligatur, quam si ita scriptus esset: εὔψυχοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὴν σωφροσύνην γιγνόμεθα· εὔψυχοι μέν, ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖσον μετέχει, αἰδοῦς δὲ εὐψυχία. Steph.

7. Ἔμφασιν παρέχει] Hoc exponit *Stephanus* in *Proparasceue* p. 580.

8. Τοὺς εὐκ.] Suspicari quis possit, scriptum ab illo fuisse, τοὺς πολεμικοὺς σωφροσύνης πλεῖσον μετέχειν· quomodo enim ferri possit scriptura haec, τοὺς εὐκόσμους σωφρ. πλ. μετέχειν, non video: quum (vt ante dixi) velle, τὸ εὔκοσμον (siue τὴν εὐκοσμίαν) non aliud esse, quam σωφροσύνην, deinde dicere, τοὺς εὐκόσμους πλεῖσον μετέχειν σωφροσύνης, sibi constare non sit. Perinde enim fuerit, ac si τοὺς σώφρονας πλεῖσον μετέχειν σωφροσύνης aliquis diceret: quum necesse sit, εὐκόσμους et σώφρονας eosdem esse, si τὸ εὔκοσμον (siue εὐκοσμία) et σωφροσύνη eadem sint. Steph.

9. Διὰ τὸ τοὺς etc.] Scribo, διὰ τὸ τοὺς εὐκόσμους, καὶ αἰδήμονας εἶναι. Idem.

10. Ὅμηρος] *Homeri* versus non recte, tanquam testis eius, quod dixit, citari videtur. Neque enim hoc versu fortitudo siue animositas verecundiae plurimum habere (quod tamen versu hoc vult confirmare), sed ex iis, qui verecundi sunt, plures euadere incolumes, quam interfici, dicitur. Idem.

ib. Ἠὲ πέφανται] Haec non sunt in *Cass.* ὃ' ἀνδρῶν est in *Homer.* Iliad. ο'. v. 563. τ' ἀνδρῶν Iliad. ε'. v. 531.

11. Παιδευόμεθα ὥσε] Quum παιδευόμεθα infinitiuo iungi possit, ac debeat etiam, absque particula ὥσε, suspicor, inter haec verba aliquid deesse. Sed, quoniam, quidnam illud sit, assequi coniectura nequeo, de meo aliquid afferam. Videtur itaque locus hic ita exponi posse (illa quidem certe *Scholiastae* verba ad meam expositionem accommodando): οὐ παιδευόμεθα μέχρι τοσαύτης πολυμαθείας, ὥσε ὑπεροράν τῶν νόμων. Vel ita, οὐ παιδευόμεθα οὕτω μέγα περὶ τῆς μαθήσεως ἡμῶν φρονεῖν, ὡσε ὑπεροράν τῶν νόμων· aut breuius, οὐ παιδευόμεθα τοσοῦτον, ὡσε ὑπ. etc. Crediderim tamen, hunc *Scholiastem* breuius esse loquutum: vt certe possit quispiam multo breuius loquens, dicere, οὐ παιδευόμεθα τοσοῦτον, ὥσε ὑπ etc. Scio alioqui, non defore etiam, qui nihil inter παιδευόμεθα et ὥσε desiderari, sed hoc aduerbium παρελκόντως ante infinitiuum positum esse putent. Apud *Thucydidem* certe in diuersis loquendi generibus πλεονάζειν id obseruaui. Animaduertendum est autem, participium παιδευόμενοι apud *Thucydidem* debere resolui in verbum παιδευόμεθα, praecedente particula ὅτι· quum, sicut dixerat, πολεμικοὶ μὲν (nam duas hasce voces illis duabus ἰσοδυναμεῖν, et pro illis positas esse ostendi), ὅτι αἰδὼς σωφρ. πλ. μετέχει, ita sequi deberet, εὔβουλοι δὲ, ὅτι ἀμαθεῖς· τῶν ν. τῆς ὑπεροψ. παιδευόμεθα. Steph.

13. Ψηφίσματα τῶν λόγων] Inter ψηφίσματα et genitiuum τῶν λόγων aliquid deesse suspicor; nam ψηφίσματα cum hoc genitiuo τῶν λόγων non satis apte iungitur. Ac suspicionem auget, quod sequitur, οἱ γὰρ Λάκωνες, βραχυλόγοι· quorsum enim, de psephismatis loquens, βραχυλογίας mentionem faceret? Idem.

14. Ὡς τῶν Κορ.] Hoc *Scholium*, ὡς τῶν Κορινθίων οὕτως ὄντων, scriptum esse puto in haec verba, καὶ μὴ, τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν ὄντες· et deesse ξυνετῶν· quo adiecto scribendum sit, ὡς τῶν Κορινθίων οὕτω ξυνετῶν ὄντων. Sed aliquis fortasse et aliud mendum huic subesse loco, et Ἀθηναίων pro Κορινθίων substituendum esse, dicat. Idem.

ib. Ἀντὶ τοῦ etc.] Aliud significare *Thucydidem*, quum dicit τοὺς πέλας, antea docui. Idem.

P. 155. v. 1. Ὁ δὲ τὲ etc.] Mirum, ni aliam apud *Thucydidem* lectionem sequutus sit, aut hoc *Scholium* aliter scripserit; quomodo enim alioqui, vel quod de particula τὲ, vel quod de vocula οὐ scribit, verum comperiri possit? Idem.

ib. Ἵν' ᾖ οὕτως ἡ σύνταξις] Infeliciter rem egit *Scholiastes*, syntaxin proponendo suam verborum *Thucydidis*: νομίζειν δὲ τὰς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι. Neque enim in hisce locum habet particula negans οὐ, quae in sequenti commate reperitur. Sed coniungenda haec cum superius dictis ita, vt, in quo consistat εὐβουλία Lacedaemoniorum, declaretur per partes. Sic nimirum εὔβουλοι et hic dicuntur, καὶ οὕτως παιδευόμενοι, ὡς νομίζειν, τάς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι, καὶ etc. *H. Stephanus* in Concionibus Thucyd. p. 62. vertit: *alios vere eadem, quae nos, sentire iudicemus.* Ita nempe is, vt et caeteri *Interpretes* Latini τοὺς πέλας per *alios* reddiderunt, secuti in hoc *Scholiasten*, qui τῶν πέλας ἀντὶ τοῦ τῶν ὁμοίων ἀνθρώπων hic poni asserit. At magis arridet nobis Gallica haec *Ablancurtii*, p. 77. *Nous estimons que les sentimens de nos voisins sont pareils aux nôtres.* Gramm.

2. Λόγῳ λέγουσιν] Aliter scriptum ab eo fuisse existimo. Steph.

4. Πρὸς τοὺς λ.] Quum dicit, illum ἀποτείνεσθαι πρὸς τοὺς λόγους τοῦ Κορινθίου, ad ista verba respicere videtur, quae leguntur p. 46. Duk. καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους, πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τῇ ἀφ' ὑμῶν τιμωρίᾳ, περιγεγενημένους. Idem.

9. Μή πως Φθάσαντες] Haec verba διὰ ἰσχὺν refert ad illud, quod dixit, βουλεύσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν· quum tamen non dubium sit, quin ad proxime praecedentia referantur. Idem.

10. Τοὺς μὲν λόγους] Τὸν σκοπὸν φησὶ τοῦ λόγου. *Cass.* In *Rostg.* adnotatum erat: ταύτης τῆς δημηγορίας μέμνηται Πλούταρχος ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλ-

μασι. Est ibi p. 1437. Ed. *Steph.* Καθόλου δὲ ὁ μὲν ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος τῷ πολιτικῷ (λόγῳ) μᾶλλον ἁρμόττει· παράδειγμα δὲ, οἵ τε Φιλιππικοί, καὶ τῶν Θουκυδίδου δημηγοριῶν, ἡ Σθενελαΐδα τοῦ Ἐφόρου, καὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως ἐν Πλαταιαῖς, καὶ Περικλέους ἢ μετὰ τὸν λοιμόν.

12. Τὸν ἀρ.] Eadem omnino verba exstant in *Suida*. Vide *Meursii* Miscell. Lacon. l. 2. c. 4. et *Valesii* notas ad Excerpta *Polybii*, p. 343. Hvds.

13. Πόλεως] Πολιτείας *Rostg.*

15. Ἐπειδὴ etc.] Scribendum puto, ἐπειδὴ οἵδε οὐκέτι μέλλ. An autem verisimile sit, *Thucydidem* hoc vocabulum subaudiendum reliquisse, ad *Thucyd.* dixi. Caeterum quamuis nolit μέλλουσι exponi βραδύνουσι, tamen μελλήσομεν exposuit ὑπερθησόμεθα. Steph. Duplici hic nomine *Scholiastes* censuram meruit, cum quod coniunctionem ἐπειδὴ verbis Auctoris praefigendam voluit, clarioris sensus gratia, tum quod verbum μέλλουσι negauit ea significatione positum, qua βραδύνουσι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐσομένου χρόνου. Vtrumque sane erauit. Gramm. Τὸ γὰρ μέλλουσιν οὐχὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βρ. *Cass.* et *Rostg.* De ellipsi τοῦ ἐπειδὴ egit *Stephanus* hic in Nota ad *Thucydidem*, quam in Varias Lect. contulit *Hudsonus*.

P. 157. v. 1. Ταῦτα πάλιν πρὸς Ἀρχίδαμον ἀποτείνει] Quum dicit πάλιν, significat, etiam ante huiusmodi quid a se adnotatum esse. Sed hoc in *Editis* non inuenias. In *Rostg.* post verba, quae ad v. 1. huius col. desciipsi, adiicitur: τοῦτο πρὸς Ἀρχίδαμον λέγοντα, ὡς δεῖ βραδύνειν, quae quidem non ad illum locum, sed ad verba *Thucydidis* οὐδὲ μελλήσωμεν τιμωρεῖν pertinent.

2. Πῶς ἀψ.] Deest fortasse huic loco particula μόνον, et pro ἀλόγιστα substituendum est ἄλογα. Illa enim χρήματα et νῆες, sunt ἄψυχα et ἄλογα· tertium autem, ἵπποι, non ἄψυχον quidem, sed ἄλογον et ipsum est. Verum hic considerauda praeterea est antithesis, cuius fortasse mentionem factam inueniremus, si *Scholium* integrum esset; nam Athenienfibus quidem ἐμαρτύρησε μόνον ἄψυχα καὶ ἄλογα τινά· at suis Lacedaemoniis χρῆμά τι καὶ ἔμψυχον καὶ λογικόν· videlicet ξυμμάχους ἀγαθούς. Steph.

[4. Non eo loco, vbi G. παρόντων addidit, sed ita est in Bas.: οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν παρόντων ἀλλὰ βοῇ, tum paullo post: ἡσυχάζουσί τινες, τινὲς δὲ βοῶσιν ἐπαινοῦντες τὰ εἰρημένα.]

6. Ἐπαγαγεῖν] *Scholium* hoc ad omnia ista verba pertinet, βούλεσθαι δὲ, καὶ τοὺς πάντας ξυμμάχους παρακαλέσαντες, ψῆφον ἐπαγαγεῖν. Steph.

7. Διαπράξ.] De significatione, quam priore loco tribuit verbo διαπράξασθαι, minime dubitandum est: at de illa, quam posteriore, dubitare cogor. Idem.

9. Χρηματίσαι] *Suidas* in χρηματισάμενοι.

10. Ἰδικὴ etc.] Vult (opinor) significare, quod de alia quadam voce scribit, peculiarem esse *Thucydidi*: sed ἰδίαν ibi, non ἰδικὴν, dicit. Potest autem dici peculiaris illi ea vox, qua ante illum vsus nemo fuisset, etiamsi postea alii, eius exemplo, vsi fuerint. Steph. *Suidas* in διαγνώμη, ἡ λέξις ἰδικὴ Θουκυδίδου.

P. 159. v. 1. Θαυμαχικόν] Obserua, illum in his verbis ὑπὸ Ἑλλήνων admirationem constituere, sicut ante, pag. videlicet 137, 4. constituebat in his, τοιούτου μέντοι τούτου ξυμβάντος, καὶ σαφ. etc. Legimus enim ibi, θαυματικῶς τοῦτο φησίν· sed Θαυμαχικῶς scribo. Steph.

ib. Χώρας] Vocabulum χώρας locum hic non habere, nemo non fatebitur, vt opinor: sed quid pro eo reponemus? Multis forsitan non displicebit μοίρας· quod si de facto Lacedaemoniis peculiari loqueretur, valde mihi placeret μόρας. Verum, in quemcunque genitiuum ille mutetur, simul etiam pro αὐτὰς scribendum est αὐτῶν. Idem.

4. Χειμῶνα διαβ.] Aut mendose scriptum, aut omnino noue (vt opinor) dictum διαβιβάσαντες cum illo accus. χειμῶνα. Idem.

5. Ἐκ Σαλαμῖνος] Καὶ ἐκ Σχαλαμῖνος. *Rostg.*

6. Περιουσίαν] Scribo οὐσίαν· et praepositionem περὶ ex vocabulo περιοῦσαν, quod apud *Thucydidem* est, irrepsisse puto. Steph.

ib. Κυριωτέραν] Scribendum reor κυριώτερον. *Discrimen posuit* (inquit) *inter vrbem et muros. Et magis proprie πόλεως appellationem de domibus accipere videtur, Thucydides* videlicet. Sed potuit etiam nomen esse κυριώτερον, hoc sensu, *Et magis proprium videtur πόλεως* (id est vrbis) *appellationem de domibus accipere.* Rationem addit; *Vrbem enim muris non cinctam Lacedaemonii incolebant.* Hinc nimirum vult probare, πόλιν dici posse, et quae domos tantum, non etiam muros, seu moenia, habeat. Idem.

7. Ὅμηρος] Nisi totus *Homeri* locus afferatur, similem in eo esse vsum nominatiui pro genitiuo, cognosci non potest. Est igitur adeundus locus, qui exstat Odysseae libro μ. v. 73. Afferens autem istum *Homeri* locum, assentiri videtur iis, qui talem structuram σχῆμα Homericum vocant: quum tamen ipsemet alibi schema Atticum esse scribat. Idem. Vide quae ad *Thucydidem* IV, 70. adnotata sunt.

[Ad v. ἦλθεν ἐς πρεσβείαν Schol. cod. Bas. γράφεται δίχα τοῦ εἰς πρεσβείαν δυτικῶς. leg. πρεσβείᾳ. Mox Scnol. ἀτείχιστον adscriptum ad verba Thuc. τεῖχος ἔχοντα.]

P. 161. v. 1. Περίβολος δηλονότι] Non intelligo cum *Scholiasta* et *Interpretibus* Latinis et Gallicis ad verbum ξυνειςήκει nomen περίβολος. Et cur, si istud voluisset Auctor, potius non dixisset ξυνειςήκεισαν, cum plurali mox numero efferat τοὺς περιβόλους? Mihi certe ὅσοις ξυνειςήκει nihil aliud est, quam *ad quoscunque foedus* Ἑλληνικὸν *et societas pertinebat*, vel *quibus societas cum Lacedaemoniis et reliquis Peloponnesiis intercedebat.* Populi enim et ciuitates Graeciae, quotcunque ex conuentione et foedere contra communem Graecorum hostem, Medum, stabant, siue intra seu extra Peloponnesum essent, vnum constituebant σύςημα. Neque enim ii, qui ab hoc foedere et societate exclusi essent, de diruendis itidem muris suis sollicitandi erant. Caeterum ad significationem τοῦ συνίζασθαι, quam suppono, probandam exempla nemo Graecae linguae gnarus, vt puto, requiret,

quippe quae satis magna copia Historici suppeditabunt, ipsumque *Thucydidei* operis initium hoc dabit: καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιςάμενον πρὸς ἑκατέρους. Et certi sumus, de sensu, quem dedimus hisce ὅσοις ξυνειςήκει, litem a nullo peritiore nobis mouendam esse. GRAMM.

3. Διὰ δὲ τοῦ ὑπ.] Nimis longe petita videtur haec nominis ὕποπτον expositio: sicut et nimium subtiliter inquirit (meo quidem iudicio) in illud loquendi genus τὸ βουλόμενον τῆς γνώμης· quum et alibi hunc genitiuum apud *Thucydidem* παρέλκειν videamus. Ideoque hanc *Vallae* interpretationem probo, *quid vellent ac suspicarentur non patefacientes illi quidem Athenienſibus.* Ac ne hoc quidem placet, ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις καὶ τὸ ὑποτοτούμενον ἀποκρύπτεται· nam etiam ἐν τοῖς φίλοις hoc fieri nonnunquam videmus. STEPH.

[4. οἷον ἐξ ἧς· σημεῖον ἐξ ἧς Bas.]

6. Ἐπέρχεται] De ista verborum ἐπέρχεσθαι et παρέρχεσθαι differentia in proxima dicam annotatione. STEPH.

7. Οὐκ ἀκριβὴς ἡ παραγραφή] Hoc scholium ad hanc loci istius partem nullo pertinere modo potest: quum in eo de duobus verbis agatur ἐπέρχεσθαι et παρέρχεσθαι, de quibus et modo dictum fuit. Nec dubito quin illa παραγραφὴ quam ἀκριβῆ fuisse negat, de his ipsis verbis ageret. Quum autem deprauatus sit hic locus, videor mihi assequi coniectura quomodo suae integritati sit restituendus, quamuis non assequor itidem quid illa παραγραφὴ censura dignum iudicaret. Nam si pro his αὐτοὺς γὰρ οὐ τοὺς, scribatur, αὐτὸς γὰρ οὕτω, locum hunc, paucis mutatis, restitueris. Sed post λέγει ponenda tantum hypostigme fuerit. Sequuntur enim verba quae ipsum (*Thucydidem* videlicet) de Athenienſibus dixisse scribit. Ac de illa quidem paragraphe dicam et postea. Quod autem de differentia verborum παρελθεῖν et ἐπελθεῖν addit, verum non puto: ideoque merito, tanquam rem sibi quoque dubiam proponens, dicit μήποτε. Sed occasionem suspicandi, talem esse verbi ἐπέρχεσθαι significationem, praebuisse illi videtur hic locus, in quo, οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, de eo dicitur qui per multos iam dies ἔρχεσθαι distulerat. Atque vt hic dixerat ἐπέρχεται, ita huius verbi participio vtens dicit paulo post de eodem Themistocle, ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις. Ad verbum autem alterum παρέρχεσθαι seu παρελθεῖν, quod attinet, ne illud quidem quod de eo dicit, videlicet significare τὸ αὐτίκα, ex eo quem attulit loco probari potest. Ad praecedentem vero illam differentiam vt veniam, qua traditur ἐπέρχεσθαι quidem de peregrino, at παρέρχεσθαι de ciue dici, in ea, quantum ad verbum ἐπέρχεσθαι attinet, respici constat ad vsum quem habet ἐπέρχεται, ad illud inquam respici quod hic de peregrino dictum sit: sed considerandum erat non minus de peregrinis dictum esse supra παρελθόντες p. 49. Sic autem et aliae inter quaedam vocabula differentiae ab hoc *Scholiaste* afferuntur, quibus non sine cautione assentiendum est. Nunc vero audi quod mihi in mentem de illa paragraphe venerit. Suspicor, hanc annotationem, qua differentia verborum ἐπέρχεσθαι et παρέρχεσθαι traditur, adscriptam illi *Thucydidis* loco qui habet ista verba, ὅτι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, appellari παραγραφήν. Ideoque post verba illa, ἐπέρχεται ὁ ξένος, παρέρχεται ὁ πολίτης (quae sint illius παραγραφῆς verba) hanc eius reprehensionem (expunctis illis duabus ex *Thucydide* sumtis vocibus αὐτοὺς ὑπολειφθῆναι) sequi debere, οὐκ ἀκριβὴς ἡ παραγραφή· vt reprehensor ille et velut censor qui hic introducitur, illi de horum verborum differentia annotationi eum ipsum *Thucydidis* locum opponere, deinde in vicem illius differentiae aliam a se excogitatam substituere dicatur. IDEM. Vid. ad *Schol.* p. 49.

8. Κατ' ἀρχάς] Haec omittunt *Suidas* in παρελθεῖν, et *Scholiastes* Demosthenis ad orationem περὶ τῶν ἐν Χερρόν. p. 58. Contra a *Scholiaste Cass.* absunt illa, χρόνῳ διαπράξασθαι. Et possunt abesse sine damno sententiae. *Scholiastes* Demosthenis etiam habet χρόνῳ δὲ, τοῦτο. *Salmasius* ad Achillem Tatium p. 664. ita citat: τὸ ἀναβαλλόμενον χρόνῳ διαπράξασθαι.

P. 163. v. 1. Τοῖς ὀφθαλμοῖς] Defendam hic nostrum *Scholiasten* aduersus eam, quae in promtu esse videtur reprehensionem; σκεψάμενοι enim ab illo ita exponi, ἰδόντες τοῖς ὀφθαλμοῖς δηλονότι, quis primo adspectu non carpat? Sed vicissim in promtu est defensio, si quis attente verbum *Thucydidis* cum illa explicatione conferat; nam qui inepte adderetur datiuus post ἰδόντες, nequaquam inepte addi dici potest post σκεψάμενοι· id est, nos de illo tanquam subaudiendo admoneri, ad ponendum inter alteram vocabuli illius significationem et hanc (quae alioqui rarior est) discrimen. STEPH. Add. quae adnotat in *Proparasceue* p. 585.

4. Τὸ σχῆμα πλάγιον] Ita vocare videtur eam orationis structuram, quae talis est vt oratio vel διηγηματικὴν vel μιμητικὴν formam habeat. Vide plura in mea quae proxime sequitur annotatione. STEPH.

5. Κακῶς] Haec verba, κακῶς καὶ τοῦτο παραγέγραπται, et quae illis subiungantur, alicuius sunt itidem censoris, hanc σημείωσιν (si ita vocanda est) reprehendentis, τὸ σχῆμα πλάγιον· δύναται γὰρ καὶ ὡς ἀπὸ Θεμ. et verba haec παραγραφὴν vocantis. Atque ideo dicitur non τοῦτο, sed καὶ τοῦτο, quod alia iam παραγραφὴ paulo ante reprehensa fuerit: ea videlicet de qua meam et ipse sententiam protuli. Quod si et de hac proferenda est, non immerito eam reprehendi dixerim. Quomodo enim ita loquutus *Thucydides* dici potest, vt illa vel tanquam ab ipso, vel tanquam in *Thucydidis* persona dicantur? nam si Themistocles loquens induceretur, non diceretur, ἡ μὲν πόλις σφῶν, sed potius ἡ μὲν πόλις ἡμῶν· deinde non βουλονται, sed βούλεσθαι, omisso etiam nomine Λακεδαιμόνιοι· quin etiam alia aliter in sequentibus efferrentur: ac talis denique oratio Themistoclis esse deberet, ἡ μὲν πόλις ἡμῶν τετ. ἤδη, ὥςε ἱκανὴ εἶναι σ. τοὺς ἐνοικ. ἐν αὐτῇ· εἰ δέ τι βούλεσθε ὑμεῖς ἢ οἱ ξυμ. πρεσβ. παρ' ἡμᾶς, ὡς πρὸς διαγ. τολοιπὸν ἔρχεσθε τά τε σφίσιν αὐτοῖς καὶ τὰ κοινά. At in sequentibus habemus ἔφασαν, tanquam non a Themistocle solo sed ab aliis simul illa dicerentur. Enimvero alius hic modus superest; nam merito quidem, vti dixi, παραγραφὴ illa reprehensa fuit, quae ambigui-

tatem conſtituit vbi nulla eſt (non futuram tamen vllo modo periculoſam, ideoque cenſura haud dignam) ſed quum hic reprehenſor dicere debuerit, *ἀντικρυς γὰρ τοῦ Θουκυδίδου ἐϛὶν ἡ φωνὴ*, dicentem audimus, *ἀντικρυς γὰρ τοῦ Θεμιϛοκλέους ἐϛὶν ἡ φωνή*· quum tamen non poſſe haec in Themiſtoclis perſona dici, aperte oſtenderim. Aut igitur librarium *Θουκυδίδου* in *Θεμιϛοκλέους* mutaſſe, aut illum *Scholiaſtem* non ſatis attente locum expendiſſe, et dum illius *παραγραφῆς* auctorem reprehendit (merito alioqui, vt ante docui) ipſi quoque aliquid reprehenſione dignum excidiſſe, dicendum eſt. STEPH. *Κακῶς καὶ τοῦτο*, et omnia quae deinde in *Edd.* leguntur vsque ad *πρέσβεις πέμπειν* abſunt a *Caſſ.*

7. *Κατὰ κοινοῦ τὸ ἐδόκει*] Male. Non enim *ἐδόκει*, ſed *ἔφασαν κατὰ κοινοῦ* hic intelligendum. GRAMM. [Cod. Baſ. non *κατὰ κοινοῦ* ſed *ἀπὸ κοινοῦ* hic et in ſeq. Schol.]

10. *Ἴσον τῶν ἄλλων*] Obſeruandum hic quoque *ἴσον* cum genitiuo, *ἴσον τῶν ἄλλων*, pro *ἴσον τοῖς ἄλλοις*· ne altero in loco librarii errorem eſſe putemus. Simul etiam illud *κατ' ἐκείνους* pro *ὁμοίως ἐκείνοις*, id eſt, *aeque atque illos*, de quo admoneam dignum eſſe videtur. Immo vero totum hoc ſcholion dignum cenſeo, quod Latine interpreter: quum eo locus alioqui obſcurus optime exponatur. Perinde igitur eſſe dicit hic *Scholiaſtes*, ac ſi legati illi haec loquerentur, *Niſi muros ſicut caeteri habeamus, ne eandem quidem in bellis ſententiam habituri ſumus. Fortaſſe enim, quum hoſtes venerint, nos quidem non pugnandum, ſed compoſitionem faciendam cenſebimus, quod muris careamus: at caeteri dimicandum. Fieri enim non poteſt, vt qui caeteris par non eſt, aeque atque illi bono ſit animo, et eandem ſententiam ferat.* Intellige autem *qui caeteris par non eſt*, vel *aequalis*, viribus. At vbi verti, *ne eandem quidem in bellis ſententiam habituri ſumus*, eam quae hic eſt lectionem minime ſequutus ſum, ſed *πολεμίοις* in *πολέμοις* mutaui. STEPH. *Κατ' ἐκείνους* non ſunt in *Caſſ.*

P. 165. v. 3. *Μηχανῇ*] In marg. *Roſtg.* ad vocem *οἰκοδομία* ſcriptum erat, *τὸ οἰκοδομία τινὲς ὀξύνουσι.*

5. *Ἀπὸ βάσεων ἀνδρ.*] Fortaſſe haec expoſitio ad vocem *λίθοι* potius quam ad *ξῆλαι* pertinet. STEPH.

ib. *Γεγλυμμένοι*] *Ἐγγεγλυμμένοι Roſtg.* Melius quam *γεγλυμμένοι.*

6. *Ὅμηρος*] Odyſſ. σ'. v. 358. Hoc abeſt a *Caſſ.*

7. *Ἀρξάμενος* etc.] Fallitur in eo quod *ὑπῆρκτο* perſonale verbum eſſe putet, id eſt, verbi perſonalis locum hic habere: quum imperſonale eſſe vel ex eo appareat, quod dicit *ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς*· ſi enim de Themiſtocle illud intelligi voluiſſet, non *ἐκείνου* ſed *ἑαυτοῦ* dixiſſet. STEPH.

8. *Πρὸ δὲ τῶν Μηδ.*] Vide notas ad *Chronicon Marmoreum*, p. 78. HVDS.

9. *Δύναμιν, ἤγουν Θαλασσίαν*] Deſunt *Caſſ.*

12. *Ὑπαντ.*] Pro *ὑπαντώσαις* et *συνεζευγμέναις* ſcribo *ὑπαντῶσαι* et *συνεζευγμέναι*, vt his participiis exponatur illud *ἐναντίαι*. STEPH.

P. 167. *V.* 2. *Ἀποτροπὴν ποιεῖν*] Verbum *ἀφιϛάναι* exponendo (quae expoſitio parum placet) acculatiuus *ἐπιθέσεις*, quo explicatur vocabulum *Thucydidis* in genitiuum vertendus erat, dicendumque, *ἀποτροπὴν ποιεῖν τῶν ἐπιθέσεων*. STEPH. Pro *ἀποτροπὴν ποιεῖν Caſſ.* habet *ἀποπέμπειν.*

ib. *Ἐπιθέσεις*] Haec vox *ἐπιθέσεις*, expoſitioni vocabuli *Thucydidei* adhibita, oſtendit, eum alteram lectionem, videlicet *ἐπιβολὰς*, agnouiſſe. STEPH.

3. *Νοήσας· διὸ καὶ ναύμαχος ἐκαλεῖτο*] Non ſunt in *Caſſ.*

4. *Τοὺς Πέρσας*] Rectior eſſet huius loci ſcriptura haec *τοῖς Πέρσαις ἐᾶσον εἶναι διὰ θαλάσσης ἢ διὰ γῆς ἔρχεσθαι.* STEPH.

5. *Τῇ γνώμῃ δηλονότι Θεμιϛοκλέους*] Hoc ſcholion ſuperuacuum eſſe cenſet *Stephanus* in *Proparaſceue* p. 578. [472. h. ed.]

8. *Κατεχάλασαν*] Nec *κατεχάλασαν* poſſum admittere, nec quod illi ſubſtituere poſſim verbum inuenio. Quid ſi vero *κατεναυμάχησαν* reponendum dixerim? STEPH.

9. *Καταβαλεῖν*] *Καταλαβεῖν Caſſ.* et *Roſtg.* Ita coniecerat *Aem. Portus*, et in *Suida*, in quo eadem leguntur v. *πολιορκῆσαι*, e *Mſſ.* reſtituit *Kuſterus.*

P. 169. v. 2. *Ἐφάνη*] Pro *ἐφάνη* (quod ferri non poteſt) *Φανείη* ſcribendum videtur. Niſi forte illum his verbis *ᾗ ἂν Φανῇ* illa *ᾗ Φαίνοιτο* exponere maluiſſe putandum eſt. Dixi autem illud *ἐφάνη* non poſſe ferri, quod nullo conuenire modo queat cum *καταϛησόμενοι*· at cum *καταϛησόμενοι* (ſi locum habere hic poſſet) conueniret quidem *ᾗ ἐφάνη*, ſed *Thucydides* ei non videtur ſubiuncturus fuiſſe *ᾗ Φαίνοιτο*. STEPH.

5. *Ὅ ἐϛι δημόσια*] Deſunt *Caſſ.*

10. *Χείρους τῶν πρ.*] Inter *χείρους* et *τῶν Λακωνικῶν πραγμάτων* aliquid deeſſe fateamur neceſſe eſt. Fortaſſe autem *τὸ ἐλλιπὲς* ita ſuppleri poſſit, *καὶ χείρους περὶ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων τῶν Λακωνικῶν γένωνται.* Niſi *διαχείρισιν*, aut aliud ſynonymum quis malit. Non minus certe *διαχείρισιν* quam aliud vllum probauerim: quoniam *Thucydidea* vox eſt et quidem non longe petenda, quum paulo infra ea vtatur: vbi ſcribit, *καὶ διαχειρίσει πραγμάτων.* STEPH.

11. *Ἀπαλλαξείοντες*] E *Thucydide* laudat, et *ἐπιθυμίαν ἔχοντες ἀπαλλαγῆναι* exponit *Suidas.*

Pag. 171. *V.* 3. *Πάντα γὰρ κοινῇ*] *Πάντες γὰρ κοινῶς. Roſtg.*

4. *Ἐν τῇ πεντηκονταετίᾳ*] Deſunt *Caſſ.* *Ἐν τῇ πεντηκονταετηρίδι. Reg.*

6. *Ἐμποδίζοντας*] Non placet *προστυγχάνοντας* ita exponi; ac malim intelligere *Interuenientes.* STEPH.

Ibid. *Ἢ χρόνῳ*] *Ἢ τόπῳ. Caſſ.*

ib. *Ἔγραψεν*] Admitti non poteſt *ἔγραψεν*, quoniam negaret quod ſtatim fatetur, quum dicit *ἀλλ' ὅτι ὅμως γέγραπται*· mutandum igitur illud *ἔγραψεν* in *εἴρηκεν*· nam *οὐχ ὅτι ἤδη εἴρηκεν*, conueniet cum his quae ſequuntur, *εἰ καὶ μήπω εἴρηται.* STEPH. *Ὅμως* non habet *Caſſ.*

7. *Τὴν ἐκτροπήν*] Addunt *Caſſ.* et *Roſtg.* *τὴν παράβασιν, ἢ μετάβασιν.*

9. *Τὰ Τρωϊκὰ* etc.] *Scholium* hoc non ſcriptum eſt in iſta verba, *ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικὰ*, ſed in haec quae prae-

cedunt, τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικά. Nam res Troianae, Amazonicae, Thracicae, res a Graecis in bello Medico (id est Persico) gestas praecesserunt. Sed obiter addam *Vallae* interpretationi deesse hic vocabulum *Graecas;* quum enim in ea legamus, *scribentibus aut res ante Medicum bellum gestas, aut ipsum bellum Medicum*, non dubium est quin scribendum sit *res Graecas*, vt *Thucydides* post τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν addit Ἑλληνικά. Qua de re iam monui. STEPH.

P. 173. v. 1. Δύο Ἠιόνες etc.] Nugas agit *Scholiastes*, existimans, hic *Thucydidem* de portu Amphipoleos loqui, et aliam adhuc praeter portum istum alibi in Thracia vrbem exstare eiusdem nominis: nam Eion ad ostium Strymonis sita, xxv. duntaxat stadiis [teste *Thucydide* l. 4. p. 298.] ab Amphipoli remota, commodissime pro Amphipoleos portu haberi potest, licet emporium fuerit satis celebre: nam Ἠών *Lycophronis* et Ἠιὼν *Thucydidis* diuersa oppida non sunt. *Berkelius* ad *Steph. Byzant.* p. 378. HVDS.

2. Λυκόφρων] vers. 417.

6. Ἀπὸ κοινοῦ ἐδουλώθη] Non potest tamen subaudiri ἑκάσῃ cum ἐδουλώθη, quum hoc verbum non datiuum sed nominatiuum postulet: sed hoc annotatur quod perinde sit ac si dictum esset, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάσῃ, ὡς αὐτῇ ξυνέβη· nam cum hoc ἑκάσῃ apte verbum ἐδουλώθη subaudietur. STEPH.

ib. Ἔκδειαι ἑκούσιον] Immo vero ἔκδειαν vllam esse ἑκούσιον credibile non est. IDEM. Habet haec etiam *Suidas* in ἔκδεια.

7. Τὸ μὴ θέλειν στρατεύεσθαι] *Suidas* v. λειποστράτιον.

9. Τὸ δὲ ἐν ἡδονῇ] Parum placet, quod ἐν ἡδονῇ exponit ἐν ἱλαρότητι· existimo enim eum intelligere, *illorum imperium non amplius gratum et acceptum fuisse.* Vel, *illorum imperium non amplius eiusmodi fuisse vt placeret.* STEPH.

P. 175. v. 2. Παροξυτόνως] Haec quoque leguntur in *Suida* v. ἀντιπέρας. Addit, ἀντιπέρας Θάσσου μέταλλά ἐσι χρυσοῦ· quae pertinent ad haec verba *Thucydidis* ἐν τῇ ἀντιπέρας Θρᾴκῃ.

6. Διὰ τὸ περιῤῥ.] Ita *Thucyd.* l. 4. p. 298. HVDS.

9. Τοὺς δούλους etc.] Alii seruos Lacedaem. Εἵλωτες dictos esse volunt ab ἑλεῖν. De *Helotibus* vide *Cragium* de Rep. Laced. l. 1. c. 11. et *Meursii* Miscell. Lacon. l. 2. c. 6. IDEM. Eadem, quae *Scholiastes*, habet *Suidas* v. Εἵλωτες.

P. 177. v. 2. Λακεδαιμονίων] Post haec in *Reg.* et *Rostg.* ad verba ὅσα ἔδει scriptum erat, ἀναλωθέντα ἐν τῇ πολιορκίᾳ. Mox post Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων *Rostg.* habet, κατὰ τὸν Ἀριστείδην. *Aristides* verbo hanc rem tangit in Orat. II. Leuctrica p. 148

3. Τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ] Hic quoque illi assentior, δὲ pro γὰρ positum esse dicenti. Possit tamen non incommode reddi Latine et particula *at.* STEPH.

ib. Τῆς τέχνης δηλονότι] Haec potius pertinent ad vers. 48. respicit enim ad id quod περὶ τοῦ τειχομαχεῖν dictum est, quasi hoc sit τέχνης opus. IDEM.

6. Ἰδίωμα etc.] An hoc sit *Thucydidis* idioma, in dubium vocari potest: sed hoc saltem constat eum et alibi hoc vti; vt p. 73. ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. IDEM. Add. *Stephanum* Append. ad Scripta al. de Dialect. p. 130.

P. 179. v. 2. Αὐτοὺς βοηθεῖν] Scribe αὐτοῖς βοηθεῖν. STEPH.

3. Πηγαί] *Plinio aliisque* Pagae. HVDS.

5. Τῆς ἀποχ.] Non videtur subaudiendus esse hic genitiuus τῆς ἀποχάσεως, quum verisimile sit, fuisse illum contentum dixisse, ἀπέχησε, quod hic exponit, ἐποίησεν ἀποχῆναι. Intelligendum igitur potius, illum imperio suo subiecisse eos, qui ipso auctore ab Artaxerxe defecerant. STEPH.

6. Ἰναρόχου] Scribe Ἰνάρου. HVDS.

9. Ἐπιδαυρίων] Addit *Rostg.* πρὸς Κορινθίους.

P. 181. v. 1. Αὕτη ναυμαχία] Αὕτη ἡ ναυμαχία *Cass.*

5. Ὑπὸ γερόντων] Non tamen dixit *Thucydides* in hoc Athenienſium exercitu fuisse tantum τοὺς πρεσβυτάτους, sed et τοὺς νεωτάτους. Adde quod totus exercitus ex his non constabat. At vero quod scribit de Corinthiis, quasi illorum exercitus ex iuuenibus tantum constaret, vndenam scire potuit? STEPH.

6. Μετὰ βοῆς ἐξελθόντες] Ex hac expositione satis patere multi existimabunt, vocabulum ἐκβοήσαντες ab isto *Scholiaste* agnosci: sed fallentur. Nam et pag. seq. verbum quoque ἐβοήθησαν ab illo exponi videbimus ἔδραμον μετὰ βοῆς· atque adeo βοηθέω scimus dici quasi βοῇ θέω, id est σὺν βοῇ vel μετὰ βοῆς θέω. Quod si tamen ab illo ἐκβοήσαντες agnoscerentur, ego alterum participium nihilominus huic praeferrem, vel ea de causa quam paulo ante dixi. IDEM.

P. 183. v. 2. Δωριὰς Ἀττικῶς] Scribendum puto Δωριᾶς, si est pro Δωριέας. IDEM.

8. Βούλονται] Ἐβούλοντο *Cass. Rostg.* [Recepit G.]

P. 185. v. 3. Ἐπὶ βλάβης] Non dubium est, quin ἐπὶ βλάβῃ scribendum sit. Non est autem quod putemus verbo περιέπλευσαν vllam βλάβης significationem includi: nec video cur hac de re, videlicet hoc factum ab illis fuisse ἐπὶ βλάβῃ τῆς Πελοποννήσου, monendum lectorem censuerit, quum id, vel ipso tacente, futurum illi manifestissimum foret. STEPH.

6. Ἀεὶ ὡς τίμιον] Mirum quod huius rei habeat argumentum, *Thucydidem* semper nomen Persae tanquam honorificum accipere. Nullum certe huius rei ne leue quidem indicium apud *Thucydidem* inuenire potui. Quid? an dicemus eum ad hoc respexisse quod sicut hic, ita etiam paulo ante non simpliciter Πέρσην, sed ἄνδρα Πέρσην dicit? Atqui eodem modo ἄνδρα Σπαρτιάτην dicit, et aliis nominibus ἐθνικοῖς itidem illam vocem praefigit. IDEM.

Pag. 187. V. 2. Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ] Suspicetur quispiam fortasse eum verba haec ἐν Αἰγύπτῳ post vocem πράγματα legisse: quum verisimile sit illum alioqui suum δηλονότι post ἐν Αἰγύπτῳ positurum fuisse. IDEM.

P. 189. v. 1. Αὐτούς] Scribo αὐτόν. IDEM.

2. Ὑποσικτέον] Merito de hac interpunctione admoneret, cum dicit, εἰς τὸ πέραν ὑποσικτέον, id est, *post πέραν est interpungendum* (ita enim solet loqui, non autem praepositione μετὰ vti) quoniam alioqui πέραν cum

ſequente genitiuo iungendum videretur. Quod certe a *Valla* factum fuit: qui vertit, *et transmiſſa Acarnania, ad Oeniadas in expeditionem ierunt.* Eſt autem talis haec ſtructura, qualis quum dicitur paulo ante, τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον· et alibi τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα. IDEM.

4. Χαιρώνειαν καὶ Κορώνην] Vocabula haec nequaquam huc pertinent: (quid enim Aegypto cum his vrbibus, aut quid his vrbibus cum Aegypto?) ac videndum ne annotata eſſent in verba iſta huius pag. v. 71. ἐπὶ τὰ χωρία ταῦτα. Caeterum alteram illam Boeotiae vrbem non Κορώνην, ſed Κορώνειαν, in fine etiam huius pag. vocari videmus. IDEM.

8. Ταῦτα ταχέως] Ταῦτα τὰ χωρία. *Roſtg.* [Ita et Baſ. Itaque ταχέως in his deeſſe videtur.]

ib. Ὀρχομενὸς Θηλυκῶς] Maſculini generis eſt et apud *Thucydidem* p. 283. et p. 355. HVDS.

Pag. 191. *V.* 4. Ἀνακόλουθον γάρ.] Non videtur animaduertiſſe genitiuum abſolutum eſſe, διαβεβηκότος Περικλέους, aut quocunque talis genitiuus nomine eſt appellandus: perinde ac ſi diceretur, μετὰ τὸ διαβεβηκέναι Περικλέα· vel, ἐπειδὴ διαβέβηκε Περικλῆς· aut διεβεβήκει. Quod quum ita ſit, apte ſubiungitur, ἠγγέλθη αὐτῷ, minimeque ἀνακόλουθον hic eſſe dici poteſt. STEPH.

5. Εἰρηνικὴν ἔποι.] Scribendum potius καὶ εἰρηνικὴν κατές. IDEM.

P. 193. v. 1. Ἥτις νῦν Ὧρ.] Idem plane teſtatur *Strabo* l. 10. in initio. HVDS.

3. Καινοτομῆσαι] Quae poſt καινοτομῆσαι eſt interpunctio poſt πολιτείαν ponenda eſt. Nam καινοτομῆσαι τὴν πολιτείαν illi id ſonat quod a *Thucydide* dicitur νεωτερίσαι τὴν πολιτείαν· quum alioqui verba haec abſolute potius ponantur. STEPH.

[4. In Baſ. pro τῶν Ἀθην. eſt Ἀθηναίοις διὰ τοὺς ὁμήρους.]

6. Σάρδις etc.] Vide *Holſtenium* ad *Stephanum* περὶ πόλεων. HVDS.

P. 195. v. 3. Τρισὶ τάγμασι] Non placet haec expoſitio, nec poſſe ferri eam exiſtimo. STEPH. Vide *Caſaubonum* notas ad *Polybium* p. 178. HVDS. Pro τάγμασιν in *Caſſ.* erat τειχίσμασι.

4. Ὅτι Στησαγ.] Hic locus ex eorum numero eſſe videtur in quibus ὅτι pro σημείωσαι ὅτι dicitur. STEPH.

7. Τὸ πᾶν] Dicit ἀθρόον ἐκτίσαι τὸ πᾶν, pro ἀθρόα ἐκτίσαι τὰ πάντα· perinde ac ſi non χρήματα ſed ἀργύριον *Thucydides* ſcripſiſſet. IDEM.

P. 197. v. 4. Ἤγουν, οὐκ ἦν.] Immo aliud ſonat οὐκ ἀνασχετὸν ποιεῖσθαι, quam οὐκ ἀνέχεσθαι· ac fieri poteſt vt quis ἀνέχεσθαι cogatur quod tamen οὐκ ἀναστετὸν ποιεῖται, id eſt ἠγεῖται, vt aliquando loquuntur. Neque vero tempus tempori reſpondet, niſi ἠνείχοντο ſcribatur. IDEM.

5. Τοῦ συγγραφέως ἡ λέξις] Non debuit dicere vocabulum ἐπιχειρητέα eſſe *Thucydidis*, quod eius terminationem eſſe *Thucydideam* cenſeret, poſito videlicet ἐπιχειρητέα pro ἐπιχειρητέον. Ac ne terminatio quidem illa, *Thucydidea*, id eſt *Thucydidi* peculiaris comperietur. Niſi forte frequentior huius apud eum quam apud quemquam alium vſus, idioma eius vocari poteſt; eodem enim modo apud eum παραδοτέα, et διακριτέα, et τιμωρητέα, item παριτητέα, nec non πολεμητέα, dicuntur, pro παραδοτέον, διακριτέον, etc. STEPH.

5. Τὸ ἑξῆς, κατὰ κρ.] Has voces κατὰ κράτος iungit illis verbis νίκην ἔσεσθαι, non autem participio πολεμοῦσι, quum tamen dici ſoleat πολεμεῖν κατὰ κράτος. Neque vero, ſi haec aenigmatice de magna illa peſtilentia ab Apolline praedicebantur, ideo minus κατὰ κράτος cum πολεμοῦσι poſſe iungi videtur, vt ſignificetur illam expugnatum tandem iri, ſi eam totis viribus oppugnarent. IDEM.

6. Κυρῶσαι] Verbum iſtud ἐπαγαγεῖν, per ſe, id eſt ſine adiunctione ſignificare non poteſt κυρῶσαι· ideoque accuſatiuum ψῆφον huic praefigere neceſſe eſt. Sic autem ſtatim poſt ψηφίσασθαι exponit διὰ ψήφου ἐπικυρῶσαι. Verum quod ad priorem illum locum attinet, in quo ψῆφον ἐπαγαγεῖν dicitur, videndum annon potius dicendum ſit, ψῆφον in eo σκέψιν ſignificare, vt p. 80. vbi dicitur, ψῆφον ἐπήγαγον, ipſemet exponit. IDEM.

P. 199. v. 2. Προτιμᾶν] In hac expoſitione, qua προσκοπεῖν eſſe dicit προτιμᾶν, reſpicit ad προτιμῶνται, quod ſtatim ſequitur: ſed hanc ſignificationem verbum προσκοπεῖν non admittit. Ac multo aptior expoſitio iſta videtur, *prouidendi partes* (ſeu *proſpiciendi*) *prae aliis ſuſcipere;* vel potius, *prouidendi officio* (ſeu *proſpiciendi*) *prae aliis fungi.* Sed animaduertendus eſt alius quam vulgaris vſus praepoſitionis πρὸ in verbo προσκοπεῖν, hoc quidem in loco: qualis eſt videlicet in προτιμῶνται. Vt enim προτιμῶνται ſonat πρὸ τῶν ἄλλων τιμῶνται, id eſt ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, ſiue μᾶλλον ἢ ἄλλοι· ita etiam προσκοπεῖν, illi reſpondens, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους σκοπεῖν, ſiue μᾶλλον ἢ τοὺς ἄλλους· ideoque in huius loci interpretatione non dixi tantum *prouidendi officio fungi*, ſed *prae aliis fungi.* Alioqui certe non dubium eſt quin in verbo προσκοπεῖν praepoſitio πρὸ, vulgarem vſum ſequendo, non aliud valeat quam quod Latine *pro* in *prouidere* et *proſpicere.* Verum et hoc addendum eſt, etiamſi hic praepoſitio πρὸ in προσκοπεῖν alio quam in vulgari vſu reſpiciat, interim tamen ſimplex ſignificationem compoſiti retinere, perinde ac ſi vna eademque praepoſitio duos ſimul vſus habere, ſiue ad res duas ſimul reſpicere poſſit. Quae res, ſi qua alia, quanta fuerit *Thucydidis* ad ſermonis νεωτερισμὸν audacia, aperte nobis teſtatur. Alius enim ἐκ πάντων non minus ante προσκοπεῖν quam ante προτιμῶνται poſuiſſet: hoc modo, τὰ κοινὰ ἐκ πάντων προσκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις ἐκ πάντων προτιμῶνται. Quid ſi vero ita *Thucydidem* vtrobique haec verba ἐκ πάντων, aut, ſi non vtrobique, at certe ante προσκοπεῖν. vbi magis neceſſaria ſunt, non ante προτιμῶνται, poſuiſſe? IDEM.

3. Προεδρείᾳ] Προεδρίᾳ *Caſſ.*

[4. in not. ad ὡμίλησαν verba *in eodem codice* pertinent ad Aug. non ad Baſ.]

4. Διαλλαγῆναι] Haec iisdem verbis leguntur in *Suida* v. διαλλαγῆναι et ἐναλλαγῆναι· niſi quod pro ἐχθροῦ ὄντος τῷ πρώτῳ Φίλῳ habet ἐχθροῦ ὄντος τὸ πρότερον.

Sed ſcripturam ſcholiorum merito praefert *Kuſterus*. *Henr. Stephanus* in margine ſui exemplaris *Suidae*, cuius vſum debeo humanitati Viri Iuris conſultiſſimi, et a noſtris ſtudiis non alieni, *Franciſci van Limborch*, pro τὸ πρότερον ſcripſerat τῷ πρότερον Φίλῳ.

10. Ἐνίκησαν] Malim ἐνικήθησαν. STEPH.

Ibid. Εὐβούλων] Potius εὐβουλοτέρων dicendum fuerit, vt in hac oppoſitione comparatiuo ἀβουλοτέρων comparatiuus εὐβουλοτέρων reſpondeat. Sed non aſſentior illi de hoc, vt non aliud, quam maior hoſtium prudentia, eius mali, cuius meminit Thucydides, cauſa exiſtimetur. IDEM.

P. 201. v. 1. Ἐνθυμεῖται ὁμοίως ὡς πιςεύει] Obſerua exponi ὅμοια tanquam aduerbialiter poſitum: quem huius nominis vſum et alibi animaduertiſſe mihi videor. Caeterum quum hic locus, qui ex obſcuris eſt, varias in partes in hisce ſcholiis verſetur, ego ab eo plane *Scholiaſte* diſſentio, quisquis eſt (nam ex diuerſis collectam eſſe huius loci expoſitionem, vel potius, collectas eſſe expoſitiones, et ἄλλως oſtendit, et alioqui multa ſunt quae indicent) qui verbo δοξάζειν idem ſignificari putat quod ante verbo ἐνθυμεῖσθαι declaratum ſit: ac potius δοξάζομεν ad datiuum τῇ πίςει reſpicere exiſtimo, vt perinde ſit ac ſi dictum eſſet πιςεύομεν. *Nullus* (inquit) *res perpendit, et inito de illis conſilio eas aggreditur eodem modo quo fiduciam de illis capit. Sed contra plerique omnes de rebus quas aggreſſuri ſunt, tanquam tutis et felicem exitum habituris opinionem ac fiduciam concipiunt: verum poſtquam in eo ſunt vt cogitata exſequantur, eorum ſecuritas, qua ſibi omnia tuta promittebant, in timiditatem vertitur, et in opere ipſo ſibi ipſis deſunt.* Vix enim ἐλλείπειν auſim hic reddere verbo *deficere*, quod non dici de iis exiſtimem, qui animum deſpondent, ſed de iis quorum conſilia (quae ἐνθυμήσεις ex illo ἐνθυμεῖσθαι vocari poſſe videntur) conſilia inquam ea, quae ad res exſequendas afferunt, illi praecedenti fiduciae minime reſpondent, ſed omnino ei imparia ſunt. Hoc denique ſibi velle Corinthii videntur: *Tale eſt hominum ingenium, vt facile quidem fiduciam ſumant de rebus quas aggrediuntur, quod eas ſibi tutas proponunt, ſed non eo conſilio eaque prudentia in illis gerendis vtuntur, vt tales eas reddant quales ſibi propoſuerunt.* Sed quaenam tanta eſſe εὐβουλία, quaenam tanta eſſe πρόνοια poteſt, vt μετ' ἀσφαλείας aggredi bellum aliquod dici poſſit? Minime certe conuenire hoc videtur cum eo quod ab Archidamo dictum antea fuit, pag. videlicet 54. de bello quouis generaliter loquente, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα· tantum abeſt vt in bello aggrediendo iſtud praecipue videndum ſit, quam nobis ἀσφάλειαν proponere poſſimus. Nam quid hoc eſt, ἀσφάλειαν in bello, quo nihil magis eſt σφαλερὸν, quaerere? Praeter eam profecto quam ipſa experientia nobis facit τῆς ἀδηλότητος belli fidem (quam ea etiam quae Marti tribuuntur, epitheta teſtantur) apud hunc ipſum Scriptorem cum alia huius rei teſtimonia habemus, tum vero iſtud, ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων. Quae quum ita ſint, qui ἀσφάλειαν in bello quaerit, quod contra belli naturam eſt, quaerere videtur. Reſpondendum puto, ἀσφάλειαν intelligi de tutis conſiliis, quatenus ea in humanam prudentiam cadunt, id eſt, quam longe humana prouidentia extenditur: ſiue, quam longe humana mens euentura proſpicere poteſt. Pro qua mea reſponſione facit quod alicubi τὸ ἀσφαλὲς et τὸ λελογισμένον copulata inueniuntur, vt apud *Dionyſ. Hal.* lib. Antiq. Rom. IX. ὅταν τὸ ἀσφαλὲς καὶ λελογισμένον ἥκιςα οἱ καιροὶ δέχωνται. IDEM. Apage vtriusque (nam gemina hic occurrit) expoſitionis taedioſas nimis ſubtilitates. Verba Auctoris ſunt: ἐνθυμεῖται γὰρ οὐδεὶς ὅμοια τῇ πίςει, καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται. Vbi τῇ πίςει non eſt, vt exiſtimant *Scholiaſtae* et *Fr. Portus* in Comment. datiuus ab adiectiuo ὅμοια regendus, ſed eſt (vt cum Grammaticis loquar) ablatiuus modi: et ἐνθυμεῖται τῇ πίςει opponitur ſequenti ἔργῳ ἐπεξέρχεται. Ὅμοια vero eſt abſolute *paria* vel *eadem*, idemque ac ſi poneretur hic aduerbium ὁμοίως. Sententiam optime reddidit ac pari breuitate *H. Stephanus* in Concionib. p. 65. *Quia nemo tali opere rem exſequitur, quali fiducia deliberat.* Aliter: *Diſſimiliter neque eodem modo ſe res habent, quando cum fiducia deliberantur et agitantur animo, ac vbi opere ipſo eas gerimus et exſequimur.* Recteque adeo Scholion, quod ad v. 34. habetur, τῇ πίςει interpretatur τῷ θάῤῥει. Ita fere quoque locutus obſeruatur Pericles apud Noſtrum, infra p. 91. Καίπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας. GRAMM.

7. Ἐνθυμούμεθα] Videmus hic aperte *Scholiaſtem* verbum δοξάζομεν exponere verbo ἐνθυμούμεθα, quaſi, quod dixerat ἐνθυμεῖσθαι, id nunc δοξάζειν dicat (licet ab vno ad alterum transiens addat, διὰ τὸ καθ' ἡσυχίαν δοξάζειν καὶ βουλεύεσθαι) verum, quum πίςις ſibi ἀσφάλειαν proponat, cur ἐνθυμήσει, ſi quidem haec eam itidem ſibi proponeret, et τῇ πίςει, inter ſe non conuenire diceret? STEPH.

9. Ἐξεπέσομεν] Magis conuenit praeſens tempus ἐκπίπτομεν. IDEM.

10. Τὰ παρακινοῦντα] De hac expoſitione quid aliud quam mendoſe ſcriptam eſſe dicendum eſt? IDEM.

11. Τὸ δυν. κεφ.] Suſpicetur quispiam τοῦ δυνατοῦ κεφάλαιον eſſe ſcribendum: verum et alibi κεφάλαια vocat τὸ δυνατὸν et τὸ δίκαιον. IDEM.

P. 203. v. 4. Εὐτρόπως] Haec pars huius ſcholii etiam in *Suida* legitur v. εὐοργήτως, qui poſt τρόπος addit παρὰ Θουκυδίδῃ. Sed non apud ſolum *Thucydidem* ita ponitur ὀργή. Vide ad *Thucydidem* p. 84. et 140.

5. Χωρισθέντας] Διαχωρισθέντας *Reg.*

6. Τὴν δουλείαν καὶ λόγῳ ἀμφιβάλλειν] Haec nota commodam ſedem non habebit, niſi ad v. 84. quo igitur hinc referenda. GRAMM.

11. Ἐπερχόμενοι] Ἐπεξερχόμενοι *Reg.*

P. 205. v. 1. Οὐ κεῖται κυρ.] At ego hunc vocabuli ξυμφοραὶ vſum reprehenſione minime dignum exiſtimo; nam quum animo non minus quam corpori mala ſua tribuamus, quinetiam non minus animi quam corporis morbos dicamus, cur mala quae illi inſunt (aut aliqua ſaltem eorum) ξυμφορὰς non vocabimus? Atque ipſemet certe, aut quicunque huius loci mentionem facit in iis quae in paginam 82. ſcripta ſunt *Scholiis*, longe aliter de vocabuli huius hoc in loco ſignificatione ſentit. STEPH.

3. "Ομηρος] Iliad. ξ'. v. 108. *Stephanus* et alii poſt eum ante verba *Homeri* non recte lineam poſuerunt, quaſi eſſet poſterior pars verſus, quum ſit principium.

5. Τὰ πάτρια] Rationem expoſitionis huius non capio. Per ταῦτα certe indicantur praeciſe illa vitia, nuper Peloponneſiis exprobrata, ἀξυνεσίας, μαλακίας καὶ ἀμελείας, atque ita recte acceperunt *Interpretes* Latini et *Ablancurtius*. GRAMM. [Nunc editum τὰ τρία.]

Ibid. Τὴν κατ.] Non puto a *Thucydide* nouam iſtam et plane inauditam ſignificationem vocabulo iſti dari: ſed tantum reſpicere ad eius a verbo Φρονῶ originem, quam vis praefixa praepoſitio ſignificationem immutarit: atque ad ſignificationem illius verbi Φρενῶ reſpicientem, quaſi quae nihilominus in eo quodammodo incluſa maneat, addere, *quae* καταφρόνησις *quia multos ſubuertit, mutato nomine* ἀφροσύνη *dicta eſt*. Mirum vero quantum hic a mente *Thucydidis* aberrarint, et quantum in loci huius interpretatione (ſi a ſui Scriptoris mente tam procul diſcedere, interpretatio vocanda eſt) et *Valla* et *Vitus* ſibi permiſerint. Ita enim *Valla: Neque tamen, vt iſta nomina fingatis, excuſationem praetendatis, quod temeritatem deuitaueritis, plerisque perniciosam; quae excuſatio quia multos decepit, contrario nomine ſui accuſatio vocatur.* Quid haec cum Corinthiorum mente, quid cum illis quibus vtuntur verbis, commune habent? praeſertim vero voci *accuſatio*, quid cum voce ἀφροσύνη eſt affinitatis? ſed *Vitus* tamen *Vallam* potius quam ſcriptorem ſuum ſequens, ita locum hunc reddidit: *Neque excuſetis vos hoc praetextu, quod noluerit is aliquid temere agere. Nam talis circumſpectio quia multis nocuit, contrario nomine ſtultitia vocatur.* At *Thucydidem* contra in hac καταφρονήσεως et ἀφροσύνης antitheſi eo reſpicere quo dixi, nihilque minus quam nomini καταφρόνησις ſignificationem ſuam mutare, oſtendo et in meis *Schediasmatis*, alium eiusdem ſcriptoris locum, vbi declarat quam ſit pernicioſa, afferens. STEPH. Καταφρόνησιν *Thucydides* hic vocat ὑπερφρόνησιν· nam κατὰ praepoſitio ſaepe vt hic loci, intenſionem ſignificat. Idem enim eſt ac ſi dixiſſet: οὐ δύνασθε εἰπεῖν ὅτι διὰ τὸ ἔχειν τὰ τρία ταῦτα, οἷον ἀξυνεσίαν, ἀμέλειαν, μαλακίαν, οὐ πολεμοῦμεν· ἀλλὰ διὰ τὴν καταφρόνησιν, ὅ ἐστι διὰ τὸ ἄγαν φρονεῖν· καταφρόνησιν γὰρ τὴν ὑπερφρόνησιν λέγει, ἤγουν τὴν ἀφροσύνην. *Suidas*. HVDS.

7. Οἱ γὰρ Λάκωνες τῶν προγόνων ἦσαν ὀλίγον εὐπορώτεροι] Haec non habet *Caſſ.*

10. Λείπει τὸ δοκεῖ] Immo in huiusmodi locis cenſetur potius eſſe verbi ἐστὶ ellipſis. STEPH.

P. 207. v. 2. "Ομηρος —] *Homericum* iſtud hemiſtichium ab iis quae hic dicuntur multi exiſtimabunt alienum: et mirabuntur curnam citatum ab eo fuerit, quum nihil habere cum hoc loco commune videatur. At ego *Homerica* haec verba, tanquam prouerbiale dictum de valde vrgente neceſſitate et re quae differri non poteſt, afferri exiſtimo: ideoque ad illa potiſſimum verba pertinere, ἀλλὰ νομίσαντες ἐπ' ἀνάγκην ἀφῖχθαι. IDEM. Eſt Iliad. κ'. v. 173.

ib. Τὸ δὲ περιμέν.] Ad iſtud quod ſcribit, περιμένοντας eſſe pro περιμενόντων, addam, quod licet auditu nouum, verum tamen (vt ſpero) fatebuntur qui diligenter hunc locum expenderint: nimirum non aliter eſſe intelligendum quam ſi dictum eſſet, ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένειν ἡμᾶς, καὶ περιμενόντων ἡμῶν, τοὺς μέν, ἤδη βλ. id eſt, καὶ ἐν ᾧ περιμένομεν. Sed videri etiam poſſunt haec partim in prima, partim in ſecunda perſona dici: vt videlicet τοὺς μὲν ad ſecundam, ſicut τοὺς δὲ ad primam referamus. STEPH.

5. Πλεονάζει] Obſeruandus hic verbi πλεονάζει vſus, pro eo quod eſt *ſaepe repetere:* vno verbo, *inculcare*. Perinde ac ſi dicas, *pluribus in locis id ponere:* ſiue, *eo vti*. IDEM.

6. Ψῆφον] In hoc loquendi genere, ψῆφον ἐπήγαγον, vult ψῆφον nunc ſignificare σκέψιν, quum antea (pag. videlicet 76.) ψῆφον ἐπήγαγον dixerit ſignificare, ἐκύρωσαν· de qua expoſitione vide quae ibi a me ſcribuntur. IDEM.

7. Τῶν Λακεδαιμονίων] Non ſolum vero πλῆθος Lacedaemoniorum, ſed et τῶν συμμάχων. Πλῆθος igitur hic *maiorem* denotat *partem*, vt accuratius hic *Valla* reddidit, quam *Enenckelius* aut *Gallicus* ille. GRAMM.

[8. In additamento Baſ. quod in nota affertur, ſcribitur: — κάρρον δὲ λέγεται — et mox inter ἐστὶν et λέξις ſpatium vacuum eſt.]

10. Τὸ κατὰ Κύλωνα] Vide *Scaligeri* Animaduerſ. in *Euſebii* Chronicon et *Marshami* Chronicon. HVDS.

ib. Ὁ τεχνογράφος] Multi ſcripſerunt τέχνην ῥητορικήν, quibus omnibus nomen τεχνογράφων commune eſſe poteſt. Sed fortaſſis deſignat *Theonem Sophiſtam*, qui in principio Capitis ſecundi Progymnasmatum ſcribit, χρὴ τὸν διδάσκαλον, ἑκάστου γυμνάσματος εὖ ἔχοντα, παραδείγματα ἐκ τῶν παλαιῶν συγγραμμάτων ἀναλεγόμενον, προσάττειν τοῖς νέοις ἐκμανθάνειν· et inter elegantium narrationum exempla eodem Capite p. 15. 22. et 50. *Edit. Lugd. Bat.* hanc *Thucydidis* de Cylonio piaculo narrationem recenſet, et *Herodoti* atque *Euphronis* de eodem narrationibus praefert. *Leo*, quem *Scholiaſtes* nominat, poteſt eſſe *Leo Alabandenſis*, vel alius. Nam plures fuerunt hoc nomine Rhetores et τεχνογράφοι, de quibus vide *Clar. Fabricii* Bibliothecam Graecam. Ceterum in iis, quae e *Theone* protuli, dubito, an diſtinctio poſt ἔχοντα tollenda, et verba ἑκάστου γυμνάσματος εὖ ἔχοντα παραδείγματα coniungenda ſint: vt *Theo* dicat, praeſtantiſſima quaeque cuiusque exercitationis exempla diſcipulis proponenda eſſe. *Interpres* illa, ἑκάστου γυμνάσματος εὖ ἔχοντα, ad διδάσκαλον retulit, et vertit, *praeceptorem ſingulorum exercitiorum peritum*. Scio illud, οὐκ οἶδα παιδείας ὅπως καὶ δικαιοσύνης ἔχει, et alia huiusmodi: ſed non credo ita defendi poſſe hanc interpretationem.

P. 209. v. 2. Ἐπὶ τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης] Ea incidit in annum tertium Olympiadis LXXII. Cyloniam piaculum in annum primum Olymp. XLV. Itaque immaniter peccauit *Scholiaſtes* ex ſententia *Petauii* Rationar. Temp. Part. II. Lib. 3. Cap. 9. *Marshamus* in Saeculo XVIII. p. 637. *Ed. Lipſ.* Cylonem Olympiade XXXV. Olympia viciſſe, et Rempublicam Athenienſium diu turbis ex hoc piaculo ortis agitatam fuiſſe ſcribit, atque ideo benigne capienda cenſet haec verba *Scholiaſtae*. Mihi verba

Graeca τὰ κατὰ Κύλωνα ἐπράχθη non videntur admittere benignam hanc interpretationem. Et si iam demus *Marshamo* ea hoc sensu accipi posse, tamen *Scholiasta* reprehensione non careret, qui de alio tempore loquens quam Auctor, quem sibi explicandum proposuerat, maximam partem lectorum in errorem inducturus sit. [Mox Schol. δυνατὸς, πλούσιος e cod. Bas. insertum.]

3. Κατέλαβον] Κατελάμβανον *Cass.*

4. Ἐπειδὴ ἐστιν etc.] Celebrata etiam erant apud Smyrnaeos et Nicaeenses. Vide *Meursii* Graeciam feriatam: l. 5. p. 216, 217. Hvds. Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ *Cass.*

5. Τυραννήσων] Ὡς τυραννήσων *Cass.*

ib. Περὶ τῆς τῶν Δι.] Scribendum censeo, περὶ τῆς τῶν Διασίων ἑορτῆς· neque enim subaudiri posse hunc genitiuum existimo, nisi vbi illius mentio praecedit. Steph.

7. Τινὰ πέμματα etc.] Porcos Ioui immolasse testatur *Xenophon*, l. 7. ἀναβάσεως· et apud *Aristophanem* Strepsiades per Diasiorum festa, τὴν γαστέρα τοῖς συγγενέσι, ventrem siue intestina consanguineis se assasse refert: vt non tantum libamentis feciisse, sed victimas quoque immolasse videatur. Vide *Petr. Castellanum* de Festis Gr. p. 73, 74. etc. Hvds,

P. 211. v. 1. Οἰκονομηθῆναι] Οἰκονομῆσαι. *Cass.*

4. Πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου] Vide *Meziriacum* ad Ouidii Epistol. Hermiones p. 272.

5. Ἡρόδοτος] Lib. V. Cap. 70.

Ibid. Ἡ δὲ ἔννοια, ἀμφίβολον] Non dubito quin scriptum ab eo fuerit, ἡ δὲ ἔννοια ἀμφίβολος. Steph. Ἡ δὲ ἔννοια, et paullo post φησὶ non sunt in *Cass.*

7. Μετὰ τὸν Κλεομένην] Haec verba respiciunt ad id quod a *Thucydide* hac pag. dictum fuit, ἤλασε δὲ καὶ Κλεομένης. Steph.

P. 213. v. 2. Τὸ ἐκβλ.] Ideo παθεῖν ἂν αὐτὸν τοῦτο, intelligit τὸ ἐκβληθῆναι, quia *Thucydides* ἐκπεσόντος αὐτοῦ dixit: tanquam videlicet ἐκπεσόντος idem valeat quod ἐκβληθέντος. Idem.

3. Τὴν ἀπὸ περιςάσεως δυσυχίαν] Pleraque horum etiam in *Suida* legi v. ξυμφορὰν, obseruauit Cl. *Wasse* ad Thucydidem.

ib. Καὶ ἐν τῇ δημ.] Credibile est addidisse τῶν Κορινθίων vel ante vel post δημηγορίᾳ. Exstat autem hic illius concionis locus p. 78. sed ibi τάδε (quod et *Scholiastes* agnoscit) scriptum est: necnon praefixa est particula negatiua οὐκ ante ἀπήλλακται. Verum quid commune habet cum loco illo is, de quo nunc agitur, ad significationem vocis ξυμφοραὶ quod attinet? Potius certe aliquam communionem cum aliis multis habet in quibus sonat quod Latine *calamitates* vel *infortunia* dicimus; cui posteriori interpretationi respondebit Graeca expositio si δυσυχίας vel κακοπραγίας esse dicamus: vt ξυμφορὰν in eo de quo nunc agitur loco δυσυχίαν et κακοπραγίαν exponit: (adiectis tamen aliis verbis quae quodammodo illorum significationem restringunt) atque ita in Periclis concione, p. 136. ξυμφοραῖς dictum legimus, χρεῶν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσαις ἐθέλειν ὑφίσασθαι. Necnon in alia concione eiusdem, quae est p. 92. πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς καὶ τὰς γνώμας τρεπομένους. Quem locum hic, paucis verbis interiectis, sequitur, ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμ. verum hic ἀποτυχίας ab eo exponi videmus, et quidem haec ipsa loci illius verba afferente. Ac, quum nunc exponat ἀποτυχίας, tamen quum ad eum locum ventum fuerit, significare dicet ἀποβάσεις, vt videbis p. 92. vbi et meam de hac expositionum diuersitate sententiam proferam. Steph.

6. Διὰ τὸ ἄγος] Verba haec, διὰ τὸ ἄγος, prima fronte videri *Thucydidea* possint, quod iis subiungatur sua expositio: non *Thucydidis* sunt tamen, sed iis explicantur haec illius verba, διὰ τὴν ἐκείνου ξυμφοράν· deinde quod dixerat breuiter διὰ τὸ ἄγος, pluribus verbis et apertius dicit, διὰ τὸ ἐκβληθῆναι αὐτὸν ὄντα ἐναγῆ. Idem.

7. Κατὰ τὴν ζωὴν] Εἰς τὴν ζωὴν *Cass.*

ib. Ταίναρον] Ταιναρὸς *Cass.* pro Ταίναρος· nam apud omnes alios proparoxytonum est. Plerique etiam τὸ Ταίναρον· *Pausanias* III, 25. *Strabo* VIII, 363. *Scholiastes* Apollonii Rhod. saepe, apud *Interpretes* Stephani v. Ταίναρος, et *Eustathius* in Dionys. Perieg. v. 498. Sed *Scylax* p. 36. *Ed. Gron.* Ταίναρος. *Stephano* Ταίναρος est vrbs, Ταίναρον templum Neptuni, quod ibi erat. *Idem* scribit Ταίναρος masculi. et foem. genere dici; masculino est in versu apud *Eustathium* l. d. καὶ Ταίναρον ἠνεμόεντα. In *Reg.* hic adscriptum erat, *qui locus dicitur vulgariter Caromalis.*

8. Χαλκίοικος etc.] Vide *Meursii* Miscell. Lacon. l. 1. c. 3. Hvds.

Ibid. Ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ] Habet etiam *Suidas* in Χαλκίοικος, exceptis his, ἢ διὰ τὸ χερεὸν εἶναι.

P. 215. v. 1. Διαφορὰ προσήκ.] Quoniam a *Thucydide* post προσήκοντές τινες additur καὶ συγγενεῖς, ne hanc adiectionem superuacaneam esse quis putet, differentiam inter haec duo esse admonet: sed qualisnam ea sit, quum ab eo addita fuisset, omissam esse a *Librario* suspicor. Steph.

2. Ἀντὶ τοῦ σοί.] Vide *Corinthum* de Dialect. et *Scholia* ad *Aristophanis* Plutum, v. 69. Hvds.

3. Γραφὴ, ἡ] Γραφὴ μὲν, ἡ *Rostg.*

ib. Ἁπλῶς νῦν] Ἁπλῶς ὡς τὰ νῦν. *Cass. Rostg. Suidas:* Γραφή· ζωγραφία· κατηγορία· καὶ ἐπιγράμμασιν. *Porsus* coniiciebat καὶ ἐπίγραμμα, quod se non adspernari scribit *Kusterus.* Apertum est ex hoc loco legendum esse καὶ ἐπὶ γράμμασιν· id est: τίθεται καὶ ἐπὶ γράμμασιν, *dicitur etiam de literis*, vel, *de scriptura.*

4. Ὄντα δηλονότι] Ad haec ἐς Βυζάντιον non intelligas ὄντα, nam pertinet ad sequens διαπέμψαι, id quod clarum satis; nisi fortasse scripserit *Scholiastes:* ὄντα ἐκεῖ δηλονότι. Gramm.

ib. Ἡ σφραγὶς τοῦ Περσῶν βασιλέως] Est hic locus vnicus de Sigillo Regis Persarum, vt putat *Brissonius* Lib. I. de Regno Persar. p. 142.

P. 217. v. 3. Τρυφηλὴν] Μηδικὴν inter versus exponebatur in *Cass.* τρυφηλὴν in marg.

4. Πρῶτόν τε] In *Cass.* et *Rostg.* addebatur, ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ δευτέρα παρουσία.

P. 219. v. 1. Καθεσθείς] Ad vocem Τρωϊάδας, quae in *Thucydide* est ante ἱδρυθείς, in *Caff.* et *Roftg.* adnotabatur, εἰσὶ γὰρ καὶ Ἀττικαί. Athenis erat Κολωνὸς Ἵππιος et Ἀγοραῖος, non Κολωναί. Vide de iis *Meurfium* de Populis Att. v. Κολωνός.

2. Τὴν ἀργίαν.] Non placet μονὴν exponi ἀργίαν· quum μονὴν ποιεῖσθαι non aliud esse putem quam μένειν· quo etiam modo dicitur aliquis a noftratibus *faire fa demeure.* At vero ποιεῖσθαι τὴν ἀργίαν Graecae linguae ignotum est. Steph. Μονὴν non lignificare hic ἀργίαν, sed διατριβήν, moram, aut commorationem (quodque haereret diutius in istis locis) certi sumus. Addantur, quae et recte de isto loco monuit *H. Stephanus* in Notis. Gramm.

3. Ἡ δὲ σκυτάλη] Vide luculentum *A. Gellii* locum, l. 17. c. 9. *Suidam* in voce σκυτάλη. *Tzetzis* Var. Hist. Chil. 9. c. 258. *Meurfii* Miscell. Lacon. l. 3. c. 6. et *Cragium* de rep. Laced. l. 4. c. 7. Hvds.

4. Μίαν] Πρώτην *Caff.* et *Roftg.* Eadem, quae hic *Scholiastes*, etiam *Suidas* habet, praeter pauca, quae sensum non mutant.

5. Περιείλουν] Περιείλιττον *Roftg.*

8 Σκυτάλην] Τὴν σκυτάλην *Caff.*

9. Τὴν παραβολήν] Quamuis hic τὴν παραβολὴν non τὴν διαβολὴν habeamus, tamen vox sequens, τὴν κατηγορίαν, expositio est alterius lectionis τὴν διαβολήν· at quae ipsi subiunguntur, eam quae hic posita est, videlicet τὴν παραβολήν, exponunt. Vtram vero sequendam existimem, a me apud ipsum *Thucydidem* dictum fuit. Steph. Assentior *H. Stephano* (quamuis dubitanter pronuncianti) duorum *Enarratorum* scholia hic exstare, quorum alter in suo Codice habuerit διαβολὴν, quae lectio in impressis praevalet, interpretatus eam recte κατηγορίαν, alter vero legerit παραβολὴν, quemadmodum in marg. annotatur adhuc, suppositituim autem censetur *Stephano.* (Confer. Var. Lect. in *Edit. Oxon.*) Nobis nihil certi definire hic visum tutius. Quod enim exempla non in promtu sint statim, ad probandam notionem istam atque vsum τῆς παραβολῆς apud scriptores veteres, Lexicaque hic, vt saepius, nos frustrentur, nulla ratio. Τὸ παράβολον certe κίνδυνον notare, tritum. Et tali significatione παραβάλλεσθαι adhiberi in hac ipsa historia Pausaniae videbis Noftro p. 86. ὡς οὐδὲν πώποτε αὐτὸν ἐν ταῖς πρὸς Βασιλέα διακονίαις παραβάλοιτο. Ac tandem quid de *Cornelio Nepote* dicemus, qui, de quo quaestio nobis iam est, *Thucydidis* locum ita prorsus expressit: *Sperans se etiam pecunia et potentia inftans periculum posse depellere?* Scio quidem ad forum pertinere etiam *periculi* vocem, *iudiciaque* et *pericula* in Latinis melioris aeui Auctoribus coniungi. At probabilius tamen videtur *Nepotem* τὴν παραβολὴν ita reddere voluisse, quam διαβολήν. Non aulim igitur improbare h. l. *Enenckelii* versionem, quae ad exemplum *Nepotis* habet: *largitionibus quoque se declinaturum periculum sperabat.* p. 53. vid. et *Gallic.* p. 118. Gramm Verba haec, τὴν κατηγορίαν· τὸν κίνδυνον, non habet *Caff.*

10. Καὶ μήν] In *Propaſcene* mea voculas καὶ μὴν objectioni seruire docui: cuius rei et hic exemplum habemus. Sed ei quam mouit obiectioni non respondet, quomodo Pausaniam vocet regem, quum esset tantummodo regis tutor. Ego eam solui posse reor, si Pausaniam regis personam sustinuisse dicamus: aut certe *Thucydidem*, quum dixit, licere hoc ephoris aduersus regem agere, voluisse a nobis intelligi, multo magis aduersus eum qui tantummodo regis tutor sit. Steph.

ib. Χρήμασι δηλονότι] Tollenda est distinctio post δηλονότι· nam cum διαπραξάμενος vtrumque vult datiuum subaudiri: atque hoc deinde exponit διακρουσάμενος τὴν κατηγορίαν. Verum, quis accusatiuus cum participio illo subaudiatur, tacere non debuit; ego certe βραχυλόγως dictum puto διαπραξάμενος quod dicendum erat τὰ πρὸς τὴν διάλυσιν τῆς διαβολῆς διαπραξάμενος. Idem. In *Caff.* prima pars huius scholii χρήμασι δηλονότι καὶ λόγοις vetusta manu minio, altera διαπραξάμενος ἡ. δ. τ. κ. recentiori et atramento scripta est.

13. Διὰ τὸ μὴ etc.] His verbis praefigendum erat τῇ τε παρανομίᾳ· illis enim constat hoc vocabulum explicari. Mutandum autem puto ἤθεσι in ἔθεσι, (licet paulo post illud item non istud legatur) et fortasse inter παροῦσι et τοῖς copula καὶ est inserenda. Vocat certe παρανομίαν *Thucydides* quod dixit pag. praecedente, Pausaniam non amplius posse ἐν τῷ καθεςῶτι τρόπῳ βιοτεύειν. Steph. In *Cod. Reg.* hoc scholion in duo diuiditur: nam ad παρανομίᾳ adnotatum est, διὰ τὸ μὴ ςέργειν τοῖς Λακωνικοῖς· ad τοῖς παροῦσι autem, τοῖς ἤθεσι τοῖς Λακωνικοῖς.

15. Ἀλλ' ἕτερόν τινα] Adi de hac re *Spanhemium* ad Callimachi Hymn. in Delum p. 391.

P. 221. v. 1. Τοῖς ἤθεσι] Si pro ἤθεσι scribi debet ἔθεσι in illa expositione nominis παρανομίᾳ, idem certe et hic faciendum fuerit. Ac pro ista emendatione facit et paginae 89. locus, vbi τῶν ἐπιτηδευμάτων exponit τῶν ἐθῶν. Scio alioqui esse quosdam locos apud *Thucydidem*, qui vtramque admittere posse scripturam videantur. Ex quibus est hic p. 136. ὅμως δὲ πόλιν μεγάλην οἰκοῦντας, καὶ ἐν ἤθεσιν ἀντιπάλοις αὐτῇ τεθραμμένους. Steph. Post τοῦ Μηδισμοῦ omnia absunt a *Caff.*

3. Δῆλον ὅτι] Scripsit fortasse ἐκ τούτου δῆλον· volens nos admonere, ex eo quod dicit τὰς τελευταίας, manifestum esse et alias ab eo missas fuisse. Sed hoc vel eo recente lectori in mentem venire poterat. Steph.

4. Τινὲς κύριον] Stulta haec dubitatio et homine indigna in Graeca lingua bene exercitato, vtrum Ἀργίλιος nomen proprium sit, an ἐθνικόν· quum istud ἀνὴρ propriis nominibus praefigi non soleat. Idem. Haud existimandus erit, me iudice, *Scholiastes* suam hanc facere dubitationem, sed aliorum potius referre. Interim videant doctiores vtrum censuram aeque effugerit *Corn. Nepos*, qui in historia hac Pausaniae, ex *Thucydide* vt videtur hausta, ἄνδρα Ἀργίλιον, *adolescentulum* vocat; atque in tota narratione, Argilii ita nomine vtitur non semel, vt suspicari merito possis, potius κύριον hoc ipsi, quam ἐθνικὸν fuisse habitum. Omnino vero reprehendendus *Dion. Lambinus*, in notis suis ad Nepotem p. 85. *edit. Francof.* 1608. in fol. *Thucydidis* verba, ἀνὴρ Ἀργίλιος, interpretatus: *Vir nomine Argilius.* Gramm.

5. Τοῦτο δέ τινες etc.] Παιδικὰ saepe pro honesto amore capitur, licet aliter accepisse videtur *Corn. Nepos.* Vide *Suidam* in voce. Hvds.

ib. Ἐρώμενος ἐθάῤῥει] Deest datiuus ᾧ ante ἐθάῤῥει, et fortasse nominatiuus ὁ ante ἐρώμενος· vt scribatur, ὁ ἐρώμενος ᾧ ἐθάῤῥει. Post haec autem, τὸ γὰρ πιςότατος ὢν, deesse puto haec, τοῦτο δηλοῖ, aut his similia: vel scriptum fuisse, τοιοῦτο γάρ ἐςι τὸ πιςότατος ὤν. Steph. Inserendum haud dubie, ante ἐθάῤῥει, relativum ᾧ. Recteque sic a *Scholiasta* exponitur Auctoris mens in istis: Καὶ πιςότατος ἐκείνῳ, id est, *et cui maxime propterea fidem habebat:* non vt Latini *Interpretes* haec reddunt; *Valla* quidem: *idemque illi fidelissimus; Eneuckelius: amasius quondam et fidelissimus ipsi;* iungendusque his *Ablancurtius: et qui lui étoit très fidelle.* At nos ἐκείνῳ vertimus *eapropter;* nec enim pronomine hoc intelligendus Pausanias, sed est ἐκείνῳ τρόπῳ, vel πράγμασι; scil. δι' ἐκεῖνο, ὅτι παιδικά ποτε ἦν αὐτοῦ, *talis ab ipso habitus, in quo prae caeteris fiduciam collocaret.* Caeterum de vltimis *Scholiastae* his: τὸ γὰρ πιςότατος ὢν videndus *H. Stephanus.* Gramm.

7. Καὶ αὐτόν] Scribe αὐτὸν, et ὡς ἂν εἰ, sicut alibi scriptum inuenies. Steph.

P. 225. v. 1. Ἀλκιθέα] Matri Pausaniae nomen fuit, si *Polyaeno* VIII, 51. credimus, Theano; si *Auctori Scholiorum* in *Aristoph.* Equites v. 84. Ἀλκαθέα· sin *Suidae* in Παυσανίας, Ἀγχιθέα. Hvds.

2. Τὸ ἐνεχῶς] Τὸ ἐνεχός. *Caff.*

4. Ἵνα δῆθεν μὴ ἀσεβήσωσιν] Apertum est haec non pertinere ad vocem ὑςέρησαν. In *Caff.* adnotantur ad ea, quae in *Thucydide* v. 82. leguntur, ἔτι ἔμπνουν ὄντα.

5. Ἐμέλλησαν] Lectionem alteram ἐμέλισαν (nam ita hic quoque scribendum est) mirum est ab hoc *Scholiaste* agnosci, et nullam alterius mentionem fieri: quum tamen pro ea quamplurimi huius scriptoris faciant loci, in quibus itidem post ἐμέλλησαν aut ἐμέλλησε subaudiendus infinitiuus relinquitur. Fortasse tamen ita scripsit hunc locum vt infinitiuum ἐμβάλλειν non post ἐμέλλησαν ex sequentibus subaudiendum, sed post εἰώθεσαν ex praecedentibus repetendum ἀπὸ κοινοῦ reliquerit. Id enim dicendum foret sicubi haec scriptura exstaret, καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν καιάδαν ἐμβάλλειν, οὔπερ τοὺς κακούργους εἰώθεισαν. Malim autem εἰώθεσαν, vt in *Cod vet.* Steph. Hoc scholion non est in *Caff.* In *Roftg.* erat ἐσκόπησαν, ἐβουλεύσαντο, ἐγγὺς ἐγένοντο.

ib. Τόπος ὁ Καιάδας] *Caff.* Ὁ Κεάδας τόπος· et paullo post τοῦ Κεάδου.

6. Τὸ σῶμα.] Violenta nimis ista expositio, qua dicitur sepulcrum de corpore vel potius cadauere quod ei impositum est intelligi. Quod si loquutus ita esset *Thucydides*, audacia plusquam poëtica atque adeo dithyrambica vsus esset: quamuis enim saepe continens pro contento ponant, non tamen hac quoque in re figura illa vtuntur. Quo igitur sensu transferri sepulcrum dici potest? audax (ac nouum etiam fortasse) hoc loquendi genus esse fateor: sed qui sepulcrum alicui alio in loco exstruit, deinde corpus in id transfert, ipsum quodammodo transferre sepulcrum videtur. Steph.

7. Προπυλαίῳ] Ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἱεροῦ προαςείῳ. *Roftg. Suidas* quoque προπύλαια, ἡ προάςεια exponit: *Hesychius*, προπύλαια ναῶν. Vide *Spanhemium* Dissertat. IX. de Praestant. et Vsu Numism. p. 716. et *Kuhnium* ad Pollucem I, 6.

ib. Τοὺς ἀνδριάντας.] Post illa verba deesse credideram participium τιθέντες, aut aliud huiusmodi; neque enim illum accusatiuum cum verbo ἐσοφίσαντο iungi placet. Vtitur autem verbo σοφίσασθαι et col. seq. Steph. *Diodorus Siculus* tradit corpus Pausaniae propinquis esse concessum, vt sepulturae mandaretur, sed Apollinem Lacedaemonios iratum, quod supplicum perfugium violassent, consultum respondisse, *supplicem deo restitui oportere:* quod cum fieri non posse viderent, pro vno corpore viuo duas statuas Pausaniae posuisse. *Herodotus* autem de concesso propinquis Pausaniae corpore nullum verbum facit, sed Deum consultum iussisse Lacedaemonios, *duo corpora pro vno Mineruae Chalcioecae reddere:* illos autem oraculum sic interpretatos esse, *vt pro vno Pausania necato, duas Pausaniae statuas dedicarent.* Hvds.

P. 227. v. 5. Εὐεργέτης αὐτοῖς.] *Librarii* errori scripturam hanc imputo, et vel αὐτῶν vel certe αὐτῆς ipsum *Scholiastem* scripsisse arbitror; pro quo αὐτῆς alioqui figurate illud αὐτῶν positum fuisse dicendum erit. Steph. Αὐτοῖς non habet *Caff.*

6. Διακομίζεσθαι] Ἀπέχθεσθαι, quod ante hanc vocem est, in *Reg.* exponitur ἐχθροὺς γενέσθαι.

8. Καταλῦσαι] Eadem in *Suida* h. v. legi obseruauit Cl. *Wasse.* Paullo post ad voc. ἐςίαν in *Roftg.* adnotatum erat, ἔνθα τὸ πῦρ ἀνάπτεται εἰς τιμὴν θεοῦ τινός.

10. Τὸ ἑξῆς, ὑπ' ἐκείνου τοῦ Ἀδμήτου] Ὑπ' ἐκείνου τοῦ Ἀδμήτου· τὸ δὲ ἑξῆς *Caff.*

P. 229. v. 1. Χρείας τινὸς ἔξωθεν] Ante hoc aduerbium deesse aliquid videtur: et scriptum fuisse χρείας τινὸς τῶν ἔξωθεν, vel ἐν τοῖς ἔξωθεν· aut χρείας τινὸς περὶ τὰ ἔξωθεν. Videtur autem parum apte non solum ζωῆς, sed θανάτου etiam fieri mentio; nam qui dicitur cuipiam ἐναντιωθῆναι περὶ ζωῆς, (vel περὶ σωτηρίας τῆς ψυχῆς, vt paulo post loquitur *Thucydides*) quomodo ἐναντιωθῆναι περὶ θανάτου eodem sensu dicetur? Steph.

4. Τοῦ Φιλέλληνος] Sic etiam supra pag. videlicet 39. vbi mentio fit Ἀρχεσράτου τοῦ Λυκομήδους, illum Φιλέλληνα vocatum scribit. Idem. Vide quae ibi adnotata sunt.

ib. Ἄλλο δυστύχημα] *Aliud*, inquit, *Themistoclis infortunium.* Atqui his quae praefiguntur isti scholio verbis nullum infortunium narratur: ideoque in haec verba, καταφέρεται χειμῶνι ἐς τὸ Ἀθηναίων ςρατόπεδον, annotasse illud *Scholiastem* reor. Steph. Ita *Caff.* Quae hic in *eodem* et *Roftg.* adnotantur, διὰ τὴν ἀποςασίαν αὐτῆς, ad Νάξον pertinere arbitror.

5. Ἀποδοῦναι] Scribo ἀποδώσειν. Steph.

6. Ἀποφυγὼν ἐκ τοῦ λιμένος] Haec etiam apud *Suidam* esse v. ἀποσαλεύσας ad *Thucydidem* adnotat Cl. *Wasse.*

7. Ἥκω Διὸς παῖς ὤν] Miretur quis non immerito quid haec verba ad Themiſtoclem pertineant. Ille igitur ſciat, verba iſta nihil ad eum pertinere, ſed ad illam ellipſin qua *Thucydides* illum vtentem inducit. *Deeſt* (inquit) *in talibus* (intellige autem *in talibus loquendi generibus*, vel, *in talibus locis*) *participium* ὤν· *vt ſit*, Θεμιστοκλῆς ὤν. Sumtum eſt autem e tragoedia iſtud exemplum, ἥκω Διὸς παῖς· poſt quae verba deeſt ἀντὶ τοῦ· vt ita legatur hic locus, ἵν' ᾖ, Θεμιστοκλῆς ὤν· καὶ, ἥκω Διὸς παῖς, ἀντὶ τοῦ, παῖς ὤν. Nam particula καὶ praefigitur verbis quae in exemplum afferuntur. Eſtque obſeruanda haec βραχυλογία, quam illa vocula efficit: perinde ac ſi diceretur, ac dictum eſt eodem modo illud, ἥκω Διὸς παῖς. STEPH. Sunt verba Bacchi in Bacchis *Euripidis* v. 1. Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίων χθόνα Διόνυσος. Vide *Priſcianum* lib. XVII. p. 1071. Sic in Andromache v. 1032. Ἥκω Θέτις λιποῦσα Νηρέως δόμους.

P. 231. v. 1. Τὰ πράγμ.] Non animaduertit, haec verba, ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, ſicut et illis oppoſita, ἐν τῷ ἐπικινδύνῳ, tendere ad illa, ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο, ideoque nihil extrinſecus ſubaudiri debere. STEPH.

3. Τὸν Πέρσην] Hic ad verba τὴν τῶν γεφυρῶν οὐ διάλυσιν in *Caſſ.* ſcriptum erat, ταῦτα κεῖται παρ' Ἡροδότου ἀκολούθως ὡς ἐπράχθη. Eadem erant in *Roſtg.* ſed non ſuo loco ad illa v. 47. μετὰ τῶν κάτω Περσῶν τινός. Eſt in *Herodoto* VIII, 110. Pro παρ' Ἡροδότου, potius legas παρ' Ἡροδότῳ.

4. Ἐσκόπει γὰρ etc.] Iſtud ſcholium, quo dicitur de Themiſtocle, apud ſe enim cogitabat (nam ἐσκόπει ita reddendum hic videtur) an Athenienſes interim reuocaturi ipſum eſſent, ad illa quibus praefixum eſt verba pertinere non poteſt. Non dubito quin hoc *Scholium* ſcriptum ſit in iſta verba, ἑνιαυτὸν ἐπισχών· vt mentem *Scholiaſtae* eſſe dicamus, in aperienda nobis ipſius Themiſtoclis mente, eum ideo per annum ibi voluiſſe commorari, antequam ad regem accederet, quod cogitaret ſe interim experturum Athenienſium animum, nec plane deſperaret futurum vt, priusquam tempus illud elaberetur, ipſum reuocarent. STEPH.

6. Ἀντὶ τοῦ διδόναι] Vide *Stephani* Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 164. HVDS. *Stephanus* ibi reiicit ſententiam *Scholiaſtae*.

9. Εἰς τὴν ἰσχὺν τῆς Φύσεως] Εἰς τὴν Φύσιν. *Caſſ.*

ib. Ἄνευ μαθήσεως τὴν ξύνεσιν] Haec in *Caſſ.* referebantur ad v. ξυνέσει.

P. 233. v. 1. Ἀγαγών] Εἰσαγαγὼν *Caſſ.*

ib. Ἤτοι τὴν ἰσχ.] Immo vero αὐτὴν ad ξύνεσιν referamus neceſſe eſt, quum proxime praecedat ξυνέσει. HVDS.

3. Ὧν δ' ἄπειρος — ἱκανῶς] Non ſunt in *Caſſ.*

5. Ἑτοίμως λέγειν] Quidni etiam πράττειν? Etenim aut valde fallor, aut non tam loquendi expedite, quam agendi proprio ex conſilio atque ex tempore τὰ δέοντα inueniendi vim ac facultatem innuit h. l. Auctor, et generali adeo notione verbum iſtud adhibet. Melius igitur, quam *Interpretes Latini*, locum hunc mihi videtur *Gallicus* transtuliſſe: *il regloit toute ſorte d'affaires en un inſtant.* GRAMM.

6. Πόλις Καρίας ὁ Μυοῦς] *Stephanus* et alii Myunta Ioniae vrbem faciunt. *Videat ergo*, inquit *Briſſonius* I. de Regno Perſar. p. 102. *Thucydidis Interpres, quo auctore fretus*, Μυοῦντα πόλιν Καρίας *eſſe ſcripſerit.* Clar. *Lederlinus* ibi putat *Scholiaſten* videri reſpexiſſe ad antiquiora tempora, quibus, vt *Pherecydes* apud Strabonem Lib. XIV. in princ. ſcribit, Cares Miletum, Myuntem, et quae circa Mycalen et Epheſum ſunt, tenebant. Hoc verum eſt. Nam regio illa, quae Ionia appellata eſt, poſtquam eam Neleus coloniis Ionum occupauit, antea a Mygdonibus, Caribus, Lelegibus, aliisque barbaris tenebatur, vt tradit *Aelianus* VIII. Var. Hiſt. 5. Itaque etiam *Herodotus* I, 152. Myuntem Cariae eſſe dicit.

Ibid. Ὥσπερ σχετλιάζων] Non aliter accipienda haec ſunt, quam ſi diceret, veriſimile eſſe *Thucydidem* haec dicere ὥσπερ σχετλιάζοντα καὶ ἀνοιμώζοντα. Affirmare enim hoc non poteſt, quum nullum huius rei ſermo quo vtitur praebeat argumentum: praeſertim quum ne σχετλιαστικὸν quidem (quod vocant) ἐπίρρημα ei ſit adhibitum. Sic tamen antea quaedam θαυμαστικῶς dici annotauit. STEPH.

P. 235. extr. Ἀλλὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτ.] Iſta quidem verba reſpiciunt ad hunc *Thucydidis* locum, qui non longo ſequitur interuallo, εἴη δ' ἂν εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε· ſed quomodo cum praecedentibus his, οὐ τὸ Μεγαρέων, cohaerere poſſint, et cur negatio ponatur ante εἶναι αὐτονόμους, perſpicere nequeo: nec dubito quin hic aliquid mendoſe ſcriptum, aliquid omiſſum ſit. IDEM. At nullius alterius hic, vt et ad v. 26. huius paginae, ſit mentio ψηφίσματος, quam quod Megarenſes reſpiciebat. De illo vero, quod intempeſtiue allegat *Scholiaſtes*, meminerunt Legati alii. Videantur, quae paullo poſt ſequuntur in Auctoris narratione, et in Periclis concione pag. ſeq. GRAMM. Scholion illud in *Caſſ.* non hoc loco, ſed tantum ſemel ad v. 26. legitur.

2. Θεμιστοκλῆς] Περικλῆς *Caſſ.* et *Roſtg.* Ita poſtulat hiſtoria, et ratio temporis. Megarenſium defectionem ab Athenienſibus *Diodorus Siculus* Lib. XII. p. 293. ponit in anno tertio Olympiadis LXXXIII. quo Themiſtocles dudum e Graecia fugerat. Non potuit ergo huius ψηφίσματος auctor eſſe, quod Pericli tribuit *Ariſtophanes* Acharnenſ. v. 531. Add. *Plutarchum* in Pericle. [Emendauit Gottl.]

3. Ἀντὶ τοῦ] Ἰδίως εἶπε νῦν ἀντὶ τοῦ *Caſſ.*

Ibid. Περιττὴ ἡ πρόθεσις] De hoc loco vide quae dixi in Annot. in *Thucydidem.* STEPH.

5. Ἔξιν ἑκάστου τὸ δίκαιον τῆς διακρίσεως] Locum corruptum eſſe indicat aſteriſcus in *Edit.* his verbis praepoſitus. *Caſſ.* et *Roſtg.* ἅτε οὖσα μεμερισμένη ἕως ἑκάστου. Hoc intelligi poteſt. Pro διακρίσεως *Iidem*, vt et *Reg* habent διακρατήσεως· idque ſe etiam in alio *Cod.* Bibliothecae Regiae, qui tamen pro ἕως habebat ἔξιν, inueniſſe ſcribit Clar. *Roſtg.* Sed melius etiam quam *Caſſ.* et *Roſtg.* *Suidas* in ἀόριστος, ἕως ἐξίν. *Idem* διακρατήσεως habet, quod vulgato διακρίσεως praefert *Kuſterus.* *Henr.*

Stephanus, qui in ſuo exemplari *Suidae* itidem adnotauerat articulum illum legi in *Scholiaſte* Thucydidis, praeterea addebat οὗ, vt eſſet ἕως οὗ ἐσίν. In *Mediolanenſi* et *Aldina Ed. Suidae* non ἑκάσου, vt apud *Scholiaſten*, ſed ἑκάσῃ eſt; in *Porti* (*Baſilcenſis* non ad manum eſt) ἑκάσῃ· pro quo *Portus* ἑκάσου, vel ἑκάσῳ legendum putabat. Horum poſterius adripuit *Kuſterus*, et nulla facta mentione *Porti* edidit ἕως ἐσὶν ἑκάσῳ τ. δ. τ. δ. Etiam aliis locis *Portum καίρια εἰπόντα* ſequutus eſt, et tamen indignum habuit quem nominaret.

6. Τῆς πολλῆς] Quid ſit ἀόριςος γῆ apud Auctorem in controuerſiae Athenienſium cum Megarenſibus narratione, non ex hac diſces annotatione, ſed ex proxime praecedente. GRAMM.

7. Δούλους τοὺς ἀποφ.] Δούλους αὐτῶν ἀποφ. *Caſſ.*

9. Καὶ ἄλλας — Ἄρχοντας] Haec leguntur col. praeced. ad v. 4. [in hac ed. v. 1.] nec ſunt hoc loco in *Caſſ.*

P. 237. v. 1. Ὀργῇ] *Suidas* in ὀργή. Vide hic Clar. *Waſſe* ad Thucydidem, et adnotata ad *Scholiaſten* p. 78.

ib. Πρὸς τὰ συμβ.] Verbis hisce non praefigenda erant quae praefixa videmus verba, ſed iſta, πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς· iſtud enim vocabulum illo explicatur. Qua de re ne dubitare quidem nos ſinit ſimilis (non omnino eadem) quae paulo poſt legitur expoſitio; nam et ibi τὰς ξυμφορὰς eſſe dicit τὰς ἀποβάσεις. Quem in locum quae a me annotantur vide. STEPH. In *Reg.* haec inter verſus ſuper τὰς ξυμφορὰς ſcripta erant.

2. Κοινῇ δόξασι μὴ βοηθεῖν] Ita quidem in omnibus editionibus habet ſcholion. Sed irrepſit ſine dubio per errorem quendam τὸ μὴ, vel in alterius cuiusdam voculae (fortaſſe μὲν vel χρὴ) locum ſubſtitutum fuit. GRAMM.

4. Ἀντίπτωσις] Ego tamen μηδὲ cum ἀντιποιεῖσθαι iungo, vt ad *Thucydidem* dixi. STEPH. Nulla hic antiptoſis. Accuſatiuus certe κατορθοῦντας conſtruendus cum μεταποιεῖσθαι. Ad quem infinitiuum etiam pertinet negans particula μηδὲ, non vero cum κατορθοῦντας iungenda eſt, vt credidit *Scholiaſtes*, de quo dubitare merito poſſis, num intellexerit h. l. Periclis verba, quae vero Latinis aliisque *Interpretibus* obſcura non fuiſſe agnoſcimus. GRAMM. *Stephani* adnotationem in Varias Lect. transcripſit Cl. *Hudſonus*.

ib. Τὰς ἀποβάσεις] Quamuis hic τὰς ξυμφορὰς idem eſſe velit quod τὰς ἀποβάσεις, tamen ipſemet (ſi modo eſſe eundem credendum eſt) p. 82. hunc ipſum locum afferens, exponit ἀποτυχίας· quum in alio quem eadem pagina habet, ξυμφορὰν eſſe δυσυχίαν et κακοπραγίαν dicat. At ego de huius quidem expoſitione illi aſſentior, et aliis pleriſque locis ξυμφορὰς ſignificare itidem δυσυχίας ſiue κακοπραγίας, fateor; verum ad hunc quod attinet rectius in eo ξυμφορὰς exponi ἀποβάσεις, quam ἀποτυχίας, aio: quoniam voce ἀποβάσεις *exitus rerum* ſeu *euentus* vtramque in partem ſignificantur: quod de altera illa non itidem dici poteſt. Caeterum etiamſi hic ξυμφορὰς explicet ἀποβάσεις, non male tamen in praecedentibus τὰς ξυμφορὰς exponi τὰ συμβαίνοντα, non autem τὰ ἀποβαίνοντα, putandum eſt, quum ſignificatio τῶν συμβαινόντων interdum ad δυσυχίας reſtringatur (vt apud *Fabium* vocis *accidentia*) ſed non item τῶν ἀποβαινόντων. STEPH.

5. Τῶν ὑποθέσ.] Non aliud ſonat vox διάφορα quam alibi paſſim: ac mirum eſt tali periphraſi hic ad eius expoſitionem eſſe vſum. IDEM.

P. 239. v. 3. Κελευώμεθα] Non κελευώμεθα, ſed κελεύησθε, cum διανοήθητε conuenit. Sed fortaſſe ideo κελευώμεθα dicere ſibi permiſit, quod et apud *Thucydidem* poſt διανοήθητε ponatur prima perſona, in πολεμήσομεν et κεκτήμεθα. IDEM.

4. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, διαν.] Mirum quid cogitauerit, quum datiuum διανοίᾳ ſubaudiendum κατὰ κοινοῦ ſcripſit: quum non praecedat hic datiuus, et alium apud ipſum *Thucydidem* hoc ipſo in loco habeamus: videlicet προφάσει. Quod ſi etiam praecederet alter ille, aut ex verbo διανοήθητε ſumi poſſet, quis hic eius ſubauditi vſus eſſe poſſet? IDEM. Προφάσει repetendum eſſe ἀπὸ κοινοῦ etiam *Portus* putat. *Caſſ.* pro διανοίᾳ habet διανοήθητε quod hic locum habere non poteſt.

5. Δεδοίκαμεν] *Caſſ.* et *Roſtg.* addunt πρὸ τοῦ δικάσασθαι.

[7. In Baſ. non eſt articulus ante πόλεων.]

9. Ὡς σώζοντες etc] Scribendum σώσοντες. Vt autem τὸ μὲν exponit τὸ τῶν σωμάτων, ita τὸ δὲ exponi videmus τὸ τῶν χρημάτων. Perinde eſt autem ac ſi τὰ σώματα et τὰ χρήματα diceret. STEPH.

P. 241. v. 5. Ἐκ τοῦ πολεμεῖν τῇ ἀπουσίᾳ] Hoc ſcholium aliter ſcribendum eſſe video: ſed quonam modo ſcribi debeat coniectura non aſſequor. IDEM. In *Reg.* et *Caſſ.* ad χρόνιοι adnotatum eſt διὰ χρόνου πολλοῦ. Illa autem quae hic in *Edd.* leguntur, ἐκ τοῦ πολεμεῖν τῇ ἀπουσίᾳ a *Caſſ.* abſunt, et poſt Βοιωτοὶ ſcribuntur ea, quae hoc loco alieno adnotantur ad verba *Thucydidis*, ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ.

6. Μορίῳ σκοποῦσι] Μορίῳ ἡμέρας βουλεύονται. *Reg. Caſſ.*

ib. Τῆς δημοκρατίας διαβολήν] Immo potius διαβολὴν ſocietatis ac συμμαχίας multorum populorum, quam ſtatus popularis. *Victorius* Lib. XXIX. Variar. Lection. Cap. 9.

8. Πόλιν τινὰ] Τὸ πόλιν τινὰ *Caſſ.*

P. 243. v. 6. Τοῦτο ἡμῶν ὄντων] Veram ſcripturam eſſe arbitror, τοιούτων ἡμῶν ὄτων. Sed et ἔχοντες in ἐχόντων mutandum, et ὡσαύτως pro ὡς ſcribendum cenſeo. STEPH.

8. Τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ὄντων] Apparet ex ſcholio hoc, vt et ſequenti, credidiſſe *Enarratorem* verba haec, μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων, ἐσβάντων αὐτῶν τε καὶ μετοίκων, de Lacedaemoniis interpretanda eſſe, cum Athenienſes ſolos innuat his orator. Viderunt id, laudandi ea propter, *Franciſcus Portus* in Commentario, et *Aemilius* ipſius filius, verſionem hic *Laurentianam* corrigens. Vidit *Eneuckelius* quoque. At cum *Valla* errauere *Io. Caſa* in ſua verſione orationis huius, p. 26. *Edit. Caſel.* et *H. Stephanus* in Concionibus Thucyd. p. 69. ex *Scholiaſta* ſuum, vt credimus, errorem hunc deriuantes. GRAMM. *Caſſ.* et *Roſtg.* poſt ὄντων habent, καὶ αὐτῶν ναυτικῶν ὄντων, quae fortaſſis pertinent ad μετοίκων.

10. Αὐτῶν καὶ τῶν] Αὐτῶν τε καὶ τῶν *Caff.* vt in *Thucydide.*

12. Ξένους τῶν αὐτῶν] Pro αὐτῶν non dubium eſt quin ναυτῶν ſcribi debeat. STEPH. [Ita nunc editum.]

13. Ἰώνων] Nemo non ſuſpicetur mendoſe ſcriptum eſſe Ἰώνων· ſed quisnam, quid pro eo reponendum ſit, dicet? IDEM.

[17. Pro τῶν ναυτῶν (cum art.) Baſ. tantum αὐτῶν.]

ib. Ἀποικίαν] In hoc loquendi genere accuſatiuum πατρίδα potius ſubaudiunt. STEPH.

P. 243. v. 2. Ἥπερ ὅλη ἡ Ἀττική] Ἥπερ ὅλην Ἀττικὴν *Roſtg.* Senſus verborum *Thucydidis* poſtulare videtur, vt ſcribatur, ἥπερ ὅλης τῆς Ἀττικῆς, nempe ἥπερ ἡμεῖς βλαβησόμεθα ὅλης τῆς Ἀττικῆς δηωθείσης. Sed aliam, quam *Scholiaſtes*, rationem dicit *Thucydides.*

5. Οἱ Λακεδαιμόνιοι] Perperam τῷ ἡσυχάσουσι Lacedaemonios indicatos voluit *Scholiaſtes*; nec feliciter ſatis egit *H. Stephanus* in Concionib. cum verteret: *neque enim Peloponneſii quieſcent iam.* De συμμάχοις enim, quorum nuper meminerat, pronunciauit hoc Pericles, recte intellectus ſatis vtrique *Porto*, *Enenckelio*, *Ablancurtio*, nec non *Io. Caſae.* GRAMM.

P. 247. v. 1. Τὸ ξενηλατεῖν] His verbis praeponendum eſt τόδε, quo ea recte refert *Caſſ.* In *Edd.* duo ſcholia coniuncta ſunt: quorum poſterius in *Caſſ.* minio, prius atramento ſcriptum erat. Ad illa, quae paullo ante dicit *Thucydides*, ἦν καὶ Λακεδαιμόνιοι, haec annotabantur, ἀδύνατον αὐτοῖς ἀντέθεικεν, ὅπερ ἐκεῖνοι ποιεῖν οὐκ ἠνέσχοντο.

[2. οἶμαι etc. Hoc Schol. e Baſ. inſertum, ſed in fine in eo legitur ἔξωθέν τινι πρότερον ἐπιτεθεῖσα.]

4. Ἡ τέχνη] Non τέχνη ſed τύχη apud *Thucydidem* legimus; ac germana certe noſtra haec lectio, non illa, videtur, in qua γνώμῃ (quam exponit σύνεσιν et φρόνησιν) opponitur τύχῃ. Nam et p. 92. hanc antitheſin habemus, vbi dicit Pericles, διόπερ καὶ τὴν τύχην, ὅσα ἂν παραλόγως ξυμβῇ, εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι· facta enim fuerat ξυνέσεως mentio. STEPH.

Ibid. Ἐπιπλέον ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἡ Γόργιος ἐλήφθη παρίσωσις] De hac Gorgiaca pariſoſi dictum antea fuit. Ea autem non extenditur vltra haec verba, γνώμῃ τε πλείονι, ἢ τύχῃ, καὶ τόλμῃ μείζονι, ἢ δυνάμει. Hic enim πλείονι et μείζονι, pariterque γνώμῃ et τόλμῃ videntur παρισοῦσθαι. Atque ideo (vt opinor) hunc locum ἐπιπλέον τῶν ἄλλων figuram iſtam habere dixit, quod duabus contiguis vocibus duae contiguae ſint ὁμοιοτέλευτοι. Comprehendi enim et vocem δυνάμει ſub hac pariſoſi nullo veriſimile modo eſt, quum non tria itidem praecedant verba, quibus tria haec reſponſura ſint, et vltimae nominis δυνάμει ſyllabae aliam pronunciationem quam poſtremae nominum γνώμῃ et τόλμῃ fuiſſe conſtet. Sed quum dicit ἐπιπλέον ἐνταῦθα τῶν ἄλλων ἡ Γόργιος ἐλήφθη παρίσωσις, quid cum genitiuo τῶν ἄλλων ſubaudiri dicemus? Nullus in mentem venit qui ſubaudiri queat quam χωρίων. Ac dicetur ἐπιπλέον τῶν ἄλλων χωρίων pro eo quod eſt ἐπιπλέον ἢ ἐν ἄλλοις χωρίοις. Ad hoc autem nomen quod attinet, illi ab ipſo etiam vſum iſtum dari videmus: cum alibi, tum in iis quae praecedunt; veluti vbi ſcribit, θαυμάζεται τὸ χωρίον ἐπὶ συντομίᾳ καὶ σαφηνείᾳ. Caeterum an ipſi de hac pariſoſi, tanquam a *Thucydide* quaeſita, aſſentiri debeam, in dubio eſt animus. STEPH.

6. Παισὶν ἡμῶν] Imo vero non ſolum παισὶν ἡμῶν, ſed etiam παίδων παισίν, atque vlterius etiam: quam longe videlicet poſterorum appellatio progreditur. IDEM.

P. 251. v. 1. Ἀπὸ τῆσδε τῆς αἰτίας] De hac expoſitione vide quae margini interpretationis Latinae ſunt adſcripta. IDEM. Ibi haec ſcripta ſunt: Hinc *reſpondet Graeco* ἐνθένδε, *quo Schol. Graecus vult ſignificari*, ex hac cauſa. *Sed a vulgata ſignificatione nihil neceſſe eſt diſcedere.*

Ibid. Πολέμῳ ἐν ᾧ ἐξ οὗ] Ἀντὶ τοῦ ἐξ οὗ *Caſſ.*

2. Κηρυκείας] Κηρυκείου *Caſſ.* vt pag. praecedente. Nec habet illa quae adduntur in *Edd.* ἄνευ κηρυκείου μᾶλλον καὶ πρὸ καταγγέλσεως.

ib. Παρ' ἀλλήλους ἐρχόμενοι ἐπιμιξίαν εἶχον] Ἐπιμιξίαν εἶχον πρὸς ἀλλήλους. *Caſſ.* Haec, vt puto, adſcripta erant ad ἐπεμίγνυντο. Seorſim et alio loco ἐρχόμενοι, ad παρ' ἀλλήλους.

3. Τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου] Non intelligendum eſt, ea omnia quae ſunt poſt haec quatuor verba, ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος, per parentheſin poſita eſſe: quamuis dicat, τὰ γὰρ ἄλλα διὰ μέσου· ſed cum illorum quatuor verborum mentione comprehendi exiſtimandum eſt καὶ τὰ ἑξῆς, vt ſaepe loquitur: ac fortaſſis has voces adiecerat. Siue adiectae autem ſiue relictae fuerint ſubaudiendae, complectentur haec omnia, quae proxime ſequuntur, et primam periodum abſoluunt, verba, ἐνθένδε ἤδη Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, καὶ τῶν ἑκατέροις ξυμμάχων, vt hinc incipiat parentheſis, ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυντο, et eam claudat nomen χειμῶνα. Ita certe illum de hac parentheſi ſenſiſſe conſtat. Sed ne aſſentior quidem omnino iis quae de illa dicit: verum illam verbo ἐπολέμουν claudi aio: ita vt quod annotat in hanc, τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα, annotandum fuerit in iſta, γέγραπται δὲ ἑξῆς· ab his enim pendent, et cum his connexa quodammodo ſunt illa, τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἑνέμ. etc. Haec autem admonitio velim cautum te et alibi reddat, in eorum videlicet locorum nonnullis vbi de iis agit quae per parentheſin poſita exiſtimare debemus. STEPH.

4. Ἡ Χρύσις etc.] Vide *Valeſii* notas in Excerpta *Polybii*, p. 350. *Ed. Amſtel.* et *Meurſium* de *Archont.* l. 3. c. 6. HVDS.

Ibid. Ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους] Obſeruanda quam dat nomini huic χρόνοι ſignificatio, quum τοὺς χρόνους dicit pro eo quod eſt τοὺς ἐνιαυτούς, id eſt *annos.* Ita certe et alibi eadem voce vtitur. STEPH.

P. 253. v. 5. Ἀντὶ τοῦ, σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι] De hac expoſitione illi ὁμογνωμονεῖν nequeo. IDEM. Pro his in *Caſſ.* eſt πλησίον αὐτῶν.

6. Οἱ Ἀθηναῖοι δηλονότι] Non video, quid induxerit *Scholiaſten*, vt intelligeret Athenienſes in his, οὐδὲν ἐνεωτέριζον, cum in hiſtoria de Thebanis et Plataeenſibus (non Athenienſibus ipſis, at quidem eorum ſociis) tantum agatur. Caue etiam intelligas Plataeenſes, ſcil. primo caſu.

Erant certe Thebani viri, vrbem Plataeam ingressi, qui initio εἰς οὐδένα οὐδὲν ἐνεωτέριζον. Non secuti quidem errorem hunc *Interpretes Latini*, at tamen obscurius locum transtulisse *L. Vallam* et Baronem *Honeccium* non diffitendum, quae causa fuit, vt *Aem. Portus* inseruerit vocabulum *hostes*. Accurate ad sensum *Vitus Winsemius: conditionibusque acceptis quieſcunt* (Plataeenses viri nempe) *praeſertim cum viderent, eos* (Thebanos) *nihil noui in quemquam moliri. Gallicus* non minus bene; neque enim ambigui quicquam verba Auctoris continent. Forte memoriae hoc vitium fuit in *Schol.* aut librarii alicuius oscitantia, qui scripsisset rectius, οἱ Θηβαῖοι δηλονότι. GRAMM. Vide adnotata ad *Thucydidem* hac p. v. 55. Idem error est ad v. 59. vbi φοβερώτεροι exponit οἱ Ἀθηναῖοι, pro οἱ Θηβαῖοι.

7. Μετὰ βάρους ἐπελθόντες τοῖς Θηβαίοις] Haec absunt a *Caſſ.* et sequentia, Ἀττικὴ ἡ φράσις, rectius in eodem adscribuntur ad verba οὐ βουλομένῳ ἦν. Sed quod hanc Atticam phrasin esse dicit, non probat *Stephanus;* vide ad p. 288.

8. Ἵνα μὴ ἐν ταῖς οἰκίαις] Et mendose scriptum esse et alio quam huc pertinere istud scholium videtur. STEPH. Fortasse coniungendum est cum praecedenti, in quo οἰκιῶν malim, quam οἰκούντων. Pro μόνοι in *Caſſ.* est μόνον.

P. 255. v. 3. Καθὸ ἐνόμ.] Quod dicitur in hoc scholio, cum iis quae illi praefixa sunt *Thucydidis* verbis nihil commune habet: contra autem optime conuenit cum istis, οὐδ' ὡς ἔγνωσαν ἐξηπατημένοι· ratio enim illic redditur eius quod hic dicitur. Sed προσχωρῆσαι in προσχωρήσειν muto. STEPH.

4. Ἀδίδακτοι] Ἀπειρότεροι. In chartis *Roſtg.* hoc ita scriptum erat, quasi *Reg.* in textu *Thucydidis* pro ἄπειροι habeat ἀπειρότεροι.

5. Γινόμενος ἦν ὁ πόλεμος Φθινούσης σελήνης] Desunt *Caſſ.*

7. Τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν] Eadem leguntur in *Scholiaſte* Aristophanis ad Vespas, v. 155. et *Suida* in βάλανος, nisi quod in his vt et hic in *Caſſ.* non est βαλλόμενον· quod tamen non reiiciendum putem. *Aristophanes* Vesp. v. 200. Καὶ τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μοχλόν.

8. Εἰκότως δὲ etc.] Vel omissum est verbum φησὶ, siue λέγει (vt scribatur, εἰκότως δὲ φησὶ ταύτας τὰς πύλας οὕτως ἠμελῆσθαι) aut certe non εἰκότως δὲ sed εἰκὸς δὲ scriptum fuit. Paulo post etiam participio ἐλπιζόντων improprie vtitur pro φοβουμένων· sed eum sui scriptoris exemplo (non hic quidem, sed aliis quibusdam in locis) ita loqui aliquis respondebit. Nam et p. 105. ἐλπίζειν exponi ab eo φοβεῖσθαι videmus. STEPH. Ἐλπὶς et ἐλπίζω non solum apud *Thucydidem*, sed vulgo apud scriptores Graecos hanc significationem habent.

P. 257. v. 1. Ἔλαβον] Verbo ἔλαβον eum dat vsum quem alibi τῷ ἐδέξαντο· qualis est verbi *accipere* (quod scimus in prima etiam et propria significatione τῷ λαμβάνειν respondere quum dicitur, *Ita accipit*, pro eo quod est: *Ita intelligit*. Sed dicit ἔλαβον τὸ ξύλον, quum, loquendo more consueto, dicendum potius esset, ἔλαβον ἐπὶ τοῦ ξύλου. Aduerbium autem ἀνοήτως ad hoc ἔλαβον pertinet: hanc expositionem, vt stultam, a nobis repudiandam esse, indicare volens. Cur autem talem esse dicat, rationem addit. STEPH.

4. Θύραι] *Caſſ.* mutato ordine verborum: πύλαι, τοῦ τείχους· θύραι, τοῦ οἴκου.

6. Ἀπὸ συνθήκης δηλωότι] Haec non pertinent ad ἐπεπράγεσαν. In *Caſſ.* referuntur ad praecedentia ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι.

7. Τὸ ἅμα πρὸς τὸ ἐπεβοήθουν] Τὸ ἅμα minus pertinet ad τὸ ἐπεβοήθουν, relinquendum omnino et annectendum his, καθ' ὁδὸν ἐηθείσης, vt recte animadvertit in Scholio, quod subiunxit veteri *Aem. Portus* cuius correctionibus eius generis miramur tam raro in prioribus libris locum dedisse *Editorem Oxonienſem.* GRAMM.

P. 259. v. 1. Πραγματικὴ ὕλη] Alibi (si bene memini) vocabulum hoc κατασκευὴ aptius ab eo exponitur. Nam verba haec, πραγματικὴ ὕλη, latius quam quod illo significatur, patere mihi videntur. STEPH.

2. Οὐκ ἔχει παραχρῆμα] Subtilem hic nimis se praebet *Scholiaſtes*. Nihil vero prohibet, quo minus εὐθὺς hic significet παραχρῆμα. Bene ergo *Interpretes* verterunt *Latini*. Sed amputauit et contractiorem iusto reddidit locum *Gallicus* p. 141. GRAMM. Haec etiam habet *Suidas* in εὐθύς, sed inmixtis nonnullis alienis. Vide ibi *Kusterum*.

4. Πρὸς ὃν ἐλθόντες] Non necessarium esse subaudire hic participium ἐλθόντες, alii loci, in quibus eodem quo hic modo vtitur verbo πράττειν, satis ostendunt. Pro loco autem modo hic modo ille accusatiuus cum illo ὑπακουσέος· alicubi certe τὴν προδοσίαν apte subaudiri videmus. STEPH.

9. Τοῦτο καθ' ἑαυτὸ] Haec verba, καὶ τῶν ὕσερον οὐδὲν ἤδεσαν, seorsum ab aliis legenda esse ait, quod futura sit oratio ἀσύντακτος, si superioribus iungantur; vtendum enim fuisse accusatiuo, si quod dicitur ad τὸν ἄγγελον referretur. Ita enim intelligenda haec videntur, εἰ πρὸς τὸν ἄγγελον τὸν λόγον ἐποιεῖτο. Sed pro αἰτιατικῶς scriptum ab illo fuisse crediderim ὀνομαςικῶς· et intellexisse, iungendo haec cum illis verbis ὁ δὲ δεύτερος (videlicet ἄγγελος) sequi debuisse, καὶ τῶν ὕσερον οὐδὲν εἰδώς. Atque ita vnica vox ὀνομαςικῶς (si ita scripsit) significaret, μετοχῇ ὀνομαςικῇ χρώμενος· id est, ὀνομαςικῆς πτώσεως· itidemque αἰτιατικῶς dictum esset pro his, μετοχῇ αἰτιατικῆς πτώσεως χρώμενος, si hoc non illud ab eo scriptum foret. Caeterum quae sequuntur, πρὸς ὃ λέγομεν, alius sunt, ad illam annotationem respondentis. IDEM. Totum scholion abest a *Caſſ.* vna cum eo, cui in *Edd.* praefigitur ϛρατεύσαντες.

P. 261. v. 7. Ἐν τῇ Πλαταιᾷ κατέλιπον] Addunt *Caſſ.* et *Roſtg.* οἵτινες καὶ συνεπολιορκήθησαν Πλαταιεῦσι.

8. Φανερῶς] *Suidas* locum hunc *Thucydidis* laudans, λαμπρῶς, Φανερῶς καὶ οὐκ ἐνδόξως. Pro Φανερῶς etiam alibi est apud *Thucydidem*. Vide Indicem.

10. Ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς πρώτης] Pag. 2. ed. Duk.

15. Εὐλόγως καὶ εὐπροσώπως] *Suidas* in οὐκ ἀπειπότως.

16. Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος] Iam antea haec verba attulit, non admonens esse prouerbialia: quod satis notum id esse posset. Locus autem ille est supra, in concione Archidami, p. 54. vbi quemadmodum hic, ἀπειρίας fit mentio. Nam in haec Archidami verba, ὥσε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαι τινὰ τοῦ ἔργου, annotatur, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος· perinde videlicet ac si diceretur, quod ab Archidamo dicitur, cum hisce prouerbialibus verbis, quae a *Pindaro* fortasse manarunt, conuenire. STEPH.

17. Ἐκεκίνηντο] Ἐκεκοίνηντο *Cass.*

P. 263. v. 1. Λόγια ἐσί] *Suidas* in v. λόγια. Sed non semper seruatur hoc discrimen. *Aristophanes* in Equitibus v. 120. seqq. v. 194. 195. et alibi in eadem comoedia λόγια et χρησμοὺς pro iisdem dicit. *Eustathius* in Homer. Iliad. β'. p. 233. τὰ λόγια, ἤγουν οἱ χρησμοί. Et λόγιον Atticum esse docet *Idem* in Odyss. α'. p. 1426. Θεοπρόπιον δὲ τὸ χρησμώδημα· ὃ καὶ λόγιον ἔλεγον οἱ Ἀττικοί. Pro eo, quod in *Scholiasta* ἐμφορουμένων legitur, *Suidas* habet θεοφορουμένων. Eodem verbo etiam alii probati Scriptores de enthusiasmo vatum, poëtarum, et oratorum vruntur: ἐμφορουμένους quis eos dixerit, non scio.

2. Ἡρόδοτος] Vide Notam *Wass.* ad hunc locum *Thucydidis*.

3. Ὁποῖον ἐν Δήλῳ; ἤγουν] Haec non habet *Cass.*

4. Ἀντὶ τοῦ εὐνοϊκῶς εἶχον] Alteram lectionem ἐπῄει magis mihi placere, declaraui in iis quae ad hanc *Thucydidis* paginam annotaui. Nonnunquam autem alicui scholio aliam loci *Thucydidis* scripturam praefigi quam eam quae agnita ab ipso *Scholiaste* fuerit, antea admonui. Sed vtrocunque modo locum hunc scribendum censuerit, credibile est eum illud παραπολὺ simul exponentem, scripsisse, πολλῷ μᾶλλον εὐνοϊκῶς εἶχον τοῖς Λακεδαιμονίοις. STEPH. Idem dixit in *Proparasceue* p. 580. Τοῖς Λακεδαιμονίοις absunt a *Cass.*

5. Τῶν Ἀθηναίων.] Longe falletur qui putabit hunc genitiuum τῶν Ἀθηναίων ad illum *Thucydidis* τῶν ἀνθρώπων spectare: (quod tamen prima fronte videri alicui possit) quum necesse sit ad μᾶλλον referri: ideoque satius (meo quidem iudicio) fuisset vocabulum illud solum huic *Scholio* praefigere. Verum et hoc addo, apertius loquuturum fuisse *Scholiastem*, si ἐς τοὺς Ἀθηναίους dixisset, vt *Thucydides* dixit, ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους· perinde videlicet ac si scriptum ab eo fuisset, ἡ δὲ εὔνοια παραπολὺ ἐποίει (vel potius ἐπῄει) τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἢ ἐς τοὺς Ἀθηναίους. STEPH.

P. 265. v. 2. Οἱ Ἀχαιοί· οὐ γὰρ οἱ Ἀργεῖοι] Καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ Ἀργεῖοι *Reg.*

3. Τὰ ἐπὶ Θράκης] Cum his verbis, τὰ ἐπὶ Θράκης non dubium est quin nomen χωρία subaudire oporteat: quod aliis etiam plerisque locis omittit. At p. 115. adiectum est, vbi *Scholiastem* expositionem afferre aliam videbis. STEPH.

4. Οὐ λέγει etc.] Ego ita accipio, ἐντὸς Πελοποννήσου καὶ Κρήτης etc. intelligit enim Sporades et Cyclades insulas. *Ae. Port.* HVDS.

5. Ἀνίσχοντα ἥλιον] Ἥλιον ἀνίσχοντα *Cass.*

ib. Κάσος] Κῶος *Cass.* Κίος *Rostg.*

6. Ὅσαι ἄλλαι] Αἱ ἄλλαι· et manu recentiore alio loco ad verba *Thucydidis* νῆσοι ὅσαι· αἱ πρὸς τὰ δυτικά. *Cass.*

ib. Μακρὸν πόλεμον] Duo haec vocabula, (vndecunque irrepserint) ab hoc loco plane sunt aliena, nisi fallor. Nihil certe ad sequentem expositionem faciunt, ὡς τῶν Λακεδ. etc. his enim verbis exponit illa, κατὰ τὸν χρόνον τὸν εἰρημένον. STEPH. In *Cass.* haec vocabula μακρὸν πόλεμον ita scripta erant, vt viderentur pertinere ad expositionem vocis ἔκδημον.

—7. Τῆς συντάξεως] Τῆς συνάξεως. *Rostg.* non male. [Ita nunc editum.]

ib. Ἵνα ἑκάςη πόλις τὸ μὲν δίμοιρον στρατεύσῃ] Haec nihil faciunt ad expositionem verborum *Thucydidis*, quae iis praeposita sunt. In *Reg.* et, ni fallor, *Cass.* nam parum adcurate adnotaueram, totum hoc scholion recte refertur ad verba *Thucydidis*, τὰ δύο μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάςης. Ad vocem ἰσθμὸς *Cass.* et *Rostg.* haec habent: ὁ γὰρ ἰσθμὸς καὶ μέσος τόπος καὶ πλησίον (καὶ πολλὴ *Cass.*) τῆς Ἀττικῆς.

P. 267. v. 2. Τὸν σκοπόν] Non dubium mihi est, nec aliis futurum puto, quin legerit ἔννοιαν, quum exponat σκοπόν. Cur autem nihilominus alteram lectionem huic anteponam, ad *Thucydidem* ex me audire potuisti. STEPH. *Thucydides*: Καὶ προσέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα, διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος, πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν. Verba εὔνοιαν ἔχουσα *Scholiastes vetus* exponenda iubet esse, σκοπὸν ἔχουσα. *Fr. Portus* autem ἐλπίζουσα. Vterque dependere ex istis censet infinitiuum, qui sequitur, πρᾶξαι· minus recte. Quin nullam distinctionem aut interpunctionem *Fr. Portus* agnoscit in his, εὔνοιαν ἔχουσα πρᾶξαι ἡμᾶς. Qualis locutio cum dura ipsi videatur, coniicit legendum potius esse ἔννοιαν ἔχουσα. Vide eius *Commentar.* p. 117. f. Verum falso innituntur principio antiquus aeque ac nouus hic *Commentator*. Quae enim infinitiuum πρᾶξαι regunt ea sunt, quae antecedunt verba, καὶ προσέχει τὴν γνώμην. At εὔνοιαν ἔχουσα reddenda simpliciter, *beneuole* (erga nos Lacedaemonios scil.) *affecta*, idque διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος quae ideo separatim sumenda, ac (vt loquuntur Grammatici) διὰ μέσου, extra alteram illam constructionem. Aliud adhuc incommodum in expositione illa per ἔννοιαν aut σκοπὸν notauit Vir doctissimus *H. Stephanus*, cuius animaduersiones non exscribimus. Igitur *L. Vallae* versioni, quin et *Aem. Porti*, praeferenda haec *Philippi Melanchthonis*: *Tota Graecia hoc nostro conatu erecta, instuetur nos, et optime cupit nobis, propter odium erga Athenienses, optatque vt perficiamus quae cogitamus. Acacius Enenckel. animis studiisque ad nos inclinas* etc. GRAMM.

3. Τὸ δὲ ἄλλο διὰ μέσου] Recte parenthesi haec etiam verba, τούτων ἕνεκα, includit, quoniam ex praecedentibus pendent. STEPH.

ib. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ χρή] Impersonale χρὴ referendum potius ad προσδέχεσθαι, a quo, non autem a χρὴ, reguntur sequentia, εἰς κίνδυνόν τινα ἥξειν. GRAMM.

4. Ὁμηρος] Iliad. ε'. v. 442. ἤ τ' ὀλίγη

Ibid. Τοῦτο δέ φησι, τουτέστιν] Scribendum fortaſſe eſt, ὃ δὲ Φησὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ὀργισθέντες οἱ Ἀθην. etc. Ac pertinet hoc ſcholium ad verba illa, καὶ δι' ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται· intelligit enim, Archidamum haec dicere, innuentem, fore vt illi ea in Athenienſibus vera experiantur. STEPH. Non male quidem *Stephanus*. Sed τοῦτο δέ Φησι non habet *Caſſ.* Et ſufficit alterum horum, vel τοῦτο δέ Φησι, vel τουτέστι. Paullo poſt ad verba *Thucydidis* ἐν τῇ πολεμίᾳ in *Caſſ.* eſt γῇ δηλονότι· in *Roſtg.* πηγῆς δηλονότι· quod ſe non videre quo pertineat, ſcripſerat *Roſtg.* Nimirum corruptum eſt e τῇ γῇ δηλονότι.

5. Ἐν ᾧ τόπῳ] Immo non τόπῳ, ſed χρόνῳ ſubaudire hic oportet. STEPH. Ad haec Auctoris, ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, *Scholiaſtes:* ἐν ᾧ τόπῳ δηλονότι. Ego potius dixerim, ἐν ᾧ χρόνῳ. Reſpondet enim relatiuum praecedenti νῦν. GRAMM.

P. 269. v. 1. Ὁρμηθήσονται.] Futurum iſtud ὁρμηθήσονται non tanquam de ſuo addit, verum tanquam tacite incluſum in hac ſermonis forma, et quod oporteat ὑπακούειν· ideoque ſuum δηλονότι poſt illud futurum ponere debuerat: ſed aliis etiam plerisque in locis omitti videmus. Non minus autem commode illud ὁρμηθήσονται poſt ἀλλὰ ſubaudiemus: hoc modo, εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται, ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, ἀλλ' ὁρμηθήσονται ὅταν ἐν τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δῃοῦντας τε καὶ τἀκείνων Φθείροντας. STEPH. In *Caſſ.* inter verſus eſt ὁρμηθήσονται δηλονότι.

Ibid. Ὁρᾶν πάσχοντάς τι] Haec verba male iſti ſcholio praefixa ſunt. Iſta enim καὶ οἱ ὀργιζόμενοι, ἅτε δὴ ἧττον λογιζομενοι, μᾶλλον θυμούμενοι, εἰς τὸ πολεμεῖν ἐπειγονται ῥιψοκινδύνως, nihil aliud ſunt quam expoſitio iſtorum *Thucydidis* aut Archidami Thucydidei verborum, καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι, θυμῷ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίστανται. Sed annotatio, quae illam horum verborum expoſitionem ſequitur, ſcripta eſt in ea verba quae praecedenti ſcholio male praefixa eſſe dixi: in haec videlicet ὁρᾶν πάσχοντάς τι. In ea enim annotatione iubet nos obſeruare hoc ſchema, id eſt, λόγον οὕτως ἐσχηματισμένον (*orationem ita figuratam*): πᾶσι πάσχοντας, pro πάσχουσι. Verum mihi nequaquam perſuadebit, ita rem ſe habere: id eſt, talem eſſe huius orationis ſtructuram, vt πάσχοντας pro πάσχουσι dictum eſſe exiſtimare oporteat; neque enim hoc πάσχοντας cum πᾶσι iungere eſt neceſſe: ſed perinde eſt (vt opinor) ac ſi dictum eſſet, πᾶσι γὰρ ὀργὴ προσπίπτει, ὁρᾶν ἑαυτοὺς πάσχοντάς τι ἄηθες· ſed ad verbum ὁρᾶν adiiciuntur illa quae emphaſin addunt, ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα· quorum prius poëticum atque adeo *Homericum* habere pleonasmum dici poteſt; eodem enim loquendi genere vtens *Homerus*, ſcribit, ἐν ὀΦθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, Il. ν'. v. 99.

Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀΦθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.

Quale (inquam) iſtud ἐν ὀΦθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, tale illud ἐν τοῖς ὄμμασιν ὁρᾶν. Sed ab *Homericis* iſtis verbis (quae obiter proponenda viſa ſunt) ad illa *Thucydidea* reuertens, nouam quidem et inuſitatam eſſe fateor illam orationis ſtructuram, πᾶσι γὰρ ὀργὴ προσπίπτει, ὁρᾶν ἑαυτοὺς πάσχοντάς τι ἄηθες (pro ὁρᾶν ἑαυτοὺς πάσχοντας, vti dixi) et fuiſſe alioqui dicendum ὁρῶσι, vel διὰ τὸ ὁρᾶν· ſed alteram illam aliquid magis inſolens fuiſſe habituram dico, ſi (vt vult *Scholiaſtes*) πᾶσι cum πάσχοντας ita iunxiſſet, vt πᾶσι πάσχοντας pro πᾶσι πάσχουσι dici neceſſe foret. STEPH.

4. Οἱ ἐπίλογοι ἔνθεν] Ἐπίλογοι *Caſſ.* Pro ἔνθεν alibi fere dicit ἐντεῦθεν. Paullo poſt ad ἐπ' ἀμΦότερα in *Caſſ.* et *Roſtg.* erat, δόξα ἐπ' ἀμΦότερα (ἀμΦοτέρων *Roſtg.*) καὶ εὐκλείας καὶ δυσκλείας.

6. Μὴ ἀκούσαντες αὐτά] Μὴ ἀκούσαντες αὐτοῦ *Caſſ.* et *Roſtg.*

8. Ταπεινωθήσονται] Ἐνδιδόναι non idem, ac ταπεινωθῆναι, *flecti* enim ac *remittere de pertinacia ſua*, non ſemper cum humilitate coniunctum. Recte igitur taxandus *L. Valla*, qui paulo antea haec, εἴ τι ἄρα μᾶλλον ἐνδοῖεν οἱ Ἀθηναῖοι, vertit, *ſi quid humilius ſentiant.* GRAMM.

P. 271. v. 1. Ἑτοίμων ὄντων etc.] Eſſe ἐν ὁδῷ, id eſt, *eſſe in itinere*, plus eſt quam ἑτοίμους εἶναι ἰέναι, id eſt, *paratos eſſe ad eundum:* ideoque haec expoſitio reprehendenda videri poſſit: ſed intelligi puto, ἑτοίμων ὄντων ἰέναι ἐς τὴν Ἀττικήν. STEPH.

4. Λέγων δηλ.] Huic *Scholio* (quo docemur participium λέγων ex praecedentibus ἀπὸ κοινοῦ ſumere) praefigendus potius fuiſſet infinitiuus κρατεῖσθαι. IDEM.

P. 273. v. 2. Πολλάκις ἐψηθέντος] *Suidas* in ἀπέΦθου. Ad χρήμασι quod eſt in *Thucydide* p. ſeq. v. 46. *Caſſ.* haber ἕνεκα χρημάτων. *Portus* expoſuerat περὶ μὲν οὖν τῶν χρημάτων.

3. Ἀντὶ τοῦ ἐσέβαλον] Ieiuna interpretatio τοῦ ἐσβάλοιεν per ἐσέβαλον, neque enim illud huius loco Auctor adhibuit. Senſus vero optatiui ita exprimendus foret, ſi accurate verteretur locus: *tum cum irrumperent hoſtes*, vel *irrupturi eſſent.* Declarat hunc Auctor mox ead. pag. ταῦτα γὰρ ὑπῆρχεν Ἀθηναίοις — ὅτι ἡ ἐσβολὴ τὸ πρῶτον ἔμελλε Πελοποννησίων ἔσεσθαι. Atque haec non leuia adeo aut indigna notatu, ac imperitis videri poſſint. GRAMM.

5. Τουτέστι ςάδια δεκαεπτά] Quod dicit, hanc partem fuiſſe ſtadiorum ſeptemderim, id tanquam ex ipſo *Thucydide* a ſe ſumtum affert. Nam ſi totus circuitus erat ſtadiorum 60. et eius ſtadia 43. cuſtodiebantur, in reliquis autem cuſtodia nulla erat, hanc partem incuſtoditam fuiſſe ſtadiorum 17. neceſſe eſt. Sed quod dicit, totum circuitum fuiſſe ſtadiorum 60. ex hoc *Thucydidis* ſumere loco non poteſt, quum minime de hoc circuitu ſeu ambitu haec paulo poſt dicantur a *Thucydide*, ἑξήκοντα μὲν ςαδίων ὁ ἅπας περίβολος. STEPH.

6. Τῶν μακρῶν τειχῶν] *Caſſ.* praeterea habet τὸ γὰρ μέσον οὐκ ἐδεῖτο.

ib. Τοῦ Πειραιέως] Τοῦ Πειραιεῶς τὸ νεῦον εἰς τὴν ἤπειρον. *Caſſ.*

P. 275. v. 1. Τὴν ἀπὸ ξύλων κατασκευήν] Vide adnotata ad *Thucydidem.*

3. Πρυτανεῖον] Vide *Meurſii* Athen. Att. 1. 8. HVDS.

6. Ἀ΄Φ' οὗ Εὐμολπίδαι Φυλὴ ἐν τῇ Ἀττικῇ] Alii ſcriptores Graeci de rebus Atticis agentes Φυλὰς vocant, quas Latini *tribus*, quarum Athenis primum quatuor, deinde decem, at extremis temporibus duodecim fuerunt.

Earum nomina recenſent *Pollux* VIII, 109. et ſeq. aliique. Sed nulla eſt inter eas, quae ab Eumolpo nomen habuerit. Φυλὴν ergo dicit quod *Suidas* et *Etymologici M.* auctor in Εὐμολπίδαι, γένος.

8. Ἀπροσδιορίσως] Retinendo hanc lectionem, id quod a *Scholiaſte* dicitur, expoſitioni eius repugnat. Quomodo enim τῇ θεῷ ſignificat τῇ Ἀθηνᾷ, ſi Athenienſes Mineruam et Apollinem θεὸν ἀπροσδιορίσως minime appellant? Sed quum ille contra haec ſubiungat, rationem ſuae expoſitionis reddens, non dubium eſt quin id quod aiebat negetur, ita legendo, ἀπροσδιορίσως γὰρ οὔ φασιν οἱ Ἀθην. Dico igitur negantem illam particulam hinc tollendam, et pro ea pronomen αὐτὴν ſubſtituendum eſſe. Quod autem de Minerua dicit, confirmant cum alii *Thucydidis* loci, tum vero (ne longe abeundum ſit) quidam quem proxime praecedens pagina habet, καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ τοῖς περικειμένοις χρυσίοις. Steph.

P. 277. v. 1. Τῆς Δήμητρος] Non nego, confuſa nonnunquam fuiſſe ab Antiquariis et Mythologis numina Terrae et Cereris. At diſtincta iis omnino templa dedicata Athenis fuere, vt teſtimoniis *Noſtri*, *Pauſaniae*, *Plutarchi* aliorumque ſatis clarum. Terram certe Athenienſes et populi Atticae μεγάλην Θεὸν appellabant, et antiquior videtur priusque eius cultus floruiſſe, quam τῆς Δήμητρος in iſtis locis. Gramm.

2. Λίμναι, τόπος etc.] Errat *Scholiaſtes*, qui fuiſſe in Arce dicit; nam extra eam omnino fuiſſe, verum prope, clare indicat *Thucydides*. Vide *Meurſii* Athen. Att. l. 3. c. 4. Hvds.

3. Κατὰ νόμον ποιοῦσι] Huc fortaſſis reſpexit *Suidas*, νομίζουσιν exponens νομίσματι χρῶνται.

4. Τῶν Πεισιστρατιδῶν] Fontem Callirhoën nouem tubulis exornauit Piſiſtratus, quem deinceps appellarunt Enneacrunum, vt refert *Pauſanias*. Cum autem filii quoque in eo ornando laborarint, hinc ab aliis ipſis adſcribitur. Vide *Meurſii* Piſiſtratum, p. 63, 79. Hvds.

ib. Ὡς ἀκροπόλει δηλονότι] Τῆς ἀκροπόλεως. *Caſſ.*

5. Λείπει εἰς] Vide ad *Thucydidem*.

6. Καὶ γὰρ ὁ γάμος ἱερός] De hoc admonet, quoniam dicit *Thucydides*, καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν, id eſt, *et ad alia ſacra:* ne quis miretur eum alia ſacra dicere quum vox iſta non praeceſſiſſet. *Nuptiae enim* (inquit) *ſunt ſacrae.* Sed dicere maluiſſem cum γαμικῶν ſubaudiri ἱερῶν· atque adeo minime dubitaſſem locum hunc ita reddere, *ante coniugalia ſacra* (vel *nuptialia*) *et in alia.* Sic tamen *Valla, ante coniugalia, et in alia, quae ſacrorum ſunt.* Steph.

P. 279. v. 1. Τῆς τε οὖν etc.] Ex duobus *Scholiis* potius faciendum erat vnum, hoc modo: τῇ τε οὖν ἐπιπολὺ αὐτονόμῳ οἰκήσει] ἀντίπτωσις, ἀντὶ τοῦ, τῆς τε οὖν ἐπὶ πολὺ αὐτονόμου οἰκήσεως. Idem. Poſterior pars, nempe αὐτονόμου οἰκήσεως, non eſt in *Caſſ.*

2. Πανοικησίᾳ etc.] Non minus (vt opinor) πανοικεσίᾳ ſcribi poſſet, vt μετοικεσίαν dici videmus. Atque adeo hoc πανοικεσίᾳ, non illud πανοικησίᾳ, habemus apud *Dionyſ. Halicarn.* Steph.

ib. Οὐ δεῖ γὰρ λέγειν ἐβαρῦντό] *Suidas* in ἐβαρύνετο. Vide *Graeuium* ad Luciani Soloeciſtam p. 751.

3. Καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως κλινόμενα] Haec non habet *Suidas*. Καὶ τἄλλα ὁμοίως. *Caſſ.*

6. Ἄκρον τοῦ τέλους, τοῦ ςίχου] *Suidas*, τὸ ἄκρον τοῦ τέλος τοῦ ςίχου, et καλεῖται δέ. *Caſſ.* τὸ ἄκρον τὸ τέλος τοῦ ςίχου, et itidem καλεῖται δέ.

P. 281. v. 2. Τοῦ βράδους] Quamuis cum pronomine αὐτοῦ ſubaudiat τοῦ βράδους (perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βράδους δηλονότι, eo modo vtens hoc aduerbio quo vti ſolet in plerisque locis, vbi vel ἀπὸ κοινοῦ aliquid repetendum eſt, vel pronomen relatiuum ex antecedente exponi debet) non tamen exiſtimandum, eum nomen hoc in iis quae praecedunt legiſſe: ſed ad iſta quae ſunt ἰσοδύναμα reſpicere, καὶ ἄλλως ἐνδιέτριψαν χρόνον περὶ αὐτήν. Nam tanquam perinde ſit ac ſi dixiſſet, καὶ ἄλλως ἐβράδυναν περὶ αὐτήν, poſtea cum ἀπ' αὐτοῦ ſubaudit illud βράδους, pro quo mox βραδυτῆτι dicet. Steph.

5. Αὐτοὺς δηλονότι] Cum *Interprete Lat.* intelligimus potius ἑαυτὸν, quam cum *Scholiaſta* αὐτοὺς ad verb. ἀνεῖχεν. Gramm.

ib. Τὰ δένδρα δηλονότι] Hanc expoſitionem ex iis ſumere locis videtur, in quibus ipſe *Thucydides* verbo δενδροκοπεῖν vtitur. Alioqui certe ſuſpicetur quiſpiam latius verbi τέμνειν ſignificationem patere, et quidem tam late quam verbi δηοῦν· quo ſaepe vtitur cum accuſatiuo τὴν γῆν vel τὴν χώραν. Atque adeo hunc ipſum accuſatiuum nonnunquam et illi verbo τέμνειν tribuit: et quidem ita in hac pag. τὴν γῆν τμηθῆναι, itidemque in ſeq. τῆς γῆς τεμνομένης legimus. Steph. *Thucydides:* ἔτεμνον πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα. *Scholiaſtes:* ἔτεμνον] τὰ δένδρα δηλονότι. Inepta nota, (nam loquimur de expoſitione huius loci, non de phraſeos origine.) Verus autem hic additur accuſatiuus in textu Auctoris, et nota iam dudum in ſimilibus ſignificatio τοῦ τέμνειν, quod non amplius de arborum exciſione ſola interpretari conuenit. Gramm.

6. Ὦρος, ῥεῖτος· ἠρῴδης, ῥίτος] Quid in his inuenerit *Fr. Portus*, quod moraretur aut ſcrupulum iniiceret, ſane non capio. At indicauit dubium ipſe ac ſuſpicionem ſuam, adſcripta coniectura de emendatione h. m. π. ὄρος, ῥεῖτος. Num igitur vitioſe legi arbitratus eſt ὦρος, atque an montes eſſe τοὺς ῥείτους in *Thucydide* voluit? Mihi certe non ſuccurrit, quid in mentem ipſi venerit h. l. nec multum ſcire intereſt. Debuerat animaduertere tantum de ſcriptione nominis huius ſolicitum *Scholiaſtam* eſſe, duorumque Grammaticorum ſententias referre, quorum alter *Orus* nomine, cum diphthongo, *Herodes* autem per ι ſcripſerit Ῥίτος. Paria fere cum *Scholiaſta* habet *Etymolog. Magn.* aut rectiora, vti exiſtimo. Verba ſunt: Λέγει Ὦρος διὰ διΦθόγγου ῥείτους, καὶ ὀξύνεται· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ι ῥῖτος, καὶ βαρύνεται, ὡς σῖτος. In quibus obſeruabis primo non *Herodem*, ſed *Herodianum* laudari, deinde neutrum Grammaticorum ſcribendi rationem huius vocis eandem habere, quam exemplaria *Thucydidis* repraeſentant; haec enim conſtanter ῥεῖτος ſcribunt; nam ῥήτος *Codicis Arundeliani* et ῥείτος *Scholiaſtae* in quibusdam *Editt.* habenda ſunt vitioſa. *Pauſanias* conſtanter, quemadmodum *Orus*, ῥειτοὺς ſcribit, Attic. l. 1. c. 38. et alibi, ſimiliter *Heſychius*, apud

quem insignis de Rhitis locus celebratur. Sed de his plura nobis forte alio loco dicenda. GRAMM. In *Scholiasta* ῥεῖτος habet *Ed. Camer.* ῥεῖτος ferri non potest. Pro Ἡρώδης mihi non dubium est quin Ἡρωδιανὸς scribendum sit, non solum propter auctoritatem *Etymolog. M.* sed etiam quia *Herodiani* Grammatici frequens vbique est mentio, *Herodis*, quod sciam, nusquam; et quia *Auctor Etymolog. M.* eos etiam aliis locis coniungit. In *Caff* est Ἡρώδ. vnde suspicari licet errorem ortum esse e compendio scribendi.

ib. Οὐδετέρως Φασίν] Αἰγάλεων ἔρος. Κρωπειαί. *Rostg.*

P. 283. v. 4. Ὡς προδότου τοῦ ἐν Πλαταιαῖς ϛρατοῦ] Ita in omnibus *Editionib.* Sed quis προδότης ille τοῦ ϛρατοῦ; Non certe bellum Platacensium adhuc exortum erat, cum Pliſtoanax ἐσβολὴν faceret in Atticam, de qua mentio in Auctore. Credam igitur vitiose exaratum a librariis, aut lectum perperam fuisse ab iis, qui primi haec scholia ediderunt, προδότου loco horum, πρὸ τούτου τοῦ ἐν Πλαταιαῖς ϛρατ. notamque respicere haec Auctoris: πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν. Iudicent vero alii. GRAMM. Verba haec referri debere ad Παυσανίου didici e *Cod. Caff.* in quo haec ita scribuntur, τοῦ προδότου τοῦ ἐν Πλαταιαῖς ϛρατιγοῦ· in quibus si distinctio minima post προδότου ponatur, et pro ϛρατιγοῦ ϛρατηγοῦ scribatur, omnia plana sunt: nam nemo ignorat Pliſtoanactem filium fuisse Pausaniae proditoris, ducis Graecorum in proelio cum Persis ad Plataeas. Στρατοῦ pro ϛρατηγοῦ itidem e compendio scribendi ortum arbitror.

5. Ὅτι Θουκυδιδείαι ἐϛί] Quid hoc sibi vult? quae constructio *Thucydidea* subesse huic loco dici potest? Non certe ad haec verba pertinet illa annotatio, sed ad ista, quae paruo interuallo praecedunt, τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα. Sic autem p. 110. dixit, τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην. et p. 71. τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον· item p. 72. τῆς Ἀκαρνανίας ἐς Οἰνιάδας. STEPH. Adde quae scribit in Append. ad scripta de Dialect. Att. p. 129.

P. 285. v. 1. Τῶν νεῶν] Ita omnes *Edd.* quas vidi, pro νέων.

5. Ἡσύχαζε] Male exponit istud loquendi genus, δι' ἡσυχίας εἶχεν. Neque enim Pericles dicitur a *Thucydide* δι' ἡσυχίας ἔχειν, id est ἡσυχάζειν, *quiescere:* sed δι' ἡσυχίας ἔχειν τὴν πόλιν, id est, *quietam tenere ciuitatem.* Nam subaudire ἀπὸ κοινοῦ hunc accusatiuum oportet: quod ille non animaduertit, sed ἔχειν, quod actiue dicitur, neutra significatione poni existimauit. STEPH.

6. Σύμμαχοι πάλιν ἐγένοντο τοῖς Ἀθηναίοις] Respicit ad ea, quae Lib. I. Cap. 102 et 107. narrat *Thucydides.*

7. Μὴ δεηθέντας σπονδῶν αἰτῆσιν] Scribo αἰτήσεως. Alioqui dicendum esset σπονδὰς αἰτῆσαι· verum illud malo. Ideo autem de hoc nos admonet, quod alioqui legamus alibi passim, ὑποσπόνδους τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο. *Sequestram pacem* (inquit) *ad eos humandos impetrare necesse non habuerunt, quum non omnino superati forent.* Interpretor autem, *omnino superati* potius quam *valde superati*, quod vel πάντη scriptum fuisse, vel illi πάνυ significationem huius datam existimem. STEPH.

P. 287. v. 1. Παράσιοι Ἀρκάδες] Scribendum Παρῥάσιοι. HVDS. Recte: nam non Παράσιοι, sed Παρῥάσιοι sunt in Arcadia. Et fortassis ita scripserit *Scholiastes*, vt significaret non esse confundendos Παρῥασίους Arcadiae cum Παρασίοις Thessaliae. Sed quid est, quod addit *Scholiastes*, Παράσιοι Θεσσαλοί? aut qui sunt illi Παράσιοι Thessaliae, quos etiam *Thucydides* hic memorat? Eorum mentionem nusquam alibi inuenio, et credo hoc nomen in *Thucydide* corruptum, ac pro eo Παράλιοι scribendum esse. *Stephanus:* Πάραλος ἐν Θεσσαλίᾳ, πόλις τῶν Μηλιέων, ἧς οἱ πολῖται Παράλιοι. Et *Thucydides* III, 92. Μηλιεῖς οἱ ξύμπαντες, εἰσὶ μὲν τρία μέρη, Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι Alii ab his sunt Πειρασιοὶ itidem Thessali, quorum vrbs *Stephano* est Πειρασία, πόλις Μαγνησίας· ἐθνικὰ Πειρασιεὺς et Πειρέσιος· nam et vrbs Πειρεσιαὶ et Πειρεσία dicitur. Vide *Holstenium* ad h. l. Stephani.

3. Δημοκρ.] Videndum annon scribi debeat διὰ δημοκρατίαν et δι' ὀλιγαρχίαν. STEPH.

4. Ὁ ΣωΦρονίσκου] Malim ἢ ὁ ΣωΦρονίσκου· ferri tamen et altera lectio potest. IDEM.

7. Μεγάλου κινδύνου ϰρεμαμένου] Non scio quam bene hoc dicatur. Κίνδυνος ἐπικείμενος et ἐπικρεμάμενος recte dicitur.

8. Εἰσέβαλον εἰς τὴν Ἀττικὴν διὰ τὸν Πειραιᾶ] Εἰσέβαλον εἰς τὸν Πειραιᾶ *Caff.*

9. Ἐν τῇ ναυμαχίᾳ] Non sunt in *Caff.* nec magnopere requiruntur.

ib. Τῶν ταλάντων] Videtur excidisse litera, nota numeri millenarii.

P. 289. v. 1. Λείπει πολλῶν] Quemadmodum hic vult a nobis πολλῶν cum ἀνθρώπων subaudiri (nam ita intelligendum esse λείπειν docui in *Praparasceue*) ita etiam p. 109. τὰ ἔρημα τῆς πόλεως dici admonuit τὰ ὀλιγάνθρωπα· ita vt idem hyperboles genus sit vtrobique. STEPH. Agit etiam de hoc loco in Append. ad Scripta de Dialect. Att. p. 117.

2. Τὸ ἄρχοντες κυρίως] *Suidas:* ἄρχοντες παρὰ Θουκυδίδῃ ἐπὶ θαλάσσης εἴρηται· ἔϛι δὲ ὅτε καὶ ἐπὶ γῆς. Addidit παρὰ Θουκυδίδῃ, quod non est in *Scholiaste:* et recte. Nam non solum apud *Thucydidem*, quod prae se ferunt verba *Suidae*; verum etiam apud alios tam de maritimo, quam de terrestri itinere dicitur.

P. 291. v. 2. Ἐν ἐρήμῳ τόπῳ] Non cum πεμπόμενοι, sed cum οἰκῆσαι iunguntur haec verba, ἐν ἐρήμῳ τόπῳ· alioqui εἰς ἔρημον τόπον dicendum fuisset. Caeterum hanc differentiam vbique seruari minime credendum est. STEPH. Haec etiam *Suidas* habet in ἀποίκησις, et ἔποικος, sed pro eo, quod hic est εἰς πόλεις, vtroque loco ἐν πόλει. Et ita hic *Caff.* Adde *Schol.* ad p. 10.

5. Φίλον.] Vel ante vel post Φίλον aliqua deesse verba puto, quae nominis Φίλος significationem latius quam τοῦ πρόξενος patentem restringant. STEPH.

6. Τηρης, Τήρεω] Ὁ Τήρης, τοῦ Τήρεω. *Caff.*

7. Ἐν τῇ συγγραΦῇ] Qui εἰσάγειν εἰς τὴν συγγραΦὴν diceret, rectius loqueretur. STEPH.

Ibid. Καὶ τοῦτον] Καὶ τοῦτο *Caſſ.*

8. Ἰτυλὸν καλοῦσι] *Catullus* Carm. LXVI. *Daulias abſumti fata gemens* Ityli; vbi *Voſſius* obſeruat etiam ita ab *Homero* eum vocari Odyſſ. τ'. v. 522. Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον Φίλον. Narrat quidem *Homerus* aliter fabulam; ſed tamen ἀηδόνος filium facit Itylum. *Etymol. M.* Ἴτυλος, ὄνομα κύριον, ὁ ἐκ τοιούτων γάμων Τηρεῖ γενόμενος.

P. 293. v. 1. Διὰ τόσου] Ita *Edd. Camer. Steph.* 2. et *Hudſ. Portus* ante hoc ſcholion poſuit διὰ τοσούτου, quae ſunt verba *Thucydidis.*

2. Χαλκιδέας, Βοττιαίους] Ex ipſo *Thucydide* (ſi bene memini) ſumta eſt iſta expoſitio: ipſe tamen *Scholiaſtes* antea (pag. videlicet 103.) in haec verba τὰ ἐπὶ Θράκης, ſcribit, οἷον Βυζάντιον, Πέρινθος. Non dubium eſt autem quin χωρία ibi relictum ſit ſubaudiendum, quod hic adiectum habemus. Steph.

4. Πέλτη ἀσπὶς τετράγωνος] Sic etiam *Suidas*, Πέλται, ἀσπίδια τετράγωνα, fortaſſis ad hunc locum reſpiciens. De figura peltae Thraciae, de qua hic agitur, videri poſſunt *Lipſius* in Analect. ad Lib. III. de Milit. Rom. Cap. 1. *Salmaſius* ad Vopiſci Carinum Cap. XX. *Petitus* de Amazonib. Cap. XXV. et *Cuperus* IV. Obſeruat. 2.

7. Σάμιος] Vide *Holſtenium* ad Stephanum v. Σάμος. Σάμιοις, pro quo ibi emendat Σάμιος, eſt vitium *Ed. Porti.* Σάμιος ἀπὸ Σάμου, Σαμαῖος ἀπὸ Σάμης. *Caſſ.*

P. 295. v. 1. Ὄντες δηλονότι] Non animaduertit ſequi participium ἀνακομιζόμενοι, cum quo haec verba ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν iungenda ſint: alioqui participium iſtud ὄντες de ſuo non attuliſſet. Steph.

ib. Μεταξυλογία] Quae hic dicit eſſe μεταξυλογίαν (quod ſonat interloquium) alibi dicere ſolet poſita eſſe διὰ μέσου Steph.

3. Οἱ ἀκραιφνεῖς καὶ οὐ ξένοι] Scholium hoc mendoſe ſcriptum eſt; nihil enim commune habent verba iſta, καὶ οὐ ξένοι, cum illo proxime praecedenti vocabulo ἀκραιφνεῖς. Steph. Sed ἀκραιφνεῖς quoque non multum commune habet cum verbis οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ, quae ante hoc ſcholion poſita ſunt. In *Caſſ.* haec melius referuntur ad praecedentia αὐτοὶ Ἀθηναῖοι· ξένων nomine autem comprehendi poſſunt et μέτοικοι, et illi, quos τὸν ἄλλον ὅμιλον ψιλῶν vocat, vel pars horum.

6. Λαβεῖν δηλονότι] Potius προσποιήσασθαι, quod praeceſſit in *Thucydide.* Vide *Stephani* Proparaſceuen p. 578. [473. χ. h. ed.]

P. 297. v. 1. Τὸν πάτριον etc.] Quamuis manifeſtum ſit, *Thucydidem* haec verba, τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, ad proxime ſequentia verba referre, δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο, vt πάτριον νόμον generaliter vocari exiſtimemus quaecunque ad illas pertinent: hic tamen *Scholiaſtes* ad corporum crematione eum in illis verbis reſpicere exiſtimat. Steph. Pluribus de hoc loco agit in *Proparaſceue* p. 579. [474. hui. ed.]

3. Πρὸ τρίτης ἡμέρας] *Suidas*: προτριτάτη, τρίτη ἐπάνω ἡμέρα. Θουκυδίδης ἐν β'. τὴν τρίτην πρὸ τῆς ἐκφορᾶς. Hoc *Kuſterus* bene emendat, πρότριτα, τῇ τρίτῃ ἐπάνω ἡμέρᾳ. Sed πρότριτα ex hoc loco legendum iam ante *Portus* viderat.

ib. Ἢ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς] Altera haec expoſitio admitti non poteſt. Sic autem et aliis quibusdam in locis duas expoſitiones affert, quarum vnam meliorem eſſe dicit, quum tamen altera recipi nullo modo poſſit. Steph.

4. Διὰ τὸ ἄσηπτον etc.] Scripſit fortaſſe, διὰ τὸ ἄσηπτον τοῦτο τὸ ξύλον εἶναι· alioqui ſubaudienda haec reliquiſſe putandus eſt. Steph. Plura teſtimonia eorum qui cupreſſum ἄσηπτον eſſe dixerunt, collegit *Bocharius* Phaleg. I, 4.

ib. Τὸ καλ. Κεραμεικόν.] Nomen loci Κεραμεικὸς, vt ex *Ariſtophane* in Auibus elicitur: Ὁ Κεραμεικὸς δέξεταί νὼ etc. *Palmerius.* Forſan ideo Ceramicum δημόσιον σῆμα vocabant, quod ibi eos, qui in praelio pro patria occubuerant, publico ſumtu ſepeliebant. Vide *Meurſii* Ceram. Gem. c. 20. Hvds.

[P. 299. v. 4. τὸ δεῖν. Ita aut ὅτι δεῖ in hoc Schol. pro vulg. τὸ δεῖ ſcribi voluit Duker.]

5. Καὶ μὴ ἐν κινδύνῳ γίνεσθαι τὸ πιςευθῆναι] Fallitur in eo, quod cum infinitiuo κινδυνεύεσθαι (exponens ἐν κινδύνῳ γίνεσθαι) iungit alterum illum πιςευθῆναι, cui articulum τὸ praefigit, vt quodammodo nominis locum obtineat. Quid enim accuſatiuo ἀρετὰς fieret? et quomodo eo qui non ſolum vicinus ſed contiguus etiam eſt, praeterito, ad vocem πιςευθῆναι, quae aliquo interuallo remota eſt, veniremus? Sed quoniam quod de accuſatiuo illo dico manifeſtum eſt, at non item quid fieri debeat illo infinitiuo πιςεύεσθαι, id eſt, quo referri a nobis oporteat: meam hac de re ſententiam proferam. Non video certe quid obſtet quo minus particulam ὥςε ante illum infinitiuum ſubaudiamus, atque adeo tanquam extrinſecus ſubſidio venientem, illi praefigamus: vt perinde ſit ac ſi *Thucydides* ita loquutus eſſet, καὶ μὴ ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς πολλῶν ἀρετὰς εἰς κίνδυνον καθίςασθαι, ὥςε ἢ εὖ ἢ χεῖρον περὶ αὐτῶν εἰπόντι πιςευθῆναι (intellige autem περὶ αὐτῶν, videlicet τῶν ἀρετῶν) id eſt: *Non autem ab vno viro multorum virtutes in discrimen adduci, quum futurum ſit vt ipſi de illis virtutibus credatur, ſiue bonam, ſiue malam de illis orationem habuerit.* Quod referendum ad illos quibus eloquentia deſtitutis accidere poteſt vt orationem habeant in qua non dignis laudibus virtutes illorum ornent, et ita ingenii ſui culpa (vt loquitur *Horatius*) laudes eorum deterant. Verum improprie dicit εὖ εἰπόντι, quum ſatis eſſet χεῖρον εἰπόντι· quia non ἀπὸ τοῦ εὖ εἰπόντος, ſed tantum ἀπὸ τοῦ χεῖρον εἰπόντος poteſt eſſe periculum. Steph. Qui lapſus *Scholiaſtae* indicare, ne quem legentem forte ab Auctoris ſententia auertant, inſtituimus, hic defendere eundem non verebimur, contra animaduerſionem inſignis alias Viri et γραμματικωτάτου *H. Stephani.* Vt autem, quae mens noſtra, intelligatur, en *Thucydidis* primum verba: Καὶ μὴ (ſcil. ἐδόκει) ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιςευθῆναι. *Schol.* ἀντὶ τοῦ, καὶ μὴ ἐν κινδύνῳ γίνεσθαι τὸ πιςευθῆναι. Ad haec *H. Stephanus*: *Fallitur* (inquit) *in eo Scholiaſtes, quod cum infinitiuo* κινδυνεύεσθαι, *iungit alterum illum* πιςευθῆναι, *cui articulum* τὸ *praefigit, vt quodammodo nominis locum obtineat. Quid enim accuſatiuo* ἀρετὰς *fieret?* et quae plura ibidem addit, prolixiora, quam neceſſum eſſet.

Subaudiendam autem vult ante infinitiuum particulam *ὥςε*, vt perinde ſit ac ſi *Thucydides* ita loquutus eſſet, *καὶ μὴ ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς πολλῶν ἀρετὰς εἰς κίνδυνον καθίςασθαι, ὥςε ἢ εὖ ἢ χεῖρον περὶ αὐτῶν εἰπόντι πιςευθῆναι.* Verum, niſi magnopere fallor, receditur aliquantum iſta interpretatione a vero et genuino ſenſu verborum grauiſſimi oratoris, qui omnino non putauit periclitari virtutes defunctorum in eo, *quod fides de iis haberetur tam bono quam malo oratori;* ſic enim omnibus crederetur aequali modo (quod non vellet tamen *Stephanus*, et talis ſenſus ex paraphraſi ipſius ſequitur.) Sed ſignificatum potius Pericles voluit: *prout bonus aut malus contigerit orator virtutibus enarrandis, ita fidem illas quoque apud auditores inuenire*, diuerſam nempe pro facultate et eloquentia oratoris. Veram ergo putamus conſtructionis rationem eſſe, quam dedit *Scholiaſtes*, et accuſatiuum *ἀρετὰς* potius a *πιςευθῆναι* regi, quam *τῷ κινδυνεύεσθαι.* Ita non dubitem praeferre interpretationem *Porti* h. l. *Stephanianae*, omnibus vero iſtam doctiſſimi *Camerarii*, in verſione *Concionis funebris Pericl.* talis quae legitur: *neque periculum adiri, vt in vnius alicuius oratione meliore aut deteriore virtutis multorum verſaretur fides.* Is videtur conſtructionem ita cepiſſe verborum, vti nos oſtendimus. Cepit ita etiam *Fr. Portus* in Commentario. Caeteri omnes, *Valla*, *Philippus*, *I. Caſa*, *Enenckelius*, errore leui quamuis, in hoc offendunt, quod accuſatiuum *ἀρετὰς* pertinere proxime ad *κινδυνεύεσθαι* iudicent. GRAMM.

6. *Περιφραςικῶς ἡ ἀλήθεια*] Nemo non mihi aſſentietur (vt ſpero) diſſentienti hic quoque a noſtro *Scholiaſte;* cur enim *Thucydides*, ſi aliud quam *ἡ ἀλήθεια* dicere noluiſſet, pro eo periphraſtice *ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας* dicere maluiſſet? aut quod talis periphraſis afferri exemplum poteſt? Ad *Interpretes* autem quod attinet, prioris certe interpretatio multo magis quam poſterioris tolerabilis eſt. Ita enim *Valla; Arduum enim in dicendo ſeruare temperamentum in ea re, in qua vix etiam veritatis opinio afferri poteſt.* At *Vitus* ita, nulla veritatis facta mentione: *Difficile eſt enim conuenienter dicere ea de re de qua orator vix impetrare poteſt vt ſibi credatur.* Ac refert etiam hic quomodo aduerbium *μετρίως* interpretemur, quum ita reddere ipſum oporteat vt ſequentibus reſpondere poſſit. Non reſpondebit autem ſi *conuenienter* (contra etiam conſuetum vſum) nec ſi *pro dignitate* (vt *Scholiaſtes ἀξίως* exponit) reddamus, ideoque huius etiam aduerbii vim rectius, meo quidem iudicio, *Valla* expreſſit. Hanc enim Periclis mentem exiſtimo: *Difficile enim eſt ita modum ſeruari ab eo qui dicit, vt res nihil nec minuantur, nec augeantur, cum ex iis ſint, de quibus dicendo vix efficere poteſt vt quales reuera ſunt, tales videantur.* Quod ſi verus hic eſt verborum Periclis ſenſus (vt eſſe fatebuntur, opinor, qui totum locum penitus introſpexerint) vide quam procul a veritate abſit quod a *Scholiaſte* hic ſcribitur, *ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας* periphraſtice pro *ἡ ἀλήθεια* dictum eſſe. Tot certe ſtadiis, aut etiam paraſangis ab eo remotum eſt quot illud de periphraſi itidem ab eo dictum: videlicet *ἡ ξυντυχία τῆς ξυμμαχίας* periphraſtice non aliud eſſe quam *ξυμμαχια.* STEPH.

8. *Ἔςι δὲ σχῆμα*] Imperfectum eſſe reor hoc *Scholium:* et poſt *ἔςι δὲ σχῆμα* addidiſſe cur ſermonem hunc *ἐσχηματίσθαι* diceret. Ratio autem haec eſt (ni fallor) quod ſit numeri enallage, quum ſingulari pluralis ſubiungatur. Sic autem et pag. ſeq. ad v. 15. dicitur *σχῆμά ἐςι* ſed alia de cauſa. IDEM. *Ἔςι δὲ σχῆμα* hic non ſunt in *Caſſ.*

P. 301. v. 5. *Ταῦτα λέγει ὁ Περικλῆς*] Hoc ſcholium non habet *Caſſ.*

P. 303. v. 1. *Αἰνίττεται τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων*] Haec ita ſcribuntur in *Roſtg. αἰνίττεται Λακεδαιμονίους. Λυκούργου τοὺς Κρητῶν καὶ Αἰγυπτίων ζηλώσαντος, καὶ τῶν ἄλλων τὰ πλείω πρὸς Λακεδαιμονίους. Caſſ.* ad verba *Thucydidis χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ* haec habet: *τὸ β' κεφάλαιον τοῦ ἐγκωμίου, ἡ ἀγωγή.*

3. *Καὶ ὁρᾷ*] *Καὶ ἑώρα Caſſ.*

5. *Τὸ δὲ ἤ, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον.*] Quomodo *ἤ* pro *μᾶλλον* poſitum dici poteſt? Reſpondet certe aduerbio *τὸ πλεῖον* (pro quo ſaepe *τοπλέον* occurrit) et perinde eſt ac ſi dictum foret, *οὐκ ἀπὸ μέρους μᾶλλον ἢ ἀπ' ἀρετῆς.* STEPH. A *Caſſ.* haec omnia abſunt. [Nunc *πλεῖον* editum.]

6. *Ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ μὲν κεῖται*] De hac item annotatione quid dicemus? qui verum hoc comperietur, particulam *δὲ* pro *μὲν* poſitam eſſe? Inauditum certe talem voculae *δὲ* vſum eſſe exiſtimo: ſed eum intellexiſſe arbitror, perinde eſſe ac ſi dixiſſet *Thucydides*, *εἰ μὲν ἔχει τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν.* Atqui dicendum potius fuiſſet *εἴγε ἔχει.* At Latina particula *quidem* (quam alioqui illi *μὲν* reſpondere notum eſt) locum hic poſt *ſi* habere poſſet; apte enim diceretur, *Siquidem habeat:* non minus quam *ſi modo habeat.* Verum aliud hoc de loco dicendum arbitror, quod *Scholiaſtae* in mentem non venit: *Thucydidem* in his verbis *κατὰ πενίαν* tacite incluſiſſe coniunctionem *μέν*, cui *δὲ* reſpondet; vt haec, *οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν,* non ſecus a nobis accipiantur quam ſi dictum foret, *οὐδ' αὖ πένης μέν ὢν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρ.* etc. STEPH. Et hoc ſcholion ignorat *Caſſ.*

[6. Integrum Schol. in Baſ. hoc eſt: *Ἀξιώματος ἀφανίᾳ. Ὅτι οὐκ ἔςι πλούσιος ἢ εὐγενής. Ἀρίςη πολιτεία, τὸ κατὰ νόμους μὲν ἀπονέμειν πᾶσι τὸ δίκαιον κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς τε καὶ διενίξας* (non ſatis cerni poterat, auctore Duk., vtrum *ν* et *ι*, an aliae litterae, item *ας* an *εις* eſſet) *καὶ μὴ περιορᾶν μήτε τὸν ἀδικούμενον μήτε τὸν ἀδικοῦντα, ἔκαζον δὲ τῶν πολιτῶν οὐκ ἀπὸ μέρους προτιμᾶν, ἢ διὰ τὴν ἀξίαν εἴ τύχοι τις ἀξιώματι σεμνυνόμενος, ἢ διὰ τὸ γένος, ἢ διὰ πλοῦτον, ἢ τι τῶν ἄλλων, ᾧ τις διαφέρειν οἴεται τῶν πολλῶν καὶ εὐδοκίμων ἐν μέρει, ἀλλ' ἀπὸ ἀρετῆς καὶ ἀρίςης ἐπιτηδεύσεως. ὁ γὰρ τοιοῦτος, κἂν πένης καὶ ἄδοξος, ἐκ πενήτων τε καὶ ἀδόξων εἴη, κἂν ἀφανὴς, τῶν πλουσίων τε καὶ ἐνδόξων ἐςὶν ἐντιμότερος.*]

7. *Κατὰ κοινοῦ τὸ πολιτευόμεθα*] Deſunt *Caſſ.*

8. *Λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας*] Neque hic aliquid in *Scholiaſta*, erudite Lacedaemoniorum nobis auctoritatem depingente, lubet animaduertere. Saltem de *Fr. Porti* emendatione, quae in margine textus conſpicitur,

vlteriusque in Commentario declaratur, hoc monebimus, parum eam nobis probari. In Periclis verbis est, *οὐδὲ ἀζημίους μὲν, λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας προστιθέμενοι.* Eius loco vult vterque *Portus* προτιθέμενοι, *proponentes.* Aſt προστιθέμενοι retinendum sane existimamus, et vertendum simpliciter, *addentes, adiicientes.* Sed et maior latet emphasis in hoc verbo, vti hic quidem adhibetur; implicat enim simul notionem *instituti* aut *legis*, quasi dixeris: *adiicientes (et imponentes ex lege quadam et consuetudine ciuitatis) dolores ciuibus, poena quidem qui careant, sed tamen acerbos visu.* Sic enim verbum hoc politicum et forensem nonnunquam vsum habet, quod norunt ii, qui *Demosthenem* et oratores caeteros diligentius euoluerunt. Noster huius ipsius orationis initio: *ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ λόγον τόνδε. Pollux*, eo capite quo δικαστικὰ pertractat: Τὸν δὲ οὐ βουλόμενον μαρτυρεῖν ἐκλήτευον, ἀνάγκην τοῦ μαρτυρῆσαι προστιθέντες· l. 8. c. 6. Porro, nil dicit *Portus*, cum προστιθέμενοι, aut vt ipse legendum putat, προτιθέμενοι construendum iubet cum τῇ ὄψει, *proponentes oculis aliorum, eos scil. quos contumelia publice afficimus.* Pertinet enim τῇ ὄψει ad λυπηρὰς, vt sit, *dolores adspectu ipso acerbos ac visu horridos.* Non vacat ad examen hic reuocare *Interpretes Latinos*, quorum vnusquisque aliquid singulare attulit h. l. nemo autem, quod exacte et penitus satisfaciat. Quin alioqui longius recesserunt ab Auctoris mente. Illa autem non alia heic, quam in parte eorum, quae antecesserunt, et quae sequuntur, per aliquot multas periodos, nimirum vt conferat Athenienſium mores cum institutis Reipubl. Spartanae, quae et allatis verbis indigitat, speciatim *αἰνιττόμενος τὰς διαμαγιγώσεις καὶ κολάσεις* illas, quas *Xenophon* aliique nobis memorant. His nempe duriter et acerbe, etiamsi extra ζημίαν seu poenam, vt Pericles dicit quoque, Lacedaemonii cives suos tractabant; cum contra Athenienses repudiatis eiusmodi moribus et regendi artibus *ἀνεπαχθῶς* ciues suos degere paterentur, ac deliciis ludorum certaminumque λυπηρὸν omne ἐκπλήσσειν atque abstergere, quemadmodum in sequentibus orator explicat. GRAMM. Quam hic *Scholiastes* ἐπιείκειαν Lacedaemoniorum dicat, non intelligo: nam illi omnibus rebus magis *ἀνεπιείκειαν*, quam ἐπιείκειαν prae se ferebant.

P. 305. v. 5. Ἡ ζωγραφία] Hoc corruptum puto. Fortassis scripsit ψυχαγωγία. *Ammonius* in χαρὰ, τέρψιν definit *οἱονεὶ τρέψιν καὶ ψυχαγωγίαν ἀπὸ τοῦ ἀηδοῦς ἐπὶ τὸ κρεῖσσον.*

8. Πληρώσας] Noue dictum πληρώσας τὰ ἐν εἰρήνῃ γινόμενα ἀγαθὰ, pro eo quod est, *Quum plene et quantum satis est de illis dixisset.* STEPH.

P. 307. v. 2. Εἰς τὰ πολέμια] Hic πολέμια (ne cui suspectum sit) pro πολεμικὰ dicit, sicut et p. 121. ad v. 83. et p. 122. ad v. 97. Nec certe mirum videri hoc debet, quum et *Thucydidem*, et post eum *Dionysium Halicarnassenm*, ita vocabulo illo vti ostenderim. IDEM.

3. Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάν] Vide *Meursii* Miscell. Lacon. l. 2. c. 2. HVDS.

Ibid. Ἢ ἐπὶ τὰν (τουτέσι μετ' αὐτῶν) ἀναιρέθητι] Quomodo ἐπὶ τὰν significare possit μετ' αὐτῶν, non video: nec alius quisquam (vt opinor) videbit. Quod si quis τᾶν scriptum ab eo fuisse dicat, ne huic quidem lectioni satis expositio ista conueniet: vt omittam, eodem vtrobique modo scribi hanc vocalem debere: quod fieri nullo modo possit. Nec vero dubium est quin apud alios hunc Laconicum loquendi morem narrantes, cum τὰν subaudire ἀσπίδα oporteat, perinde ac si diceretur, ἢ ταύτην τὴν ἀσπίδα, ἢ ἐπὶ ταύτην. Volebant enim eum monere ne vnquam ῥίψασπις esset, sed ipsum clypeum (qui a Graecis ἀσπὶς vocatur) referret, aut faceret vt inter strenue pugnandum mortuus super eo referretur. Ac scio, a quibusdam, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, eodem sensu scribi. Pertinetque huc quod de quodam Thrasybulo Lacedaemonio legimus in III. Anthologiae Epigrammatum libro:

Τᾷ Πιθάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους.

Verum considerandum est *Scholiastem* non solum ἀσπίδος mentionem facere, sed δόρυ illi adiicere. *Simulatque* (inquit) *Lacedaemoniis infans e matris aluo exierat, clypeo illum imponebant, iuxta quem erat hasta: et illi inclamabant*, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. Quod si et in iis quae illi inclamabant, non tantum τῆς ἀσπίδος sed etiam τοῦ δόρατος mentionem facere volebant, veram lectionem esse crediderim, ἢ τὰ, ἢ ἐπὶ τά. STEPH. Sed ita non tollitur difficultas: nam ne quidem ἐπὶ τὰ, nempe τὸ δόρυ et τὴν ἀσπίδα, significare potest μετ' αὐτᾶν. In *Cass.* omissis his, ἐπὶ τὰν τουτέσιν, est, ἢ ταῦτα σῶσον, ἢ μετ' αὐτῶν ἀναιρέθητι· melius quam in *editis*. Et ita etiam haec in *Meursii* Miscellan. Lacon. II, 2. leguntur. Pro ἐπὶ τὰν, quod et in *Suida* est v. ἢ τὰν et Λυκοῦργος, *Kusterus* legit ἐπὶ τᾶς, vel ἐπὶ τᾷ. Hoc probaui ad *Florum* I, 18. auctoritate praecipue *Plutarchi*: nunc nihil mutandum censeo. Nam pro ἐπὶ τὰν *Aristoteles* apud *Stobaeum* Serm. VII. ἐπὶ ταύταν, et *Sext. Empiricus* III. Pyrrhonicar. Hypotypos. 24. p. 181. *Ed. Fabric.* ἐπὶ ταύτην habent. Loca illorum laudauit *Meursius*.

5. Οἱ πλείονας ἐνεγκόντες] Nempe πληγάς; vt πολλὰς τύπτεσθαι apud *Aristophanem*, et plura huiusmodi apud alios in *Stephani* Appendice ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 12.

ib. Τὸ τοῖς ἀνδρ.] Imo τὸ ἀνδρεῖον hic substantiui nominis sedem occupat, et τὴν ἀνδρείαν (siue ἀνδρίαν, vt alii scribunt) id est *fortitudinem*, significat. Neque enim dubito quin τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται sonet fortitudinem consectantur, siue quae ad fortitudinem pertinent. *Valla* tamen vertit, *virile robur nanciscuntur.* STEPH. Hoc scholion non habet *Cass.*

6. Μεμέρισαι γὰρ αὐτῶν τὸ στράτευμα] Haec non multum faciunt ad interpretationem vocabuli ἐπιμέλειαν, ac potius videntur pertinere ad praecedentia ἀθρόα τε τῇ δυνάμει ἡμῶν.

7. Εἰς στρατείαν] Ἐκστρατίαν. *Cass.* pro ἐκστρατείαν.

11. Καὶ ταπεινότητος] Desunt *Cass.*

13. Τὰ δυσχ.] Non placet ita exponi verbum φιλοσοφοῦμεν· licet *Valla* hanc interpretationem sequens dixerit, *Philosophamur autem (id est, inopiam toleramus) citra animi enerualionem.* At *Vitus* magna licentia, nulla autem prudentia vtens, interpretatur, *Et tenuiter victi-*

tantes, sine mollitie. Ego vero ab vsitata verbi Φιλοσοφοῦμεν significatione non procul discedendum, sed tantum paulo extendendam latius dixerim: ita interpretando, *literas tractamus sine mollitie*; vel, *studia literarum tractamus.* Obiiciebatur enim illis (sicut et aliis obiici solebat), a studiis literarum molles atque effeminatos reddi. STEPH.

ib. Ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἔργου, καὶ οὐ κ. λ.] Ἐν τῷ καιρῷ ἔργῳ καὶ οὐ κ. λ. *Caff.*

P. 309. v. 1. Γνώμης ἀρίσης] Hoc scholion non habet *Caff.*

2. Δημιουργοῖς, καὶ γεωργοῖς, καὶ κυνηγοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδιώταις] Δημιουργοῖς, καὶ κυνηγοῖς, καὶ ἰδιώταις. *Caff.*

4. Τῶν πολεμικῶν] Aut mendum librarii est, τῶν πολεμικῶν, pro τῶν πολιτικῶν, aut reprehendendus *Scholiastes*, qui, cum nulla militarium rerum hic mentio, sed generatim de omnibus ad Remp. spectantibus agatur, quorum pars tantum τὰ πολεμικά, ad speciale hoc tamen mentem Auctoris restrinxit. Quod miror non tam dimissse sine censura *Stephanum*, sicut multa alia, quam quodammodo approbasse notis in *Schol.* ad p. 120. GRAMM. *Stephanus* ad p. 120. [307.] ostendit *Scholiasten* hac p. etiam πολέμια dicere. Itaque non respexit ad hoc scholion, in quo est πολεμικῶν, sed ad haec verba praecedentis, οἱ δὲ τὰ πολέμια πάντες. Ad illa, quae paullo post dicit *Thucydides*, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομεν, in *Caff.* ex *Hesiodi* ἔργ. v. 291. adnotatum erat, Ἡσίοδος, οὗτος μὲν πανάριστος, et Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος.

P. 311. v. 1. Τὴν Φιλίαν καὶ εὐεργεσίαν] Varias pro varietate locorum dat expositiones huic vocabulo ἀρετή· quas nullo probare modo possum. Ex illis est ista, qua ἀρετὴν *amicitiam et beneficentiam* (nam εὐεργεσίαν de ea potius quam simpliciter de *beneficio* intellexisse credibile est) significare dicit. Non enim video quid obstet, quo minus nomini ἀρετὴ suum vsum relinquamus: ac tolerabilem *Vallae* interpretationem censeo, in eo quod ἀρετὴν *virtutis officia* vertit; at vero *Viti* interpretationem quomodo tolerari posse existimem, quum in ea mentio *virtutis* nulla fiat? Ita enim ille: *In communicatione officiorum etiam quaedam aliter facimus quam multi.* Quasi vero *virtutis* appellatio augustum aliquid non habeat, quod nobis non repraesentamus, quum *communicationem officiorum* legimus: vt omittam, hoc esse significationem illius restringere. Ego igitur ita malui locum hunc interpretari, verbum verbo reddens: *In iis etiam quae ad virtutem pertinent, a vulgo discrepamus:* quum *Valla* quidem non male ἀρετὴν *virtutis officia* vertisset, sed male reliqua; ita enim ille: *Iidem erga multos virtutis officiis fungimur:* non quod haec ex iis quae a Pericle dicuntur colligi non possint, sed quod ista verba *erga multos fungimur*, cum istis, ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς, nihil habeant commune. Ac mirum certe quid illi ita haec vertenti in mentem venerit, nisi quampiam valde a nostra diuersam lectionem (ad illa quidem certe verba quod attinet) sequutus sit. Caeterum habebis et paulo post nomen ἀρετὴν expositum εὐεργεσίαν· de qua expositione ibi quoque dicetur. STEPH.

2. Σώζειν, ᾧ.] Σώζειν ἐκεῖνον δηλονότι, ᾧ *Caff.*

ib. Ὁ δὲ πάσχων.] Non πάσχων sine adiunctione scripsisse, sed ei particulam εὖ adiecisse credibile est. Quum porro participium ἀντοφείλων ita exponit, id quod sequitur pro eo quod praecedit a *Thucydide* poni ostendit. STEPH. Coniecturam Stephani firmat *Caff.* in quo est ὁ εὖ πάσχων.

3 Τὴν εὐεργεσίαν] Hic ἀρετὴν non iam Φιλίαν et εὐεργεσίαν, sed tantum εὐεργεσίαν exponit: qua voce et in altero loco aptius Graecam explicari non inficior: sed quum illic *beneficentiam* quam *beneficium* mallem reddere, hic retineri interpretatio illa non potest, ac potius *beneficii* appellatione vtendum est: quum dicatur τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. *Valla* tamen non *beneficium redditurum*, sed *gratiam redditurum* vertit. At ego *virtutis* appellationem non minus hic quam in praecedente loco retinens, (vt a fideli Interprete retinendam fuisse puto) dixissem περιφρασικῶς, *virtutis officio in reddenda gratia functurum.* Vel (vt haec etiam verba ἐς ὀφείλημα possent comprehendi) *virtutis officio in reddenda quae debetur gratia functurum.* Quanquam apertior quodammodo est pleonasmus quum dicitur *in reddenda quae debetur gratia* (nam ex illo *reddenda* satis intelligi potest hoc, *quae debetur*) quam sit apud *Thucydidem* in his ἐς ὀφείλημα, quae sonant *ad (persoluendum) debitum.* Hunc autem pleonasmum quodammodo regit atque excusat antithesis: nam illis verbis ἐς χάριν, opponuntur ista ἐς ὀφείλημα. Obseruaui autem saepe apud *Thucydidem* quaedam per antithesin poni quae alioqui omitti potuissent: vt hic satis esse poterat dicere, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Verum, ad *Scholiastem* vt reuertar, ne hic quidem ἀρετὴν debuisse exponi εὐεργεσίαν simpliciter, sed τὴν ἀπ' ἀρετῆς εὐεργεσίαν, dixerim. Paucis certe istis posse verbis includi existimo haec omnia, ἀποδώσων τὴν εὐεργεσίαν, ὥσπερ εἰώθασιν ἀποδιδόναι οἱ τῆς ἀρετῆς ἀντιποιούμενοι. Dicit autem paulo post ἐλευθερίαν. STEPH.

4. Ἀντὶ τοῦ μεγ.] Qui fieri possit, vt ἀδεῶς pro μεγάλως ponatur? Sic tamen *Valla*, *magnifice gratificamur.* Quin etiam praecedentia ita vertit vt si scriptum esset, οὐ τοῦ ξυμφέροντος μᾶλλον λογισμῷ, ἢ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐλευθερίας. Ita enim totus hic locus ab eo redditus est: *Iidem soli non emolumenti magis quam liberalitatis fideliter exercendae ratione habita, aliis magnifice gratificamur.* Caeterum in ea quae praecedit *Scholiastae* expositione fortasse scriptum fuerat, καὶ μὴ Φόβῳ τοῦ δεῖσθαι ἄλλων· quibus verbis aliter illud ἀδεῶς explicabatur: *vt is fidenter liberalitatis iussa exsequi diceretur, qui non timeret ne aliorum opera egeat.* Sed ne hic quidem, ἀλλὰ τῷ εὐεργετεῖν, plena esse scriptura videtur. IDEM. *Caff.* ἀλλὰ τῶν (perperam pro τῷ) ἀεὶ εὐεργετεῖν.

ib. Εἰς πολλὰ πρ.] Fortasse haec verba, εἰς πολλὰ πράγματα, in eadem verba scripta sunt, in quae et illa, quae proxime sequuntur. STEPH.

P. 313. v. 2. Πολυσύνδ.] Haec annotatio pertinere ad ista verba non potest: sed quod ea dicitur, verum potius comperitur in his, καὶ οὐ δή τοι ἀμάρτυρόν γε· sic tamen vt alii plerique sint apud eum loci de quibus iustius hoc dicturus fuisse videatur. IDEM.

ib. Οὔτε Ὁμήρου] In *Caſſ.* praeter ſcholion editum haec leguntur: Ὁ γὰρ Ὅμηρος πεποίηκε πάντων ἄριστα ἀνθρώπων κοσμεῖν ἵππους τε καὶ ἄνδρας ὁπλίτας· καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο σοφίας περιουσίᾳ καὶ ἀρετῆς γίνεται· ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ πεποίηκε περὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς θεοῦ οὕτως· Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυάγυιαν Ἀθήνην· καὶ τὰ ἑξῆς· ἅπερ καὶ ταῦτα ἐγκώμιον τῆς πόλεως. Poſterior locus eſt Odyſſ. η'. v. 80. prior Iliad. β'. v. 551. ſeqq.

5. Κακῶν, πρὸς τ.] Videtur intelligere, dictum eſſe κακῶν reſpiciendo ad eos qui cladem patiuntur. STEPH. Hoc et praecedens ſcholion non habet *Caſſ.*

6. Οἵ τε] Scribendum videtur οἵδε τε, et expungendum γενναίως· vt intelligamus οἵδε οἱ κείμενοι, at vero γενναίως ad participium μαχόμενοι fertur. STEPH.

P. 315. v. 1. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐμήκυνα] Deſunt *Caſſ.*

2. Λείπει ἡ εἰς] Vult ἅ poſitum pro εἰς ἅ, vt quum dicitur ἐπαινῶ αὐτὸν εἰς ταῦτα. *Stephanus* Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 95.

3. Οἷον κλοπήν] Εἰς κλοπὴν *Caſſ.* Puto eum voluiſſe τἄλλα hic eſſe pro εἰς τὰ ἄλλα, vt paullo ante ἅ pro εἰς ἅ. Quod autem dicit οἷον κλοπὴν, μοιχείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, melius videtur conuenire vocabulo κακὸν, quod in *Thucydide* ſecundo poſt hunc verſu legitur. Nec recte in verbis, quibus hoc ſcholion adſcribitur, editur πολλὰ pro τἄλλα. Eſt error e ſecunda *Ed. Stephani* in *Porti* et *Hudſoni Edd.* propagatus. *Baſileenſis* τἄλλα, vt in *Thucydide.*

5. Τῶν ἀρετῶν.] Quamuis longo interuallo ἀρετῶν mentio praecedat, ad eas tamen recte retuliſſe videtur: quum aliud quo illae voculae referri poſſint non compareat. Nam ne τῶν δὲ κινδύνων intelligamus, obſtat quod praecedit μετ' αὐτοῦ, videlicet τοῦ κινδύνου. STEPH. *Thucydides*, τῶνδε ἐφίεσθαι· *Scholiaſtes* τῶν ἀρετῶν intelligendum iubet, approbante *H. Stephano*, cuius in annott. haec verba: *quamuis longo interuallo* — Mirum non vidiſſe eum, aut expendiſſe, quae periodo proxima praeceſſerunt. Laudauit orator magnitudinem animi et iudicium ciuium fortiſſimorum, quorum animis nec diuitiarum fructus languorem, nec paupertatis vitandae ſpes timorem periculorum iniecerat, atque hos modo id recte ſenſiſſe praedicat, ſicque exiſtimaſſe, ſeſe vna cum hoſtium vltione vtrumque bonum (nempe et fructum diuitiarum et paupertatis remedium) conſequi debere; ἠβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ (κινδύνου) τοὺς τιμωρεῖσθαι (πολεμίους ſcil.) τῶν δὲ ἐφίεσθαι (nimirum τῆς ἀπολαύσεως τοῦ πλούτου, καὶ διαφυγῆς τῆς πενίας). Queis nihil clarius. Hic autem fateri par eſt, concinniorem caeteris et accuratam ad Auctoris mentem aſſequendam eſſe interpretationem *Baronis Hoheneccii: Horum vero nullus, aut diuitiarum illecebris emollitus, ſegnior remiſſiorue eſt factus; aut ſpe paupertatis in meliorem fortunam commutandae, pericula deſtectauit. Sed hoſtium vltionis, quam ſuae ſalutis auidiores, et id genus periculi pulcherrimum iudicantes; ſimul et hoſtes profligare, et iſtis potiri ſtatuerunt. Camerarius* paulo liberius παραφράζει, negligenter autem nimis rem agit *Ablancurtius*, illa, quae hic expoſuimus, plane praetermittendo. GRAMM

ib. Νικήσουσιν] Νικήσωσιν *Caſſ.*

6. Τῷ ἔργῳ] Verba Periclis ſunt in *Thucydide:* Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν, μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι. Ad haec *Scholiaſtes:* Ἐν αὐτῷ] τῷ ἔργῳ. Ἡγησάμενοι] ἀπὸ κοινοῦ τὸ κάλλιςον. Conſentirem facile, ſi de lectione loci *Thucydidei*, vti in vulgatis habetur *Editionibus*, omnino eſſemus certi. Atque ita legi non in impreſſis tantum (excepta poſteriore *H. Stephani*) obſeruatur, ſed et *Mſſ.* nonnullis, teſte *Hudſono*, vnico tantum discrimine, τοῦ ἀμύνεσθαι pro ἀμύνασθαι. Sed aliter videtur exſtitiſſe in Codice *Dionyſii Halicarnaſſei*, qui ita allegat: ἐν τῷ ἀμύνεσθαι παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι. Omittit is copulam καὶ et pronomen αὐτῷ, nec diſtinctionem inter παθεῖν et μᾶλλον agnoſcit, vt quam vere expungendam credidit. Sed quod καὶ attinet, potui facile haec particula ex *Dionyſii* libris excidere. Αὐτῷ ſemper potius abfuerit, nam conſtructio ſine pronomine illo perfacilis atque commoda. Et vix crediderim ipſum h. l. (qui eſt p. 136.) tam multa verba, in quibus tortuoſam adeo, implicatam intricatamque agnoſcit enthymematum conſtructionem, ex memoria citauiſſe, ſed ex libris potius exſcripſiſſe. Quod ſi retinere placeat αὐτῷ, minime repugnabo, vix tamen intellecturus cum *Scholiaſte* τῷ ἔργῳ, licet in praecedenti membro habeatur, ſed pertinere illud quoque ad τῷ ἀμύνεσθαι plane ſentiens. Nec cogitaſſe Auctorem puto de repetendo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ κάλλιςον, cum ſcriberet μᾶλλον ἡγησάμενοι, non magis, quam cum in praecedentibus ἀξιοῦντες. Carebit igitur oratio commode vtroque *Scholiaſtae* ſupplemento. A quo tamen eo ſe ſeduci paſſus eſt Vir Doctiſſimus *H. Stephanus*, vt in iſtius gratiam, quaſi haud aliter locus conſtrui poſſet aut capi, in ſecunda *Editione* ſua textum ſic mutauerit, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν, μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ ἐνδόντες σώζεσθαι, contra fidem non tantum *Dionyſii Halic.* quod vidimus, ſed et *Codicum* omnium, in quibus tum quoad verba, tum quoad diſtinctionem, plerisque rectiora exhibet *Mſ. Havnienſis* Illuſtriſſ. Domini *de Roſtgaard*, ita nempe: Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι, καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τῷ ἐνδόντες, σώζεσθαι. GRAMM.

[7. In Baſ. tantum eſt ὡς ἀκοῦσαι δειλοὶ, non autem antea etiam ſcribitur ὡς δειλοὶ, vt videtur.]

ib. Τύχην ἀεί] Quod dicit *Thucydidem* ſemper τύχην vocare ipſum bellum, minime verum comperietur: ſed hoc tantum, dubios belli euentus τύχην appellare, ſicut Latini *fortunam* vocant. Hic vero cum τύχης quin ſubaudiatur τοῦ πολέμου, minime dubito. STEPH.

P. 317. v. 2. Μᾶλλον· ἤγουν τοῦ δέους] Scripſiſſe puto μᾶλλον ἢ τοῦ δέους. IDEM. Diſtinctio maxima poſt μᾶλλον, quae etiam in aliis *Edd.* eſt, non poteſt locum habere. Pro ἤγουν *Caſſ.* habet ἢ γάρ.

5. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐνθυμούμενοι] In *Caſſ.* refertur ad ξερίσκειν. Sed non tam ad vnum aliquod verbum pertinet, quam ad totum hoc colon. Ac neque ἐνθυμούμενοι, quod hic ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſſe dicit, in ſuperioribus eſt, ſed ἐνθυμουμένοις, vel potius, vt omnes *Mſſ.* et *Edd.* ante *Stephanum*, ἐνθυμουμένους.

6. Συνεκφοράν] Potius συνεισφοράν ab eo ſcriptum crediderim. STEPH. Ita *Suidas*, *Heſychius*, et *Auctor*

Etymol. M. A *Caſſ.* hoc abeſt, vt et quod mox poſt *προϊέμενοι* legitur, *ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐκτήσαντο.*

P. 319. v. 1. Καὶ ὁ σπουδαῖος] In *Caſſ.* additur, *Ὅμηρος· ἤμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀπὸ αἴνυται.* Eſt in Odyſſ. ρ. verſ. 322. vbi *Edd.* habent *ἀποαίνυται.*

3. Τοῦτο οὖν ὁ Περ] Imo non idem quod *Theognis*, ſed potius contrarium Pericles pronuntiat, vt ipſemet *Scholiaſtes* in praecedentibus fatetur. Videndum igitur ne hic ſcribi debeat, *τούτῳ οὖν τοὐναντίον ὁ Περικλῆς ἀποφαίνεται.* STEPH. Τοῦτο οὖν ἐναντίως ὁ Περ. ἀποφ. *Caſſ.* Idem, quod hic, eſt initium verſus prioris in *Aphthonii* Progymnaſmatibus Cap. VIII. pro quo *Edd. Theognidis* v. 175. habent *ἦν δὴ χρὴ φεύγοντα*, quod refertur ad *πενίη* in diſticho praecedenti.

6. Οὐχ οἱ etc.] Latere ſub hoc loco videtur aliquis *Librarii* error; nam ſi haec dicamus annotata eſſe in iſta *Thucydidis* verba, *ὑμεῖς δὲ, λύπης*, quid attinebat de eo quod manifeſtum eſt admonere? STEPH. In *Caſſ.* pro *παρόντες* eſt *περιόντες*, et poſt *γονεῖς* additur *λείπει τὸ ἐν ἐκείνοις.*

P. 321. v. 3. Φιλάργυροι etc.] In his verbis, *Φιλάργυροι γὰρ οἱ γέροντες*, reſpicit ad illud *τὸ κερδαίνειν.* STEPH.

[P. 323. v. 2. Poſt *ἐναντίον* cod. Baſ. addit *τὸ τεθνεώς.* Mox idem cod. poſt *ἀναμφιβόλῳ* habet: *οἱ γὰρ ζῶντες πρὸς τοὺς ζῶντας φθονοῦσιν, καὶ ἀντιπαλ. . . . τοὺς δὲ τελευτήσαντας, κἂν ἐχθροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, ἐπαινοῦσιν.*]

2. Ἀρετὴ γυναικὸς σιωπωμένη κρύπτεται] Quid hoc ſibi velle putabimus? nam dici itidem poteſt, *ἀρετὴ ἀνδρὸς σιωπωμένη κρύπτεται.* STEPH. *Caſſ. κηρύττεται* exhibet pro *κρύπτεται.* Optime, ad mentem *Thucydidis*, vt eam exponit *Plutarchus*, cuius locum adnotauit Clar. *Waſſe.* Habet autem ſpeciem quamdam verſus, et teſtimonii vetuſti alicuius Scriptoris, ſine nomine, quemadmodum et aliis locis, laudati. In *Roſtg.* ad verba *Thucydidis γυναικείας ἀρετῆς*, adſcriptum erat, *ἥτις γυναιξὶν ἀνήκει· ἴσως σωφροσύνην αἰνίττεται.*

3. Οὐ γὰρ ἀνδρεία] De hoc illi minime Philoſophi aſſentientur, non cadere iuſtitiam aut prudentiam in feminas: multo vero minus ipſae illi hoc concedent, de quibus certe male meretur. Imo, vero et ipſae ſuam ſe haberē fortitudinem contendent. STEPH.

4. Λείπει τὸ παρὰ, ἵν' ᾖ παρ' οἷς] *H. Stephanus* in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 93. putat non neceſſarium eſſe hic elliplin ſtatui, et haec ita reſolui poſſe, *οἱ ἔχοντες ἄθλα κείμενα.* In *Caſſ* hic tantum eſt *παρὰ*, recenti manu inter verſus ſcriptum. Ab eodem abeſt quod proxime praecedit ſcholion, *μέχρι ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν.*

P. 325. v. 1. Τὸ δὲ λεγόμενον] Intelligit, quum dixiſſet *ἡ νόσος*, tamen ſubiunxiſſe *τὸ λεγόμενον*, non *ἡ λεγομένη*· perinde videlicet ac ſi praeceſſiſſet *τὸ νόσημα*, non *ἡ νόσος.* Itidemque *Homerum* hoc in loco,

— Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτε, etc.

quum praecederet *νεφέλη*, tamen ſubiunxiſſe *τὸ μὲν*, tanquam praecedente non femineo nomine *νεφέλη*, ſed neutro *νέφος.* STEPH. Melius *Suidas* in voce *Θουκυδίδης*, qui dicit hoc fuiſſe praecipuum in *Thucydide ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα μεταβαίνειν*, quod et inter eius idiomata ponit *Dionyſ. Halicarn.* Atticiſmum agnoſcit *Portus*, ſed deducit ad Latiniſmum, et *λεγόμενον* dictum putat abſolute pro *λεγομένου*, vt *Liuius* dicit *nunciatum* pro *cum nunciatum eſſet.* Vide *Fabium Paulinum*, p. 94. HVDS. In *Caſſ.* praeter adnotationem editam hoc inſuper erat: *σχῆμα ἡ νόσος λεγόμενον· τὸ πρᾶγμα δηλονότι. Idem* pro *ὡς πρὸς τὸ νέφος ὑπήντησεν* habet *ὡς π. τ. ν. ἀπήντησεν.* Sic etiam *Scholiaſtes paruus* Homeri ad l. d. Odyſſ. *π'*. v. 74. idque, ni fallor, vſitatius eſt in hoc genere, quam *ὑπαντᾶν.*

2. Εἰ γὰρ ᾔδεισαν] Haec *εἰ γὰρ ᾔδεισαν* etc. reſpiciunt ad vocem illam *Thucydidis ἀγνοίᾳ*· tanquam *Thucydides* dicat, quod medici initio curationes et remedia aegrotantibus adhiberent, id ex eo contigiſſe quod morbum, quo illi laborabant, peſtem eſſe ignorarent. Si enim id ſciviſſent, non fuiſſe aggreſſuros id facere contagionis metu. Quaſi vero eo tempore timidiores quam hoc medici forent, quo multi ad curandos, quos peſte laborare ſciunt, accedere non dubitant. STEPH.

3. Μάλιςα τῶν μὴ πρ] *Scholium* hoc apponi debet verbis *μάλιςα ἐθνησκον.* Vide *Fabium Paulinum*, p. 98. HVDS.

P. 327. v. 1. Τὴν Περσίδα] Huic expoſitioni praefigenda ſunt haec verba, *τὴν βασιλέως γῆν.* STEPH.

2. Τὸ δεινὸν δηλονότι] Quid neceſſe eſt hic nominativum extrinſecus ſumtum ſubaudire, quum *ἡ νόσος*, deinde et *λοιμὸς* praecedat? IDEM. Ad ſequentia verba *Thucydidis καὶ ἐθνησκον πολλῷ μᾶλλον* in *Caſſ.* adnotatum erat *ἢ κατὰ τὸν Πειραιᾶ*, et *ὅσῳ ἦν πολυάνθρωπος ἡ ἄνω πόλις*· hoc minio et manu vetuſta, illud recenti et atramento.

4. Τοῦ ςόματος δηλονότι] Aut librariorum ex errore, corrupte, quamuis in cunctis *Edd.* legitur *ςόματος*, pro *σώματος*, aut *Scholiaſtes* fortaſſe, *τὰ ἐντὸς* legens, de aliis corporis partibus non cogitabat, quam quae proxime memorantur, faucibus nempe et lingua, quas igitur *ἐξηγητικῶς* Auctorem nominaſſe hic putauerit. Sed et idem recurrit error haud longe poſt p. 129. v. 1. [p. 329. 6.] vbi *M. Fabius Paulinus*, Criticus eruditiſſimus, qui Praelectiones in Hiſtoriam peſtis *Thucydideam* edidit, putat translatum huc inepte Scholion et repetitum e priore loco, propter voculas *τὰ ἐντὸς* iterum in Auctore obuias. Id quod veriſimile quoque arbitror. GRAMM.

P. 329. v. 1. Ὧν εἶπεν] Mox in *Caſſ.* ad voc. *βράγχος* hoc ſcholion erat: *βράγχος νόσημά τι περιττὸν* (pro *περὶ τὸν*) *βρόγχον, ὃ τὰς σῦς μάλιςα διαφθείρει.* Ita fortaſſis etiam in *Heſychio* voc. *βράγχος* legendum eſt, pro eo quod editur, *ὅταν ὗς μάλιςα διαφθείρηται. Ariſtoteli* quoque VIII. Hiſtor. Animal. 21. hic morbus ſuum eſt *βράγχος. Suidas βράγχην* vocat h. v. et in *διάῤῥοια.* Sed quum ea ex *Ariſtotele* deſcripta ſint, non video cur in *Suida* itidem, vt in *Ariſtotele*, non debeat legi *βράγχος.*

2. Οἱ παλαιοὶ ἰατροί] *Caſſ. ὅτι καρδίαν οἱ ἀρχαῖοι*

τὸν στόμαχόν Φασι, καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου· σημ. ἠρωϊκῶς ἔτι, vel τι, nam non satis adsequi poteram scripturam. Quid sibi haec postrema velint non intelligo. *Suidas* in καρδία et στόμαχος eadem habet, sed sine ἰατροὶ in καρδίᾳ, et ibidem ἔνθεν καὶ καρδιωγμὸς, et in στόμαχος, ἐνθεν καὶ καρδιωγμοὶ, omissis ceteris, quae *Scholiastes* addidit.

3. Τῆς δυσεντερίας] Ταλαιπωρία hoc loco idem valet ac κακοπάθεια. *F. P.* HVDS.

4. Ἱπποκράτης] Puto eum respicere ad ea quae *Hippocrates* VI. Aphorism. 39. scribit: Σπασμοὶ γίγνονται ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος· οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

5. Μελανίας, οἱονεὶ μολυβδοειδές] Μελανείας, οἱονεὶ μολιβδοειδές. *Cass.* Pro μετέχον *Suidas* et ex eo *Phanorinus* in πελιδνὸν habent μεταξὺ, et pro μολυβδοειδὲς, μολιβδόχρουν.

6. Τοῦ στόμ.] Haec verba ad locum in superiori pagina annotata inepte hic a *Librario* repetuntur; quare potius legendum existimo, Θώρακος δηλονότι. *F. P.* HVDS.

7. Ἡ σύνταξις οὕτως] Non eam esse quam putat verborum seriem (id est, in eam seriem non esse reducenda) ostendit mea in ipsum *Thucydidis* locum annotatio. STEPH.

ib. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ] Ἀπὸ κοινοῦ γάρ ἐστι τὸ, et deinde τὰ δὲ ἄλλα μεταξύ. *Cass.*

P. 331. v. 1. Καὶ πολὺ] Scribendum καὶ ὁ πολύ· alioqui vnus et idem esset qui parum et multum habere diceretur. STEPH.

3. Δυσεντερίας] Hoc verbum affigi debere puto ad vocabulum ἑλκώσεως, cum sit proprium dysenteriae exulcerare intestina. *F. Paulinus.* HVDS.

ib. Κινδύνων δηλονότι] Ἐκ παραδόξου· λείπει δὲ κινδύνων. *Cass.*

P. 333. v. 2. Ἄλλό τι etc.] Scribo ἀλλά τι ἄηθες· vel, ἀλλ' ἄλλό τι ἄηθες. STEPH. Ἄλλο τι non est in *Cass.*

3. Τὸ σχῆμα καιν.] Verendum est (vt monuit *Steph.* ad *Thucydidem*) ne in alia quaepiam verba istud ab eo fuerit adnotatum; nam in iis licet sit pleonasmus, nihil tamen καινοπρεπές. Sed fortasse ad sequentia pertinet, in quibus nouitas quaedam in syntaxi. Vide *Fab. Paulinum.* HVDS.

4. Ἡ ἀνελπιςία τῆς ὑγιείας] Quum τὸ ἀνέλπιςον non sit nominandi, sed accusandi casus, τὴν ἀνελπιςίαν scribere necesse habemus. STEPH. [Ita editum.]

ib. Ἡ σύνταξις δὲ οὕτω] Ἡ σύνταξις οὕτω. *Cass.*

5. Ὅτι τὰ πρόβατα] De hoc scholio dixi in iis, quae in haec *Thucydidis* verba annotaui, ὥσπερ τὰ πρόβατα. STEPH.

6. Ἡ ἀπόγνωσις δηλ.] Ne hic quidem nominatiuus extrudendus nobis est adscisendus; haud enim dubium est quin τοῦτο sit τὸ ἐηθησόμενον· vt ab eo interdum cum τῷδε subaudiri τῷ ἐηθησομένῳ, et cum τοῖσδε itidem τοῖς ἐηθησομένοις, videmus. Verum hic animaduertendum est, τοῦτο non minus ad praecedentia quam ad sequentia referri: quum haec quae sequuntur, in posteriore quidem certe periodi parte, sint eorum quae dixit velut ἐπεξήγησις· nam cum verbo προσοίσειν intelligendum est ἀπὸ κοινοῦ participium θεραπεύσοντες· at vero qui accedebant θεραπεύσοντες, illi discedebant θεραπείας ἀναπιμπλάμενοι· quae verba apud ipsum *Thucydidem* exposui. IDEM.

P. 335. v. 1. Φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης] Hic quoque peccare videtur in expositione nominis ἀρετή· neque enim ἀρετὴ nihil aliud est quam φιλανθρωπία, sed potius ita vocatur ἡ ἐκ τῆς ἀρετῆς φιλανθρωπία. Nisi potius dicendum sit, ἡ ἐκ τῆς ἀρετῆς αἰσχύνη, respiciendo ad ea quae proxime sequuntur, αἰσχύνη γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν. Verum et ista αἰσχύνη ad φιλανθρωπίαν seu ad φιλανθρωπίας officia compellere illos dicetur; in hoc enim ipso ἐφιλανθρωπεύοντο, quod ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν, ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους. IDEM.

ib. Ἡ πρός] Vide *Stephani* Appendic. ad Scripta al. de Dial. Att. p. 93. Mox καὶ τοὺς θρήνους. *Cass.*

2. Τὸν θανατον] Inepte τὸν θνήσκοντα exponas τὸν θάνατον. In *Cass.* hoc recte referebatur ad vocem praecedentem διαπεφευγότες.

ib. Τὴν ἀσθένειαν] Ne suspicemur eum scripsisse non τὸν πονούμενον sed τὸ πονούμενον, vtpote exponentem τὴν ἀσθενειαν, vetat expositio verborum praecedentium: quum his verbis τόν τε θνήσκοντα eodem modo significari τὸν θάνατον velit. STEPH. Si scholion τὸν θάνατον perperam relatum est ad vocem θνήσκοντα, quod et ratio, et auctoritas *Cod. Cass.* ostendit, facile intelligitur τὸν πονούμενον quoque non recte exponi τὴν ἀσθένειαν, pro τὸν ἀσθενοῦντα. *Coss.* non habet illa τὴν ἀσθένειαν.

Ibid. Περιχαρεῖ] Huic voci περιχαρεῖ praefigendae sunt hae, τῷ παραχρῆμα· nam vt περιχαρεῖ exponitur περιχαρείᾳ, sic etiam τῇ ἐνεχώσῃ expositio sunt illarum τῷ παραχρῆμα. STEPH. A *Cass.* abest hoc scholion.

3. Τῆς κουφιζούσης αὐτούς] De hoc scholio lege quae annotaui e regione verborum *Vallae* locum hunc interpretantium. STEPH. Descripta sunt in Notis ad *Thucydidem.*

ib. Τῷ θέρει δηλ.] Ego ita potius verba *Thucydidis* explicauissem, πνιγηρᾶς διὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους· θέρος γὰρ ἦν. STEPH. Τῷ θέρει λέγει. *Cass.*

ib. Ὁσιῶν ὁμοίως] Haud assentior illi non ὁσίων neutro, sed ὁσιῶν feminino genere scribenti (et in exemplum afferenti istum *Homeri* versum, Οὐχ ὁσίη κακὰ ῥάπτ. ἀλλ.) quoniam qui ἱερὰ καὶ ὅσια dicit, duo plane similia nomina iungit: at qui ἱερὰ καὶ ὁσίαι diceret, dissimilia iungeret, non tantum quod diuersi generis sint, sed etiam quod substantiuum hoc, adiectiuum illud. Adde quod non vt ἐνικῶς dicitur οὐχ ὁσίη ita etiam πληθυντικῶς dici οὐχ ὁσίαι posset, mea quidem sententia. STEPH. *Homerus* Odyss. π'. v. 423. Οὐδ' ὁσίη.

P. 337. v. 1. Ἀλλοτρίας, ξένας] Fortasse non haec tantum ἀλλοτρίας et ξένας scripserat, sed quaedam adiecerat: alioqui certe debuit αἰσχύνεσθαι, diam illam vocem ἀναισχύντους ita exponeret. STEPH. Legibus et institutis Athenienſium vetitum erat, aliquem in alienum sepulcrum ingerere; ideo impudentiam sapiebat morem istum non reuereri. Vide *Fab. Paulinum*, p. 533. HVDS. Paullo post *Cass.* ad verba τοὺς νήσαντας habet scholion: τοὺς ἐπιξυνάξαντας καὶ ἑτοιμάσαντας τὰ τῆς πυρᾶς ξύλα.

ib. Ἀρχὴ γέγονεν] Post haec ad sequentem vocem ἐπιπλέον in *Cass.* adnotatum erat: Διαβολὴν ἐμφαίνει τῶν Ἀθηναίων τὸ ἐπιπλέον κείμενον.

3. Ἐγγυτέραν] Non est in *Cass.*

5. Τὸ θεῖον δηλ.] Has voces τὸ θεῖον annotari potius crediderim in istas *Thucydidis* τὸ μέν· nam verbo ἀπείργε suus est nominatiuus, et quidem duplex. Quamuis autem praecesserit non θεῖον, sed θεῶν φόβος, tamen cum τὸ μὲν subaudire τὸ θεῖον conceditur, atque adeo ἀπὸ κοινοῦ quodammodo talis etiam subauditio fieri existimatur. Cuius rei exempla tibi in his scholiis minime sunt defutura. Steph. *Scholiastes* verbo ἀπείργε nominatiuum adiungit, τὸ θεῖον, quod nusquam in textu legitur, vbi nominatiuus occurrit duplex, θεῶν φόβος et ἀνθρώπων νόμος, vt absurdum sit, tertium adhuc fingere; ad supplendam ellipsin, quae hic nulla est praeterquam accusatiui, τοὺς ἀνθρώπους. Hoc videntes *H. Stephanus* atque *Aemil. Portus* existimarunt motam loco suo annotationem hanc, et referendam esse vocem θεῶν ad sequentem proxime articulum τὸ μέν. Miramur *Stephani* iudicium Viri graece doctissimi, qui tamen adeo facile sibi imponi passus est a Grammaticis longe indoctioribus. Quos si neglexisset h. l. non difficulter animaduertisset Atticismum in istis, τὸ μὲν, κρίνοντες . . queis, partitiue positis, alterum mox respondet membrum: τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων. . . Intellexit partitionem *Laur. Valla*, adeoque haec τὸ μὲν et τῶν δὲ vtrinque *partim* vertit, secus ac in *secunda* sua *Edit. Stephanus.* Cepit et recte locum *Lucretius*, vt ex versibus ipsius patet, pulcherrimam Nostri hic paraphrasin exhibentibus. Caeterum quod de Atticismo diximus, non possumus melius, quam eruditissimi *Fabii Paulini* verbis exponere. *Ego*, inquit p. 561. *arbitror esse Atticismum non solum in illo* τὸ μέν, *quod respicit ad* Φόβος Θεῶν, *sed et in voce* κρίνοντες, *quae in casu nominatiuo pro genitiuo ponitur.* Rectissime. Atque pari modo de sequentibus pronunciandum: τῶν δὲ ἁμαρτ. οὐδεὶς ἐλπίζων, quae respicere dicas ad ἀνθρώπων νόμος, vt adeo bipartita ratio quae affertur, exegesin contineat gemini nominatiui, qui praecesserat. Gramm.

P. 339. v. 2. Ὅμηρος etc.] *Homeri* locum afferens respicit ad ista verba (quae ideo illi praefigenda potius erant) ἀνθρώπων τε ἔνδον θνησκόντων καὶ γῆς ἔξω δηουμένης. Steph. Ex Iliad. α'. v. 61. Paullo post ad voc. ἔπους in *Cass.* scriptum erat ἐκ πυθοχρήσου σίχοι, pro σίχου, puto.

4. Παραθαλάσσιον] Ad sequens Λαυρίου *Rostg.* hoc scholion habet: Λαύριον ὄρος ἐν τῇ Ἀττικῇ οὗ μέταλλα ἀργύρια.

P. 341. v. 2. Ἦλθεν] Scribo ἦλθον, nec dubium est quin ita scripserit, quum intelligendum sit, οὐ προεχώρησεν αὐτοῖς τὸ ἑλεῖν τὴν πόλιν. Vtitur autem hoc verbo cum aliis in locis, tum pag. sequente, προυχώρει δὲ αὐτοῖς οὔτε ἡ αἵρεσις τῆς πόλεως. Steph.

3. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Σικελία, ἔξω πόλις] Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἔξω πόλις. Puto inſuper legendum ἡ ἔξω πόλις.

ib. Εὐβοίας] Paullo poſt, vbi de ratione nominis Zancles agit *Thucydides*, adnotatum erat, σημείωσαι ὅτι τὸ δρέπανον ζάγκλον οἱ Σικελοὶ καλοῦσι.

P. 13. v. 1. Οἱ Χαλκιδεῖς] Poſt haec ad verba *Thucydidis* ἀσήμου ἀργυρίου ſcriptum erat, σημεῖον μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ μαζία τινά. Eadem leguntur ad II, 13. Vide *du Cange* Gloſſar. Graec.

ib. Ψευδῆ μέν, ἱκανὰ δέ] Ψ. μ. πιθανὰ δέ· et ad ἐπαγωγὰ alio loco ἐφελκυϛικά.

3. Ἦ μάλα τοι μεγάλων] Ἦ ῥα νύ τοι μεγάλων *Mſ.* vt in *Homero* Iliad. κ'. v. 401.

P. 15. v. 7. Ἡμᾶς δηλονότι] Deeſt vna cum duobus ſequentibus ſcholiis.

11. Αὐτὸν διαβάλλειν] Ἑαυτὸν διαβάλλειν.

P. 19. v. 8. ſ. Δηλονότι τῶν πολεμίων] Verba Niciae ſunt in Concione ad Athenienſes: χρὴ δὲ μὴ πρὸς τὰς τύχας τῶν ἐναντίων ἐπαίρεσθαι, ἀλλὰ τὰς διανοίας κρατήσαντας, θαῤῥεῖν. Ibi *Scholiaſtes*: ἀλλὰ τὰς διανοίας, δηλονότι τῶν πολεμίων. Non poteſt negari quidem, quin ſententiam aliquo modo ferendam, multo minus abſurdam, pariat expoſitio fundamento iſto nixa. Talis eſt *Acacii Enenckelii*: *verum non in aduerſa hoſtium fortuna tollere animos oportet: ſed ſi conſiliis ſuperemus ipſos, ibi ſpiritus gerere decet.* Is certe *Scholiaſtae* opinionem ſecutus, iſtam textui impreſſit emphaſin, quam, ſi Graeca tantiſper ſepoſueris, non incongruam neque inelegantem dixeris. An vero et eadem prorſus Auctor Noſter cogitauerit, dubitare licet. Scopus Niciae tantummodo, vt iniecto ciuibus ſuis ex Spartanorum vicinia, quantumuis victorum nuper, metu aliquo, diſſuadeat longinquam expeditionem, quam in inſulam longe diſitam Athenienſes meditabantur; hortatur igitur eos, ne *propter aduerſam Lacedaemoniorum fortunam efferantur animo*, ſed vt moderate ſentiant potius, *cohibeant cogitationes et vana conſilia* de imperio latius proferendo, recte ſcilicet facturi, ſi affectus ſuos atque ſpiritus reprimendo, gaudeant acquiſitis, et *fiduciam virium ſuarum* potius et prudentiae, quam inſolentiam ex ſecundis rebus oſtentent. Hoc enim illud eſt, quod appellat Noſter, τὰς διανοίας κρατήσαντας, θαῤῥεῖν. Dico διανοίας, non quidem τῶν πολεμίων, ſed τὰς ἑαυτῶν. Atque hoc vocabulo proprie tales cogitationes et conſilia, quae ex cupiditate ſuperbia, ambitione, et iſtiusmodi affectibus oriuntur, denotare conſueuerunt. Κρατεῖν autem et κατέχειν tales dicitur, qui imperat iis, continendo ſcilicet et reprimendo. *Thucydides lib.* I. καὶ κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἐδύνατο. Additur his θαῤῥεῖν verbum fortitudini proprium, ac timiditati aeque, et inſolenti temeritati oppoſitum, quo innuat orator, haud ſe omnem opinionem potentiae atque virium animis ciuium ſuorum euellendam cupere; perquam ſapienter ſane: nempe quibus τὸ ἐπαίρεσθαι et ὑπερφρονεῖν diſſuadet maxime, iisdem τὸ θαῤῥεῖν, ne virium et magnanimitatis ſuae obliuiſcantur, cum continentia tamen et conſiliorum maturitate coniunctum commendare vult. Gramm.

P. 21. v. 1. Τοῖς Ἐγεϛαίοις τὸ καλῶς πρόσκειται cet.] Τὸ καλῶς πρόσκειται διὰ τὸ μὴ πεφορᾶσθαι ψευδόμενον. Paullo inferius ad χάριν μὴ ἀξίαν εἰδέναι, v. 11. in *Thucydide*, adſcribebatur, Ὅμηρος, οὐδέ τις ἐϛὶ χάρις μετόπισθεν. Ex Odyſſ. δ'. v. 695.

2. Διὰ τὸν ϛρατηγὸν Ἀλκιβ.] Haec bis erant ſcripta, primum minio et vetuſta manu, quae ſcripſerat ταῦτα δ. τ. συϛρατηγὸν Ἀλκιβ. deinde, recentior atramento, expreſſerat id, quod eſt in *Edd.*

3. Ἀλαζονεύεσθαι] Ἐναλαζονεύεσθαι.

4. Ὅμηρος] Iliad. α'. v. 156.

P. 23. v. 1. Δευτέρας ψήφους τίθει] Male exponit ἐπιψηφίζε per δευτέρας ψήφους τίθει, quum hoc ſit ἀναψηφίζειν. Hvds. Vide Notas ad *Thucydidem*. A *Mſ.* abeſt haec adnotatio.

[P. 24. v. 8. Καὶ προσήκει μοι] Ἀγερωχίας ἡ δημηγορία μεϛὴ τοῦ Ἀλκιβιάδου. Schol. Baſ.]

P. 25. v. 3. Ἧτοι ἐν τῷ διαπρέψαι ἐμὲ τῇ Ὀ. Θ.] Διαπρέψαντος ἐμοῦ ἐν τῇ Ὀ. Θ.

5. Ἀναλώσιμα] Ἀναλώμασι· et paullo ante ad Φθονεῖται· Σοφοκλῆς, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ὁ Φθόνος ἕρπει.

P. 27. v. 1. Οὐκ ἄχρηϛός μου ἐϛὶν ἡ ἄγνοια] Οὐκ ἄχρηϛός ἐϛί μου ἡ ἄγνοια. De hoc dictum eſt ad *Thucydidem*.

2. Εὐπραγοῦντα] Mox ad verba *Thucydidis* οὐ προσαγορευόμεθα adnotatum erat: ἀντὶ τοῦ ὑπεροράμεθα τέθεικεν· ἐπεὶ συμβέβηκε τοὺς παροραμένους ὑπὸ τῶν πέλας μὴ προσαγορεύεσθαι.

4. Καταφρονήϛῃ] Καταφρονείτω.

P. 29. v. 4. Οὐ ταῖς νομιζομέναις] *Thucydides*: οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις κατασκευαῖς. *Scholiaſtes*: οὐ ταῖς νομιζομέναις, ἀλλὰ ταῖς ἱκαναῖς· οὕτω καὶ νόμιμον ῥήτορα τὸν ἱκανὸν ἀθλητὴν Φαμέν. Non repugnabo, quin per νομίμους κατασκευὰς tales intelligantur, quae ἱκαναὶ ſint. Sunt tamen νόμιμοι proprie αἱ νομιζόμεναι, eiusmodi ſcilicet, quales Reſpublica requirit a bonis ciuibus, communis patriae legibus, vt eam rite inſtructi defendant, obligatis. Clara etiam ſatis Auctoris verba, quod non aliam voci ſignificationem addant, haec ſcilicet, ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις, hoc eſt, *in ipſa illa regione*

vſitatis, vt recte *Aem. Portus* vertit. Voluit tamen *Enenchelius Scholiaſten* potius ſequi, ſic transferendo: *aut alio in regione apparatu, ſufficienter eſt inſtructus;* nulla ratione, vt puto. Et, vt ad Grammaticum noſtrum reuertamur, neque ὁ νόμιμος ῥήτωρ alio modo eſt ἱκανὸς, quam quatenus τοῖς τῆς πολιτείας νόμοις exacte obſequi non minus quam τῆς ῥητορικῆς ſtudet. Bene igitur monuit eruditiſſimus *Iungermannus* ad *Pollucem* l. 4. c. 4. *Notandum hoc νόμιμος de Rhetore bono et legum obſeruante, quod forte ſic in Lexicis non reperias.* Ita ille. GRAMM. *Mſ.* τὸν νόμιμον ῥήτορα τὸν ἱκανὸν, καὶ νόμιμον ἀθλητὴν Φαμέν.

7. Ἐμφαίνει γὰρ καὶ ἐντεῦθεν] Ἐμφαίνει δὲ ἐντεῦθεν. [ἐμφαίνεται nunc editum.]

[P. 30. v. 7. οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν] ἐβοήθησαν. Schol. Baſ.]

P. 31. v. 6. Καὶ ἐπιχειροῦσιν] Καὶ προεπιχειροῦσιν.

P. 33. v. 6. Οὐ λόγων κομπεύσει, ἀλλ' ἔργων ἔξει] Οὐ λόγων κομπάσει, ἀλλ' ἔργων ἔξειν.

7. Ἀντὶ τοῦ, τοῖς αὐτοῖς χρώμενον λόγοις] Deeſt. Oratio poſtulat χρώμενος.

P. 35. v. 5. Τὰς πόλεις] Τὰς ἑπτὰ πόλεις.

9. Χρήσιμον εἰς τὴν ἤπειρον στρατόν] Nec hoc, nec duo ſequentia ſcholia habet *Mſ.*

P. 37. v. 2. Οὐχ ὁμοίως ἐμέλλετε] Οὐχ ὁμοίως εἰ μέλλετε· et mox τοῖς ὑπηκόοις συμμαχοῦντες.

4. Ἀντὶ τοῦ, ἀπαρτισθέντες, ἀπελαθέντες] Ἀντὶ τοῦ, ἀπαρτηθέντες, ἀπελθόντες.

P. 39. v. 2. Λόγῳ, Φησὶν, ἕτοιμα εἶναι, ταῖς δ' ἀληθείαις οὔ] Λόγῳ, Φησὶ, ταῖς δ' ἀληθείαις οὐκ εἶναι.

4. Παρασκευαζόμεθα] Παρασκευασόμεθα.

5. Οὓς, ἤγουν — πλέοντας] Deeſt.

P. 41. v. 1. Τῷ Νικίᾳ] Paullo poſt ad haec *Thucydidis*, καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν, adſcriptum erat: Ὅμηρος, τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετο. Ex Iliad. β'. v. 453.

ib. Ἔρως ἐνέσκηψεν] Ἔρως ἐνέπεσεν.

4. Περιττὸς ὁ μέν] *Thucydide.* : ὁ δὲ ἄκων μὲν εἶπε. Coniunctio μὲν ſuperflua hic non cenſenda; habet enim emphaſin neceſſariam, et refertur ad ἄκων, non vero ad verbum ſequens. Ergo recte hic recentior (et, vt videtur, priorem corrigens) *Gloſſator:* κεῖται δὲ ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ δέ. GRAMM. Μὲν hic quidem non ſuperuacuum eſſe, ſed tamen in hac adnotatione aliquid turbatum eſſe credo: nam μὲν hic pro δὲ accipi poſſe non liquet. In *Mſ.* poſterior pars expoſitionis κεῖται δὲ ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ δὲ, ad μέντοι, quod paullo inferius legitur, referebatur. Sed ne ibi quidem locum aptum habere poteſt.

P. 43. v. 2. Ἐπεί Φασι τὸν Ἑρμῆν] Totum hoc ſcholion prope iisdem verbis legitur in *Suida* v. Ἑρμῶν.

4. Ὁμοία ἐςὶ πανταχόθεν αὐτῇ] Ὁμοία ἐςὶ παντα χόθεν αὐτὴ αὐτῇ *Mſ.* Ὁ ἐ. π. αὐτὴ ἑαυτῇ. *Suidas.*

ib Καὶ πολυσχιδές] Addunt *Iidem* καὶ ἑαυτῷ μάλιςα ἀσύμφωνον.

5. Παυσανίας] Huius *Pauſaniae* Lexicon Atticum ſaepenumero commemorat *Euſtathius*, cum in Commentariis ad *Homerum*, tum etiam ad *Dionyſium.* HVDS. Vide Viros Clar. *Fabricium* IV. Biblioth. Graec. 34, 4. et *Mauſſacum* in Diſſertat. Critica p. 393.

6. Ἑρμοκοπίδας] *Suidas* h. v. et *Scholiaſtes* Ariſtophanis Auib. v. 767. ad *Suidam* laudatus a *Kuſtero*, ac rurſus *Scholiaſtes* ad Lyſiſtrat. v. 1095.

8. Ἀντὶ τοῦ, ὑπόθεσιν] Deſunt.

P. 45. v. 7. Εὐριπίδης ἐν Μηδείᾳ] Verſ. 60. Habet etiam *Suidas* v. μεσῶ.

P. 51. v. 3. Ἤγουν ὅμως οὐ — ὑπειλῆφθαι. Οὐ καταφοβηθείς] Ἤγουν, οὐ καταφοβηθείς. Quae in medio ſunt, deſiderantur.

P. 53. v. 1. Ταπεινώσωμεν] Deeſt.

5. Δι' ἀπορίαν ἐπιτηδείων] Δι' ἀπορ. τῶν ἐπιτηδείων.

7. Ἐν ἐλπίσι] Ἐν ἐλπίδι.

ib. Τῆς νίκης· ἕτερον] Τῆς νίκης· ὡς σφαλησομένων τῶν Ἀθηναίων περὶ αὐτοὺς, ὅπερ τρόπον ἐσφάλησαν οἱ Μῆδοι στρατεύσαντες ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· ἕτερον.

Ibid. Τὸ μόνον Συρακουσίους] Τὸ μόνους Συρακουσίους.

8. Τοὺς Ἀθηναίους· τρίτον δέ] Τοὺς Ἀθηναίους· ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ Συρακουσίους ἐκεῖνοι προηγουμένως στρατεύονται· καὶ γὰρ τὸ μηδὲ (τὸν Μῆδον puto ſcripſiſſe) ὑπὸ πάντων νενικημένων (potius νενικημένον) τῶν Ἑλλήνων ὑπὸ μόνων τῶν Ἀθηναίων ἥττῆσθαι νενομίσθαι· διὰ τοῦτο ὅτι ἐπ' Ἀθήνας λόγος ἦν στρατεύειν αὐτόν.

Ibid. Συρακουσίους] Συρακουσίους· ἐπεὶ γὰρ καταπεπλήγασιν ἀκοῇ τοὺς Ἀθηναίους νενικηκότας τὸν Μῆδον, παραδείκνυσιν αὐτοῖς ὅτι ὁ Μῆδος αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ πταίσας τὰ πλείω τὴν δόξαν τῆς νίκης ἐκείνοις προσέθηκε.

11. Φοβοῦνται Καρχηδόνιοι μή] Προσδοκῶσι γὰρ οἱ Καρχηδόνιοι καὶ φοβοῦνται μή.

P. 55. v. 1. Λάθρα τῶν Ἀθηναίων πέμψαντες] Λάθρα τ. Ἀ. πέμψαντες· ἐν δὲ τῷ, ἢ ἐξ ἑνός γε τρόπου, περιττὸς ὁ ἤ σύνδεσμος· παρὰ γὰρ τὸ ἢ κρύφα ἢ Φανερῶς ἀμῦναι τρίτον οὐδέν ἐςι.

2. Τὰ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους] Non habet *Mſ.*

P. 57. v. 3. Ἐκπεσεῖσθαι εἰς καιρόν] Ἐκπεσεῖσθαι τὸν καιρόν.

5. Εἰς ἀξιομαχίαν] Paullo inferius ad verba *Thucydidis* πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ αἱ γνῶμαι adnotatum erat: Ὅμηρος, τοῖος γὰρ νόος ἐςὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι. Odyſſ. σ'. v. 135.

7. Μᾶλλον ἄν] Ante haec ad παρὰ γνώμην τολμήσαντας eſt expoſitio, παρὰ τὴν δόξαν αὐτῶν θαρρήσαντας.

ib. ſ. Τὸ ἀντεξορμῆσαι τοὺς Ἀθηναίους] Τὸ ἀντεξορμῆσαι ἐπὶ τοὺς Ἀθην.

P. 59. v. 1. Παντὶ ἀνθρώπῳ] Deeſt.

5 Θαυμάζω δηλονότι] Ἕνεκα θαυμάζω δηλονότι.

P. 61. v. 1. Ἐπηλυγάζωνται] Ἐπιλυγάζωνται.

3. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀγγελίαι] Non eſt in *Mſ.*

ib. Ἀλλ' ἐξ ὧν] Τὸ ἐξῆς, ἀλλ' ἐξ ὧν.

P. 63. v. 3. Ψευδέσι λόγοις συντιθέασι] Abeſt a *Mſ.*

8. Εἴπερ καὶ πάσχει τις κακῶς πρὶν αἴσθηται ἄν] Non habet hoc ſcholion *Mſ.* neque prius ex iis, quae hic leguntur ad v. 96. [ad Ἐσκεψάμην.]

P. 65. v. 1. Ὁ δὲ νόμος κωλύων ἐτέθη δ. τ. μ. δ. ὑμᾶς ἄρχειν κωλύων ἤπερ.

2. Τουτέσι τὴν ἀριστοκρατίαν] Deeſt.

3. Ἀπὸ κοινοῦ — βούλεσθε] Haec non habet *Mſ.* in quo pro his eſt ἰσότιμοι εἶναι μετὰ τῶν πολλῶν.

8. Ἀντὶ τοῦ προαισθησομένων] *Thucydides:* καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν, ὡς προαισθανομένους καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας ἀπαλλαγῆτε. *Scholiaſtes:* ἀντὶ τοῦ προαισθησομένων καὶ μὴ ἐπιτρεψόντων ὑμῶν. Habet ſuffragantes ſibi *Scholiaſtes H. Stephanum* ac *Melanchthonem* apud *Winſemium*, minus autem *Aem. Portum* et *Acacium Enenckelium*, quorum poſterior ſic transfert: *Quin et ab nunciis talibus abſtinete; praeſenſimus enim nos et haud quaquam patiemur; p.* 286. Recte hoc, vt omnino credimus, et eluceſcere ex iis, quae hac tota oratione dicta ſunt, ſenſum iſtum putamus. Accuſatiuus autem, quem per Atticiſmum abſolute hic poni cenſent, regitur ab intellecta praepoſitione πρός, q. d. ἀπαλλαγῆτε τοιῶνδε ἀγγελιῶν, ὡς πρὸς ὑμᾶς προαισθανομένους, vt qui iamdum praeſenſimus, non vero προαισθησομένους, (vt *Scholiaſtes* vult,) καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας (*nec permittemus vobis cogitata perficere.*) Confer etiam *Aem. Porti* paraphraſin, quam et notulis ſuis inſeruit *Oxonienſis.* GRAMM. *Mſ.* ἀντὶ τοῦ, ὡς προαισθησομένων, κ. μ. ἐπιτρεψόντων ἡμῶν. Vide ad *Thucydidem* adnotata.

P. 67. v. 2. Αὐθαίρετον δουλείαν] Deeſt.

P. 69. v. 1. Λιμέσι] De hoc actum eſt ad hunc locum *Thucydidis.*

3. Ὁλκάδες] Ταχεῖαι hic in *Mſ.* exponuntur πρὸς ναυμαχίαν ἐπιτήδειοι.

ib. Στρατιώτας τοὺς πεζομαχοῦντας ἄγουσαι] Haec nihil faciunt ad explicanda verba *Thucydidis* ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασι. *Mſ.* ea recte refert ad praecedens vocabulum στρατιώτιδες. *Scholiaſtes* ad I, 116. στρατιώτιδες, στρατιώτας ἄγουσαι τοὺς μέλλοντας πεζομαχεῖν.

P. 73. v. 1. Φρούρια, ἃ περιπλέοντες εἰσῆγον εἰς αὐτὰ Φρουρούς] Φρούρια τῶν περιπόλων. Cetera deſunt.

3. Ἀλκιβιάδῃ καὶ Λαμάχῳ] Haec ſine ratione repetita ſunt ex adnotatione praecedenti. Nec habet ea *Mſ.*

5. Ἐν τριήρεσιν] Ἐν ταῖς τριήρεσιν.

P. 75. v. 2. Κινδυνεύειν ἐν τῇ πόλει· ἤγουν κίνδυνον προξενεῖν τῇ πόλει] Κινδυνεύειν τῇ πόλει. Reliqua deſiderantur.

3. Χειρωσαμένους] Deeſt. Nec χειρώσασθαι idem eſt quod προσαγαγέσθαι· cuius ſignificationem *Interpres* Latinus bene expreſſit.

P. 77. v. 5. Καὶ οὐ διαςήσειν] Καὶ οὐ διςάσειν.

6. Συντόμως] *Thucydides:* ἐπὶ Συρακούσας ἔπλεον, ἐπικαίρως ἔχοντες τὰς ἄλλας ναῦς. *Scholiaſtes:* ἐπικαίρως· συντόμως, τεταγμένως *L. Valla:* claſſe opportune digeſta. Quam verſionem *H. Stephanus* emendare in animo habens, ad annotationes ſuas hic, vt alibi, nos remittit, quas vero nunquam in hunc librum, aut caeteros, exceptis prioribus duobus, edidit. Praeſtitit, quod is omiſit, aliquatenus *Aemil. Portus*, lectionem ἐπὶ κέρως, neglecta altera in verſione ſua exprimens h. m. *agmine longo caeteris nauibus inſtructis.* Optime. Confirmant lectionem ἐπὶ κέρως *Cod. Arundel.* et alter *Oxon.* teſte *Hudſono*, *Havnienſis* item. in Bibliotheca Illuſtriſſ. *Roſtgaardii;* et ſi nulli firmarent, res ipſa loqueretur tamen, et argueret errorem ſcriptionis, ex confuſione αι et ε ortum. Quales librariorum lapſus admodum frequentes ſunt in vocibus, quas ſiue recte ſcribas, ſiue tali modo corrupte, Graece tamen aliquid ſignificare poſſunt, quod textui ſenſuique conuenire iudicet lector aliquis, non multa aut ſufficienti eruditione inſtructus, quales exſcriptores plerumque fuiſſe ſat conſtat. Exemplo ſit, quod prae manibus habemus, ἐπικαίρως, non tantum hoc loco vitioſum, ſed et in *Suida:* Ἐπικαίρως παραπλέοντας, τουτέσι μίαν παρακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ· et in *Maximo Tyrio Diſſert.* XC. quando *ceruas* ait *natare* ὥσπερ ςρατόπεδον ἐπικαίρως βαδίζον, vbi (etſi inemendatum reliquit *Heinſius*) omnino legendum ἐπὶ κέρως· apud *Athenaeum* quoque, in Eubuli verſibus lib. 13. p. 568. γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπικαίρως τεταγμένας· nec enim dubitamus et heic ſimiliter reſcribere, quamuis erudita ſint, quae de ἐπισχερῶ et ἐνσχερῶ affert *Caſaubonus;* ac denique in nonnullis *Codicibus Thucydidis* noſtri, *lib. 6. p.* 367. vbi rectius hodie: καὶ ἐπὶ κέρως τὸ πρῶτον ἐκπλεύσαντες. Quid vero locutio ipſa denotet, expoſuit alibi *Scholiaſtes*, nempe ad haec *l. 2. p.* 158. ἰδόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας. *Scholiaſtes:* ὡσανεὶ λέγει· μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ· τοῦτο γὰρ τὸ ἐπὶ κέρως δηλοῖ. Non ergo fuit ratio cur *Acacius Enenckelius Porti* Interpretationem, quam ſibi ignotam non fuiſſe fatetur *in notis*, negligeret, hancque ſubſtitueret *p.* 289. *cum opportune caeterae quoque naues veniſſent. Winſemius* ad tempus futurum, pugnaeque opportunitatem ſpectare ἐπικαίρως, iudicans, talem dedit: *reliquarum nauium acie ad dimicandum inſtructa.* At *Ablancurtius* plane nouam finxit: *le reſte demeurant près de là pour la plus grande ſûreté.* Ita nimirum ille τὸ ἐπικαίρως ἔχειν τὰς ἄλλας vertendum cenſuit, *p.* 48. GRAMM. Adde, quae adnotat *Kuſterus* ad Suidam v. ἐπικαίρως. *Mſ.* non habet hoc ſcholion: quod argumento eſt in *Cod.* illo *Thucydidis*, e quo librarius ſcholia deſcripſit, non ἐπικαίρως, ſed ἐπὶ κέρως fuiſſe.

8. Πολεμεῖν δυνατὸν ἔσοιτο] Hoc quoque abeſt a *Mſ.* Nec eſt cur aliter interpretemur πολεμητέα, quam alia verbalia in τέον et τέα.

P. 79. v. 2. Ναῦς ναυτῶν πληροῦσιν] Ita edidi ex auctoritate *Mſ.* et coniectura *Aem. Porti.* Ante erat ναῦν ν. π.

T. II. P. 81. v. 1. Τοὺς ἐναντία γενομένους ἀπολῦσαι ἀνεξετάστως] Hoc non poteſt intelligi, nec ea eſt verborum *Thucydidis*, τινὰ αἰτιαθέντα ἀνέλεγκτον διαφυγεῖν, ſententia. Scribendum videtur τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους, vel γινομένους, ἀπολῦσαι ἀνεξ.

2. Γενομένην ἐν τελευταίοις χρόνοις] Ἐν τοῖς τελευταίοις χρόνοις.

P. 83. v. 1. Τοῖς πρὶν] Ante haec ad διέφερον adnotatum erat διήνυον, et ad τὰ δὲ ἄλλα, ad indicandam ellipſin, κατά.

2. Προσοικοδομήσας] Super Πυθίου, quod paullo ante in *Thucydide* legitur, ſcribitur τῷ τόπῳ.

P. 89. v. 5. Ἔτη τρία] Ad epigramma praecedens hae interpretationes adſcriptae erant: Ἀριζεύσαντος] ἀρίζου γενομένου. Ἱππίου] θυγατέρα. Ἀτασθαλίην] Αὐθάδειαν, ἀλαζονείαν.

6. ſ. Ὡς Ἱππίας — ἀπέδραμε] Deſunt. Et ſine vllo damno abeſſe poſſunt. Saepe quaedam huius generis ſcripta ſunt in margine librorum vett. quum notabile aliquid narrat Scriptor.

P. 91. v. 2. Ζήτησιν ποιεῖσθαι] Καὶ ζήτησιν ποιεῖσθαι.

4. Οὐ γὰρ ὑπώπτευον ἔτι ἀλλήλους] Haec nihil commune habent cum ἐτετιμώρητο, cui exponendo adhibentur. Videntur in alienum locum veniſſe, et ad ſequens ὠφέλητο referenda eſſe.

ib. Ἀπὸ κοινοῦ, τὸ ἡ πόλις] Hic locus mihi de mendo ſuſpectus. Hvds.

P. 95. v. 1. Ὑποπτεύοντας ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἀργείοις] Ὑποπτευθέντας ἐπιτ. τ. Ἀργ.

P. 97. v. 3. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ στρατόπεδον] Poſt στρατόπεδον adde e *Mſ.* καταλαβεῖν. Sed refertur ad ſequens δυνηθέντες, non ad καθ' ἡσυχίαν, εἰδότες.

P. 99. v. 3. Φύλαγμα] Deeſt.

P. 101. v. 1. Λογάδας] Vide hic ad *Thucydidem* adnotata.

P. 105. v. 1. Ἔμπροσθεν τῆς στρατηγίας ἐσφάζοντο] *H. Stephanus* in Theſ. Ling. Gr. voc. σφάγιον emendat, ἔμπροσθεν τῆς στρατείας ἐσφαγιάζοντο· et in προφέρω melius, ἔ. τ. στρατιᾶς ἐσφαγιάζοντο. Ἐσφαγιάζοντο etiam *Mſ.*

7. Ἤτοι συνελθόντες ἐγγύς] Priore interpretatione admiſſa, poſteriore carebimus. Gramm. In *Mſ.* erat συνελθόντες et συνελθόντων· hoc melius.

10. Οὐχ ὡς οὐ τὸ σύνολον, ἀλλ' ὡς τότε οὐχ ἡττημένοι] Οὐ τὸ σύνολον, ἀλλὰ τότε οὐχ ἡττ.

P. 109. v. 2. Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῶν] Ὅμοιον δὲ τοῦτο τῷ. Pertinet potius ad verba praecedentia *Thucydidis* μετὰ κινδύνων μελετωμένην.

4. Εἰδὼς τὸ μέλλον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων] Deſunt; nec iis hic locus eſt. Vide ad pag. ſeq. v. 78. [mox p. 111. v. 2.

P. 111. v. 1. Τὰ τῆς προδοσίας δηλονότι περὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ διώκοντος] In *Mſ.* haec tantum adnotabantur pro expoſitione, τὰ τῆς προδοσίας δηλονότι. Περὶ Ἀλκιβιάδου ſeorſim, in margine exteriore, ſcriptum erat, vt multa alia. Vid. ad p. 89. Τοῦ διώκοντος alio loco in margine interiore, ſed non adparebat, quo referendum eſſet.

2. Ἤγουν εἰδὼς τὸ μέλλον] Cum hoc coniungitur in *Mſ.* ſequens ſcholion.

3. Οἱ βουλόμενοι δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους] Credam excidiſſe ex verbis *Scholiaſtae*, exſcribentis culpa, particulam μὴ ante haec, οἱ βουλόμενοι δέχεσθαι. Secus enim contrarium Auctoris textui erit Scholion. Gramm. Addidi μὴ ex *Mſ.* in quo eſt οἱ μὴ βουλόμενοι δέχεσθαι, non, vt vel meo, vel operarum errore expreſſum eſt, οἱ βουλόμενοι μὴ δέχεσθαι. *Idem* habet Μεσήνιοι, non Μεσσήνιοι.

4. Οὐδὲν ἠκούετο ὑπ' αὐτῶν] Pro ἠκούετο puto ſcribendum ἠνύετο. Paullo poſt ad voc. σαύρωμα in *Mſ.* haec adnotatio erat: ὅρια περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι· οἱ μὲν τὰ νεώρια ἤκουσαν ἀκολουθήσαντες Ὁμήρῳ εἰπόντι, οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον· οἱ δὲ ἀποθήκας. Duae poſteriores expoſitiones tuto reiici poſſunt. Non eſt obſcurum, quid ſit σαύρωμα. Vid. *Thucydidem* VI, 64, 100, et 101. Eſt in *Homero* Iliad. β'. v. 153.

P. 113. v. 1. Οἱ Καμαριναῖοι τοῖς Ἀθηναίοις] Addit *Mſ.* ἀπὸ κοινοῦ τὸ μή. Significat ante προσχωρῶσι repetendum eſſe μὴ e ſuperioribus μὴ οὐκέτι βούλωνται.

ib. Ἀπὸ κοινοῦ δείσαντες] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ δείσαντες.

P. 117. v. 8. Ὅτι ὁ Φοβούμενος αὐτοὺς μᾶλλον ἀπολέσαι σπουδάσει] Ὅτι ἄρα ὁ Φοβ. αὐτοὺς πολὺ μᾶλλον ἀπολ. σπ.

12. Ἵνα σωφρονισθῶμεν] Ad Φοβεῖσθαι adſcriptum erat: τὸ τὸ Φοβερὸν εἶναι, καὶ Φοβεῖσθαι· ὡς καὶ Σοφοκλῆς, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ὁ Φθόνος ἕρπει. Aiac. v. 157.

13. Τοὺς Συρακουσίους τῷ πολέμῳ] Τοὺς Συρακουσίους περιγενέσθαι τῷ πολέμῳ· et mox καθυπέρτεροι τῶν Ἀθ. γέν.

P. 119. v. 4. Βουλήσεται μέν] Totum hoc ſcholion deſideratur. Deinde ad ea quae ſequuntur in *Thucydide*, λόγῳ μὲν γὰρ τὴν ἡμετέραν δύναμιν σώζοι ἄν τις, adnotata ſunt quae col. ſeq. v. 6. leguntur, τοῦτο ἐξήγησίς ἐστι τοῦ προτέρου· ὁ μὲν γάρ et ſeqq. vsque ad finem illius adnotationis. Et plane illi loco conueniunt; ab hoc aliena ſunt.

7. ſ. Καὶ δέεσθαι ἄν ἡμῶν] Ἐδεῖσθε ἂν ἡμῶν· fortaſſis καὶ ἐδεῖσθε ἂν ἡμῶν.

P. 121. v. 1. Ἐπὶ ταῦτα τὰ εἰρημένα] In hoc ſcholio nihil eſt, quod ad verba ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου pertineat, praeter poſtremam partem, τὸ ἑξῆς, ἐκ τοῦ ὁμοίου φαίνεσθαι παρακελευομένους. Nec illa ἑαυτὸν καὶ μεθ' ἡμᾶς εὐθὺς κινδυνεύσοντα cum praecedentibus cohaerent, et haud dubie perperam repetita ſunt ex iis, quae ad v. 91. [Καὶ τὰ δεύτερα κινδυν.] adnotantur. Illa, τῷ λόγῳ μὲν συμμαχεῖν καὶ βοηθεῖν τοῖς Συρακουσίοις, poſſunt referri ad verba *Thucydidis*, καὶ μὴ μαλακῶς, ὥσπερ νῦν, ξυμμαχεῖν. *Mſ.* hic nihil nos iuuat. In eo pro ἔργῳ δὲ. ἑαυτὸν καὶ μεθ' ἡμᾶς — παρακελευομένους legitur, ἔργῳ δὲ ἑαυτῶν εἴπερ ἐκ διαδοχῆς ὁ κίνδυνος. E quibus illa. εἴπερ

ἐκ διαδοχῆς ὁ κίνδυνος, auulsa videntur ab iis, quae ad v. 91. scribuntur, καὶ μεθ' ἡμᾶς εὐθὺς κινδυνεύσοντας.

6. Οἴσεται σώζειν] Οἰήσεται σώζειν.

7. Σωτηρίαν σώζειν] Σωτηρ. σώζοι.

8. Λείπει] *Thucydides:* καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοί, ὥσπερ νῦν, τοὺς πέλας ἀδικῶσι. *Scholiastes:* ὅταν ὑπ' ἄλλων· λείπει τὸ, ἐπιόντων, ἀδικούντων. Sed quis tali indigeret explicatione? quod si ellipsin supplere velit Grammaticus, dicat potius, λείπει τὸ, ἀδικῶνται. GRAMM.

P. 123. v. 1. Ἢ κεν γηθήσαι Πρίαμος] Quae hinc sequuntur a *Mſ.* absunt, ex more veterum citandi testimonia Scriptorum, de quo supra dictum est. Est tritum ex Iliad. α'. v. 255.

6. Καὶ γὰρ ὥσπερ λεγόμενον δικαιοφανές ἐσι] *Portus* coniicit καὶ γὰρ οὐχ ὥσπερ. Ita legendum liquet e verbis *Thucydidis*. Nec dissentiam, si quis putet articulum τὸ ante λεγόμενον addendum esse.

P. 125. v. 4. Πρὸς μὲν τῷ δεόμεθα, ὅτι προδεδόμεθα ὑπὸ τῶν Ἰώνων· πρὸς δὲ τῷ μαρτυρόμεθα] Πρὸς μὲν τὸ δ. ὅ. ἐπιβουλευόμεθα ὑ. τ. Ἰ. πρὸς δὲ τὸ μαρτ. Τὸ postulat ratio linguae Graecae, ἐπιβουλευόμεθα sensus; et ita ipse *Thucydides*.

6. Καὶ οἷον ἐπινίκιον οὐδὲν ἄλλο ἢ ὑμεῖς γεγενῆσθαι αἴτιοι δουλωθέντες τῇς νίκης] Καὶ ὃ ἐ. σὺ. ἄ. ἢ ὑ. γενήσεσθαι δουλωθέντες, οἱ τῆς νίκης αἴτιοι. Recte, si pro γενήσεσθαι scribatur γενήσεται, vel γενήσεσθε. Sed potius puto γενήσεται.

8. Ἢ δουλεύειν τοῖς Ἀθηναίοις] Ἢ εὐθὺς δουλεύειν τοῖς Ἀθ. Voluit τῷ εὐθὺς exponere *Thucydidis* αὐτίκα.

P. 127. v. 8. Ὡς συγγενῶν ὄντων φασὶ δεσπόζειν ἡμῶν Συρακούσιοι] Ὡς συγγενῶν ὁ. Φ. δ. ἡμᾶς οἱ Συρακούσιοι. Pro ὡς etiam malim ὧν. *Thucydides* enim οὓς ξυγγενεῖς φασὶν ὄντας.

P. 129 v. 4. Ὑπὲρ τῆς Ἰωνικῆς ἐλευθερίας] Ὑπὲρ τῆς τῶν Ἰώνων ἐλευθ.

5. Ἄνω κείμενον] Quae ἀπὸ κοινοῦ adsciscuntur, e superioribus plerumque sumuntur: et tamen verbum ἀποφαίνομεν non ἄνω, sed κάτω videmus κεῖσθαι, ait, et se hoc loco de eo moniturum promittit *Stephanus* in *Praefatione* p. 577. Ille quidem non praestitit, quod in animo habebat: sed mihi verbum ἀποφαίνομεν neque ad praecedens ὁρῶμεν, neque ad sequentia commode referri posse videtur.

8. Φοβερόν τι] Φοβερώτερόν τι.

11. Ἡμᾶς ἀπόντας καταδουλωθῆναι] *Thucydides:* μὴ παθεῖν δὲ μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες. Recte, ut quidem opinamur, reddit *L. Valla: imo potius, ut ne hoc patiantur, prohibeamus.* Nec culpandus *Aem. Portus*, secunda persona utens, *ne hoc vobis accidat.* Pari modo *Acacius* et *Ablancurtius*. Intelligunt hic nempe Siculos, quos μὴ παθεῖν sinerent Athenienses. *Scholiastes* contra patientem personam facit populum Athenienſium hisce: μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες) ἡμᾶς ἀπόντας καταδουλωθῆναι· καὶ δοκεῖ τὸ ἐπιφερόμενον τούτῳ μᾶλλον συνάδειν. Imo dicam non debere sequentia hic multum respici, (in quibus non negauerim aliquid esse pro *Scholiaſta*,) dum praesens periodus sensum parit tam congruum, tam rotundum. Persuadere enim istis conatur verbis Euphemus, Siculorum Rempublicam et libertatem nec a suis (Athenienſibus) aliquid damni passuram esse, nec aliorum iniuriis et oppressioni exponendam, paratis Athenienſibus quemuis ab ea attentanda hostem arcere. Non dissimulandum interim *Phil. Melanchthonem* cepisse locum eo modo, quo *Scholiastes*, ac vertisse ita: *sed potius vt impediamus eos, qui nostrae libertati insidiantur*, vel qui nobis formidabiles sunt. Alteram tamen, vt dixi, sententiam praeferendam puto. GRAMM.

P. 131. v. 1. Οὐδεμιᾶς συγγενείας οὔσης] *Thucydides:* ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὡς οὐδὲν προσῆκον ὑμῶν κηδόμεθα. *Scholiastes:* οὐδὲν προσῆκον· ἤγουν, οὐδεμιᾶς συγγενείας οὔσης. Verum nulla hic cognatio indicatur, sed necessitudo talis, quae in conseruanda vtriusque Reipublicae salute communi studio versari debet, hancque συμμαχίαν adeo non minora, quam cognationem, iura exposcere, orator innuit, ea propter his iam insistens, quia Hermocrates Syracusanus praecedente oratione τὴν συγγένειαν suorum et Camarinaeorum crepabat identidem, ad inuidiam Athenienſium. Igitur concludit quoque periodum (quam allegata inceperunt verba) h. m. καὶ ἐν τούτῳ προσήκετε ἤδη ἡμῖν τὰ μέγιστα. IDEM.

11. Εἰσφέρειν εἰς τὸν πρὸς Πελοποννησίους πόλεμον] Εἰσφέρειν πρὸς πόλεμον.

P. 135. v. 8. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ Φαμέν] In *Mſ.* adnotatur ad ξύμμαχοι, quod est pag. seq. v. 85. et paullo post rursus ad μήθ' ὡς σωφρονισαι ibid. v. 88. [ed. D.]

P. 137. v. 1. Ὑπερβατόν] Deest. In fine huius expositionis est χαλεπὸν δὲ ἤδη ἐσὶ τὸ ἀποτρέψαι ἡμᾶς.

2. Καὶ πολλάκις] Καὶ πολλαχοῦ.

P. 141. v. 1. Διὰ τὸ ὑποπτεύειν με] Additum erat manu recenti τῇ κατ' ἐμαυτὸν ὑποψίᾳ.

P. 143. v. 1. Κακῶς ὀργιζόμενος] Κακῶς ὠργίζετό μοι.

2. Τῶν Ἀθηναίων δηλονότι] Deest.

4. f. Ὁμολογουμένην ἄγνοιαν] *Thucydides:* ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀγνοίας οὐδὲν καινὸν λέγοιτο. *Scholiastes:* ὁμολογουμένην ἄγνοιαν τὴν δημοκρατίαν λέγει. Recte de Democratia. Sed quod ἀγνοίας legerit, quodque Editores praestantissimi *H. Stephanus*, *Aem. Portus*, *Hudsonus* in textum receperint, non laudamus. Potiorem iudico lectionem marginis, quae et *Editionum Aldinae*, *Florentinae*, *Heruagianae*, et *Codicum* trium *Anglicorum* nostratisque *Rostgaardiani* est, ἀνοίας nempe. Hinc *Valla*, quem ex *Aldina* vertisse verisimile, *amentiam* reddidit, quod retinuere *Stephanus*, *Portus*, *Acacius*. *Stultitia Philippo* dicitur. Aptius forte *vaecordia*. Vide *Casaubonum* ad *Theophr. Char. p.* 177. GRAMM. *Mſ.* ὁμολογουμένην ἄνοιαν. Add. quae hic adnotantur ad *Thucydidem*.

P. 145. v. 2. Ἤγουν ἀποπειρασόμενοι] Non habet *Mſ.*

3. Ὥσε εὐπορώτερον ἀνὴ εἴη σίτου καὶ χρημάτων] In his nullus ſenſus eſt. Videtur aliquid excidiſſe.

P. 147. v. 1. Εἰς Σικελίαν δηλονότι] Deeſt. Mox ad Φανερώτερον ſcribebantur haec, ἤτοι Φανερῶς πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις, ἢ ἐπιφανῶς καὶ μεγάλως, quae p. 438. ad v. 87. non ſuo loco [Νῦν ἐγκρατῶς] leguntur.

6. Δωροδοκίας] Vide *Petitum* in Leges Attic. p. 313.

P. 149. v. 1. Ἤτοι Φανερῶς] Non pertinent huc; vt modo dixi.

2. Διὰ τὸ μὴ προθυμηθῆναί με Φεύγειν] Particula μὴ abeſt a *Mſ.* Rectius, ni fallor, quam in *Edd.* Nec tamen ita optime exprimitur ſententia verborum *Thucydidis*, quam bene adſequutus eſt *Portus*.

P. 153. v. 2. Μὴ ἐπὶ τοῦ ἐξηρτῆσθαι καὶ μετεωρῆσθαι ἀκουέσθω] Μὴ ἐ. τ. ἐ. καὶ μετεωρίσθαι ἀκούειν. Bene μετεωρίσθαι· ἀκούειν accipi poteſt, vt in aliis, in quibus Infinitiuus pro Imperatiuo poni dicitur: quae κατ' ἔλλειψιν τοῦ χρὴ dici dudum offenderunt alii.

P. 157. v. 1. Περὶ τὸν Λάβδαλον] Περὶ τὸ Λάβδαλον. Ita *Thucydides* VII, 3.

2. Ποῤῥώτερον προϊέναι] Ποῤῥωτέρω προϊέναι.

4. Ἐπὶ χερῤῥόνησον] Ἐπὶ χερονήσῳ.

P. 159. v. 1. Ὀλίγα γὰρ ἐπιβασθῆναι δυνάμενα] Ὀλίγα δὲ τὰ ἐπιβαθῆναι δυνάμενα.

4. Πρὸς τὴν Συράκουσαν] Πρὸς τὴν τῶν Συρακουσίων.

6. f. Οὐ καθὸ τὸ ἕλος ὑδατῶδες ἦν] Καθὸ τὸ ἕλος οὐχ ὑδατῶδες ἦν.

P. 161. v. 1. Γράφεται — μετ' ὀλίγων] Non eſt in *Mſ.*

P. 163. v. 1. Κατεφρόνουν] *Thucydides*: οἱ πρότερον περιωρῶντο. *Scholiaſtes*: ἤγουν κατεφρόνουν. Non inepte adeo quoad ſenſum. Sed probem tamen magis paraphraſin hic *Aem. Porti*, vt et *H. Stephani*, cuius ad hunc locum atque praecedentem annotationes, ad quas in margine remittit, deſiderantur. Sufficere interim debent quae idem diligentiſſimus Vir in *Theſauro* obſeruauit de alio Auctoris noſtri loco, (quem habes hoc ipſo *libro* 6. p. 439.) vbi eiusdem facit erroris reum *Scholiaſten*, quod περιορώμενοι exponat καταφρονοῦντες, pertracto in partes ſuas *Enenckelio*, temere hic a *Valla* et *Ae. Porto* discedente, ſed qui (*Acacius* nempe) accuratiorem ſe praeſtat in vltimo loco, (οἱ πρότερον περιωρῶντο,) eleganter transferens: *qui prius dubii euentum exſpectauerant*. *Winſemius* vtrobique nobiſcum ſentit, neglectis Scholiis. GRAMM.

Ibid. Τῆς Φιλιώσεως] Deeſt.

[P. 168. v. 1. ὁ δὲ Γύλιππος] ἐνταῦθα ἡ τῶν Συρακουσίων ἄρχεται νίκη καὶ τῶν Ἀθηναίων ἥττα. ὧν οἱ μὲν εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκον οἱ Συρακούσιοι, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι νικῶντες ἐγένοντο, καὶ ἐλπίδας εἶχον δι' ὀλίγου Συρακουσῶν περιγενέσθαι. Ἀλλὰ τοῖς μὲν Συρακουσίοις ἐκ τῶν ἀπόρων ἐγένετο εὐπορία, τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐξ εὐπραξίας ἡ δυσπραγία. Ὅθεν οὐ δεῖ μὲν ἀπελπίζειν ἐν ἀπορίαις, μήτε θαῤῥεῖν ἐν ταῖς εὐτυχίαις πρὸς ταῦτα ὁρῶντας. Schol. Baſ.]

P. 171. v. 4. Ὁ Γύλιππος] Θέμενος praeterea exponitur ἀποθέμενος.

P. 175. v. 1. Τὴν ἐφόρμησιν] Ita *Ed. Oxon.* Τὴν ἐφόρμισιν *Baſ. Steph. 2. Port.* et *Mſ.*

3. Ἐπιθέσεως τῆς πολεμικῆς] Ἔφοδος, ἐπιδρομὴ, ἐπιβουλὴ, ἢ μηχανή.

P. 177. v. 2. Ἤδη τε ἐγγὺς ἦν] In *Mſ.* hic eſt ordo verborum: τὸ τεῖχος τὸ ὑπὸ τῶν Σ. ὐ. ἐ. κ. τ. τ. Ἀθηναίων διατειχίσματος ἤδη ἐγγὺς ἦν παρεληλυθέναι καὶ ὑ. τ. τ. τ. τ. Α. διατειχίσματος.

4. Μὴ παραλλάξαντος] Μὴ delendum putat *Aem. Portus*.

5. Ἐν ἀσφαλείᾳ ἔμελλον ἔσεσθαι] Ἐν ἀσφαλεῖ ἔμ. ἔσεσθαι· et paullo poſt εἴτε μάχοιντο, non εἴτε μάχοιεν.

6. Ἥγουν τοὺς ἱππεῖς τῶν Συρακουσίων] Deeſt; et repugnat ſententiae verborum *Thucydidis*.

7. Ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναίων] Ὑπ' αὐτῶν τῶν Ἀθηναίων.

P. 179. v. 2. Γραμματέα λέγει τὸν εἰωθότα] Οὐ κυρίως γραμματέα λέγει τὸν ἀρχὴν ἔχοντα, ἀλλ' ὑπηρέτην τὸν εἰωθότα.

ib. Ἀναγινώσκειν] Ἀναγινώσκειν· τοῦτο δὲ οὐκ ἔντιμον ἦν.

P. 183. v. 1. Τὸ πολιορκεῖσθαι μᾶλλον] Hoc ſcholion, vt et ea, quae hac pag. ad v. 40, 42, et 50. [Τῆς χώρας et duo ſeqq.] leguntur, non habet *Mſ.*

7. Σεσηπυῖαι] *Thucydides*: νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι. *Scholiaſtes*: διάβροχοι· σεσηπυῖαι. Non ſequitur, quia διάβροχοι, ideo *putrefactae*. Σεσηπυῖα vix amplius vtilis aut πλωΐμος, vtpote διεῤῥωγυῖα, vt interpretatur *Heſychius*. Διάβροχος vitium quidem fecit, ſed quod emendari poteſt, modo exſiccetur nauis, quod et indicatur verbis mox in Noſtro ſequentibus: τὰς μὲν γὰρ ναῦς οὐκ ἔξιν ἀνελκύσαντας διαψύξαι. Id et non longe poſt ἀποξηρᾶναι Auctor vocat. Opponuntur ergo naues διάβροχοι, hoc eſt, *madore penitus hauſto vitioſae*, ταῖς ξηραῖς, nec non ταῖς διεψυγμέναις. Conſul. de iſtis doctor. Viror. annott. ad Polluc. *lib.* 1. §. 121. GRAMM.

Ibid. Ὁμηρος] Iliad. β'. v. 135. Addit *Mſ.* ex eodem loco, καὶ σπάρτα λέλυνται.

ib. Ἤγουν ἐν θαλάττῃ οὔσῃ] Deeſt, cum iis, quae ad v. 56, 79. et 7. [Διὰ τὸ ἀντιπάλους, Πολλὴ δ' ἡ Σικ., Ἀσφαλέστερον] ſcribuntur.

P. 185. v. 2. Πόλεων] Πόλεως legit *Holſtenius* ad *Stephanum*. HVDS. Πόλεως pro πόλεων repoſui e *Mſ.*

P. 187. v. 1. Ἀντὶ παθητικοῦ] Ἀντὶ ἀρχθῆναι παθητικοῦ. Addendum fuerat τοῦ ante ἀρχθῆναι.

2. Ἀντὶ τοῦ κατεργασθήσεται] Ἀντὶ τοῦ κατεργασθήσεται αὐτοῖς, διαπολεμήσεται ὁ πόλεμος.

3. Ὧν ἕνεκα ἤλθομεν] Ὧν ἕνεκεν ἤλθομεν.

4. Ἀντέχειν αὐταρκούντων, ἤτοι δυναμένων] Ἀντέχειν δυναμένων.

P. 197. v. 2. Φοβερούς φαν.] Φοβερωτάτους φαν.

4. Εὖ εἰδέναι] Ante haec ad voc. ὑποσχεῖν adnotatum erat: ὑποσχεῖν· ὑπολαβεῖν, ἀπαιτηθῆναι, ἢ ὑποβάλλειν.

5. Διὰ τὰς ἐμπειρίας εἰς τὴν π. τ. ν.] Διὰ τῆς ἰδίας ἐμπειρίας εἰς τ. π. τ. ν.

P. 199. v. 2. Ἤγουν, κατὰ τὴν πρώτην εἰσβολήν] Haec non sunt in *Mf.* Nec omnino necesse est ita exponi πρῶτον, etsi *Thucydides* deinde dicit illud ῥᾳδίως ληφθῆναι.

4. Οἱ ἐκ τῶν τειχῶν τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ τῷ Πλημμυρίῳ] Perperam hoc loco ponitur. Referendum est ad illa, quae paullo post dicuntur, οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ᾔρουν παρέπλευσαν· vbi *Mf.* non habet τῶν Ἀθηναίων, quod ibi in *Edd.* legitur.

P. 201. v. 1. Καὶ ἐπὶ τῶν τυχόντων χρημάτων] *Thucydides:* πλοῖα γέμοντα χρημάτων, *naues pecunia onustas* plerique vertunt *Interpretes. Scholiastes* χρήματα non hac vulgari et recentiore (ceu putat,) significatione videtur accipere h. l. sed vix attendendus, nisi quis vtramque coniungere velit, cum *Acacio: naues pecunia omnique rerum copia plenas.* p. 326. GRAMM. [Nunc πραγμάτων editum.]

P. 203. v. 2. Ὤνευος μηχανή ἐστι περιαγωγῆς] Quid sit μηχανὴ περιαγωγῆς ab aliis doceri velim.

ib. Ὤνευος, ἔστι μηχανή] Totus hic articulus legitur apud *Suidam* in ὤνευον· vbi pro ὤνευος est ὄνος, quod non immerito praefert *Kusterus.* Nam et ὄνοι, non ὤνευοι, aliae quaedam machinae dicuntur.

3. Περιβάλλοντες βρόχας, τοὺς ταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων.] *Suidas:* περιβάλλοντες βρόχοις τοὺς ταυροὺς, ῥᾳδίως ἐκ τ. β. ἀνέσπων. Sic quoque emendandum putem *Scholiasten:* nam et ita *Mf.* Βρόχῃ pro βρόχοις inuenio adnotatum e *Tzetze* ad Lycophronem v. 61. βρόχαις ἀπαγχθεῖσα.

4 Καλοῦσι δὲ τὴν μηχανὴν οἱ τοὺς χαμαιλίχοντας ἔχοντες ἁλιεῖς ἡλεκάτην] *Suidas:* καλοῦσι δ. τ. μ. οἱ τοὺς χαμαὶ λείχοντας ἕλκοντες ἁλιεῖς ἡλακάτην. Quid sit χαμαὶ λείχοντας, vel χαμαιλίχοντας non magis intelligo quam *Portus* et *Kusterus.* Nam de χαμευλκοῖς hic vix cogitari posse arbitror, quod hi non sunt piscatorum. Sed quum de machina loquatur, praeferendum videtur ἕλκοντες. Et sic etiam scholion *Cod. Camerar.* Ἡλακάτην quoque apud alios video scribi, non ἡλεκάτην. Ἡλακάτη autem etiam est inter instrumenta mulierum nentium, quemadmodum et ὄνος apud *Pollucem* VII, 32. et X, 125. [Mox pro ἔχοντες in Bas. est ἕλκοντες.]

6. Ὅταν καὶ πρὸ αὐτῆς τεθείη] Apertum est hic aliquid deesse. *Suidas:* ὅταν καὶ δίκρουν ξύλον πρὸ αὐτῆς τεθείη.

7. f. Θαῤῥούντων ἄλλῃ στρατιᾷ, ἐλευσομένῃ δηλ.] Θαῤῥούντων ἄλλην στρατιὰν ἐλευσομένην δηλ.

P. 205. v. 2. Ἢ τὸν χ] Quid hoc sit, non adsequor.

4. Τῆς ἐνδεοῦς] Deest, vt et tria sequentia scholia.

6. Γράφεται τῶν Δακικοῦ] Haec non sunt in *Mf.* qui pro iis habet: τοῦ Διακοῦ γένους. Δῖοι Θρᾳκῶν γένος, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ λέγει. Ab eodem abest expositio ad v. 14. [Οὓς ἔδει τῶ Δημ.]

7. Μετὰ τὸ πλεῦσαι δηλ. τὸν Δημοσθένην] Μετὰ τὸ ἀποπλεῦσαι δ. τ. Δ.

ib. Πολυδάπανον, δαπανηρὸν, πολλὰ τελοῦν· ἐξ οὗ καὶ πολυτελὲς δεῖπνον] Δαπανηρὸν, πολλὰ τελοῦν, omissis ceteris.

P. 207. v. 1. Ἀδιαςάτως ἐπικειμένων τῶν Λακεδαιμονίων] In *Mf.* tantum est Λακεδαιμονίων.

ib. Τῆς τεταγμένης δηλονότι Φησίν] Ἴσης τεταγμένης λέγει.

3. Εἰσαγαγωγίμων ἐξ ἀλλοδαπῆς] Non est in *Mf.* Ad ea quae paullo post dicit *Thucydides* ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι, adscripti sunt duo iambici senarii, quos vide in Notis ad hunc locum.

P. 209. v. 2. Γράφεται, οὐδὲν ἐλάσσω] Deest.

8. Ὕςερούντο Δημοσθένους· ἐλθόντας καὶ μὴ Φθάσαντας τὸν Δημοσθένην] Ὕςερον τοῦ Δημοσθένους ἐλθόντας, καὶ μὴ Φ. τ. Δ. Praecedens scholion non habet *Mf.*

ib. Ἀντὶ τοῦ, δι' αὐτῶν] Deest et hoc, et quae ad v. 83, 90, [Ἀπεβίβασεν, Καὶ αἴρει] 91. voc. ἐπιπεσὼν, 7, 15, et 18. [Ἦν αὐτόθι, Ἢ ἤγαγεν, Ὡς ἐώρων] leguntur.

P. 213. v. 2. Ἄξιοι, Φησὶν, ὀλοφυρμοῦ τὸ] Ἄξιον, Φησὶν, ὁ. τὸ.

P. 215. v. 3. Ἤγουν τοὺς Κερκυραίους] Immo Demosthenem et Eurymedontem: vt recte *Aem. Portus.*

5. Συνῆρχε γὰρ ἤδη Δημοσθένει] Ita rescripsi e *Mf.* et ipso *Thucydide,* pro eo, quod edebatur, συνῆρχεν ἤδη Δημοσθένης.

[P. 218. v. 10. Τὰς ἐπωτίδας] τὰ ἐφ' ἑκατέρωθεν τῆς νηὸς πρὸς τῇ πρύμνῃ ἐξέχοντα. Ἀντερείσματα καθ' ἑκάςην ἐπωτίδα δύο, ἀπὸ τοῦ ἐντὸς καὶ ἐκτὸς μέρους τοῦ τε πρὸς τὸ τεῖχους (τεῖχος scr.) τῆς νηὸς, καὶ τὸ [.τοῦ] πρὸς τὸ πέλαγος. Τὸ μὲν οὖν κάτω μέρος τῶν ἀντερεισμάτων ἔςησαν ἐπὶ τοῦ τείχους τῆς νηὸς, τὸ δὲ ἄνω ἐγόμφωσαν εἰς τὰς ἐπωτίδας. Schol. Bas.]

P. 219. v. 4. Τὸ κατὰ τὴν πρῴραν] *Suidas* eadem habet in παρεξειρεσία sed pro ὡς ἂν εἴπῃ τις, apud eum et in *Mf.* est, ὡς ἂν εἴποι τις.

5. Ἐπωτίδες εἰσὶ] Haec quoque leguntur in *Suida,* v. ἐπωτίδες.

P. 221. v. 1. Ὡς εἶδον πλέον τι σχήσοντες· τουτέστι πλεονεκτήσοντες] Desunt; pro iis ad σχήσοντες scriptum est: σχήσει, καθέξει· σχήσουσι, κωλύσουσι· σχήσεσθαι, κατασχεθήσεσθαι· σχήσεται, ἐπισχεθήσεται.

P. 223. v. 1. Γράφεται ἐπισκευασάμενοι, ἤγουν] Absunt a *Mf.* vna cum scholiis ad v. 86, 87, 90, 91, 95, et 97. [Πρὸς τὰς, Ἄλλα λεπτὰ, Οὐκ ἐν πολλῷ, Πρὸς ἑαυτῶν, Σφῶν.]

3. Οὐκ ἀντίπρωροι ἐνέβαλον ταῖς ἐναντίαις ναυσίν] Οὐκ ἀντίπρωροι ὁρμαῖς ἐνέβαλλον τῶν ἐναντίων ναυσίν. Haec non sine vitio sunt. Sed ἐνέβαλον est error operarum ex *Ed. Oxon* in hanc propagatus. *Bas. Steph.* 2. et *Porti,* itidem vt *Mf.* ἐνέβαλλον.

4. Τῶν Συρακουσίων] Ad ἐμβόλοις, quod paullo ante in *Thucydide* legitur, adscripta erat expositio: ἔμβολον χάλκωμα ὡραῖον περιθέμενον κατὰ πρῴραν ναυσίν. Pro ἔμβολον *Suidas* habet ἔμβολος· sed ἔμβολος et ἔμβολον dici docet *Eustathius* in Odyss. ω'. p. 1959. Maior discrepantia est in eo, quod in *Suida* pro ὡραῖον est πεπυρωμένον. *Portus* et *Kusterus* id corruptum putant. Idem de voc. ὡραῖον dicendum videtur.

5. Ἑρμηνεία τοῦ διεκπλεῖν — εἰς τοὐπίσω γενέσθαι] Haec omnia desiderantur in *Mss.* In *Suida* v. περιπλεῖν ad verbum leguntur, nisi quod in eo pro καθίζαται est καθίζασθαι, et pro τεμόντων τεμόντα; vtrumque melius quam in *Scholiaste*. Vide *Kuhnium* ad Pollucem I, 123. De διεκπλεῖν confer quae habet *Scholiastes* ad I, 49. et II, 89.

8. Περιττὴ δὲ πρὸς τὸ μὴ περιπλεῖν ἡ μία ἀπόφασις] Nimirum quia κωλύειν ipsum est verbum ἀποφατικόν, superuacuum erat alteram negationem μὴ adponere τῷ περιπλεῖν. Ita haec verba fortassis possunt exponi. Videndum tamen an rectius sit, περιττὴ δὲ πρὸς τὸ περιπλεῖν ἡ μὴ ἀπόφασις. Non multo post ad verba *Thucydidis* ἀνάκρουσιν οὐκ ἔσεσθαι, adscriptum erat: ἀνακρουσις ἐν ναυμαχίαις ἐλέγετο ἐπὶ τοῦ πρύμναν κρουειν. In quibus articulum τὸ ante ἐπὶ excidisse puto.

P. 225. v. 3. Τοῖς Ἀθηναίοις δηλονότι σὺν τῷ πεζῷ] Neque hoc, neque quidquam eorum, quae deinceps hac pagina leguntur, [a Τὸν ἐκ τῆς πόλεως vsque ad Διαλειπ. ἦγουν διΐς.] habet *Mss.*

P. 227. v. 3. Ἦγουν τῇ μετὰ τήν] Itidem desiderantur omnia praeter id, quod ad v. 84. [Οἱ δὲ, ἤγουν] adnotatur.

P. 229. v. 2. Ἀντὶ τοῦ αὐτῶν] Deest. Ad v. 1. κατὰ κράτος ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν, adnotabatur: οὐχὶ κατὰ κράτος ναυμάχησαν (pro ἐναυμάχησαν, vel ναυμαχοῦντες) ἀλλὰ κατὰ κράτος ἐνίκησαν. Vult κατὰ κράτος non cum ναυμαχοῦντες, sed cum ἐνίκησαν iungendum esse.

P. 231. v. 3. Συνταττόμενον πρὸς τοῖς Συρακουσίοις] Συντ. πρὸς τὸ τοῖς Συρακ.

P. 233. v. 1. Ἦγουν κατεφρονήθη] Ex omnibus huius pag. scholiis [Ab Ὑπερῴφθη — Ἄλλως] *Mss.* tantum ea habet, quae ad v. 39, 46, [Ἱκανοὶ, Τὸ παρατείχισμα] 50. v. αὐτὸ, et 51. [Ἡπείγετο] leguntur. Hic praeterea absunt verba ἦγουν ἐγχειρῆσαι.

7. Τροπαιουχήσας] *Thucydides*: ἢ γὰρ κατορθώσας ἔξειν Συρακούσας. *Scholiastes*: ἤγουν τροπαιουχήσας. Metonymice nimis interpretatur; nihil aliud est κατορθώσας in se et proprie sua emphasi, quam *secunda fortuna vsus, re prospere gesta*, quod vulgare satis. GRAMM.

P. 235. v. 1. Ἦγουν ἐδενδροτόμουν] Omnia [ab Ἀπεκρύουντο — Ἐς Φυγὴν κατές.] desunt praeter scholion ad v. 91. [Ὅπως τῇ παρούσῃ.]

P. 247 v 4. Οὔτε ἀπὸ Ἀθηναίων] Προσεγένετο οὔτε ἀπὸ Ἀθηναίων. Adnotationes ad v 10, 31, 33. 37. 41, et 44. [Οὐδ' ἀφ' ἑτέρων, Καὶ πᾶν τὸ ἐν., Τοῦ ξυμθήμ., Τὸ δ' ἐκείνων, Ἐκείνων, Ἀπὸ γὰρ ἀμφ., Ἀπορίαν] non habet *Mss.*

P. 239. v. 2. Ἦγουν τραπέντων] Deest.

4. Διέφυγον αὐτοὺς πολέμιοι] Διέφ. αὐτοὺς οἱ πολ-

ib. Γράφεται, ἐκείνων ἐπισάντων] Lectionem ἐπισαμένων, vel ἐπισάντων quam habuit in suis exemplaribus *Scholiastes*, reiiciunt facile sensus et constructio ipsa huius loci. GRAMM.

P. 241. v. 2. Ἀλλὰ καὶ εἰς φόβον ἐπισάντες ἀπὸ τῆς τῶν Ἐπιπ. ὀ. ἀ.] Ἀλλὰ κ. ἐ. φ. καθίσασαν τῆς ἀπὸ τ. Ἐ. ὀ. ἀ.

ib. Ὑπὸ τῶν Συρακουσίων] Deest, cum iis quae leguntur ad v. 56, 66, et 71. [Ἄνωθεν, Ἀντέσησαν, Οἱ μὲν ἀπωλλ.]

P. 243. v. 4. Τῶν Ἀθηναίων] Non habet *Mss.* nec scholia ad v. 99, 2, 6, 14, et 16. [Εἰκὸς, Πονηρὰ, Καταγέλτους, Λαθεῖν, Βουλόμενον, Καὶ διασκοπῶν.]

8. Ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν δηλονότι] Et hoc, et scholia ad v. 25, 28, 35, 40, et 58. [Εὖ λέγων, Ἐκεῖσε, Καὶ ἐν περιπ., Τῆς νῦν παρασκ., Πορθοῦντες] absunt a *Mss.*

P. 245. v. 3. Περιδρομοις] Τὰ περιπόλια interpretatur *Scholiastes* hoc loco περιδρόμους. Satis imperite. Ergo eundem hunc non esse Grammaticum credam, ac qui supra ad *lib.* 6. *p.* 406. pro corrupta in textu voce περίπλοια, meliorem indicauit hanc περιπόλια, ac interpretatus est τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρούρια. Est quidem περιδρομος etiam inter vocabula munitionum, *Hesychius*, περιδρόμους· τείχους (scribe τεῖχος) περὶ τοὺς βεβλημένους τοίχους κύκλῳ. Sed ista significatio nequaquam conueniens huic loco, vbi, neglecto *Scholiasta*, recte viderunt *Winsemius*, *Portus*, *Acacius*. Loca alia, vbi περιπολίων meminit Auctor noster, indicauit praeclarus Commentator *Godofr. Iungermannus* ad Polluc. *lib.* 9. *c.* 4. §. 16. Caeterum haud abs re erit animaduertere, non adeo certam posse et constantem etymi rationem dari huius vocabuli, ac videntur existimasse *Sylburgius* in *annott.* ad Dionys. Halicarn. Antiquit. *lib.* 9. *c.* 56. *p.* 612. vt cui displicet περιπόλια verti *suburbia*, cum sit potius *circumfusa vrbis castella*; et *Henr. Valesius* in *notr. ad Mauſſac. p.* 318. afferens *Dionysio* ita vocari castella, in quae se recipiebant περίπολοι τῆς χώρας τῶν Ῥωμαίων. Nempe legerat Vir Doctissimus memoratos aliquoties eidem Historiae Rom. Scriptori περιπόλους τῆς χώρας, τῆς γῆς, τῶν ἀγρῶν, quod ille vocabulum ex militari Athenienſium re detumtum Romanis accommodauerat. Sit ergo περιπόλιον a περίπολος, neque hoc negare est animus; nam et *Thucydides lib.* III. quod περιπόλιον τῶν Λοκρῶν appellauerat, τὸ ἐπὶ Ἀλικῇ ποταμῷ, alibi vocat τὸ Λοκρῶν φρούριον, et περίπολοι, φρουροὶ *Hesychio*, nempe qui λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις, vt describit *Aristoteles* apud *Harpocrat.* vid. et *Mauſſaci* observata *ibid.* An vero semper περιπόλια istam notionem obtineant, dubitare licet. Videntur simpliciter sic dicta interdum *suburbia*, aut *minores vrbes* in regione ac agris maioris alicuius sitae, nempe a πόλις· Sic interpretor *Strabonis* locum *lib* 17 *p* 837. τῆς δὲ Κυρήνης ἐξὶ περιπόλια, ἥ τε Ἀπολλωνία καὶ ἡ Βάρκη, καὶ ἡ Τεύχειρα, καὶ Βερενίκη

καὶ τὰ ἄλλα πολίχνια τὰ πλησίον. Certe enim πόλεις hae ipsae vocantur quoque *Ptolemaeo lib.* 4. *c.* 4. qui τὰ Φρούρια Cyrenaicae regionis seorsim antea recensuit. Addatur *Maccabaeor. Auctor. lib.* 1. *c.* 11. *v.* 4. et 61. καὶ ἐνεπύριζε τὰ περιπόλια αὐτῆς πυρί· vbi de suburbiis aut oppidis circumiacentibus, quibus imposita non semper praesidia, capi putem. Omnino ita quoque acceperunt, qui 1. *Paralip.* 6. v. 56. et *seqq.* τὰ περισπόρια מגרשות constanti immutatione transformarunt in περιπόλια plus quadragies, sicuti repraesentant *Edd. Complut.* et *Aldina*, atque ex hac expressae; etsi enim genuinam lectionem agnouerim potius περισπόρια, quemadmodum in *Iosua* semper legitur, tamen fatendum Graecos illos, qui mutationis 1. *Paralip.* 6. fuere Auctores *suburbia* voluisse appellare περιπόλια, vel vt *Hieronymus* in *Quaestionib. Hebraicis* loca ista reddit, *suburbana eius.* GRAMM.

3. Μισθοφόρων τῶν Συρακουσίων ὄντων] Μισθοφόρων τοῖς Συρακουσίοις ὄντων.

5. Γράφεται, χρημάτων ὡς πολύ] Deest.

P. 249. v. 1. Τῷ καιρῷ δηλονότι] Deest cum tribus sequentibus scholiis.

2. Δεισιδαιμονήσαντες] Ἀποδεισιδαιμονήσαντες.

P. 251. v. 2. Παραφυλάττειν τὰς ἐκκλησίας] Παραφυλάττειν τὰς ἐκλείψεις.

ib. Γράφεται; πρὶν ὡς οἱ μάντεις] Omnia, quae hac pag. et sequenti [a Πρὶν ἂς οἱ μάντεις] vsque ad Col. 1. v. 4. ὁ μὲν σύνδ. περ. leguntur in *Mf.* desiderantur.

P. 257. v. 1. Τῶν Ἀθηναίων] Melius *Portus* τῶν Συρακουσίων. *Mf.* non habet. Quae paullo ante ad verba *Thucydidis* πολλῷ δὴ μᾶλλον ἠθύμουν adnotata sunt, vide in Notis ad *Thucydidem.*

ib. Δέξασθαι] Deest.

4. Κατὰ μιᾶς πόλεως τῶν Συρακουσίων] Haec non leguntur in *Mf.* vt nec ea, quae in sequenti adnotatione sunt ἤγουν πολλοὶ — συγκρατήσασθαι χώραν. Pro iis ad verba ἔθνη γὰρ πλεῖσα δὴ haec scribuntur: πλὴν ὅσα συνῆλθεν ἔθνη πρὸς Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους ἐν παντὶ τῷδε πολέμῳ· πλήν γε τοῦ ξύμπαντος λόγου τὰ ἐν παντὶ τῷδε τῷ πολέμῳ ἔθνη πρός τε τὴν τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πόλιν συνελθόντα, τουτέστι, πλεῖσα ἔθνη περὶ Συρακουσῶν μαχόμενα ἦλθε, πλήν γε δὴ οὐ τοσαῦτα ὅσα πρὸς Ἀθηναίους καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους προσενεμήθη.

P. 259. v. 5. Ἄποικοι ἦσαν, Ἐρετριεῖς] Ἄποικοι ἦσαν Ἐρετριεῖς.

9. Συμμαχήσαντες ἀλλήλοις] Abest a *Mf.* cum scholiis ad v. 35, 36, 39, 51, et 53. [10. καὶ ἀπ' Ἀθην. etc. οὗτοι δ' εἰσὶ Δρ. etc. Ναυσὶ etc. p. 261. l. 1. κατὰ δὲ τὸ etc. οὐ μόνον etc.]

P. 261. v. 4. Παροιμία, Πιπράσκει] Haec ad sequentia v. 75. ἅμα μὲν κέρδει adnotabantur, et post ἀργύριον, τοῦ Καλλιμάχου. Si hoc *Callimachi* est, eo augeri possunt fragmenta illius.

P. 263. v. 1. Ἀντὶ τοῦ συγκτίσαι] Ἀντὶ τοῦ συγκτίσασι.

2. Ἐπεσπάσαντο] In *Mf.* nihil eorum est, quae hac pag. [ab Οἵπερ ἐπήγ. — Καὶ ἀπλ. παντ. λέγει.] leguntur, praeter scholia ad v. 84. et 1. [Κατὰ διαφ ρὴν, Νεωδαμώδεις.]

3. Κατὰ Ἀθηναίων] Addit *Mf.* Συρακόσιοι, Καμαρινᾶται, Γελῶοι, Σελινούντιοι, Ἱμεραῖοι.

P. 265. v. 1. Νεοδαμώδης] Sic et *Suidas* h. v. sed caute adponens, ἤτοι ἐκ τῶν Εἱλώτων.

P. 267. v. 3. Ἁπλοωτέρας οὐ — ἰσαμένας] *Suidas* in ἁπλουσέρας. Sed quod ἁπλουσέρας dicit a *Thucydide* vocari has naues, nullius *Mf.* auctoritate confirmatur: omnes enim tam scripti, quam editi libri *Thucydidis* hic habent ἁπλοώτεραι. *Idem* pro τὰς ἁπλους παντάπασι habet τὰς ἁπλους παντελῶς. Et deinde διὰ πληρώματος ἔνδειαν καὶ ἁπλόους ἰσαμένας· in quibus praefero scripturam, quae est apud *Scholiastam.*

4. Νεότητος] Omnia huius pag. scholia absunt a *Mf.* [nempe sequentia tria, cum hoc ad ἡλικ.]

P. 269. v. 3. Ξυνὸς Ἐνυάλιος] Hoc solum habet *Mf.* sine altera parte versus. Desunt etiam expositiones v. 75, 90, 91, et 93. [ad Καὶν μεθ' etc. εὕρηται etc. τῶν ἐπωτίδων etc. ἐπιβολαὶ etc.] Locus *Homeri* est Iliad. σ'. v. 309.

P. 271. v. 2. Ἀντὶ τοῦ καταβάλητε — ἀποςήσητε] Εἰς τὴν θάλασσαν καταβάλητε.

3. Τὸ μᾶλλον οὐκ ἔχει συγκριτικόν] *Thucydides:* καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο. *Scholiastes:* τὸ μᾶλλον οὐκ ἔχει συγκριτικὸν ἀλλὰ διασαφητικόν· οὐ γὰρ οἱ ναῦται τοῦ ἀπαράττειν τοὺς πολεμίους συναίτιοι. At, quod si μᾶλλον non debeat heic esse συγκριτικὸν, neque erit antecedens ἧσσον, sed vtrumque est. Neque enim iuuat, quod nautis non incumberet τὸ ἀπαράττειν, vt militibus, cum haec, ταῦτα παρακελεύομαι non solum hoc opus spectant, sed omnia munia illa ac officia, a singulis, nautis aeque ac militibus, instanti pugna totis viribus exsequenda. Conceditur quidem militum maiorem hic operam exspectari, idque his orator innuit, ὅσῳ μᾶλλον etc. at quin nautae quoque suis defungi deberent partibus, ἐν τῷ μὴ ἐξωθεῖσθαι, μὴ ἀνακρουεσθαι, μὴ πρότερον ἀπολύεσθαι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι ἀπαραχθῶσι, quis negauerit? GRAMM. Adde *Stephanum* ad Scripta al. de Dialect. Attic. p. 103.

Ibid. Οὐ γὰρ οἱ ναῦται] Οὐ γὰρ καὶ οἱ ναῦται.

5. Ἄξιον ὅτι δεῖ διαφυλάξεσθαι] Ἄξιόν ἐστιν ὅτι δεῖ διαφυλάξασθαι.

P. 273. v. 2. Ἀνδρῶν δηλονότι] Hoc cum quatuor sequentibus scholiis a *Mf.* abest.

3. Ἡ ἀντίληψις] *Thucydides:* προηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβουλὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν. Testatur Cl. *Hudsonus* ἐπιβολὴ legi in *Cod. Mf. Oxon.* additque sic legisse videri *Scholiasten* atque *Vallam.* De posteriore non dubito. De *Scholiasta* haud aeque res certa est, cum in omnibus impressis sic exstant ipsius verba: Καὶ ἡ ἐπιβουλή] ἡ ἀντίληψις. Sed quia ἐπιβολὰς p. 486. reddiderat ἀντιλαβὰς, atque hoc ἀντίληψις, putat *Hudsonus* ipsi eandem vtrobique vocem in textu lectam. Fortasse:

neque tamen accurate adeo rem egerunt ſemper Grammatici iſti. Quod ad *Thucydidem* vero, optima ſane ratione retinebitur antiqua lectio, ἐπιβουλή· quid enim, ſi in prioribus ἐπιβολὰς dixerit, an debuit ea propter neceſſario idem vocabulum vſurpare hoc loco, qui neſcio cur reſpuat iſtud ἐπιβουλή; Potius conſilium hoſtium ac τέχνημα ita exprimitur, cui apte conuenit. Transtulit ergo *Winſemius: Indicata enim eis erat inſidioſa illa manuum ferrearum machinatio.* Nec diſſentit *Acacius.* Quin, ſi ἐπιβουλὴ maneat, non alius tamen erit loci ſenſus, quam qui percommode expreſſus in verſione Gallica: *on avoit déja eu avis de l'invention des harpons de fer, p.* 158. etiamſi alteram lectionem praeferant *H. Stephanus* et vterque *Portus.* GRAMM.

P. 275. v. 1. Ἀντὶ τοῦ ἠσθάνεσθε] Si hoc non corruptum eſt, *Scholiaſten* errare puto, qui hic ἀντιλαβέσθαι exponat αἰσθάνεσθαι. *Thucydides* ſaepe ἀντιλαμβάνεσθαι dicit ea ſignificatione, quam hic expreſſit *Interpres.*

2. Ἦτοι κατὰ τῆσδε τῆς χώρας] Non habet *Mſ.* nec id, quod adnotatur ad v. 69. et 78. [Εἰ κατορθώσειαν etc. et Καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα etc.]

4. Οὐδὲ ὅλως τι κατ' ἀρχάς] Εἰ μὴ δὲ ὅλως τι κατ' ἀρχάς.

5. Τῆς ὑπαρχούσης δυνάμεως ἡμῶν] Ἡμῶν hic locum habere non poteſt. Nam eſt generale effatum de omnibus, quibus idem accidit, quod tum Athenienſibus, vt, quum vident ſe ſpe, quam conceperant, excidiſſe, etiam minus praeſtent, quam poſſint. et abiectioribus ſint animis, quam pro viribus, quae iis ſuperſunt.

P. 277. v. 2. Τοὺς ἀπείρους θαλασσῶν φησίν] Τοὺς ἀπείρους θαλάσσης λέγει.

5. Ἕκαστος ἐπὶ τῶν νεων κινούμενος] Ἕκαστος ἐπὶ τ. ν. κινούμενοι.

P. 279. v. 5. Ὅμηρος] Iliad. κ'. v. 68.

6. Τοῦτο καθ' ὑπερβατόν· συντακτέον δὲ τῷ πατρόθεν ἐπονομάζων] Hoc longe petitum eſt. Melius in verbis *Thucydidis* cum *Interprete* ἀπὸ κοινοῦ repetetur ἀξιῶν, per ellipſin pronominis, hoc modo, καὶ ἀξιῶν μὴ ἀφανίζειν τὰς πατρικὰς ἀρετὰς ἐκείνους, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι.

P. 281. v. 4. Πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν] Πρὸς τ. π. περίσασιν.

7. Μετὰ βίας ἐξελθεῖν] Abeſt a *Mſ.* cum tribus ſequentibus ſcholiis, et iis, quae leguntur ad v. 2. et 4. [ad Προσφέροιτο etc. et Ἐπ' αὐτὴν ἐχρῶντο etc. p. 283.]

P. 285. v. 1. Συμπεπλέχθαι] Ἠρτηται, κρέμαται, ἢ δέδεται.

3. Ὑπὲρ τῶν κελευσῶν] Ὑπὸ τῶν κελευσῶν.

4. Ἦν γὰρ κ. Φ. τὸ, πολλὰ γὰρ δ. ὁ. κ. παρεκελεύοντο] Ἦν γὰρ κ. Φ. π. γ. δ. ο. κ. ἀλλήλους (leg. ἀλλήλοις) παρεκελεύοντο.

6. Μετὰ βίας καὶ ἰσχύος ποιεῖσθαι] Deeſt, vt et ea, quae ad v. 22, 31, et 34. [ad Καὶ οἱ στρατηγοὶ etc. Ἰσορρόπου etc. Περὶ τοῦ πλείονος etc.] adnotantur.

8. Μετὰ πόνου κεκτημένης] Μετὰ πολλοῦ πόνου κεκτημένης.

P. 287. v. 1. Ὁ Συρακούσιος στρατηγός] Ὁ Συρακούσιος στρατὸς recte legit *Portus.*

8. Ἄλλοι δέ, φησὶ, τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἰδόντες] Ἄλλοι δὲ τῶν ἀ. τ. γ. ἰδόντες.

9. Πότερον νικῶσι] Πότεροι νικῶσι.

10. Ἴσα] *Mſ.* ignorat et hoc, et ſcholia ad v. 63. et 64. [ad Ὅσοι μὴ et Κατενεχθέντες.]

11. Ὅμηρος] Iliad. δ'. v. 450. Sequens locus *Homeri* eſt Iliad. χ'. v. 409.

P. 289. v. 2. Παρεβοήθουν] Nihil eorum quae hac pag. leguntur, habet *Mſ.* niſi ſcholion ad v. 74. [Καὶ εἰ ἐν τῇ νήσῳ. Praecedd. duo et duo ſeqq. deſunt.]

3. Τὸ ἑξῆς ὑπερβατὸν καὶ οἱ διαβεβληκότες] Τὸ ἑξῆς, καὶ οἱ διαβεβοηκότες. Perperam quidem διαβεβοηκότες. Sed neque recte *Edd.* διαβεβληκότες· nam quum dicat τὸ ἑξῆς, id eſt, ſeries, ſiue ordo verborum, legendum eſt διαβεβηκότες, vt in *Thucydide*, cuius verba in ordinem redigit.

P. 291. v. 1. Τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον τ. ὁ. ἡ. ἀ.] Haec tantum, et quae ad v. 48. [ad Καὶ ἡ ἀνάςασις ἥδε] adnotantur, ſunt in *Mſ.*

P. 293. v. 2. Ὁ καὶ περιττός] Ὁ καὶ σύνδεσμος περιττός. De hoc pleonaſmo τοῦ καὶ vide *Stephanum* ad Corinthum Artic. XLV.

2. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀλγεινά] Deeſt, vt et ſcholia ad v. 84, 89, 2, et 7. [ad Αἰκία, Καὶ ἡ ἰσομοιρία, Ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν παρόντων.]

ib. Παράκλησιν· ἀντιβολία, δέησις, ἱκεσία] Abſunt a *Mſ.* Et mox idem δάκρυα, καὶ ςεναγμός· melius quam in *Edd.* δάκρυα, καὶ ςαλαγμός.

3. Θείων ἐπικλήσεων] Θειασμός, εὐχὴ καὶ μαντεία. *Suidas* locum *Thucydidis* laudans v. ἐπιθειασμός eadem verba habet, quae *Scholiaſtes* vulgatus.

P. 295. v. 3. Ἰσομοιρεῖν κακῶν] Ἰσομοιρεῖν τῶν κακῶν. Paullo ante δηλονότι, et δηλαδὴ non habet *Mſ.* Et ita ſaepiſſime alibi.

P. 297. v. 5. Ἀγεννέσιν, ἤγουν ἀνάνδροις] Non habet *Mſ.* nec ea, quae ad v. 22, 23, 25, et 28. [Εὐτύχηται et tria ſeqq.] ſcribuntur.

6. Πεπολίτευμαι νομίμως] Deeſt, vt et v. ſeq. ἀνεπαίσχυντος.

P. 299. v. 2. Ἦγουν οἴκησιν ἀδιάδοχον σχόντας] Omnia huius columnae ſcholia [ab Ἱδρυθ. — Καὶ τρεψ.] deſiderantur in *Mſ.* praeter τὸ σύνολον.

P. 301. v. 1. Ὁμόπεδον] Pro hoc *Suidas* v. ἄπεδον, vt ad *Thucydidem* adnotauit Cl. *Waſſe*, habet ἰσόπεδον. Illa, ὡς καὶ ἄλοχος, ἡ ὁμόλεχος, non ſunt in *Suida.*

ib. Πῶς χρῆται τῇ ἀπὸ ἐπιτατικῶς] Πῶς χ. τ. ἀ. ἐπιτατικῶς γάρ.

P. 303. v. 2. Ἦγεν οὕτω] Hoc ſcholion cum ſequent abeſt a *Mſ.*

P. 305. v. 3. Ἀντὶ τοῦ, ἐκύκλευν εἰς ὀλίγον χωρίον] Εἰς ὀλίγον χωρίον.

5. Ὡς οὐ φανερᾶς οὔσης τῆς εὐπραγίας] Hoc ſolum huius pag. [Ἀνειληθέντες — Ὡς σφᾶς ἀπιέναι] ſcholion habet *Mſ.*

P. 307. v. 2. Ἤγουν, διελθόντες τοὺς Φύλακας σὺν βίᾳ] Deeſt cum ſcholiis ad v. 26, 40, et 57. [Ὡς δὲ γίγνονται, Καὶ περιμάχ., Καὶ κατεπλήσθη.]

P. 309. v. 1. Ἀντὶ τοῦ, συμπλεκόμενοι κατέπιπτον· ἑτοίμως ἔπιπτον] Ἐμπλεκόμενοι κατέπιπτον. *Suidas* exponit ἐμπίπτοντες εἰς τὸ ὕδωρ.

2. Ἤγουν σπουδαιότατον] *Thucydides:* καὶ περιμάχητον (τὸ ὕδωρ) ἦν τοῖς πολλοῖς. *Scholiaſtes:* περιμάχητον· ἤγουν σπουδαιότατον. Caſtigauit hanc expoſitionem *H. Stephanus* in *Theſauro* ad voc. περιμάχητος· cuius ſententiae non tam firmandae, quam illuſtrandae, adſcribemus ſaltem Scholion *Interpr. veteris* ad Ariſtoph. *Theſmophor.* v. 326. περιμάχητον λέγεται τὸ περιτίμιον, περὶ οὗ τινες ἀλλήλοις διαμάχονται, ἵνα τούτου κρατῶσι καὶ τοῦτο κτῶνται. GRAMM.

4. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται γεγράφθαι — ἐν τῷ Ἑλληνικῷ πολέμῳ ἐγένετο] *Thucydides:* πλεῖος γὰρ δὴ φόνος οὗτος, καὶ οὐδενὸς ἐλάσσων τῶν ἐν τῷ Σικελικῷ πολέμῳ τούτῳ ἐγένετο. Arbitratur *Scholiaſtes Thucydidem* potius hic ſcripſiſſe ἐν τῷ Ἑλληνικῷ πολέμῳ, et rationem affert, quia in fine hiſtoriae huius ſcribit Auctor bellum hoc omnibus fuiſſe maius funeſtiusque iis, quae Graeci antea ſuſtinuerunt. Imbecillis admodum ratio, imo nulla. Etenim aduerſatur opinioni iſti tum allatus iam locus Auctoris, in quo τῶν ἐν Σικελικῷ πολέμῳ τούτῳ non alias pugnas, quam quae *hoc ipſo* bello Siculo pugnatae, indicant; tum is, quem *Scholiaſtes* pro ſe allegat, ſimilia quippe repraeſentans: συνέβη τε ἔργον τοῦτο (*pugna haec*) Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε (*in hoc bello*, hoc eſt, ipſo hoc *Siculo*) μέγιστον γενέσθαι· quibus cum ſubiicitur, δοκεῖ δὲ ἔμοιγε, καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, apparet ſatis Ἑλληνικὰ ἔργα cetera ſ. πολέμους diſtingui a praeſenti bello in Sicilia ab Athenienſibus geſto. IDEM. Sequens ſcholion, ἤγουν Φυλακὴν, non habet *Mſ.*

P. 311. v. 3. Διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν] *Thucydides:* ἤκιστα δὲ ἄξιος ὢν (Nicias nempe) ἐς τοῦτο δυσχερείας ἀφικέσθαι διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν. *Scholiaſtes* interpretatur, διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν, διὰ τὸ πᾶσαν ἀρετὴν νομίμως ἐπιτετηδευκέναι· οὐ γὰρ δὴ νενομισμένην ἀρετὴν τὴν δοκοῦσαν Φησί. Quis ferat, quaeſo, talem expoſitionem? An pro ſynonymis habenda ἡ εὐσέβεια, vel ἡ εἰς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσις, et πᾶσα ἀρετή; an etiam, quod *νενομισμένον*, in oppoſitione ſic dicitur ad τὸ δοκοῦν; dico vero Auctorem vnius tantum virtutis, non πασῶν ἀρετῶν laudem et gloriam Niciae hic tribuere. Multis quidem dux ille ornamentis animi inſignis, integritate, continentia, fortitudine bellica, liberalitate et aliis, haud tamen omni culpa abſoluendus erit, ſi *Plutarchum* in parallelis audiamus. Qua vero maxime excelluit, interque ſuos ferebatur virtute, ea vbique tum ab Auctore noſtro, tum *Plutarcho* commendatur, iſtiusque ipſius fit mentio *Thucydidis* loco nunc allato. Erat ea *Religio,* et *ſacrorum patriorum ſummum ſtudium.* Νενομισμένον enim dicitur, quod ex patriae legibus fit rite ac reuerenter, ſpeciatim in ſacris rebus Deorumque cultu. Talium autem obſeruantiſſimus, ſi quis vnquam Athenienſium, δεισιδαιμόνων ſat omnium, fuit Nicias. Hinc de ſe ipſe praedicat in Concione ſua vltima: πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα (*ex patriis inſtitutis*) δεδιήτημαι, πολλὰ δὲ ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. *H. Stephanus* autem ad laudatum *Thucydidis* locum, quem examinandum ſumſimus, probe videns adhaeſiſſe temere *Scholiaſtae* interpretationi *Vallam* ſic vertentem: *ob ſtudium virtutis, quod omne in illam conferebat,* annotat in margine: *vocat hic fortaſſe Thucydides* τὴν ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν, *quod antea* θειασμὸν, *de eodem Nicia loquens, dixit:* eamque vlterius ſententiam, ſed imbecillius, vt apparet, probare nititur voc. Θειασμός. Aſt non debet confundi ſpecialis haec τοῦ θείου, quatenus in praedictionibus et μαντείαις occupatur, obſeruantia, cum generali θεοσεβείᾳ. Nec, quae congeſſit *Iul. Pollux* capite illo, quod reſpexit *Stephanus*, omnia pro ſynonymis, accurate dictis, accipienda. Θειασμὸς ſemper id denotat, quod neminem Graece doctum latere poteſt, nunquam adeo late patet, vt ea omnis ſignificetur εἰς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσις. Et cum θειασμῷ προσκείμενος Nicias Noſtro dicitur, fit hoc in narratione illa eclipſeos lunaris, quam ominoſam is prae ducibus caeteris, ſatis et iis prodigio hoc territis, habebat. Nec aliter *Plutarchus*, quicquid dixerit *Stephanus*, intelligendus; quando phraſi iſta, ex *Thucydide* deſumta vtitur. Quin ille vitarum ſcriptor, eodem reſpiciens in *paralleliſmo* Ducis huius atque Craſſi, prope fin. deſcribit Niciam, vt μηδενὸς ἀπὸ μαντικῆς καταφρονοῦντα. Caeterum in quo ſpectabatur maxime tantum eius *Diuinarum ſacrarumque rerum ſtudium*, idque νενομισμένον praeſertim, exponit idem *Plutarchus* p. 540. vbi ἀνὴρ θεοφιλὴς, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα λαμπρυνόμενος πρὸς τὸ θεῖον appellatur: eiusque λαμπρότητος partem quandam ſpecialius attingit infra p. 565. ἀναθήμασι καὶ γυμνασιαρχίαις καὶ διδασκαλίαις χορῶν Φιλοτιμούμενος. Hoc autem erat πολλὰ νόμιμα διαιτᾶσθαι, haec ἐπιτηδεύσεως pars magna, τῆς ἐς τὸ θεῖον νενομισμένης, vt alias taceamus, in vita eius apud vtrumque Scriptorem obuias. Igitur deſerendi *Scholiaſtes* et *Valla* h. l. nec attendendus multum *H. Stephanus*. Melius ſane defunguntur hic partibus ſuis *Interpretes* caeteri, praeſertim *Winſemius*, ſic transferens: *propter ſtudium et pietatem erga religionem legibus patriis conſtitutam.* GRAMM. Partem primam huius ſcholii, nempe verba διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν, non habet *Mſ.* Quae in fine ſunt, ita leguntur: οὐ γὰρ δὴ νομιζομένην τὴν δοκοῦσαν λέγει.

P. 313. v. 1. Ἤγουν ᾠκονόμησαν] Deeſt.

3. Διὰ τὸ δύσφημον ἀπεσιώπησεν αὐτὰ ὀνομαστὶ εἰπεῖν] Haec adnotatio non ſuo loco ponitur. Pertinet ad ea, quae paullo ante dixit *Thucydides*, πάντα τε ποιούντων αὐτῶν διὰ ξενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ· quae bene inluſtrauit Clar. *Waſſe.*

T. II. P. 315. v. 1. Μεγάλως κακοπαθήσαντες] Additum erat in *Mſ.* οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες· οὐδὲν ὡς ὅτι οὐκ ἀπώλετο. Poſterius ad *πανωλεθρίᾳ* referendum eſt.

P. 319. v. 1. Δηλονότι ἐπήλπισαν] Ἐν ἐλπίδι ἐποίησαν.

P. 321. v. 1. Τοὺς πολίτας εὐτελέσερον εἶναι βιοῦν] Τοὺς π. ἐ. πεῖσαι βιοῦν.

ib. Ἦγουν ἕως ἄν] Deeſt.

P. 323. v. 2. Ἦγουν, τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων] *Thucydides:* μάλιςα δὲ τῶν ξυμμάχων διασκοποῦντες ὅπως μὴ σφῶν ἀποςήσωνται. Pronomine σφῶν velim intelligas hoc loco ſolos Athenienſes, (non vt *Scholiaſtes* iubet, Lacedaemonios pariter ac Athenienſes) tum quia proxime fit mentio eorum, quae circa ναυπηγίαν et munitiones, etiam in ditione Laconica, curauerant Athenienſes, quae continua ſerie excipiunt verba modo allata; tum etiam, quia paulo ante cauſa exſtat huius Athenienſium cautionis: μάλιςα δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἕτοιμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίςασθαι, nimirum propter acceptam cladem Siculam diffidentes potentiae illorum, quod et ne facerent *οἱ ξύμμαχοι*, iam proſpectu opus erat. Verum fortaſſe nulla hic culpa *Scholiaſtae*, ſed librarii alicuius, qui annotationem, haud ſuis verbis appoſitam, debuiſſet adiicere his ſequentibus, πρασσόντων δὲ ταῦτα ἀμφοτέρων. Gramm. His adponitur in *Mſ.* et *Aem. Portus* quoque videtur animaduertiſſe eo pertinere.

3. Ταῦτα ἑτοιμαζόντων] Ἕκαζα ἑτοιμαζόντων.

P. 325. v. 2. Ἀντὶ τοῦ, Φοβεροῖς τοῖς Λεσβίοις] Ἀντὶ τοῦ Φοβερός. *Mſ.* Cetera inepte adſuta ſunt e ſequentibus.

P. 327. v. 2. Κλεινίας δὲ ὁ Ἀθηναῖος] Alcibiadis ſtemma ſic deducit *Meurſius*. Primi Alcibiadis filius erat Axiochus, eius Clinias, eius Alcibiades ſecundus, eius Alcibiades tertius. Quatuor vero fuiſſe Alcibiadas tradit *Scholiaſtes* ad *Ariſtophanis* Ranas: hisce ideo tribus quartus addendus Lacedaemonius, cuius meminit *Polybius* Legat. Eclog. XLII. Quin hoc ſciendum Laconicum proprie illud nomen fuiſſe, et maiori Alcibiadi a patre impoſitum, quia is Alcibiadis Spartani hoſpitio vſus eſſet. Errat ergo *Scholiaſtes*, qui minorem Alcibiadem a *Thucydide* hic loci deſignari putat. Quomodo enim per minorem nomen illud in familiam illatum eſt, cum iam proauus eius id habuiſſet? certe maior Alcibiades fuit, qui ius hoſpitii cum Lacedaemoniis et inter eos cum Alcibiade exercebat; cui poſtea renunciauit Axiochus filius, Alcibiadis ſecundi auus; quodque ſecundus renouare animum induxit. Vide *Meurſii* Attic. Leſt. l. 6. c. 12. Hvds. Adde Notas ad hunc locum *Thucydidis*.

3. Τὴν Φιλίαν] Deeſt, cum ſcholio ſequenti. [In ed. eſt Φίλιαν ſine art.] Ad *περίοικον* autem quod eſt in *Thucydide* v. 53. ſcriptum eſt: περίοικοί εἰσιν οἱ ὑπήκοοι γείτονες τῆς Σπάρτης.

P. 329. v. 2. Περιττὸς ὁ καί] Π. ὁ κ. σύνδεσμος.

P. 331. v. 3. Θεωροὶ ἐγίνοντο] Ἔπεμπον θεωρούς. Sic θεωρεῖν exponit V, 18. Ad ἐπηγγέλθησαν adnotatum eſt *αἱ σπονδαὶ δηλονότι*.

4. Ὅπως εἰς τὸ πέλαγος προκαλέσωνται] Ὅπως ἐ. τ. π. ἐκείνους προκ.

P. 335. v. 1. Οἰονεὶ κοπιᾶσαι] Καὶ οἰονεὶ κοπιάσαι.

3. Ἀντὶ τοῦ, τὰς ἐπὶ τοῖς χιλίοις ταλάντοις ἐπικειμένας ζημίας] Sed non erat pecuniae impoſita poena, ſed pecuniae ingratum vſum ſuadentibus. Ergo erit, τὰς ἐπὶ τῷ εἰπόντι κινεῖν τὰ χίλια τάλαντα ἐπικειμένας ζημίας, ſcil. ἔλυσαν. Conſtructio clara ſatis in Auctore. Gramm.

P. 337. v. 1. Προσεδέξαντο] Tollatur omnino e verbis Auctoris, huic ſcholio praemiſſis, οἱ Ἀθηναῖοι. Non enim Athenienſes recipiebant, ſed Teii, idque poſt Athenienſium fugam. Textum *Thucydidis* inſpicienti res liquida. Idem.

P. 339. v. 2. Τὸ ἦν δέ τινες ἀφιςῶνται] Totum hoc ſcholion abeſt a *Mſ.*

P. 347. Εἴ τι (φησὶ) παράλογον ἐσφάλησαν] Εἴ τι παρὰ λόγον ἐσφάλησαν. Et mox τὸ τὴν ἁμαρτίαν συνέγνωσαν.

P. 349. v. 1. Ἦγουν ἀποτίθενται] Mallem exponi ςρατοπεδεύουσι. Vide *Annott.* ad p. 98. ed. D. Hvds.

3. Προσταχθέντος τῷ Θηραμένει — τὰς ναῦς] Deeſt.

P. 355. v. 1. Ἀντὶ τοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ναυσί] Τοῖς ἐν πάσαις ταῖς ναυσί.

P. 369. v. 3. Ἠπείλησε τοῖς Χίοις, ἤτοι μὴ ἐπιβοηθήσειν αὐτοῖς] *Mſ.* non habet ἤτοι, nec ei hic locus eſt; ἢ μὴν recte dixiſſet, vt *Thucydides* Cap. 33. de hac re agens.

P. 371. v. 1. Οὐ γὰρ ἐςὶ καὶ ἄλλη, ἀλλὰ μόνη αὐτή] Ἄλλη γὰρ οὐκ ἔςι Κῶς.

P. 373. v. 1. Οἱ Λακεδαιμόνιοι] Paullo poſt ad Καμείρῳ adſcriptum erat: Κάμιρος Ἡρωδ. καὶ Χοιροβ. Puto eum ſignificare, *Herodianum* et *Chocroboſcum* Grammaticos Κάμιρος voluiſſe ſcribi, non Κάμειρος. Κάμιρος etiam in *Thucydide* quidam libri ſcripti habent. Sed variat ſcriptura. Vide *Holſtenium* ad Stephanum.

[P. 376. v. 4. f. Ὥςε δόντα χρήματα] τὸν Τισσαφέρνην δηλονότι. Ἡ σύνταξις οὕτως· ἐδίδασκεν ἔτι τὸν Τισσαφέρνην ὥςε δόντα χρήματα αὐτὸν πεῖσαι καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πλοίων, πλὴν τῶν Συρακουσίων, συγχωρῆσαι αὐτῷ ταῦτα. Schol. Baf.]

P. 377. v. 3. Τριώβολον τῷ στρατιώτῃ διδόναι] In *Camerar.* hoc ſcholion eſt: ἡ σύνταξις οὕτως, ἐδίδασκεν ἔτι τὸν Τισσαφέρνην, ὥςε δόντα χρήματα αὐτὸν πεῖσαι καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πλοίων, πλὴν τῶν Συρακουσίων, συγχωρῆσαι αὐτῷ ταῦτα. Paullo ante ad verba *Thucydidis*, οἱ δὲ τὰς ναῦς ἀπολιπόντες in *Caſſ.* ſcribebatur: οἱ δὲ τὰς ναῦς ἀπολίπωσιν οὐχ ὑπολίποντες (pro ὑπολείποντες) εἰς ὁμηρίαν τὸν προσοφειλόμενον μισθόν. Non male, ſi οὐχ demas.

P. 379. v. 1. Τοῦ ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλίσκειν] Διὰ τὸ ἐκ τῶν ἰ. ἀ.

P. 385. v. 4. Ἢ ἄλλοι ἄν] Οἱ ἄλλοι ἄν.

6. Γράφεται οἰκεῖν] Deeſt. Tamen recentiore manu ad οὐκοῦν adnotabatur οἰκεῖν.

9. Μὴ ὑπεναντίως τῇ γνώμῃ κατελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης κακώσῃ] Μὴ ὑπεναντίος τῇ γ. αὐτοῦ κ. ὁ Ἀ. κ. αὐτόν. Φησὶ quoque, vt ſaepe alibi, deeſt.

P. 387. v. 1. Δεξίωσιν Φιλικήν] Ad ἄλλως τε *Mſ.* haec habet: ἄλλως τε οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι καὶ ταῦτα οὐδὲ συμμίσγοντα αὐτῷ.

2. Τοῦ περὶ ἀδήλων] Τοῦ περὶ τῶν ἀλλήλων. Sed male ἀλλήλων. Poſt διατείνεσθαι additur: τὸ δὲ προσέθηκεν, ἀντὶ τοῦ προσέθετο.

3. Ἦχουν ἢ πῶς] Ἦγουν πῶς. *Aem. Portus* coniiciebat ἤγουν ὅπως.

P. 389. v. 1. f. Κατεψεῦσθαι δὲ ταύτης Φρυνίχου] Κατεψεῦσθαι δὲ ταῦτα Φρυνίχου.

6. Ἦγουν κεφαλαιωδῶς καὶ συντετμημένως λέγοντες] Deſunt.

7. Ὁ δὲ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δὴ κεῖται] Vide *Stephani* Animaduerſ. in lib. de Dialect. p. 27. Hvds. *Stephanus* ibi putat orationem ita ſuppleri poſſe, καὶ ἄλλα μέν τινα, μάλιςα δέ.

P. 391. v. 1. Δυσανασχετῶν ἦν] Additur in *Mſ.* σκληρὸς ἦν καὶ ἀνένδετος· leg. ἀνένδοτος.

P. 393. v. 2. Πάντες ἐν αὐτῷ] Πάντες ἐν αὐταῖς.

5. Ἦγουν ἐμελέτων] Deeſt.

P. 395. v. 3. Τῇ αἰτήσει δηλονότι] Non habet *Mſ.*

4. Καίπερ διδόντας τὰ αἰτούμενα] Paullo poſt ad ἠξίουν adnotatum erat, Ἀλκιβιάδης δηλαδὴ καὶ Τισσαφέρνης. Sic quoque *Aem. Portus.*

ib. Τῇ Ἰωνίᾳ] Mox ξυνόδῳ exponebatur συγελεύσει, ὁμιλίᾳ.

P. 397. v. 1. f. Εἰς τροφὴν δηλονότι τῶν νεῶν, καὶ εἰς ἄλλην δαπάνην] Haec nihil faciunt ad interpretationem verborum *Thucydidis*, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, quibus adſcripta ſunt. Rectius referentur ad ea, quae non multo poſt dicuntur, τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι, ὁπόσα ἂν λάβωσιν.

2. Γράφεται τοῖς Ἀθηναίοις] Abeſt a *Mſ.* vt et φησί.

P. 403. v. 2. Εἰς τὴν Λακεδαίμονα δηλονότι] Hoc repugnat ſententiae totius loci apud *Thucydidem:* nam exſules Thaſii, qui apud Lacedaemonios erant, non id agebant, vt auxilia nauium Lacedaemoniarum Lacedaemonem, ſed in Thaſum mitterentur. Itaque pro εἰς τὴν Λακεδαίμονα, vel legendum eſt εἰς τὴν Θάσον, vel, quod voluit *Portus*, ἐκ τῆς Λακεδαίμονος.

4. Ἄλλως· οὐ — σχόντες] Deeſt.

[Ad p. 404. v. 6. Ἀπὸ τοῦ κυάμου] κλήρους ἔβαλον κυάμους καὶ οἱ λαχόντες συνήρχοντο εἰς τὴν βουλήν. Schol. Baſ.]

P. 405. v. 2. Τοὺς πολλούς] In *Camerar.* ad illa, quae paullo poſt in *Thucydide* leguntur, καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου, hoc ſcholion erat: κλήρους ἔβαλον κυάμους, καὶ οἱ λαχόντες συνήρχοντο εἰς τὴν βουλήν.

P. 407. v. 8. Βουλήν] Non legitur in *Mſ.* nec ea quae ad v. 14. [Ἕκαςον πρὸς ἑαυτῷ] adnotantur. Ad Ἀντιφῶν, quod eſt v. 23. [p. 408. v. 9.] in *Thucydide*, in *Camerar.* ſcribitur, ὁ τοῦ παρόντος συγγραφέως διδάσκαλος. [legitur in Schol. Baſ.]

[Ad p. 408. v. 13. Ἐπειδὴ τὰ τῶν υ (ita Mſ.)] Κείμενον. ἐπειδὴ μετέςη ἡ δημοκρατία, καὶ ἐς ἀγῶνας μετέςη μετὰ τῶν υ. Schol. Baſ.]

P. 413. v. 1. Ἦγουν διὰ κλήρου ἀποκατέςησαν] Non ſunt in *Mſ.*

4. Διὰ φάσιν] Διὰ τὴν φάσιν.

P. 415. v. 1. Διὰ τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπερορίους πολεμίους πολέμους εἶναι] *Portus* omiſit πολεμίους. Nec id e *Mſ.* cum quo illius *Editionem* contuli, adnotaram. Mox pro ἐπηγγείλαντο ποιήσειν *Mſ.* ἐπαγγέλλοντο.

7. Τὸ ἀξίωμα] Τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ.

P. 417. v. 1. Ἄλλως· ἐν τούτῳ] Ἢ ἐν τούτῳ.

3. Καὶ εἰ μὴ εἶναι τύχον] Καὶ ἐ. μ. ἐ. τύχοι.

P. 419. v. 1. Γράφεται — καὶ οὐδέν] Haec omnia deſiderantur in *Mſ.*

P. 421. v. 2. Ἦγουν ἐκ τῆς Σάμου] Recte *Portus*, ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. Sequens ſcholion, γράφεται, διῆλθε τὸ Ἀθηναίων, non habet *Mſ.*

7. Χείρους ἐκείνους νομίζειν] Χείρους ἐκείνων νομίζειν.

P. 425. v. 1. Ὑπερβατόν· τὸ δὲ ἑξῆς οὕτω] Ante hoc ſcholion ponenda ſunt verba, quae paullo poſt in *Thucydide* leguntur, καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι αἱ πλείους.

P. 427. v. 3. Μετὰ ὀλοφυρμοῦ διηγήσατο] Eſt error operarum in hac *Edit.* [Duker. puta] pro διηγήσατο, quod eſt in *Camer. Steph. 2. Port.* et *Oxon.* Et tamen id quoque vitioſum eſſe, ac διηγήσατο legendum puto. A *Mſ.* totum ſcholion aberat.

ib. Οἱ Πελοποννήσιοι] *Mſ.* Ἀθηναῖοι, ni fallor: nam non adcurate ſatis adnotaram. Sed ita omnino ſcribendum eſt.

4. Ἤγουν, κομπωδῶς λέγων] Deeſt haec et ſequens adnotatio.

5. Μέχρις ἂν ἐξαρκῇ τὰ Τισσαφέρνους] Haec in fine ſequentis ſcholii ſcripta erant.

ib. Ὁ Τισσαφέρνης δηλονότι, πιςοὺς κρίνῃ τοὺς Ἀθηναίους] Ἂν Τισσ. π. κ. τ. Ἀθηναίους, οὐκ ἀποχήσειν αὐτοὺς τροφῆς, μέχρις ἂν ἐξαρκῇ τὰ Τισσαφέρνους.

P. 431. v. 4. Βροτοῖς σώφροσι] Βροτοῖς σώφροσιν· ἀντὶ χαρίζεσθαι τοῖς σώφροσι· leg. ἀντὶ τοῦ χαρ.

ib. Τῷ Ἑρμοκράτει] Fallitur. Vide *Hudſonum* in Var. Lect. ad hunc locum *Thucydidis*. *Mſ.* non habet hanc expoſitionem.

ib. Ἐπανετείνατο πλήξων] Ἐπανετείνατο ὡς πλήξων.

P. 435. v. 2. Γράφεται, πέμπουσι πρέσβεις] Deeſt.

P. 437. v. 2. Παρέσχεν ἂν βασιλεύς] Παρέσχεν ἂν βασιλεῖ.

P. 439. v. 1. Ὡς λέγομεν τὸ, οὐ τόδε] Ita haec edidit *Hudſonus*. *Baſ.* et *Steph. 2.* ὡς λέγομεν τὸ, οὐ τόδε, ἀλλὰ τόδε. *Portus*, vitio typographorum, ὡς λ. τὶ οὐ τόδε, ἀλλὰ τόδε. *Mſ.* ὡς λέγομεν οὐ τόδε, ἀλλὰ τόδε. Nec poſſunt abeſſe illa ἀλλὰ τόδε, quae in *Ed. Oxon.* errore operarum videntur intercidiſſe.

2. Ἔσι δὲ παρακελευσικόν] *H. Stephanus* ad Corinthum Artic. XXXVII. nihil obſtare putat, quo minus hic vſitata ſignificatione accipiatur. *Homeri* locus eſt Iliad. ν'. v. 292. [In Schol. Baſ. eſt: παρακελευσματικὸν ὡς παρ' Ὁμήρῳ.]

4. Μή τι κακὸν ἐργάζωνται τὴν πόλιν] Μή τ. κ. ἐργάσωνται τ. π.

8. Τοῖς ἰσχυροτάτοις] Immo ἐναντίοις οὖσι. Vide *Stephanum* Append. ad Scripta al. de Dialect. Attic. p. 182.

P. 441. v. 1. Ἤγουν ἐν Ἀθήναις] Hoc tantum refertur ad verba τὰ αὐτοῦ. Itaque tollenda ſunt illa καὶ ἐκ τῆς Σάμου. A *Mſ.* abeſt hoc ſcholion.

P. 443. v. 5. Εἰς ὀλιγαρχίαν ὄντες] Ἐν ὀλιγαρχίᾳ ὄντες.

P. 445. v. 2. Καὶ οὐκ ἀμαθῶς] Καὶ οὐκ ἀληθῶς. Sequens ſcholion non eſt in *Mſ.* Vide quae dicta ſunt ad *Thucydidem;* et in *Addendis* ad hunc locum.

P. 447. v. 6. Μεθέξων αὐτῆς] Μεθέξων αὐτοῖς.

P. 449. v. 3. Ἤγουν ἀπέχειν] Hoc nonnihil ſuſpectum eſt. Fortaſſis ἐπέχειν, vel κατέχειν, vt Cap. 100.

4. Ἤγουν, ἑτοίμοις ναυσίν] Nulla ratio eſt, cur hic πληρώματα magis voluerit interpretari ναῦς, quam VII, 12. vbi exponit ναύτας· neque enim hic de nauibus agit *Thucydides*, ſed de iis, qui eas conſcendunt.

P. 451. v. 1. Ἀντὶ τοῦ λαμβάνοντες] Deeſt, vna cum ſcholio ad v. 88. [Ὅπως σχολῇ πληρ.]

3. Ἤγουν τὸ μήνυμα τῶν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ γεγενημένων] Haec quoque abſunt a *Mſ.*

P. 455. v. 1. Ἐπολιόρκουν οἱ Κορίνθιοι, παραλαβόντες] Ἐπολ. οἱ Κ. τὴν Οἰνόην, παραλαβόντες.

3. Πεφορηκότες οἱ Κορίνθιοι] Πεφρουρηκότες οἱ Κορίνθιοι.

P. 457. v. 1. Ἤγουν μαθών] Non eſt in *Mſ.* Καθέξειν exponitur ἐνδιατρίψειν.

2. Ἐπιχώρια] Καὶ ἐπιχώρια.

P. 459. v. 2. Οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τοῖς ἑκκαίδεκα ναυσὶν ἔλαθον τοὺς ἐν Ἀβύδῳ Πελοποννησίους παραφυλάττοντας] Qui haec non inſpecto *Thucydide* legat, facile putare poſſit Athenienſium ſedecim naues fuiſſe, quae Lacedaemoniorum erant, Athenienſium autem duodeviginti, vt ipſe *Thucydides* ſcribit. Itaque illa ἐν ταῖς ἑκκαίδεκα ναυσὶν, ſi non legendum eſt ιη̄, nam haec notis numerorum ſcripta fuiſſe e *Mſ.* colligo, in quo eſt ις, coniungenda ſunt cum ſequentibus, et verba ita ordinanda, οἱ Ἀθηναῖοι ἔλαθον τοὺς ἐν ἑκκαίδεκα ναυσὶν ἐν Ἀβύδῳ Πελοποννησίους παραφυλάττοντας.

P. 461. v. 1. Πρότερον συμμίξαι] Πρότεροι συμμίξαι.

P. 463. v. 1. Μὴ ἐπὶ τάξει προϊέμενοι] Μὴ ἐπὶ τάξει προϊέναι.

ib. Ἐφεδρευούσας] Melius *Aem. Portus*: ἐπεχούσας, ἑαυτὰς δηλονότι, τουτέστιν παυσαμένας τοῦ σφίσιν ἐπικεῖσθαι καὶ προσπεσεῖν, καὶ οὐκέτι σφίσιν ἐπιπλεούσας, ὡς πρότερον. Nec aliter ſcholion vetuſta manu et minio in *Mſ.* ad ἐπεχούσας· τὰς ἐπικειμένας ναῦς. Ἐφεδρευούσας, quod eſt in *Edd.* recenti et atramento ſcriptum erat.

2. Ἦγουν ἰδιωσάμενοι] Deeſt cum ſcholiis ad v. 79. et 85. [ad Πολλὰ χρήματα ἐξέπραξεν et Ἀναζεύξας ἤλαυνεν.]

P. 465. v. 3. Διὰ τοῦ εἰρηνέναι] Διὰ τὸ εἰρηνέναι· et mox διὰ τοῦ ἔρους, δηλονότι ἔσι. Fort. διὰ τοῦ ὄρους, τουτέσι.

4. Ἦγουν διέσφαξε δι' ἀκοντίων] Non eſt in *Mſ.*

P. 467. Τβρισθῆναι] Et hoc abeſt.

ANNALES THVCYDIDEI.

PRAEMITTITVR

APPARATVS

CVM

VITAE THVCYDIDIS

SYNOPSI CHRONOLOGICA.

AB HENRICO DODWELLO A. M. DVBLINIENSI.

APPARATVS
AD
ANNALES
SEQVENTES, CVM VITAE
THVCYDIDIS
SYNOPSI CHRONOLOGICA.

Thucydides *Annaliſtarum hodiernorum* antiquiſſimus. *Exſtabant* olim, *non* multi *tamen*, eo *antiquiores*. §. I. Antiquiores *nonnullos ſupponit ipſe* Thucydides. *Ipſe tamen* primus *Auctor Annalium* Horographorum. §. II. Antiquiorum Annalium *defectus ſupplenit* Thucydides, *et praeſertim* Hellanici. §. III. *Hiſtoricorum Thucydide* antiquiorum *fides incertior*. §. IV. Annalium Hiſtoriaeque *discrimen*. *Recte tamen* Annalibus *accenſeri poteſt* Thucydidis *Hiſtoria*. §. V. Annales *ſuos recte* Thucydides *per Anni* tempeſtates, *potius quam per annuos* Magiſtratus, *diſpoſuit*. §. VI. Tempeſtates *ſuas arceſſebat a menſium* Lunarium *Ciuilium* initiis. §. VII. Modicas *a* Zodiaco *discrepantias in Anni* tempeſtatibus *deſignandis ne quidem morabantur* Cyclorum *conditores*. *Nec*, *vt videtur*, *in Cyclis ſuis* Paſchalibus, Iudaei. §. VIII. *Quos* menſes *Lunares quibus* tempeſtatibus *aſſignarint* Athenienſes. §. IX. *Notae etiam* Parapegmaticae *tempeſtatum apud Veteres* aliae *atque* aliae. *Omnes tamen* Romano *accommodatae*, *quod habemus etiamnum in forma* Iuliana. §. X. *Ad Epocham hanc potius V. C.* Varronianam, *quam Periodi* Iulianae, *exigenda*. §. XI. Origo *Belli* Peloponneſiaci *ab occupata a* Thebanis *per inſidias* Plataea. §. XII. *Origo eiusdem* alia *ab irruptione* Peloponneſiorum *in* Atticam. §. XIII. *Origo annorum* Thucydideorum *vera ab* initio *menſis vernalis* primi. §. XIV. *Sic anno ante* Bellum XIV°. *expeditionem* Pliſtoanactis *cenſet* Thucydides, *quae fuit alioqui anno* XV°. *ſi a* die *et* menſe *ceſeretur*. §. XV. *Annorum* Chryſidis *Sacerdotis* Argiuae *initium*. §. XVI. Natus *Thucydides* Olymp. LXXVII. $\frac{1}{2}$. *Forte poſt* Hecatomb. XXI. §. XVII. Olymp. LXXXI. Herodotum *Hiſtorias in* Olympiis *recitantem audiit puer fortaſſe* Thucydides. §. XVIII. Thucydidis *ξενηγία* Amphipolitana Olymp. LXXXIX. 1. *Ea expleta per* Vicennium *exſulauit*, reuocatus *Archonte* Euclide, Olymp. XCIV. 2. §. XIX. Olymp. $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{1}$ *in coloniam* Thuriorum *in* Italiam *miſſus* Thucydides. §. XX. *In colonia* Thuriorum *breui tempore manſiſſe neceſſe eſt*. §. XXI. *Conueniunt cum ratiouibus* Pamphilae *verba ipſa* Thucydidis. §. XXII. Thucydidis *Opus*, *quod habemus*, *non* paucorum *erat* annorum. §. XXIII. *Nec tamen Operi* accurando *manum admouit* Thucydides *ante Bellum penitus* finitum. §. XXIV. *Non ſcripſit certe in* exſilio, *vt volebant Veteres a* Thucydidis aetate *remotiores*. §. XXV. Archelao, *Regi* Macedonum, *ſuperſtes erat* Thucydides. *Proinde vltra* Ol. XCV. $\frac{1}{2}$. §. XXVI. *Etiam* Aetnae *eruptioni ſuperſtes erat*, *quae* Ol. 96. 1. *contigit*. §. XXVII. *Non potuit ante* Olymp. XCVII. Thucydidi *continuando vacare* Xenophon. §. XXVIII. Thucydidis *Libros a filiis ſuis ad ſe in ſeceſſum* Scilluntinum *venientibus accepit forte* Xenophon. §. XXIX. Thucydides *in* Thracia *mortuus ſepulturque*. §. XXX.

Sect. I.

Thucydides Annaliſtarum hodiernorum antiquiſſimus. Exſtabant olim, non multi tamen, eo antiquiores.

Explicatis iam antiquiſſimis *Annorum Atticorum* Ciuilium formis, progredimur ad *Annales* eorundem itidem antiquiſſimos, *Thucydidei* hi ſunt, et, qui *Thucydideos* proxime excipiunt, *Xenophonteï* *). His *Graecum* alium antiquiorem neminem habemus, qui res coaeuas continua *Annalium* ſerie diſpoſuerit. Et ne quidem poſt illos alium niſi a *longo* demum *interuallo*. Erant tamen fortaſſe nonnulli, ſed *pauci* admodum, nec memoria admodum *longinqua*, ante *Thucydidem*, qui res geſtas ad *Annalium* normam exegerint. Ab *Olympiade* LXXV. *Annales* habet perpetuos hodiernus quoque *Diodorus*. A Libro ſcilicet Bibliothecae Vniuerſalis XI°. Sic item, vt Librum, qui praeceſſerit,

*) *Annales Xenophonteos*, ad hunc noſtrum *Auctorem* non pertinentes, omiſimus.

Operis vniuerſi xm. eadem *Annalium* methodo digeſtum fuiſſe ipſe quoque ſignificarit. A quo autem Libro *continui* eſſe coeperint, qui ab *initio* plane *nulli* ſunt, Annales, obſtat, quo minus intelligamus, Operis vtiliſſimi mutilatio. Vix eſt quod dubitemus, quin *primorum* Annalium partem longe *maximam*, iuniorum *Grammaticorum Chronologicis ratiociniis*, non autem coaeuis *monumentis*, debuerit *Diodorus*. Cum nempe iam *Bibliothecis* inſtructi publicis *Alexandrina* atque *Pergamena*, haberent in promtu Auctores primaeuos quos inuicem contenderent, et e rerum geſtarum circumſtantiis iudicarent, in tanta Veterum discordia, quae demum ſententia alteri anteferenda. Vix potuit alioqui tanta fuiſſe antiquiſſimorum discrepantia, quantam fuiſſe docet *Plutarchus*, non *Solonis* modo, verum etiam *Themiſtoclis*, Seculo, ſi quidem e *coaeuis* monumentis omnia emanaſſent. Non erant certe adeo *frequentia* Scriptorum, aut tam *momentoſa*, diſſidia; cum iam *indubii* exſtarent atque exceptione omni maiores, *Annales*. Primae *Chronologiae* incertitudinem prodit ipſa illa methodus antiquiſſima numerandi per γενεὰς ab *Herodoto* aliisque vſurpata, incertiſſima pariter nec ſibi inuicem diverſarum familiarum ſtirpibus *conſentanea;* nec ſane vſurpanda, ſi quae fuiſſent *certiores*, quibus eadem interualla deſignarentur, temporum normae. Prodit, quod nullam prorſus *Epocham*, a qua certi calculi procederent, agnouerit *Herodotus*. Non *Ilii* excidium, non *Olympiades*, ne quidem vnius cuiuspiam *Vrbis* Natalem. Meminit quidem *Thucydides Olympiadum;* ſed nullius Olympiadum *numeri*, et ne quidem certi alicuius *initii* vnde proceſſerit *ordo* numerandi. Deſignauit etiam *a*) *Olympionicis* Olympiadas; ſed non iisdem quibus poſtea receptum eſt vt a *Chronologis* deſignarentur. Non ſcilicet *Stadii* victoribus, ſed *Pancratii*. Vel inde colligitur, *iuniorum* Chronologorum inuentis tribuendum eſſe, quod *Stadionicis* demum cenſerentur; non autem *Eliorum* Legi, quae ſtatuerit, vt ſoli *Stadionicae* Olympiadum victores eſſent *Eponymi*. Erat enim ſane nobilius *Pancratii* certamen, quam curſus illius omnium ſimpliciſſimi, quo vicit *Stadionices*. *b*) *Grauibus* nimirum accenſeri ſolitum, cum *leuibus* accenſeretur *Stadium*. Etiam *ſeorſim* numerari videmus victores *Pancratii*, ſiquam *aliam* victoriam adiunctam haberent, quae effecerit, vt victoria illorum eximium quid complexa fuerit prae aliis ſui ordinis *Pancratiaſtis*. Multi numerantur ab *Hercule*, qui, ſimiliter vt ille, *lucta* vicerint et *Pancratio*. Nempe in illius honorem qui ludorum Olympicorum *Auctor* primus atque *inſtitutor* habebatur. Et quod ab *Heraclidis* illius poſteris tum *Peloponneſum* tenentibus, a magno demum *ſpatio* intermiſſi, fuerint reſtaurati. Etiam *ſeorſim* numerantur qui *Pugilatu* vicerint et *Pancratio*. Cur illa, quaeſo, niſi ſummo omnium honore, vel ipſo illo quoque *Conditoris* nomine, fuiſſet *Pancratium?* Etiam inde intelligimus, ſi fuiſſent vlli Olympiadum, *Thucydidis* aetate, *numeri*, a *Pancratio* fuiſſe, non a *Stadio*, proceſſuros: et ab alio proinde *initio*, quam a quo *hodiernae* numerantur *Olympiades:* vel ſcilicet ab *Herculis Pancratio*, quod *hodiernis* Olympiadibus fuiſſe longe creditur antiquius; vel a prima *Pancratii*, poſt *inſtauratos* Herculis ludos, *inſtitutione*, quae xxxiiiae. demum *Olympiadi* aſſignatur. *Xenophontis* Olympiadem, quae et *numero* deſignatur *hodierno*, et victore *Stadii*, pro iuniorum placitis, iam Nos ſuſpectam fuiſſe *c*) probauimus. *Epochas* ergo antiquiores cum *nullas* haberent *primaeui* hi, de quibus agimus, *Hiſtorici*, proinde ſibi fecerunt a *ſui temporis* inſigni aliquo euentu, a quo *retrorſum* numeri procederent. Etiam inde hanc Hiſtoriae *infantiam* fuiſſe colligimus. Sic a *fine* Belli *Peloponneſiaci* progreditur ad anteriora *Thucydides*. Sic a *Xerxis* expeditione *Xanthus* *d*) *Lydus* et *e*) *Herodotus*. Nec vel *coaeuam* Epocham *Xerxe* antiquiorem obſeruaui. Vel inde ſuſpicor, poſt *Xerxem* ſcripſiſſe ſaltem plerosque ex *Hiſtoricis* antiquiſſimis, vt ante illum vixerint, et affecta aetate fuerint cum *Graeciam* ille infeſtis armis peteret. Conuenit quod *Cadmum Mileſium* et *Acuſilaum Argiuum* ex antiquiſſimis omnium, Hiſtoricos *f*) *Ioſephus* paulo ante *Perſica* floruiſſe teſtatur. Eſto haec *Perſica* expeditio *Darii* fuerit *Hyſtaſpidae*. Sit adhuc antiquior expeditio *Harpagi*, ſub ipſo *Cyro*, non quidem in *Graecos Europaeos*, ſed in *Aſianos* tamen. Ita quidem neceſſe erit, vt *antiquiſſimorum Hiſtoricorum* Epocha *Theagenem Rheginum* complectatur, quem ſub *Cambyſe* vixiſſe Auctor *Tatianus* eſt. Ne quidem ita *longe* aberrabit a vero noſtra haec de *Hiſtoricorum* origine ſententia. Conuenit et *g*) *Dionyſius Halicarnaſſeus*, qui etiam ipſe ἀρχαίους, quos appellat, συγγραφεῖς, *Hiſtoricos* ſcilicet, duplici claſſe complectitur: Vt nimirum eorum alii fuerint πρὸ Πελοποννησιακοῦ πολέμου alii ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν, καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας. Poſteriori cenſu illos habet, quorum ſaltem *ſenectus* ad aetatem *Thucydidis* atque *Peloponneſiaca* pertigerit. Sic egit *Hellanicus*, quem hic memorat, initio Belli *Peloponneſiaci*, annum aetatis lxvm. cum xlm. ageret *Thucydides*, *b*) annis proinde xxv. duntaxat *Thucydide* maior. Et tamen primae claſſis *Hecataeo Mileſio* ἐπέβαλεν hic *Hellanicus*, quem quidem *Hecataeum primum Hiſtoriae* apud Graecos *Scriptorem* cenſet *i*) *Suidas*. Πρῶτος, inquit, Ἰσορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε. *Mileſium* illum *Hecataeum Olymp.* lxv. et *Darii Hyſtaſpidae* temporibus aſſignat *Suidas* in voce Ἑκαταῖος. Idem in voce Ἑλλάνικος ait illum fuiſſe κατὰ τὰ Περσικὰ, καὶ μικρῷ πρός. Intelligit nempe *Xerxis* expeditionem *Ol.* lxxv. poſt quam, non *diu*, ſed ſuperſtes tamen fuerit. Natus erat, pro praedictis rationibus, *Hellanicus Mitylenaeus Olymp.* lxx. 4. Itaque vt ſaltem vicenarius *Hecataeo* innoteſcere potuerit, neceſſe erat, vt ad Olymp. lxxv. 4. pertigerit *Hecataeus*. Ita a *Darii Hyſtaſpidae* temporibus *primi* coeperint *Hiſtorici*. Sed *Cadmo* potius *Mileſio* Hiſtoriae inuentionem tribuit *k*) *Plinius*, quem etiam ipſum paulo *Perſicis* antiquiorem ſtatuit *Ioſephus*. Vtrique *Pherecydem* adiungit *l*) *Strabo*, habetque pro primis orationis *ſolutae* Auctoribus. Quanquam ergo de *homine* varient inuicem, pro more hiſce tempo-

a) *Thucyd. III.* 8. v. 49. *b*) *Fab.* Agoniſtic. L. 1. c. 30. *c*) Diſſ. viii. *d*) *Laërt.* Prooem. *e*) *Herodot.* vit. *Homer.* fin. *f*) contr. *Apion.* *g*) de Character. *Thucyd.* *h*) e *Pamphila Gellius* xv. 23. *i*) *Suid.* Ἑκαταῖος. *k*) *Plin.* N. H. vii. 56. *l*) *Strab.* L. 1. p. 18.

tibus recepto, veterum sententiae, de *tempore* saltem conveniunt, hoc nempe *Seculo* initium fuisse Styli, quem *Prosaicum* appellamus, sub *Dario*, vt videtur, *Hystaspide*, vel *Cyri* fine. Nec sane adeo pugnassent inuicem antiquissimae *Cyri maioris* Historiae, si multos habuissent Scriptores, qui vel *recenti* Cyri *memoria* in lucem prodiissent, multo adhuc minus, si fuissent *antiquiores* Hystaspide. Regno ergo *Hystaspidae*, vt videtur, *affecto* primi prodierint plerique *Graecorum Historici*. Saltem eorum qui rerum meminerint *Persicarum*. Nondum autem, in *temporum* rationibus adeo accurati, vt quid quoque *anno* gestum fuerit, seorsim enarrandum susceperint. Hoc enim vno a *Poëtis* discrepasse *primos* illos *Historicos* docet *Strabo*, quod *metrum* neglexerint. Fabularum idem erat, digressionumque, artificium Scriptoribus fere omnibus *Thucydide* antiquioribus, vt nos docent non alii modo veteres, verum etiam innuit ipse *m*) *Thucydides*. Nihil ergo erat cur *temporis* ordo ab illis fuerit exspectandus.

Sect. II.

Antiquiores nonnullos supponit ipse Thucydides. Ipse tamen primus auctor Annalium Horographorum.

Pauci ergo fuisse ante *Thucydidem* videntur *Annales*. Et *medio* spatio inter *Darium Hystaspidem* et *Artaxerxem Longimanum* accensendus erit cultus Historiae, vt pro *Annalium* ordine disponeretur. Non certe exigebat operis consilium, vt *Annales* conderet, quem de *Homero* sub *Cambyse* scripsisse auctor *Tatianus* est, *Theagenes Rheginus*. Et tamen cum *solutae* orationis stylus coeperit sub *Dario Hystaspide*, hoc ipso certe suspectum est, ne ante *Darium* illum scribere potuerit ille *Theagenes*; quem nemo *primum* solutae orationis Auctorem appellauit. Quanquam autem incertum sit, quo demum huius spatii gradu *annos* secreuerint Historici; *Thucydide* tamen antiquiorem fuisse *ipse* quoque innuit. *Primum* certe Belli sui *annum* tam *Archonte Attico* quam *Ephoro Lacedaemonio*, quam quoto *Argiuae Sacerdotis* anno designauit. Imo rationem alibi dedit, cur non eodem exemplo *alios* eiusdem *Belli* annos similiter designarit. Quod scilicet *rebus annuis*, qua a *Vere* inciperent, et in *Hyemem* desinerent, *Magistratus* annui *diuersi* conuenirent. Non erat cur consilii *sui* propriam illam rationem ederet, ni *singulare* consilium suum fuisset, nec *decessorum* exemplo stabilitum, quos proinde supponit suos *Annales* annuis designasse Magistratibus. Et quidem *Archonte annum*, quo *Athenas Xerxes* incenderit, notauit, ante *Thucydidem*, etiam *Herodotus*. Facilemque esse ab illa *Xerxis* Epocha, ad *sua* vsque tempora, annorum supputationem, idem (si forte idem est) per *Archontas*, in *Homeri* vita, supponit *Herodotus*. Proinde consentaneum est, vt per *Archontum* fastos sua quoque, quae habet, interualla censuerit ipse *Thucydides*, ciuis nimirum *Athenienſis*. Nec sane obstabat *ratio* a *Thucydide* data, quo minus eo *antiquiores* Historici res gestas *annuas* ad *Archontas annuos* exegerint. Illo enim ipso anno, quo coepit Belium *Peloponnesiacum*, mutatum probauimus Anni *Attici* Ciuilis *initium* a *Gamelione* ad *Hecatombaeonem*. Cum autem iniret annus a *Gamelione*, nulla erat tempestas rebus *gerendis* idonea, quam non complecteretur *annus Magistratus*. Satis ergo commode *Annales Atticos* Magistratibus *Atticis* annuis designare poterant *antiquiores* Thucydide *Historici*. Nec opus erat nouo *Thucydidis* consilio, vt per anni potius *tempestates* designarentur, quarum primo loco *Verna* censeretur, qua suscipi solebant Expeditiones, ante ipsum *Thucydidem*. Cum enim *Gamelione* Magistratum capesserent *Archontes*, *vni* certe *Archonti* conueniebat ver sequens vniuersum, Aestasque et Autumnus, dum *hyems* ipsa subdiualibus castrametationibus, partium vtrarumque mutuo plerumque consensu, inducias necessitatem imponeret. Imo *alienam* a *decessorum* exemplo hanc Annalium *formam* supponit ipse *Thucydides*. Et *primum* adeo illum fuisse puto, qui ad *natiuum* hoc anni initium *Annales* exegerit, quem alii deinde secuti sunt (inprimis *Xenophon*) quos *Horographorum* nomine complectitur communi *n*) *Censorinus*. Proinde Archontis *Calliadis* Magistratu *Xerxis* Expeditionem in Historia constituit *Herodotus*. Inde facilem ad suum vsque, quo scribebat, annum, annorum supputationem fuisse, monet idem in vita *Homeri*. Immerito sane si primus ex Archiuis *Archontas* in lucem edidisset *Demetrius Phalereus*. Erant ergo iam, etiam *Herodoti* aetate, a *Xerxis* saltem Expeditione, explorati *Archontes* e Scriptoribus ipso quoque antiquioribus *Herodoto*. Nec aliunde, interuallo Bello *Peloponnesiaco* antiquiora collegit, vt existimo, *Thucydides*, *Athenienſis* ipse, et qui *Archonte* proinde *Attico* Belli Peloponnesiaci *initium* constituerat. Ita nimirum futurum intelligebat, vt cum decessorum *Annalibus* per *Archontas* distributis *suos* etiam *Annales* facile Lector ipse committeret. Inde spatium statuit annorum L. a *Xerxis* fuga ad initium sui, quod scribebat, Belli *Peloponnesiaci*. Nempe *Archontum* L. propter Archontem *semestrem*. Vix enim aliter respondet *numerus*. Vtrumque enim huius spatii extremum ad res spectabat *Atticas*. Hinc intelligimus Auctores *Diodoro* nonnullos esse potuisse in suis ab hoc initio *Xerxis Annalibus*. Nec sane vltra illius *anni* Archontem *Fastorum Archonticorum* fidem praestat *Herodotus*. Primi tamen, qui tunc vixerunt Historici, non alio fine illius *Archontis* meminisse videntur, quam quod inde *retrorsum* ad anteriora supputationem facilem existimarent. Nec *magno* interuallo *Archontem illum* praecesserunt *primi* omnium, quos sub *Dario* vel *Cyro*, scripsisse probauimus, *Historici*. Certe *Magistratibus annuis* annos nonnullos constituisse verisimillimum est; et aliquos etiam, ante *Thucydidem*, praetexuisse *continuos Annales*, primos *Historiae* Auctores. Et cum *Ephorum Archonti* addit in *primo* Belli anno *Thucydides*, id quoque supponere videtur, eorum altero annos designasse, qui se praecesserant, *Graecorum Historicos*. Addidit etiam *Argiuae Sacerdotis* annum *Hellanici* causa potissimum, qui per earum successionem *sui* Seculi etiam *annos* singulos constituerat, et ad illius, vt videtur, sacerdotis *Chryssidis initia* Historiam suam perduxerat.

m) *Thucyd.* L. I. c. 21. *n*) de Die Nat.

Sect. III.

Antiquiorum Annalium defectus suppleuit Thucydides, et praesertim Hellanici.

Suppleuit enim certe *Thucydides* deceſſorum Hiſtoricorum defectus, et potiſſimum illum, quem ſolum de *nomine* aduocat, *Hellanicum*. Hanc enim cauſam reddit, cur fuerit in originibus Belli *Peloponneſiaci* exponendis paulo fuſior; quod ſcilicet interuallum a *Medicis* ad ſuum illud, quod meditabatur, Bellum ab illis fuiſſet praetermiſſum. Quippe qui vel *Medicis antiquiora* tractauerant, vel non vltra Belli Medici *finem* pertigerant. Bellum *Medicum*, non *Darii*, ſed *Xerxis*, intelligit, quod *ſecundo* demum *Belli* anno finem accepit. Et ſpatium illud vniuerſum annorum L. ambitu complectitur. *Duo* illi anni ſi a praedicto interuallo eximantur, reliqui erant anni praeterea XLVIII. Illique ipſi *Chryſidis* Sacerdotis Argiuae anno XLVIIIO. Belli *Peloponneſiaci* initium aſſignat *Thucydides*. Inde ergo *exorſus* eſt ipſe vnde *deſierat Hellanicus*. Inde inquam, vbi, velut in operis fine, negligentius verſatus fuerat *Hellanicus*, ſummis nimirum rerum *capitibus* delibatis, nec *temporis* ordine ſatis accurato, *o*) βραχέως τε (inquit) καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς. Etiam *Attica* memorat *Hellanici*, quae ſimiliter ad Belli *Medici exitum* pertigerint. Horum *fine* cum *temporis* ordinem neglectum queritur, ſupponit proinde eundem in *initio* diligentiſſime fuiſſe obſeruatum. Nec ſane duntaxat, qua *Sacerdote*, res geſtae contigerint, obſeruauit *Hellanicus*; ſed etiam ſaepe *quoto* illius Sacerdotii *anno*. Et quidem in rebus quoque a ſua memoria *remotiſſimis*. Exemplum dedit veteſtiſſimum ex illo *Dionyſius*. Tempus enim quo *Siculi* ex *Italia* migrarint, ita deſignauit pro mente *Hellanici*: *p*) τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, Ἀλκυόνης ἱερωμένης ἐν Ἄργει κατὰ τὸ ἕκτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος. Hoc idem interuallum annorum LXXX. ante *Troica* concluſit *q*) *Philiſtus* aliunde ductis, vt videtur, innixus ratiociniis, quod rudiori illa γενεῶν methodo definire auſus eſt *Hellanicus*. Vel inde colligimus exploratum non fuiſſe *certum* Argiuae Sacerdotis *annum* quo *Ilium* fuerit *exciſum*, vel ſaltem de *mediis* Argiuae Succeſſionis annis nihil *Hellanicum* ſtatuere potuiſſe. Haec enim ſi comperta fuiſſent, facile exinde collegiſſet, non modo γενεῶν, verum etiam *annorum*, numerum ad cladem Vrbi *Ilienſi* a *Graecis* illatam. Nec ſane *annum Calliſtus*, quo periit *Troia*, in *Hellanico* obſeruauit auctor Fragmenti *Bentleiani*. Itaque hoc tantum docuerat *Hellanicus*, ab *Alcyone tertiam* fuiſſe *Calliſto*, qua Sacra moderante *Troia* fuerit *exciſa*. Nec erant inuicem *continui* annorum numeri in ſucceſſione *Sacerdotum Argiuarum*. Quo demum loco continui eſſe *coeperint*, iam ſane non conſtat. Sed *primae* Succeſſionis ſuſpectam fuiſſe fidem, ex *Ephoro* diſcimus, qui vltra *Heraclidarum reditum* Hiſtoriam ſuam inchoandam eſſe non cenſuit. Hac ipſa nempe cauſa, quod ἡ τῶν χρόνων ἀπαγγελία τὸν ἀκριβέστατον ἔλεγχον non admitteret, et quod illi, qui ἀρχαίας πράξεις τε καὶ μυθολογίας in literarum monumenta retulerant, ἀσύμφωνοι eſſent πρὸς ἀλλήλους, obſeruante ipſo *r*) *Diodoro*, qui tamen etiam in illis, quae ipſe quoque fatetur *incerta*, *diligentiae* magis, quam *iudicii*, laudem affectauit. Propterea *Varro* aliique Hiſtoriam *Graecorum* ante *Olympiades* nullam certam agnouerunt. Propterea iuniores *Graecae* Hiſtoriae Scriptores celeberrimos, idem obſeruauit *Diodorus*, ab *Epochis* recentiſſimis Hiſtorias ſuas inchoaſſe. Et quidem coaeuos *Ephoro Theopompum* et *Calliſthenem* hoc cenſu complectitur. Hoc ſi dedita opera fecerint, et hoc ipſo *intuitu*, quo, qui eorum Scripta luſtrauit, illos feciſſe teſtatur; ſic infra *Themiſtoclis* aetatem, qua Chronologiam minus certam eſſe monuit *Plutarchus*, fides *Graecorum* vacillarit oportet *Annalium*. Sed *Ephorum* certe magis audiendum exiſtimo. Erat enim verae Hiſtoriae ſtudioſus, qua quidem licuit illam a *Fabulis*, quibus *primi* Hiſtorici ſcatebant, internoſcere. Pariter nimirum vt erat noſter ipſe *Thucydides*. Hoc ex illius tam *ſera Epocha* dedita opera delecta, docuit *Diodorus*. Euentumque ſtudio illi parem reſpondiſſe, teſtis erat Hiſtoricus omnium graviſſimus *Polybius*, qui de rebus *Graecis* καλῶς μὲν Εὔδοξον, κάλλιστα δ' Ἔφορον ἐξηγεῖσθαι pronunciauit, teſte etiam ipſo grauiſſimo *s*) *Strabone*. Denique *Hellanicum* ſibi excolendum ſuſcepit *Ephorus*, vt illius potiſſimum *errores* reprehenderet. Vt nempe perfectiſſimum quemque in ſuo Argumento emendandum ſupplendumque proponunt qui ſummo exquiſitiſſimoque *iudicio* in ſuo quisque Argumento ſunt verſati. Ita *Polybius*, ita *Strabo*, ita *Dionyſius Halicarnaſſeus*, aliique *primae* claſſis Scriptores. Proinde *Hellanico* inter *primaeuos* Hiſtoricos, vt *Thucydides*, ſic etiam *Ephorus*, primas conceſſiſſe videtur; et quidem eandem ob cauſam *temporis* ab eo ſtudioſiſſime obſeruati. Cum ergo ab illo *Heraclidarum* primam Hiſtoriam certam cenſet, pro incerta habuerit oportet omnem illam quae praeceſſerit *Argiuarum Sacerdotum* ſeriem, etiam illam, in qua quid *ſingulis annis* geſtum fuerit, ſibi compertum fuiſſe obtenderit *Hellanicus*. Ab illo initio 750. annos ad annum *Ol.* CIX. 4^m^, numerat, quousque Hiſtoriam ſuam perduxit *Ephorus*. Inde veriſimile eſt *Annalium* formam ab eo obſeruatam eſſe, pariter atque *Thucydide*. Non autem per *Archontas Atticos* fortaſſis aut *Ephoros Lacedaemonios*. Crediderim potius, pro exemplo *Hellanici*, annos ad *Sacerdotes Argiuas* exegiſſe vsque ad *Caranum Phidonis Argiui* fratrem. Inde vero *Annales* illum contexuiſſe Regum *Macedonicorum*, a *Carano* ſcilicet oriundorum. Recte ergo, ni fallor, *Thucydides* Annales *ſuos Argiuae Sacerdotis* anno deſignauit, vt illos cum *Annalibus* committeret *Hellanici*. Eiusdemque, vt videtur, exemplo, Belli *Peloponneſiaci* initium *Archonte* deſignauit *Attico*, vt cum *Hellanici* ſimiliter *Atticis* committeret, quae ab *Hellanico* ſcripta idem teſtis locupletiſſimus eſt. *Atticorum* illius meminerunt alii Sed e *Thucydidis* praeſertim teſtimonio conſtat *Mitylenii* ſiue *Lesbii* fuiſſe *Hellanici antiquiſſimi*, quem non poteramus alioqui adeo facile internoſcere ab *Hellanico iuniore*. Num etiam *Ephorum* addiderit propter *Hellanicum Thucydides*, non adeo habemus exploratum, quod *Laconica* eius nulla, quod meminerim, apud vete-

o) *Thucyd.* L. I. c. 97. *p*) *Dionyſ. Halic.* L. I. p. 18.
q) ap. *Dionyſ.* ib. *r*) *Diodor.* L. I. c. 1. *s*) *Strabo* L. X. p. 465. *Ioſeph.* cont. Ap. L. I.

res aduocata legerim. Vtcunque tamen ex his *Thucydidis* notis facile ſuſpicamur, *Graecos*, qui illum praeceſſerint, *Annales* vix alios fuiſſe quam *Argiuarum Sacerdotum*, quarum ſucceſſionem in *Phoronide* primus perduxerit, vti vidimus, *Hellanicus;* vel *Archontum Atticorum*, vel *Ephororum Lacedaemoniorum*. Addidit poſtea, atque ad vſus aptauit Chronologicos, *Regum* vtriusque ſtirpis ſucceſſionem *Lacedaemoniorum*, et *Olympionicarum*, *Timaeus*. Et quidem fortaſſe *primus*. Nam a *Timaeo Olympionicas* accipere potuit *Eratoſthenes*. Itaque *Olympiadum* et *numerum* hodiernum, et victores Eponymos *Stadionicas*, introduxerit *primus*, ni fallor, *Timaeus*. *Argiua* autem tempora antiquiſſima recte *Phoronidis* nomine inſcripſit *Hellanicus*. Nota ſunt in hanc ſententiam verba *Platonis* in *Timaeo*, quibus de *Phoronei* rebus loquitur quaſi omnium *antiquiſſimis*. Iuniorum enim commenta erant *Inachus Phoronei deceſſor*, et *Reges* Argiuis Regibus antiquiores *Sicyonii*, nondum vel fando audita aetate *Hellanici*.

Sect. IV.

Hiſtoricorum Thucydide antiquiorum fides incertior.

Pauci ergo erant ante *Thucydidem*, nec illo multo *antiquiores*, Annalium Scriptores; impares certe tantae illi, quae a *Graecis* venditatur, *Antiquitati;* impares etiam illi, quae ab *Olympiadum* initio a *Varrone* conceditur. Satis tamen fuiſſet ad fidem illorum in rebus etiam *Xerxe* atque *Dario* antiquioribus commendandam, ſi vel *Archiua* fuiſſent *Magiſtratuum*, in quibus, *publicum* in vſum, recondebantur *Annales*. Talia enim *Romanis* erant *Fabio Pictore* longe antiquiora, quem tamen cenſet *Liuius* Hiſtoricorum *Romanorum longe antiquiſſimum*. Sed nulla talia legimus apud *Graecos*, ante *primos* eorum *Hiſtoricos*, vel *Archiua*. Hiſtoriam *Mythicam* ſenum *Traditionibus*, ἀνθρώπων παλαιαῖς ἡήσεσι, tribuit s) *Pindarus*. Vbi ita Scholiaſtes: Οὕπω γὰρ τῶν ἱστοριογράφων ὄντων, οἱ κατὰ καιροὺς ποιηταὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι λογίων καὶ γεγηρακότων οἷς ὁ χρόνος τὸ ἀκριβὲς τῆς γνώσεως ἐμαρτύρει, τὰς ἱστορίας κατακούοντες ἐμάνθανον. Inde manifeſtum eſt primis *Poëtis* recentiores fuiſſe *Hiſtoriae Graecae* Scriptores. Nec *Mythicae* Hiſtoriae *Auctores* ipſos fuiſſe *Poëtas*, et ne *ſcriptis* quidem monumentis, ſed receptis Ciuium *Traditionibus*, acceptam retuliſſe. Et ſane *Ciuitates* antiquas omnes *Fabulis* addictas obſeruauit *Strabo*. Inde factum, vt raro admodum fuerint *ſinceae*, nec *Fabulis* immiſtae, *primaeuae Hiſtoriae*. Erat enim ſane procliue, vt cum antiquiſſimis *Hiſtoriis* etiam antiquiſſimas gentium quarumcunque *Traditiones* primi committerent Scriptores. Imo ita rem fuiſſe conſtat ex *Herodoto*. Quod ſcilicet non *Poëtarum* ipſorum *inuentis*, ſed receptis (ante *Poëtas*) *Traditionibus* ortum debuerint. Inde vt *Poëtarum* illorum tam *incerta* fuerit *Chronologia*, tamque ſibi inuicem *diſſentanea*. Quod ſcilicet eorum *aetatem*, non e coaeuis *monumentis* didicerint poſteri, ſed e iuniorum *ratiocinitis*, cum iam tandem in *lucem* prodiiſſent *Hiſtoriae*. Nam cum *nullae* exſtarent, quae primorum *Poëtarum*, vtcunque *celebrium*, de *nomine* meminerant, *coaeuae Hiſtoriae;* methodus alia nulla ſuppetebat, vnde *aetatem* eorundem colligerent, quam vt a rebus *geſtis* argumentarentur, quarum *meminerant* Poëtae, et quarum *tempus* habebant in *Hiſtoriis* exploratum. Inde tantae de *Homeri aetate* diſcordiae, quod res magno *interuallo* diſſitas ipſe memorarit; nec ſatis accurate res *ſibi* coaeuas, a rebus ſua *aetate* antiquioribus diſtinxerit. Sic et in alio horum temporum *Poëta* factum docet *Clemens Alexandrinus*. Non ita in *Poëtis*, qui *poſt* Hiſtoriam ſcripſerunt. Illorum *natales obitusque* e *veris* conſtabant *Hiſtoriis*. Etiam ſingulorum *Poëmatum* aetas e *Didaſcaliis*, cum iam eorum cura mandaretur *annuis Magiſtratibus*. Tum e *Magiſtratuum* illorum *Archiuis* omnia erant exploratiſſima, cum *Decretis Ciuitatum* publicis, cum *feſtis annuis*, ederentur, cum *muniis* etiam *Sacris* quotannis redeuntibus immiſcerentur. Tum et ſingulorum Poëmatum *occaſiones* e *coaeuis Hiſtoricis* ſaepe exhibent *Scholiaſtae*. Non ita in Poëtis *antiquiſſimis*. Quoties in his occurrunt *Hiſtoriae*, coniecturas potius ſuas, quam *Facta*, dant vetuſtiſſimi quoque *Scholiaſtae*, hauſtas nimirum ex *Hiſtoriis* non *coaeuis*, ſed *recentioribus*. Imo erant qui *ſeorſim* Hiſtorias colligerent, quae aliquatenus facerent ad horum Auctorum ſententiam explicandam. Sic in *Nazianzeno* factum videmus. Sic etiam in *Apollonio Rhodio*, multis ante *Nazianzenum* Seculis. *Antiquiſſimorum*, vt videtur, *Scholiaſtarum* exemplo, qui *Poëtas* omnium *antiquiſſimos* explicarunt, qui *primos* etiam *Hiſtoricos* aetate praeceſſerint. Erat certe *primis Hiſtoricis* coaeuus *Pindarus*. Et in illum *Hiſtoriae Siculas* collegit *Artemon Pergamenae* Bibliothecae Grammaticus; poſtea nimirum quam *Bibliothecam* illam *Pergamenam* inſtruxiſſet *Attalus Ptolemaei* aemulus in illa ipſa cauſſa colligendae *Bibliothecae*. *Pindari* ipſius aetate *nondum* mos ille *Poëtas* ex *Hiſtoriis* explicandi receptus eſt. Et ſane qualia *monumenta* habuerint *primi* illi *Hiſtorici*, ex *Herodoto* licet coniecturam facere, qui, ſi non *primis*, at ſaltem *ſecundis* Hiſtoricis accenſendus eſt, nec *multos* habuit, etiam *aetate*, ſuperiores. At *paucos* admodum *Hiſtoricos* ille de *nomine* aduocat, *Hellanicum*, *Hecataeum Milesium*, et *Acuſilaum*, ſi tamen *Hiſtoricis* accenſendus ſit *Genealogiarum* collector *Acuſilaus*. Habet ille quidem *Lydorum* Regum a *Gyge* annos quot quisque regnauerit, et *res* etiam geſtas *nonnullas* certis illorum *annis* deſignatas. Haec potuit e *Xantho Lydo* haurire, qui *paulo* erat *antiquior*, vel etiam e *Charonte Lampſaceno*, quem *Herodoto* opponit, velut antiquiorem *Plutarchus*. Neutrius tamen *nomen* memorat *Herodotus*. Et ſane manifeſtum eſt pleraque illum *peregrinantem* e locorum, in quibus verſabatur, *Traditionibus* ſermonibusque didiciſſe. Quod vtique facere non erat neceſſe, ſi qui fuiſſent in *publicum* editi, qui haec illum docerent, *Libri*. Id quoque monet, ſi qui fuiſſent illis, a quibus ea didicit, quae *Scriptis* ipſe mandauit, etiam in Archiuis *Libri*, quod tamen facit *raro*. Erant ergo, *Herodoti* aetate, in illis, quos peragrauit ipſe, locis, nec magno *numero*, nec admodum *antiqua*, nec inuicem *connexa*, monumenta. Inde tot illae, qua-

s) *Pindar.* Ol. VII. 100. 101.

rum meminit, διφασίαι, *aliae* nimirum, *diuersaeque*, de rebus iisdem, diuersorum *Traditiones*. Inde et *absurdae* nonnunquam, quarum nec ipse *fidem* praestat, quas saepe *falsas*, saepius *suspectas* etiam sibi ipse pronunciat. Hic certe opus erat Historici *iudicio*, vt *veras* Traditiones a *falsis* internosceret. Opus erat etiam *diligentia*, ne quid lateret, quod necessarium esset ad sententiam ferendam. Sunt enim multa in receptis *vulgi* Traditionibus saepe *falsissima*, quae etiam oculatissimis imponant, ni cum *iudicio* adhibeatur etiam *diligentia*. Hoc in decessoribus suis obseruauit noster *v*) *Thucydides*, et luculentis probauit *exemplis*. Huic scilicet imputat Scriptorum etiam *Atheniensium* socordiae, quod *Hippiam Pisistrati* filium natu *maximum*, post Patrem *tyrannum* fuisse nescierint. Frustra autem *Thucydidi Platonem*, et *Platonis* sequaces *iuniores* opponit *x*) *Meursius*, qui etiam moniti a *Thucydide* receptum vulgi errorem suffragiis suis confirmabant. Testis est *Thucydides* ipse *Platoni* anteferendus de illo *Seculo*, vt *caetera* fuissent *pares*. Erat enim illis, de quibus testatur, temporibus *propinquior*, et in illa, de qua agit, stirpe *Pisistratidarum* versatior; quippe ipse eadem oriundus. *Platonem* contra in *Historia* et *Chronologia* negligentissimum probauit *y*) *Athenaeus*. Hac autem in causa *Thucydidi* suffragatur etiam *Herodotus*, dum *tyrannum Hippiam*, *Hipparchum* autem *tyranni* tantummodo *fratrem* agnoscit. Nulla *par* est, quam horum singulis apponat *Meursius*, Auctoritas, nedum *ambobus* innicem *consentientibus*. Profert tamen praeterea *Thucydides* e *re* ipsa petita argumenta, quae facile tueri possemus aduersus *Meursium*, si id ageremus ex professo. Idem et *alia* habet exempla errorum receptorum de Lacedaemoniis: *Reges* nimirum *Lacedaemoniorum* in suffragiis ferendis, non *singulis* quemque, sed *binis* vti calculis, et *Pitanatem cohortem* apud eos esse, quae nunquam fuerit. Hoc ergo *diligentiae* nomine Veteribus palmam praeripuit *Thucydides*. Vt sit proinde ipse pro *norma* habendus, in *sui* praesertim *Seculi* Histo.iis.

Sect. V.

Annalium Historiaeque discrimen. Recte tamen Annalibus accenseri potest Thucydidis Historia.

Quamquam autem res gestas *annuas* pro *annorum*, quibus gestae fuerint, serie distinxerit *Thucydides*; non tamen erit, si *Gellium* audiamus, propterea *Annalista* appellandus. *Annales* enim *Gellius* ita ab *Historia* distinguendos censuit; vt res *olim* gestas tribuat *Annalibus*; sui autem, quo *vixerit* Historicus, temporis monumenta *Historiae* fuisse potius existimarit. Ita non satis erat ad *Annalium* nomen, si res gestas quispiam suis, quibus gestae fuerint, *annis* assignarit. Hoc enim *Annalibus* cum *Historia*, pro hac sententia, commune est. Illud ergo *Annalibus* proprium, vt res gestae, etiam pro *Annalium* ordine dispositae, Scriptoris fuerint aetate *superiores*. Sic *Tacitus Historias* suas a caede *Neronis* arcessit; *Annales* altius ab exitu etiam *Augusti*. *Sui* nimirum *temporis* memorias *Historiae* potius, quam *Annalium*, titulo insigniendas duxit, quamquam *annorum* Fastorumque *Consularium* ad fidem illas exegerit. Hanc si sententiam sequamur; et nostri quoque *Thucydidis*, in quibus iam versamur, *Historiae* erunt, non *Annales*, quippe quae de rebus agant *Thucydidis* ipsius *aetate* gestis. Sic illi scilicet *Annales Historiasque* inuicem secreuerunt, qui illis vixere *temporibus*, quibus iam receptum erat, tam *Annales*, quam *Historias*, per *annos* tamen *singulos* partiri. Sed quod *veterem* potius Historiam *Annalium* nomine designarunt, exinde fluxit, ni fallor, quod *veterem* Historiam fere omnem e *Pontificis Maximi* monumentis publicis hauserint, qui *Annales Maximi* appellabantur, et simpliciter *Annales*, qua quidem *Annalium* a *priuatis* collectorum fontes habebantur. Ita ergo quae *publicis* monumentis non debebant, sed e *sua memoria* hausta *Annalibus publicis* addenda censebant, ea non absurde proprio illo *Historiae* nomine complectebantur. Quod scilicet vox ἱστορεῖν tantundem valere crederetur, quod *videre*. Sic enim recte *visa* sibi atque *explorata*, nec *Annalium* fide nitentia, hoc nomine *Historiae* indicabant, qua quidem *publicis* opponenda erant *Annalibus*. Sed apud *Graecos* nullum prorsus locum habebat illa distinctio, qui omnem prorsus rerum *gestarum* narrationem *Historiae* nomine complectuntur, seu *veteres* illae fuissent, seu *coaeuae*; seu *temporum* ordine *obseruato*, seu penitus *neglecto*. Et ne quidem apud *Romanos* ipsos distinctio illa perpetua est. Sic enim apud *Maronem*, de rebus a se gestis Aeneas: *z*) *Et vacet Annales nostrorum audire laborum*. Hic *Annales* appellari videmus, quae proprie erant *Historiae*, eoque nomine *Annalibus* opponendae. Proinde *Seruius Aeneam* hoc loco *Pontificis Maximi* Personam sustinere censet. Metuens nimirum, ne alioqui *improprie* locutus videretur Poëta accuratissimus. Frustra ille. *Aliam* enim, ni fallor, vocis *significationem* in animo habuit *Virgilius*; qua scilicet *enormia* quaeque prae *magnitudine* Scripta *Annales* appellabantur. Sic *Voluси Annales* apud *Martialem*. *Historiis* enim rerum *capita* summa tantummodo perstringentibus *Annales* singulorum annorum gesta *seorsim* referentes fusiores fuisse consentaneum erat. Vtcunque tamen, vel *ita* sui temporis memoriaeque gesta *Aeneas Annales* appellarit, quod *prolixitatem* narrationis suae non potuerit *Historiae* nomine ita commode designare. Qui autem praedicto Poëtae loco pro *laborum* reposuerunt *parentum*, hoc, vt existimo, consilio ita locum corruperunt, vt nomen *Annalium* ad tempora *praeterita* referrent. Sed nulla erat *Veteribus* Poëtae *Interpretibus*, *Seruio* et *Donato*, Lectionis illius suspicio. Et ne quidem *parentibus labores* illi tribuendi erant, *quorum pars magna* ipse fuerit *Aeneas*. *Parentibus* enim ea tribuunt Auctores, quae, se nondum *natis*, euenerant; *auis* autem, quae antea contigerant quam *parentes* ipsi in *lucem* editi fuissent. Sed quid opus est multis? Ne hoc *singulare* in *Virgilio* existimetur, facit etiam *Iuuenalis*, Scriptor ipse nitidissimus et decori obseruantissimus. Sic autem habet *a*):

> *Res memoranda nouis Annalibus, atque recentes*
> *Historia.* — —

v) *Thucyd.* L. I. *c.* 20. *x*) *Meurs.* Pisistrat. *y*) *Athen.* Deipnos. L. V. *z*) *Virg.* Aen. I. v. 373. *a*) *Iuuen.* Sat. II. v. 102.

Iidem ſunt apud illum *noui Annales* et *recens Hiſtoria*. Tantum abeſt vt inuicem pugnent, vt volebant illi Grammatici. Nobis autem ſufficit impraeſentiarum, quod diſtinctio illa locum non habeat in *Thucydide*. Hoc enim ſatis eſt, vt *Hiſtoria* illius pro *Annalium ordine* diſpoſita non incommode pro *Annalibus* habeatur.

Sect. VI.

Annales ſuos recte Thucydides per Anni tempeſtates, potius quam per annuos Magiſtratus, diſpoſuit.

Sed vero nouo ſuos *Annales* exemplo condidit *Thucydides*. Non, vt olim, per *annuos Magiſtratus*. Ne quidem, pro initiis annorum *Cyclicorum* Ciuilibus. *Veteris* enim anni *Cyclici* initium erat a *Gamelione; noui* autem ab *Hecatombaeone*. Neutrum ſibi propoſuit *Thucydides*, ſed aliud diuerſumque, inter vtrumque *medium*. Nam per anni *tempeſtates ſemeſtres* annos ſuos partitus eſt, *Aeſtates Hyemesque*. Et quidem ita vt *Vernam* tempeſtatem *Aeſtati* accenſeret, *Autumnum* autem *Hyemi*. Erat autem hoc initium rerum geſtarum *naturae* maxime conſentaneum. Nempe quo Belli quasdam *inducias* natura ipſa praecipit; quo hoſtis quantumlibet feruidi progreſſus *anni aërisque* temperies, ne quidem *ſine* hoſte toleranda, reprimit; quo denique *noui* vtrinque apparatus, *noui* impetus, et quaſi *noua* quaedam Belli conſilia et initia vtrinque quotannis expediuntur. Facit enim haec ratio, vt rerum *annuarum* initia a *Vere* commodius, quam ab alia aliqua anni *tempeſtate*, repetenda ſint. Hoc ergo *tempus* in Sacris Literis dicitur, *quo ſolent Reges ad bella procedere*. 2. Sam. XI. 1. Erat autem, vt ſupra iam oſtendimus, propria quaedam *Thucydidi* ratio, cur ab *hoc* initio *Annales* ſuos ordiretur. Quod ſcilicet res geſtae *annuae*, qua quidem ab hoc initio cenſentur, *diuerſis* annuis conuenirent *Magiſtratibus*, tam *Athenienſium* quam etiam *Lacedaemoniorum*. Menſe enim *Attico Hecatombaeone* inibant *Archontes Athenienſes; Laconico* autem illo, qui *Maemacterioni Attico* reſpondebat, *Ephori Lacedaemonii*. Proinde rerum geſtarum filum abrumpendum erat in *medio*, ſi *Annales* ſuos *Thucydides* ad *annuos* ſuorum temporum *Magiſtratus* exegiſſet. *Tunc* enim maxime *feruebant* res Bello geſtae, cum *inirent* Athenienſium *Archontes*. Et ne tum quidem *refrixerant*, cum inirent *Ephori* Lacedaemonii. *Alios* autem *Magiſtratus* annuos, vt e primo Belli anno conſtat, non habuit ob oculos *Thucydides*. Hanc autem conſilii ſui *rationem* agnoſcit noſter Auctor, cum ait parum accuratam fore Hiſtoriam, quae ad *Magiſtratus* ſuiſſet accommodata. Id enim volunt verba eius illa: *b*) οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν οἷς καὶ ἀρχομένοις, καὶ μεσοῦσι, καὶ ὅπως ἔτυχέ τῳ, ἐπεγένετό τι. Cum *binis* enim, vt dixi, quotannis *Archontibus Ephorisque* concurrebant res Bello geſtae, *Vere* coeptae, et cum ſe exercitus in *hiberna* reciperent, finiendae. Vno autem *perpetuoque* filo totius anni Bellum complectuntur *Annales* a *Vere* inchoandi. Nec vllus hic *hiatus* erat, geſtarumue rerum *interruptio*. Itaque conſulto *Thucydides* res geſtas annuas per *tempeſtates* anni diſponendas eſſe cenſuit.

b) *Thucyd.* L. v. c. 20. *c*) Diſſ. I. §. 15. 16. 17

Sect. VII.

Tempeſtates ſuas arceſſebat a menſium Lunarium Ciuilium initiis.

Sed vero *tempeſtates* ſuas in anni forma, quae tunc recepta eſt, *Lunari* a menſium Lunarium *initiis* arceſſiuit. Notum enim habuerit oportet, certumque *diem*, quo *Aeſtates Hyemesque* eſſent inchoandae, vt de rebus ſingulis pronunciare poſſet, eſſentne illae *Aeſtati*, an *Hyemi* potius, aſſignandae. Alioqui *dubia* fuiſſent Aeſtatum Hyemumque *confinia*. Non potuit autem *diem* illum futurum deſignare *aëris* ſeu *Hyemalis* ſeu *Aeſtiua* temperies pro *annorum* ratione *ipſa* quoque diuerſiſſima, nec ad leges aliquas reuocanda. Et ne quidem *ſiderum* ortus aut occaſus ſedem aliquam certam ſibi vindicare poterant in forma menſium *Lunarium*, ſed in *Parapegmate Solari*, quod non omnes exploratum habebant. Vtcunque tamen ita *loqui* ſolebant, quaſi pari gradu procederent cum *Parapegmate* menſes illi *Ciuiles*, etiam *Lunares*. Nempe populari ſermone, qui discrepantiam in rebus gerendis non admodum inſignem prorſus negligebat. Ita *c*) *menſibus* certis *Solſtitia* aſſignabant atque *Aequinoctia*, quae tamen ambo in *binis* menſibus *Lunaribus* locum habebant. Ita etiam anni *tempeſtates* inuicem per *menſes* receptos ſecernebant, vt ſingulis menſes *ternos* concederent, etiam *Lunares*. Nec tamen interim neſciebant, *tempeſtatum* notas *Parapegmaticas vltra* illos limites, et *citra*, reperire. Sic menſes *Vernales*, *Aeſtiuales*, *Autumnales*, *Hyemales*, in forma anni *Attici*, vt inuicem diſtinguerentur, obſeruauit e Veteribus *Gaza*, et poſt illum *Scaliger*, *Petauius*, aliique iuniores. Etiam in Rebus *Ruſticis*, quae maiorem poſtulant ἀκρίβειαν, *binos* tamen potius menſes Ciuiles *Lunares* praecipit *Theophraſtus*, quam notas *tempeſtatum Parapegmaticas*. Non ita procul dubio facturus, niſi notae *tempeſtatum* e *menſibus Ciuilibus* vulgo notiores fuiſſent quam e *Parapegmate*. Erant enim certe, ſi innotuiſſent, *Parapegmatis* notae longe accuratiores. Sed nullus erat apud *Graecos* Scriba *Flauius*, qui Cycli integri *Parapegma* vulgo notum fecerat. Quae autem *vulgo* proſtabant *Parapegmata*, ea motus *Solares* in menſibus *Ciuilibus* deſignabant *Lunaribus*; nec adeo poterant *ſequenti anno* vtilia eſſe, praeterquam illis, qui *Solis* ipſius in Cyclo *vniuerſo* motus haberent exploratos, quales admodum paucos extra Collegia *Sacerdotalia* fuiſſe veriſimillimum eſt. Hoc certe conſilio menſes *Lunares* receptos teſtatur *Geminus*, vt *feſta* patria tempore *legitimo* agerentur, *Numini* ingrata futura, ſi alio *tempore* agerentur quam *legitimo*. Erant autem in his nonnulla tempeſtatibus *affixa*, quae ſcilicet *frugibus* dicarentur quotannis in orbem redituris. Erant et *Lunis* affixa, vt *Nouilunia* ipſa atque *Plenilunia*, cum tamen a motibus *Lunae coeleſtibus* admodum discreparent *Nouilunia* atque *Plenilunia Ciuilia*, idque ita ſe habere Cycli ipſius *conditori* eſſet compertiſſimum. Nec tamen propterea metuebant alio *tempore* quam *legitimo* reditura eſſe, dum eo tempore celebrarentur quod poſtulaſſet *Cyclus patrius*, qui modum praeſcripſit *patrium* menſium *Ciuilium Luna-*

rium. Inde patam est, non esse quod miremur si *mediocres* a *Zodiaco* discrepantias neglexerint *Veteres* in festis *Lunarium* mensium certos dies incurrentibus, cum *Lunae Ciuilis* longe *maiores* discrepantias neglexerint in festis *Lunae* ipsius Religione Sacris. Vetuit enim ipsa *Religio* ne alii menses *Ciuiles* quam *Lunares* esse possent. *Nouilunia* enim et *Plenilunia* ipsa summo erant in honore, non solum apud *Ebraeos*, verumetiam apud illos (de quibus iam loquimur) *Graecos*. Ita quidem vt inde nonnunquam captarint *auguria*. Ea de causa a pugna *Marathonia* *a*) fertur abfuisse *Lacedaemonios*. Sed et alios quoque *Lunae* dies *Graecis* celebres memorat Poeta vetustissimus *b*) *Hesiodus*. Mitto iam iuniorum minoris facienda testimonia. Nec tamen obstabant *Cycli* veterum *vitiosissimi*, quo minus *legitima* haberentur *Nouilunia* et *Plenilunia*, si pro norma *Cycli patrii* agerentur, etiam cum *diuersissima* essent a Nouilunis Pleniluniisque *Caelestibus* Nouilunia et Plenilunia *Ciuilia*. Imo cum *contraria* omnia designarentur. Iam enim ostendimus in Cyclis vetustissimis *Nouilunia Ciuilia* per *omnes* Lunae *Coelestis* dies aberrasse, vt etiam in *ipsa* saepe incurrerint *Plenilunia*. Imo ne quidem nescis Cyclorum *conditoribus*, qui ita *Lunam* vnam absumebant ex *Embolimorum* numero, in Cycli *fine* detrahendam. Non erat itaque cur morarentur longe *minores* discrepantias in *Ciuilibus* mensibus *Lunaribus* cum *Zodiaco* committendis. Erant, fateor, apud *Romanos* feriae nonnullae *annuae conceptiuae*, in alios aliosque Ciuilium mensium dies pro *Pontificum* arbitrio, incurrentes. Apud *Graecos* talium *feriarum* mentionem nullam obseruaui. Et tamen *certis* mensium *Lunarium* diebus *Ver Sacrum* concludi constat apud *Liuium*. Et quidem ipsorum *Pontificum* decreto. Et alias quoque ferias *Rusticas* diebus mensium *Lunarium Ciuilium* certis *annexas* obseruauimus. E quibus omnibus abunde, ni fallor, manifestum est, de *modicis* non admodum laborasse *Veteres*; nec *vulgo* innotuisse accuratiores *Solarium parapegmatum* in statuendis *tempestatum annuarum* limitibus rationes. Et sane ad *vulgi* captum accommodandae erant *Historiae*. Ita rem fuisse de *Facto* ex ipsis *Annalibus* constabit.

Sect. VIII.

Modicas a Zodiaco discrepantias in anni tempestatibus designandis ne quidem neglexerunt Cyclorum conditores. Nec, vt videtur, in Cyclis suis Paschalibus Iudaei.

Habebant, fateor, in animo Cyclorum *conditores*, vt Spatia *Ciuilium annorum* tandem cum *Solis* motu conuenirent. Iisdem tamen *ipsis* exploratum erat *quotannis* paria cum *Sole* facere *non* potuisse annum *Lunarem*, quique mensibus *Lunaribus* Ciuilibus constabat. Itaque quod *singulis annis* non licebat, id *multorum annorum* certo quodam *circuitu*, quem *Cyclum* appellabant, conficiendum arbitrabantur. Vt nempe *tandem* aliquando ad *eadem*, etiam in *Zodiaco*, initia rediret par numerus annorum *Solarium* annorumque Ciuilium *Lunarium*. Id quoque operam dabant, vt ne quidem *interim* longius inuicem discederent, in annis etiam *intermediis*, quam *cursus* vtriusque *natura* pateretur. Vt ergo *Lunae* ipsius Periodi ita cum *Solaribus* Periodis conciliabantur; sic etiam *tempestates* Anni per *menses* (qui in vsu erant *Ciuili*) *Lunares* supputandas cum *Zodiaco* Veteres conciliasse consentaneum erat. Redibant enim et *ipsae* tandem, *Cyclo* euoluto, ad eundem *Zodiaci* apicem; nec *longius* interim ab eo discedebant, quam ferebat modus mensium *Lunarium*. Hoc, ne quidem in Cyclis *accuratissimis*, prae se ferebant seu *Metro*, seu *Calippus*, nulla fore in annis *mediis* Nouiluniorum *Ciuilium* a *Coeli* apparentiis dissidia; sed egregie se munere suo defunctos arbitrabantur, si foret discrepantia (quam fieri posset) in *mediis minima*, et in Cyclorum suorum *ἀποκαταστάσει* plane *nulla*. Scrupulosiores ergo, quam par erat, Cyclorum *Paschalium* Christianos conditores fuisse suspicor, qui, quoniam primo ab *Aequinoctio* Plenilunio *Iudaeos* legerant *Pascha* suum celebrasse, proinde cauebant, ne in *Cyclis* suis Luna *Paschalis* vnquam *Aequinoctium* anticiparet. Certe *Iudaeos Calippicum* Periodum, quae eadem mensium *Ciuilium* erat *Lunarium*, a *Graecis Macedonibus* accepisse, ni fallor, euicimus. Hoc autem si verum, fieri vix potest, vt illi *nostris* in ea *Religione* dicam? an verius *Superstitione*, praeiuerint. *Athenienses* a *Solstitio Aestiuo* annum suum *Ciuilem* inchoasse constat. Cauebantque adeo tam *Calippus* ipse, quam ante illum *Meton*, vt Cycli *initio*, *proximo* a *Solstitio* Nouilunio iniret *Ciuilis Hecatombaeon*. In annis autem Cycli *mediis* non adeo metuebant, si *Ciuilis* ille *Hecatombaeon Solstitium* anteuerteret. Nec *patriis* numinibus minus *grata festa* illa existimabant, quae non aliis quam *Cycli* patrii *erroribus* a vero situ deflecterent. *Solstitium Metonis* die *Iunii Iuliani* XXVII°. docet fuisse *Ptolemaeus*. Nec vlla adhuc de punctorum *Cardinalium* *προηγήσει* suspicio, nec alia sentiebat de *Solstitio Metone Calippus*. Saepius tamen ante diem illum *Iunii* initiisse *Hecatombaeonem* e nostris constat *Tabulis* pro vtriusque mente, tam *Calippi*, quam *Metonis*, duce *Gemino*, concinnatis. Haec tamen obiter, quod ad *Cyclos* attinet *Paschales*.

Sect. IX.

Quos menses Lunares quibus Tempestatibus assignarint Athenienses.

Itaque nihil obstat quo minus Anni *tempestates* mensium *Lunarium* Ciuili vsu determinandas, *diuersis* Cycli eiusdem *annis*, cum *aliis aliisque* committerent Veteres *Zodiaci* apicibus. Sic autem *menses* suis assignabant *tempestatibus*, vt *singulis* conuenirent *tempestatibus* in anno *communi* terni. *Veri* (quod *Aestati* suae *semestri* accenset *Thucydides*) cedebant *Munychion*, *Thargelion*, *Scirrhophorion*; *Aestati* proprie sic dictae, *Hecatombaeon*, *Metageitnion*, *Boedromion*; *Autumno*, *Maemacterion*, *Pyanepsion*, *Posideon*; *Hyemi*, *Gamelion*, *Anthesterion*, *Elaphebolion*. Estque hic circuitus anni *Thucydidei* communis. *Intercalaris* annus hoc vno discrepabat, quod mensis XIIIus. *Posideon secundus*, non *Autumno*, sed *Hyemi*, accederet, quae

a) *Herodot.* *b*) *Hesiod.*

anno *intercalari Posideonem* illum complectebatur *secundum*, *Gamelionem* atque *Anthesterionem*. Ita factum, vt *Ver* solum illius anni *auctius* esset, *quaternisque* constaret mensibus, *Elaphebolione*, *Munychione*, *Thargelione*, *Scirrhophorione*. Sic equidem numerare *Thucydidem* (quod nondum ab aliis, quod sciam, obseruatum est) infra, vt opinor, ostendam.

Sect. X.

Notae etiam Parapegmaticae tempestatum apud Veteres aliae atque aliae. Omnes tamen Romano accommodatae, quod habemus etiamnum in forma Iuliana.

Incertum est profecto meliusne *tempestates* designare possent *Veteres* per notas etiam *Parapegmaticas*. Erant enim etiam *ipsae* in rudiori illa Astronomia et *dubiae*, interque se admodum *diuersae*. Alii illas a *Punctis* Zodiaci *Cardinalibus* arcessebant, *Solstitiis* nimirum atque *Aequinoctiis*. Et ne quidem de punctis *Cardinalibus* inter se consenserunt. Alii enim a *primis* Signorum, in quibus committuntur Aequinoctia atque Solstitia, *gradibus* numerabant; Alii ab *Octauis;* Alii denique a *mensibus* in anno *Iuliano mediis*. Erant praeterea, qui ab ortu occasuue *Siderum* supputandum potius esse consebant, a quibus pendere credebantur *aëris* mutationes in mutatione *tempestatum* insignissimae, qui tamen *ortus* et *occasus mediis* fere inter puncta *Cardinalia* spatiis solebant assignari. Illos necesse erat a prioribus, in constituendis Anni tempestatibus, *dimidia* saltem ex parte discrepare. Alii dissidebant adhuc *longius*, vt scilicet, in ipsis Zodiaci Signis, *inde ipsi* tempestatum initia deducerent, *unde* fines earundem tempestatum *alii* numerarent, a *quotocunque* demum Signorum *gradu* numerantur. Pro horum calculis nulla tempestatis *eiusdem* pars cum *eadem* tempestate concurrebat, si ad *primorum* normam calculus exigeretur; sed quae primi *Veri* imputabant, eadem hi *Aestati* assignabant. Et sic in reliquis Anni *tempestatibus* pro eodem exemplo censuerunt. Alii denique ne quidem *Coeli* rationem habebant, sed ab *aëris* mutati vel *Signis*, vel *Prognosticis*, in *aëris* infima regione iudicabant: ab ortu *Fauoniorum*, ab *hirundinum* accessu vel recessu, a *papilionum* prouentu, a ventis *Etesiis*, a *pluuiarum procellarumue* indiciis *praecedaneis*. Sic nihil certum accuratumue designabunt temporum notae a *tempestatibus* desumtae, nisi antea *consilium* exploratum habeamus eorum, qui primi *annos*, annorumque *Cyclos*, in *Ciuilem* vsum receptos, instituerunt. Tanta ergo cum fuerit apud Veteres *incertitudo* in *notis* tempestatum etiam *Parapegmaticis;* non erat profecto cur has *tempestatum* per menses *Populares* distributiones declinarent. Erant enim ipsae magis *notae*, nec multo grauioribus *difficultatibus* obnoxiae. Hoc autem agimus impraesentiarum, vt intelligatur, quo pacto committendae sint *Veterum Graecorum* notae *Chronologicae* cum Anni *Solaris* forma illa, quae obtinet hodieque *Iuliana*. Sic demum enim vtiles erunt in Anni *partibus* designandis *nunc* Annalistae omnium antiquissimi, futurae alioqui prorsus inutiles. Perierunt Veterum *Parapegmata Solaria* ad quae exigendi erant, pro mente *conditorum*, Lunares *Cycli*, si quae *fixae* sedes quaererentur in *Zodiaco*. In hac ipsa tamen forma *Iuliana Romanum* habemus *Parapegma*, vt in Diss. X. ostendimus. Et cum *Romano* Parapegmate gentium aliarum *Parapegmata Veteres* contulerunt. Sic enim *Plinius*, *Ptolemaeus* et Rerum *Rusticarum* Scriptores, tam *Graeci* quam *Latini*. Non itaque absurde *illud* pro *norma* habebimus, qua quidem nullam *discrepantiam* obseruarunt Parapegmatum *collectores*.

Sect. XI.

Ad Epocham haec potius V. C. Varronianam, quam Periodi Iulianae, exigenda.

Formam porro *anni Iuliani* illam intelligimus, quae a mense incipit *Ianuario*, illam nimirum eandem, quam intelligunt *Chronologi* in *Periodo Iuliana*. Epocham tamen *Vrbis Conditae* deligendam censuimus potius quam *Periodi Iulianae*, quod propius faciat ad committendas inuicem *Historias Gentilium* antiquissimas, *Graecam* scilicet atque *Romanam*. Placuit autem ratio supputandi *Varroniana*, quod ab anno *Claudii* Seculari, *Christi* XLVIIO. *Vrbis* DCCCO. illa deinceps in *Ciuilem* vsum recepta fuerit, in annis saltem *Secularibus centesimis*. Non ita *Capitolina*, aut *Catoniana*, aut *Polybiana*, aut *Fabiana*, aut antiquior aliqua alia quocunque demum nomine appellanda. Et *breuior* illa est Periodo *Iuliana*, nec adeo *calculi* vitiis obnoxia. Poteritque etiam ipsa satis *facile*, imo breuiori *supputationis* labore, ad vsus aptari *Chronologicos*. Reiice enim, per Regulam perpetuam, ex annis Epochae *Varronianae* XVI. Reliquos vero diuide per XXVIII. Dabit quod supererit annum *Cycli Solaris*. Si annum *Cycli Lunaris* quaeras, reiice similiter ex annis Epochae *Varronianae* XI. Quod superest partire per XIX. Reliquum habebis annum, quem quaeris, *Cycli Lunaris*. Etiam *Indictionem* (si quis tamen *Indictionum* vsus sit antiquissimis hisce, de quibus agimus, temporibus) pari facilitate reperies. Epocha enim *Varroniana*, ne vno quidem anno mutilata, per XV. diuisa, reliqua erit ipsa illa, quam quaeris, *Indictio*. Estque semper annus huius *Epoch.* a IVis. primus *Bissextilis*. Sufficit autem, vt in eo *numero* Bissextilis quaeratur, qui *redundat* supra *centenarios*. Iustis enim *quartis* omnes constant *centenarii*. Et annos *Olympicos* in eadem Epocha facile reperies, qui semper sunt a quartis *secundi*. Sic facile erit *Graecae Romanaeque* Historiae commissio. Nec vlla prorsus erit necessitas, vt anni *Vrbis Conditae* ad *Periodum* redigantur *Iulianam*, cum eadem omnia in hac ipsa *Epocha* reperiri poterunt, quae in *Iuliana;* et quidem multo, quam in ea, *facilius*. Ne quid autem deesse videretur, addidimus et *illam*, et Epocham *ante* Christi Aeram *receptam*, et Magistratus *annuos*, Ephoros scilicet atque Archontes, annosque Sacerdotum Argiuarum. Haec quoque *Thucydide* praeeunte, qui primum Belli *Peloponnesiaci* annum his omnibus *notis* insigniuit.

Sect. XII.

Origo Belli Peloponnesiaci ab occupata a Thebanis per insidias Plataea.

Antea tamen, quam ad *Annales* ipsos progrediamur, *initium* statuendum est, vnde Annalium suorum seriem supputauit ipse *Thucydides*. Ea potissimum de causa, quod non *vnum* exordium ipse diuersis in locis obseruarit. Cauendum ergo, ne *confusio* aliqua inde oriatur, si quae ab *vno* Exordio deduxit Auctor, ea Nos ab *alio* arcessamus. Sunt autem ea duplicia: aliud *rerum* ipsarum in hoc Bello *Peloponnesiaco* gestarum; aliud *tempestatis*, in qua gesta fuerint. Duo autem *gesta* sunt, a quibus Bellum, de quo agit, *Peloponnesiacum* ortum censet habuisse *Thucydides*; et quidem dierum LXXX. intercapedine inuicem remota. Horum prius erat occupatio *Plataeae* a *Thebanis*. Hinc enim arcessit *apertam foederis violationem*. Verba *Thucydidis* sunt: λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν. L. II 7. Huius Facti *tempus* ita accuratis *notis* designat, vt facile intelligamus, *inde* illum Belli huius vniuersi *originem* deducere. Nempe anno tribuit σπονδῶν τριακοντούτων XV. L. II. 2. quarum viz. meminerat L. I. 115. Haec erant σπονδαί, quas tum obseruauit *manifeste* fuisse violatas. Hoc ait contigisse Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας Ἄρχοντος Ἀθηναίοις. Recte Interpres: *Pythodoro, qui tunc Athenis Archon erat, duo praeterea menses ad integrum Magistratus annui tempus absoluendum adhuc supererant.* Male autem *Scholiastes*, qui ita *Thucydidem* intellexit, quasi *duos* tantummodo menses *impleuisset* in Magistratu *Pythodorus*, decem autem praeterea restarent alii implendi antea quam officio discederet. Sed pugnat anni *tempestas* quo minus ita *Thucydides* sentire potuerit. Et vox ἔτι satis erat, ne aliis quam *residuis* mensibus *Thucydides* intelligeretur. Addit postea fuisse ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ. Haec nota, vt cum praecedenti concilietur, de *fine* mensis Vernalis *primi* necessario intelligenda est. Inde enim duo alii menses supererant ad sequentis *Archontis* Hecatombaeonem. Nec id incongrue, pro moribus *Athenienſium* receptis. Sic enim *trimestres* Anni *tempestates* inuicem distinguebant, vt Tempestatum *initia* mensibus assignarent *primis*, *media secundis*, *exitus* autem *tertiis*. Ad eundem plane modum quo *menses* etiam *singulos* in *tres* partiebantur dierum *decadas*, primam ἰσαμένου, secundam μεσοῦντος, tertiam Φθίνοντος. Sed *diem* illum, quo *Plataea* occupata est, mensis fuisse τελευτῶντος dicit *Thucydides* II. 4. Idem alibi ἱερομηνίαν appellat, III. 56. 65. Proinde *Neomeniae* mensis secuturi *proxima* fuerit oportet. Nam *Neomenia* ipsa certe esse non potuit, quae ad mensem spectabat τελευτῶντα. Ἔνη enim ea non νέα fuerit appellanda, pro sermone *Athenienſium*. Nec tamen ab eodem sermone abhorrebat, vt τριακὰς tam νέα appellaretur quam ἔνη. Nempe e decreto *Solonis*. Sic ad illam quoque aliquatenus spectarit ἱερομηνίας violatio, vt volebant *Plataeenses*. Situm hunc ostendunt *fatales* illae Thebanis *tenebrae*. Thucyd. II. 4. Recte ergo τοῦ κατὰ σελήνην μηνὸς σύνοδον fuisse obseruauit *Scholiastes*. Cum scilicet ad veras *Lunae* rationes *proxime* accederent rationes mensium Lunarium *Ciuilium*, hoc ipso anno (qui Cycli *Meronici* primus erat) a *Metone* castigatae. Diem ergo *Munychionis Attici* (qui mensis *Vernus primus* erat) *vltimum* designauit, vt existimo, *Thucydides*, *Maii Iuliani* VIIm. quem hic pro *Belli* die *primo* habet. Et tamen hunc eundem mensis Verni primi diem *vltimum* Veris *initio* tribuit, quod saltem in *mense* Verno *primo* locum haberet. Sic ille accurate *tempestates* suas ad *menses*, vti dixi, *Ciuiles Atticos* exegit, cum hunc mensem *integrum* Veris tantummodo *initio* assignaret.

Sect. XIII.

Origo eiusdem alia ab irruptione Peloponnesiorum in Atticam.

Ita *Bellum* coeptum est *Athenienſium* cum *Thebanis*, qui *suam* quoque partem habebant in induciis *tricennalibus*. Cum *Peloponnesiorum* Corpore *aliud initium* obseruauit *Thucydides*, a primo *Peloponnesiorum* facto *hostili*; nempe a *Lacedaemoniorum* irruptione in *Atticam*. Hanc certe ἐσβολὴν pro Belli ἀρχῇ habet L. v. 20. Hanc autem *irruptionem* diei tribuit ab occupata *Plataea* LXXX. Sic enim habet: Οὕτω δὴ ὁρμήσαντες ἀπ' αὐτῆς, μετὰ τὰ ἐν Πλαταίᾳ τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων γενόμενα ἡμέρᾳ ὀγδοηκοστῇ μάλιστα, τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος, ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν. II. 19. Dies a praedicto die LXXXus in Kalendario *Iuliano* dies erat *Iulii* XXVIus. in Kalendario *Attico Hecatombaeonis* XXI. *Vere* iam exacto, coeptaque *Aestate* etiam *trimestri*. Hoc ergo ipso *die* in agrum *Eleusinium* venerit *Archidamus*. Conueniunt satis apte *notae* huius temporis *Thucydideae*. *Morae* nomine male dicit audiisse apud suos *Archidamum*. Quod nempe *ferior* illa videretur Expeditio, quam pro Anni *tempestate* esse potuit Expeditionibus idonea. Hoc tempus erat θέρους ἀκμάζοντος. Quod erat sane de *Aestate Thucydidea* *semestri* verissimum. Imo de *Aestiuo* etiam *calore*. Et *messis* illam *triticeae* ἀκμὴν fuisse e Kalendariis *Romanorum* Rusticis facile colligimus. In Kalendario Rustico *Gruteriano* messem *hordeaceam* mense *Iulio*, *frumentariam* autem et *triticeam* (quae maximi erat in hac causa momenti) *Augusto* mense legimus. p. 138. Etiam inter *Solstitium* VI. Kal. *Iul.* et *Caniculae* ortum IV. Id. *Aug.* ponit *Varro* R. Rust. L. I. c. 32. Inde feriae *messiuae* primae *Romanis Iulio* exeunti assignatae, cum iam reciperetur passim forma illa, de qua loquimur, *Iuliana*. Sed ἀκμὴ illa non de *messe*, sed de *maturitate*, intelligenda. Eo enim consilio in agrum *Atticum* irruperunt *Peloponnesii*, vt *messem* nondum collectam ipsi corrumperent. Vastationem illam agri *Attici* voce τέμνειν designavit *Thucydides*. Vnde colligimus messem illius anni non *Athenienſes*, sed *hostes* percepisse *Lacedaemonios*. Nec sane legimus, cum res suas alias, sub *Lacedaemoniorum* aduentum, in Vrbem conferrent, *fruges* aliquas (quae tamen *obsidendis* maxime necessariae erant) *Athenienſes* importasse. Nec illud modo. Addit praeterea *Thucydides*: χρόνον τε πολὺν ἐμμείναντες ἔτεμνον. Innuens nimirum eam *segetis maturitatem*, quae tamen *falcem* non senserit, cum venirent *Lacedaemonii*. Alioqui *diutina* esse non potuit *messis* illa *hostium* praedatoria. Duae ergo notae

illae ita *irruptionis tempus* in arctum contrahunt, vt longe fane abeſſe non potuerit a *die* illa, quam aſſignauimus, in forma *Iuliana*. Nec immerito *quartum* ſemeſtris tempeſtatis *menſem* habet pro *Aeſtatis* ἀκμῇ. Si enim *tripertito* Aeſtas vniuerſa distribuatur, *mediam* partem eius occupabit.

Sect. XIV.

Origo annorum Thucydideorum vera ab initio menſis Vernalis primi.

Caeterum de *induciis* poſt annum *Belli* xm. menſe *Elaphebolione*, dieque menſis xxv. factis ita ſcribit *Thucydides*: Αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι, ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀςικῶν, αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν, ἃ ὡς τοπρῶτον ἡ ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο. Locus *vtiliſſimus* eſt hic ad totam *Thucydidis Chronologiam*; idem tamen, qui intelligatur, *difficillimus*. Decem profecto [c] *annos integros*, et *dies* praeterea *paucos* elapſos indicat ab illa *irruptione Lacedaemoniorum* ad has, de quibus hoc in loco agit *inducias*. Et tamen ne *decennium* quidem *integrum* eſt a *Iulii* die xxvi. ad *Aprilis* xm. qui *Elaphebolionis* illius diei xxiv. reſpondet in forma *Iuliana*. Et ne quidem in forma *Attica* ab *Hecatombaeone* ad *Elaphebolionem*. Tam longe abeſt vt hic *decennium* impleatur, vt ne quidem a *priori* initio *Munychionis* vltimo, quo *Plataeam* occupatam oſtendimus, decennium *abſoluatur*. Sed hoc ipſo loco monet *Thucydides*, ſe *annos* ſuos per *Aeſtates Hyemesque*, *ſemeſtres* ſcilicet, ſupputare. Sic *decem Aeſtates* et *par* numerus *Hyemum* iuſtum illius *decennium* abſolverit. Sic enim ipſe: κατὰ θέρη δὲ καὶ χειμῶνας ἀριθμῶν, ὥσπερ γέγραπται, εὑρήσεις ἐξ ἡμισείας ἑκατέρου, τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν δύναμιν ἔχοντος, δέκα μὲν θέρη, ἴσους δὲ χειμῶνας τῷ πρώτῳ πολέμῳ τῷδε γεγενημένους. Hoc vult nimirum, ſe non ab ea Aeſtatis *parte*, qua in *Atticam* irruperint *Peloponneſii*, numerare, aut qua *Plataeam Thebani* occuparint; ſed ab illius Aeſtatis *initio*. Ita ſcilicet vt *Aeſtatem*, quae *prima* Belli fuerit, deſignarit prima *Peloponneſiorum irruptio*, a cuius *initio* Belli deinceps *anni* numerandi eſſent. Sic recte procedent omnia. Ait enim has *inducias* fuiſſe τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι. Inde enim colligit, abſumta iam *decima Hyeme*, quae *poſterior* tempeſtatum *annuarum*, proinde neceſſario *decem* ſimiliter *Aeſtates* ad finem eſſe perductas, quas ſimul *iunctas* ipſe pro completo habuerit *decennio*. Proinde ad *vndecimum* annum ſpectare partem illam noui *Veris*, quam tum labentem ſupponunt verba illa: ἅμα ἦρι. *Ver* enim ille *Aeſtati* accenſere ſolebat, vt diximus, quae, in hac ſupputandi methodo, fuerit *vndecima*. Et cum *dies* tantummodo memorat duntaxat paucas παρενεγκούσας, indicat profecto, nondum ad iuſtum *menſem* ſurrexiſſe *paucos* illos vndecimi Veris *dies*. Sed quomodo vel ita, inquies, ad *vndecimam Aeſtatem* ſpectare potuit *Elaphebolion*, cum *Aeſtas* prima iniret a *Munychione*, qui *Elaphebolionem* ſequebatur? Nempe propterea quod annus Cycli xius. *intercalaris* erat. His enim *annis* ad *Veris* rationes acceſſit menſis *quartus*, quod hoc proinde anno coeperit ab *Elaphebolione*. Obiter autem obſeruandum, verbis illis ἅμα ἦρι, quae in coaeuis *Thucydidi* Auctoribus *Herodoto* et *Xenophonte* occurrunt ſatis frequentia, non *primi* menſis *initium* ſemper intelligendum eſſe. Hic enim deſignat *diem* eius (qui *cauus* erat) xxivm. nec adeo longe a *fine* illius remotum. Quoties ergo verba illa occurrunt, hoc ſaltem intelligendum, nondum elapſum menſem *Vernae* tempeſtatis *primum*.

[c] L. V. c. 20.

Sect. XV.

Sic anno ante Bellum xiv. *Expeditionem Pliſtoanactis cenſet Thucydides, quae fuit alioqui anno* xv. *ſi a die et menſe cenſeretur.*

Caeterum priorem illam Epocham *Hiſtoricam* ait *Thucydides* fuiſſe poſt xivm. annum ab *induciis tricennalibus* a capta *Euboea* mox initis, coepto autem anno xvo. Sic enim eius habent diſerta verba: Τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν αἱ τριακοντούτεις σπονδαὶ, αἱ ἐγένοντο μετ' Εὐβοίας ἅλωσιν· τῷ δὲ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει, etc. Refertque illa ad rem *Plataeae* geſtam a *Thebanis*. L. II. 2. Idem tamen poſtea *Pliſtoanactis* irruptionem in *Atticam* annis xiv. antiquiorem cenſet. Et quidem quo loco agit de poſteriori *Archidami* irruptione, quam re geſta ad *Plataeam* diebus lxxx. recentiorem *Thucydidis* ipſius teſtimonio probauimus. Quanquam autem cum hac *Archidami* irruptione anni huius xivi. mentionem iunxerit *Thucydides*: non tamen, vt videtur, in *illa* eorum *finem* poſuit, ſed in ipſius *Belli* potius, vt videtur, *initio*. Idque fortaſſis innuunt illius verba: μεμνημένοι (loquitur de *Athenienſibus*) καὶ Πλειςοάνακτα τὸν Παυσανίου Λακεδαιμονίων βασιλέα, ὅτε ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θρίωζε ςρατῷ Πελοποννησίων, ΠΡΟ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν, ἀνεχώρησε πάλιν, ἐς τὸ πλέον οὐκέτι προελθών. L. II. c. 21. Intelligit ergo non hoc *poſterius* initium, quanquam cum *quatuordecim* annorum mentione coniunctum. Imo ne quidem *prius* a re geſta ad *Plataeam*, quam ipſam etiam *Belli* anno aſſignat xvo. Erat enim certe illa *Pliſtoanactis* Expeditio non *induciis* modo *tricennalibus* ſuperior, verum etiam capta *Euboea*, (poſt quam *ſecutas* inducias ipſe teſtatur,) imo *par* ipſi *Periclis* Expeditioni in *Euboeam*. Nam poſt *Pliſtoanactis* reditum, rediit *Pericles* in *Euboeam*, eamque *Athenienſibus* ſubegit. Sic etiam Auctor noſter L. I. 114. Et poſt *ſubactam Euboeam*, tum demum ſequebantur *inducias*. Quomodo ergo annum xvm. ab *induciis* cenſet *Thucydides* ad huius *Belli* initium, ſi quidem ab irruptione *Pliſtoanactis*, quae inducias *praeceſſit*, annum tamen numerat tantummodo xivm? Vix poterunt haec referri ad *Archontem ſemeſtrem*, qui tamen aliis omnibus *Archontibus* annuis *iunctis* pro *annuo* habitus fuerit, vt quando annos a fuga *Xerxis* ad initium Belli *Peloponneſiaci* ſupputat *quinquaginta*. Sic enim xvo. anno *exeunte* coeperit *Bellum*, cum *Archonti* xvo. *duo* duntaxat ſupereſſent *menſes*. Ita res ſi fuiſſet, incommode *irruptionem* induciis *priorem* ad annum retuliſſet xivm. iam *nouo* anno ad *exitum* vergente.

Crediderim potius, pro more ſuo (quem oſtendimus) intelligendum eſſe *Thucydidem*. Vt ſcilicet irruptio illa *Pliſtoanactis* induciis *antiquior* ad *Aeſtatem* referenda fuerit, quae hanc *primam* Belli *Aeſtatem* praeceſſerit XIV^am. Ita cum *Aeſtas* ipſa *Belli Olympiadis* fuerit LXXXVII^ae. ½. XIV^a. iſta *Aeſtas Olympiadis* fuerit proinde LXXXIV^ae. ½. Et quidem ſatis commode. *Induciae* enim ipſae erant *Ol.* LXXXIV. 3. nempe *exeunte*. Proinde etiam *Atticae* deuaſtatio a *Pliſtoanacte*, quae inducias *praeceſſit*, erat etiam ipſa *menſe* Vernali *primo*, ſed, vt videtur, *ineunte*. Si enim menſem Vernalem *primum* praeceſſiſſet, fieri non potuit, quin in *Hyemem* ſaltem *ante* Aeſtatem Belli *primam* XV^am. incidiſſet. Nec ſane res a *Pericle* geſtae, poſt reditum *Pliſtoanactis*, ad *Euboeam* ante *inducias* moram aliquam admodum *diutinam* exigebant. Erat enim in propinquo *Euboea*; nec *ſignis* inuicem *collatis*, ſed *terrore* potius, rem geſtam fuiſſe veriſimillimum eſt. Quo tamen commodius ea omnia illo anno euenirent, contigit, vt annus *ille* fuerit *intercalaris*. Sic enim factum, vt menſis etiam *Elaphebolion* ad *Veris*, atque adeo ad *Aeſtatis Thucydideae ſemeſtris* rationes acceſſerit. Sic tamen certe neceſſe erat, vt ſaltem *Attico Elaphebolione Pliſtoanax Atticam* praedatus fuerit. Inibat ille *Martii Iuliani* die XVIII°. pro noſtris *Tabulis*, tempore tam *breui* Expeditioni non incommodo. Sic potuit *Munychionis* fine annus XV^us. cenſeri ab *induciis* initio *Munychionis*, vel *Elaphebolionis* fine, initis; et tamen a *Pliſtoanactis* Expeditione *Elaphebolionis* initio fortaſſe ſuſcepta, (certe ante ipſas *inducias*) annus ſupputari tantummodo XIV^us. Qua nempe ſupputatio per *tempeſtates* procedebat, quem *Thucydidis* morem fuiſſe oſtendimus.

Sect. XVI.

Annorum Chryſidis Sacerdotis Argiuae initium.

Annales autem ſequentes deſignauimus *nota* etiam illa, quam in *primo* Belli *Peloponneſiaci* anno dedit ipſe *Thucydides*, annorum ſcilicet *Sacerdotum Argiuarum*. Sic enim cum *Hellanici* Chronologia, qui *primus* Epocham illam, vt videtur, adhibuit, ſuam quoque voluit nectere *Thucydides*. Sed *anni* illi *Sacerdotum*, non ab *vno* aliquo, et *explorato* initio, procedunt, pro more *Regum* in Epocha *Nabonaſſarea*, quorum anni ſemper a *Thoth mobili* inibant, quacunque demum anni *Aegyptiaci*, vel potius *Chaldaici*, parte Reges ipſi in ſedem Regiam ſucceſſiſſent. Sic enim habebant *Aſtronomi* certa ſpatia quibus Obſeruationes ſuas *priores poſterioresque* concluderent. Non ita ſe res habebat in annis *Sacerdotum Argiuarum*. Hoc alibi innuit ipſe *f*) *Thucydides* quo loco *exſilium* eiusdem *Chryſidis* memorat. Nam et *menſem* Belli indicauit quousque *ipſa* pertigerit. Non alio, vt videtur, conſilio, quam vt ita compertum haberet Lector, vnde ſucceſſoris *Phaeinidis* anni eſſent ſupputandi. Idem quod non fecerit in *Chryſide*, cauſa eſſe potuit, quod illius initium deſignaſſet *Hellanicus*, quod ſane veriſimillimum eſt. Illius enim, vt videtur, exemplo initium *Phaeinidis* ita accurate conſtituit *Thucydides*, vt *reliqui* deinceps huius Belli anni ad quotum *Phaeinidis* annum referendi eſſent, Lectori conſtaret. Hoc ſi verum, ſimiliter *Hellanicus Chryſidis*, ſub qua vixerit ipſe, *exordialem* conſtituerit, non *annum* modo verum etiam *menſem* (nec voluit actum agere *Thucydides*) qui tamen cum *Hellanici* opere iam olim interciderint. Neſcimus ergo *menſem Atticum*, quo anni *Chryſidis* noui inierint. Hoc vnum ſcimus, exeunte *Munychione*, quo res geſta erat ad *Plataeam*, nondum elapſum eſſe annum illius XLVIII^m. et ne quidem *forte* propinquum illius fuiſſe finem. Sed cum in anni *Thucydidei initium* inciderit hic euentus, proinde laxos admodum oportet eſſe *anni* limites qui inde colliguntur. Nec enim intelligimus, anno *Chryſidis ineunte*, an *exeunte*, an *affecto*, *Plataeam* occuparint *Thebani*. Potius tamen eo propendeo, vt annus *medius* intelligatur. *Alia* certe forma *Thucydidis* eſt, qua annum *plenum* indicat, nouum autem *ineuntem* in cauſa induciarum tricennalium: *Quatuordecim quidem annos duranerunt: ſed decimo quinto anno etc.* II. 2. Et initium eius incommodum fuiſſe texendis Annalibus, ipſe innuit verbis illis: ἢ ἀπὸ τιμῆς τινὸς τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγενημένα σημαινόντων. I. v. 20. Haec *Chryſidis* initium ſpectant, innuuntque etiam ipſum in *medios* annos incidiſſe. Sed ſatis fortaſſe coniecturarum. Meminerit autem Lector, *Annalium* nomine non ſolos *Belli Peloponneſiaci* annos complecti, de quibus agit *Thucydides* ex profeſſo, ſed et *alios* quoscunque, quos aliud agens obiterque deſignauit.

Sect. XVII.

Natus Thucydides Ol. LXXVII. ¾. *Forte poſt Hecatomb.* XXI.

Haec de *Annalibus*. Pauca iam de *Thucydidis aetate*, deque *tempore*, quo hos, quos habemus, Libros elegantiſſimos conſcripſerit, paulo, quam hactenus factum, accuratius. *Aetatem Thucydidis* docuit e *Pamphila Gellius* Noct. Att. XV. Nempe *Belli*, de quo ſcripſit, *Peloponneſiaci initio* annum egiſſe XL^m. Ita *Natalem* habuerit *Ol.* LXXVII. ¾. Archonte, pro noſtris Tabulis, *Praxiera*. Haec illa ſub *Nerone*, ſeu a viro didicerit, ſeu e doctorum cum viro ſuo *colloquiis*, ſeu e *ſcriptis lectisque* a ſe *monumentis*. Hauſit enim e *ſingulis* nonnulla, incertumque eſt, cui horum *fontium* debuerit quae nos *Pamphilae* debemus de Scriptorum antiquiſſimorum *aetatibus*, *Hellanici*, *Herodoti*, atque *Thucydidis*. Nihil autem *pugnat* quo minus *Verus* eſſe potuerit ab ea proditus *Natalis*. Si tamen per *Archontes Thucydidis* annos numeraverit, *Archon* ille *Pythodorus*, ſub quo coepit *Bellum*, Archon erat a praedicto *Archonte* XLI^us. propter *Archontem Ol.* LXXVI. 4. *ſemeſtrem*. Sic *natus* fuerit potius ſub *Archonte Ol.* LXXVII. ⅔. Sin ab anni Natalis *tempeſtate*, vel *menſe Attico*, calculum deduxerit, vel a *die* etiam *Natali*, quo fuerit in publicam *Ciuitatis* matriculam, vel γράμμα Ληξιαρχικὸν, relatus (quod puto ſane veriſimilius) ſic magis ad *veritatem* accedet annus, quem dixi, *ſuperior*. Sed multum intereſt a *quo* praedictorum *principiorum* Belli *Peloponneſiaci* originem deduxerit *Pamphila*. Si quidem, pro ipſius *Thucydidis* more, per *tempeſtates* annos partitus fuerit Auctor *Pamphilae*, ita *Thucydidis Natalis*

f) *Thucyd.* L. IV. c. 133.

menſe *Attico Munychione* recentior fuerit oportet, quo Belli *Peloponneſiaci Ver primum* iniiſſe probauimus. *Annus* enim *Natalis* eius *Ol.* LXXVII. $\frac{1}{2}$ *communis* erat, cuius proinde rationibus nullus accedere potuit *Elaphebolion.* Sin autem a re geſta ad *Plataeam* Belli ortum ſupputarit, ita poſt *finem Munychionis* dies fuerit Natalis *Thucydidis* in anno *Attico:* eodem tamen eſſe potuit, quo per rationes ſuperiores, *Archonte.* Fieri tamen poteſt, vt a *Lacedaemoniorum* impreſſione in agrum *Atticum* Belli *ortum* arceſſiuerit. Hoc enim *initium* video apud iuniores fuiſſe recept ſſimum. Ita certe *Diodorus* qui ad *Archontem* retulit *Euthydemum.* Ita ε) *Dionyſius Halicarnaſſaeus*, qui *Lyſimachum Archontem* numerat Vm. ante Bellum *Peloponneſiacum*, qui tamen Vus. non erat ante *Pythodorum*, ſed *Euthydemum.* Ita et alii illi, qui (praeter *Thucydidem*) annos numerabant L. ab Expeditione *Xerxis* ad Bellum *Peloponneſicum Demoſthen.* in Neaeram et *Plato* L. III. Leg. Nec tamen *Archontis ſemeſtris* rationem habebant. Sic et *Cicero* VII. ad *Attic.* Ep. II. Inde error *Diodori*, qui inſidias in *Plataeam* ſub *Archonte* narrat *Euthydemo.* Quod ſcilicet *primo* Belli anno inſidias illas legiſſet in *Thucydide.* Oblitus tamen Auctores, quorum fidem ſecutus eſt in Belli initio ſub *Euthydemo*, non ab illis *inſidiis*, ſed ab irruptione *Peloponneſiorum* in *Atticam*, originem *Belli* cenſuiſſe. Ex his exemplis *initium* illud Belli *recentiſſimum* apud *iuniores* receptiſſimum fuiſſe ſuſcipio eſt. Ita ergo ſi de Belli huius *exordio* ſenſerit Auctor *Pamphilae*, poſt *Hecatombaeonis* diem XXIm. Natalem *Thucydidis* ſtatuere oportebit. Sic tamen etiam ſatis commode quadrabit in *annum* illum, quem Nos *duplici* anno *Olympiadico* deſignauimus Si autem huius *Hecatombaeonis* die XXI. annum *aetatis* XLm. nondum impleverit; ſic erit neceſſe, vt anno praedicto *Ol.* LXXVII. $\frac{1}{2}$ *natus* fuerit poſt diem praedictum *Hecatombaeonis*, et proinde anni parte *poſteriori*, quae *Olympiadis* anno potius *ſecundo* reſponderit. Caeterum vel ita *Archontem*, pro *noſtris* ſaltem hypotheſibus, habebit *natalitium.* Sic etiam antiquius habebimus exemplum *Natalis* monumentis conſignati; *Euripidem* enim eodem *die* natum tradunt, quo praelium erat *Salaminium.* Hoc quaeſo vnde praeterquam e matricula *Ciuitatis* publica? Ea autem ſi eousque pertigerit; cur, quaeſo, dubitemus quin ſuffecerit conſignando etiam *Thucydidis Natali?* Habemus certe eiusdem, qua natus eſt *Thucydides*, *Olymp.* LXXVII. paulo *iuniorem* Natalem *Socratis*, anno nempe illius 4o. apud *Laërtium.*

Sect. XVIII.

Olymp. LXXXI. *Herodotum Olympiis recitantem audiit forſaſſe puer Thucydides.*

Primum *indolis* generoſae et *ſtudiis* liberalibus addictae ſignum eſſe volunt, quod, cum *Herodotum* audiret *Olympiis* Hiſtoriam ſuam cum Auditorum plauſu recitantem, quaſi enthuſiaſmo quodam perculſus, dicitur illacrymaſſe. Hoc enim pro laeto futurorum omine habuiſſe dicunt *Herodorum*, vt patri *Thucydidis Oloro* gratulatus fuerit filium πρὸς τὰ μαθήματα ὀργῶντα. Sic enim *Themiſtocli* ſomnum ademerunt tropaea *Miltiadis Marathonia.* Tunc *puerum Thucydidem* fuiſſe tradit *Suidas.* Erantque ſane *pueriles* illae *lacrymae.* Si ergo *Elidenſia* illa fuerint *Olympia*, quae in *pueritiam Thucydidis* inciderint, pro *pueritiae* cenſu apud *Graecos*, quae annum *aetatis* XVIIm. non ſuperabat. Sic enim *Pueritiam* cenſebant *Lacedaemonii* atque *Athenienſes Graecorum* Principes. Sic et *Seruius Tullius* apud *Romanos*, dum adhuc *Graecorum* mores *Romani* aemularentur. Nulla autem erat *Olympias* magis idonea quam fuerit *Olymp.* LXXXI^{a}. Haec enim in annum *Thucydidis* quadrabat XVm. *Herodoti* autem XXVIIIm. Maiorem enim illum *Thucydide* annis *tredecim* eadem fecere, quaecunque demum illa fuerint, *Pamphilae* monumenta. Et certe *Elidenſia* illa *Olympia* facit *Lucianus.* Hinc ergo corrigenda quae dedimus in *Olympionicarum* Tabula *Alphabetica* ſub nomine *Herodori.* Sequente ſane *Olympiade Pueritia* egreſſus eſt *Thucydides.* Praecedente autem *Olympiade*, cum annum ageret duntaxat XIm. *minor* erat fortaſſe quam vt tam eximiam ederet aeſtuantis ad praeclara indolis ſignificationem. Fieri tamen poteſt, vt ne quidem hoc ſua caruerit veriſimilitudine. Quo autem *citius* Hiſtoriam ſcripſerit *Herodotus*, eo *ſteriliorem* fuiſſe neceſſe erat, cum partem illius longe maximam non e *ſcriptis* monumentis hauſerit, ſed e ſuis *peregrinationibus*, e maiorum regionis cuiusque *Traditionibus*, viuisque *colloquiis.* Haec ſcribere non potuit ante *Peregrinationes*, quarum pleraeque erant his temporibus *recentiores.* Vt tamen *Athenienſium* haec fuerint *Olympia* quibus *Hiſtoriam*, *Thucydide* audiente, recitarit *Herodotus*; ne quidem ita patitur *aetas Thucydidis puerilis*, vt longe diſtarit annus *recitationis* ab anno modo *deſignato.* Hic autem gratulandum, ſi vel *proxime* ad veritatem acceſſerimus. Sic annum impleuerit *Thucydides* XVIIIm. *Ol.* LXXXI. $\frac{3}{4}$. inde *biennium* in περιπόλοις Ol. $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{4}$. nondum maturus Expeditionibus, pro more patriae, *extra*neis ante *Ol.* 82. $\frac{1}{4}$.

Sect. XIX.

Thucydidis στρατηγία Amphipolitana Ol. 89. 1. *Ea expleta per vicennium exulauit, reuocatus Archonte Euclide Olymp.* 94. 2.

His itaque ita expeditis, iam non longe, vt opinor, aberrabimus ab integra *Thucydidis aetate. Exſilii* ſui tempus docuit ipſe *Thucydides.* Ait enim fuiſſe μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν. L. V. 26. Idem docuit etiam *annum*, quo, re male geſta ad *Amphipolim*, exſilium meruerit. Is annus erat *Belli* VIIIus. coepta iam *Hyeme;* Proinde anno ad *exitum* vergente, *Ol.* 89. 1. Sic equidem pro noſtris rationibus. L. IV. 104. Impleto iam *aetatis* anno XLVII. coepto autem, vt videtur, XLVIII. Sunt qui ex *Oſtraciſmi* lege illud credunt fuiſſe *exſilium.* Erant viciſſim qui *damnatoriam* illam ſententiam fuiſſe cenſebant. Ita ſunt incertae iuniorum Grammaticorum ſententiae de hominum priuatorum *vitis*, in his praeſertim, in quibus iam verſamur, temporibus; cum nempe

ε) *Dionyſ. Hal.* Iſocrat.

nulli essent etiamnum *Biographi*. Sed locum non habebat *Ostracismus* in causis male gestae Reipublicae, proditaeque patriae. Haec autem legimus obiecta *Thucydidi*. Et ne quidem *poenae* duratio eadem erat quae *Ostracismi*. In *Ostracismo* redibant post *decennium*, nec poenae *reuocationem* exspectabant, si noua aliqua sententia non percellerentur, vt factum est in causa *Themistoclis*. Suum *exsilium vicennale* fuisse docet ipse b) *Thucydides*. Verba eius diserta sunt: ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει στρατηγίαν. *Continuum* illud *vicennium* fuisse satis constat, ne *reditum* post *decennium* comminiscamur, et *nouam* aliquam *sententiam*, quae primi exilii spatium protraxerit. Is certe *vnicam* exsilii *vicennalis* causam agnouit, rem gestam infeliciter ad *Amphipolim*. Erat ergo hoc illius *exsilium* sine termino, dum *contraria* aliqua Reipublicae *sententia* reuocaretur. Plane vt solebant esse recepta Rerumpublicarum *exsilia*. Et quidem habemus istiusmodi sententiam *reuocatoriam* ipso illo spatio a *Thucydide* assignato *vicennii*. Nam ab illa στρατηγίᾳ sua *Amphipolitana* annos illos constat numerare *Thucydidem*. Sed vero in *Hyemem* anni VIIII. Belli incidit *Amphipolis* occupatio a *Brasida*. Proinde στρατηγίας annus erat *Olymp.* LXXXIX. 1. Tenuit ergo ad *Olymp.* LXXXIX. 2. qui *primus* adeo annus fuerit *Exsilii*. Abdicauit enim *Ol.* 89. 1. fine, proinde *Olymp.* 89 2. officii a se gesti rationem redditurus. Sic *Olymp.* XCIV. 2. *initio* Exsilii *vicennium* impleuerit, quo celeberrimum erat ψήφισμα de ἀμνηστείᾳ rerum πρὸ Εὐκλείδου. Hoc enim *Olymp.* 94. 2. *Archon* erat *Euclides*. Huic ergo ἀμνηστείᾳ patriam debuit *Thucydides*. Nec enim causa suberat, cur *soli* negaretur *communis* huius *Indulgentiae* beneficium. Erat enim *delictum* illius *leue*, qui quanquam *tarditate* sua amisit *Amphipolim*, sic tamen satis opportune adfuerit seruandae *Eioni*. Atque ita sensisse *Thucydidis* ciues, e *poenae leuitate* colligimus, quae tanta erat vt Grammaticis *iunioribus* pro *Ostracismo* haberetur. *Bonorum* iacturam fecit plane nullam. Hoc inde constat, quod *foeneraticiam exsul* exercuerit. Hoc habuit cum *Ostracismo* commune. Et quidem in *Aegina* exercuit, quae insula erat *ditionis Atticae*, licet in *ipsa* non fuerit *Attica*. Hic etiam par fuit in poena *Thucydidis* atque in *Ostracismo* mansuetudo. Quare si quis *alius* particeps fuerit huius *indulgentiae*, non erat profecto cur *Thucydidem* illius participem non fuisse existimemus. Non est ergo cur illius ἀμνησικακίαν miremur, qui *nuper* patriam alienae ἀμνηστείᾳ debuerit. Causa tamen *remotiores* illos ab *his* temporibus, quos dixi, latuit *Grammaticos*, qui ne quidem *reditum* illius ab *exsilio* satis exploratum habuerunt. Sed *reditum* concessum exsulibus e *Philochoro* et *Demetrio Phalereo* obseruauit *Marcellinus*. Non *mox* a clade *Sicula*, vt credidit ipse, sed pulsis demum XXX. tyrannis a *Thrasybulo*. *Priorem* alium reditum post cladem *Siculam* nusquam legimus. Hunc autem *reditum* non apud *praedictos* duntaxat Auctores, sed apud *alios* quoque, quos habemus multos, consignatum habemus. In *redeuntium* numero fuisse *Thucydidem Didymus* docuit atque *Zopyrus*, eodem teste *Marcellino*. Nec vero alio, quam quo dixi, *tempore* rediisse, e numero *annorum*, quibus exsularit, *Thucydide* ipso Auctore, iam ostendimus. Etiam e *re* ipsa petitum Argumentum adduxit *Zopyrus*, e *cippo* nempe *Sepulcrali* in ipsa *Attica* in *Coela* ad portas *Melitidas*, cum Inscriptione *nominis* et *Patris*. Et quidem inter monumenta *Cimonia*. Nec enim haec toleratura erat illorum temporum disciplina in memoriam hominis *extorris* et *damnati*. Sed omnem plane dubitandi causam tollunt quae ex ipso *Thucydide* iam adduximus.

b) *Thucyd.* L. v. §. 26.

Sect. XX.

Olymp. $\frac{11}{12}$. $\frac{2}{3}$. *in coloniam Thuriorum in Italiam missus Thucydides.*

Neque vero est cur de *monumenti* illius *fide* propterea dubitemus, quod in monumentis *Cimoniis* locum habuerit, non *Thucydides* modo, verum etiam *Herodotus*. Maximo *Reinesio* hoc suspectum visum est, quod in monumentis *Cimoniis* fuerit *Herodotus*, quem nullo propinquitatis gradu *Cimonem* attigisse censuit. Inde etiam, quae de *Thucydidis* monumento in eodem *Marcellino* legimus, suspecta habet. Sed alia sunt quae *Thucydidis* cum *Cimone* necessitudinem euincant, de quibus iam agendum non est. Quod vero ad *Herodotum* attinet, meminisse oportebat, *extraneum* origine fuisse *Herodotum*, *Dorem*, non *Ionem*, et ciuem *Athenienſem* duntaxat *adscitium*. Nondum ergo *familiam* habebat, nec *Sacra familiaria*, nec *Sepulcra*, nisi per aliquam, quam nescimus, *Adoptionem priuatae* se *familiae* inseruisset. Hucusque ergo, per *nouorum ciuium* beneuolentiam, constitutis familiarum *sepulcris* condendus erat, quocunque libebat, impetrata eius, qui *Ius* sepulcri habebat, *venia*. Sic enim ad *Abrahamum Hethaei: In electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.* Gen. XXIII. 6. Non tamen propterea erat *Abrahamus* certae illi *familiae* adscribendus. Ergo *Herodoti* sepulcrum hic constitutum arbitror, propterea quod in coloniam *Thuriorum* missus esset vt ciuis *Athenienſis*. Hoc enim *sepulcri* sibi adsignati iure Ius *Ciuitatis Athenienſis Metropolitanae* etiam *absens* in *Thuriis* sibi asserebat; vt nempe *Februa parentationesque*, Graecis Κτέρεα, a ciuibus *Athenienſibus* assequeretur, siqui *defuncti* memoriam ita colendam sibi existimarent. Et si qui forte *Herodoti* posteri *Thuriis* ad *Athenas* redirent, et illi quoque *sepulcri* illius nomine inscripti *ius* habebant. *Familiae* autem alicui erat inferendus, vt *Tribum* et Φράτορας agnosceret, inter quos debita Reip. munera essent obeunda. Non tamen propterea certum erat, vbi *situs* ipse esset *Herodotus*. Alii enim ipsum in *Thuriis*, alii in *Macedonia*, sepultum existimabant, non alia, vt videtur, causa quam *ciuitatis* iuri asserendo. Nam in *vnico* duntaxat sepulcro *reliquiae* condi poterant. Reliqua *Cenotaphia* fuisse necesse erat, potius quam *Sepulcra*, *Ciuitatis*, vt dixi, *Iuri* asserendo. *Herodoto* autem et *Thucydidi*, tam *propinqua* sepulcra fuisse videntur, propter *communem* vtique *Thuriorum* coloniam. Nam sub *Xenocrite Sybarin* concessisse, quae *colonia* erat in *Italia Thuriorum*, habemus ex Anonymo. *Lamponem* autem et

Xenocritum duces coloniae *Atticae* ad *Thurios* agnoſcit *i*) *Diodorus*. Non eſt cur dubitemus hanc *eandem* fuiſſe *coloniam* cum ea, cuius particeps erat *Herodotus*. Sed *tempus* accuratius erat *Ol.* $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{5}$ nempe Annus U. C. *Varronian.* 310. vt docet *k*) *Plinius*. Inde factum vt *Timaeus* aliique *Thucydidem* in *Italia* ſepultum exiſtimarent, teſte *Marcellino*. Errore, vt videtur, exinde nato, quod cum *Ciuitatis* iure, *ſepulcrum* reperiſſent in *Thuriis* illius *nomine* inſignitum, quod Argumentum *fallaciſſimum* oſtendimus. *Ius* tamen *Ciuitatis Thuriorum* ex illo *ſepulcri* iure recte colligemus. Condita autem illa *colonia* eſt *Thucydidis* anno XXVII°. Potuit ergo etiam *Italiam* redire, quo tempore *exſulabat*, vt volebat *Timaeus* aliique. Quanquum illud pro abſurdo habeat *Marcellinus*.

Sect. XXI.

In colonia Thuriorum breui tempore manſiſſe neceſſe eſt.

Quamdiu manſerit noſter in colonia *Itala*, ſtatuere difficillimum eſt. Certum autem eſt *diu* ante *Lyſiam* rediiſſe, et cladem *Siculam*, quae has oras *Athenienſibus* reddiderit infeſtas. Certum eſt rediiſſe ante *στρατηγίαν Amphipolitanam*, quae illi *cauſam exſilii* ſuppeditarit. Haec erat anno, vti diximus, *Belli* VIII°. Certum porro rediiſſe *antea* quam Ciuitas conualuiſſet e *peſte*, qua ſe etiam correptum agnoſcit, et ſe praeſentem fuiſſe docet anno *Belli* II°. Imo per Bellum *Peloponneſiacum vniuerſum* alterutris ſeſe interfuiſſe teſtatur *διὰ παντὸς*, *ante* exſilium ſuis ciuibus *Athenienſibus*, *poſtea* etiam *Peloponneſiis*. L. v. 26. Quare ante Bellum *Peloponneſiacum* redierit oportet. Verba de *reditu* eius haec habet Anonymus: Ὡς ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας, συγχύσεως δικαςηρίου Φεύγων ἑάλω· ὕςερον δὲ ἐξοςρακίζεται ἔτη δέκα. Si quidem vllus fuerit *Oſtraciſmo* locus a praedicto exſilio *alius*, quo *expleto* in *patriam* redierit; ſic integro *decennio* patria exſularit ante *initium* Belli *Peloponneſiaci*, et tamen poſtea quam cauſa illa victus fuiſſet *συγχύσεως δικαςηρίου*. Annus XXX. ante *Bellum* erat *Olymp.* LXXXIV. $\frac{3}{4}$. a coloniae *Thuriorum Atticae* initio IVS. Imo *antea* rediiſſe neceſſe erat, vt cauſam illam ageret *συγχύσεως*, qua inferior diſceſſit. Praeceptorem *Thucydidis Antiphontem* ὕποπτον fuiſſe τοῖς δικαςηρίοις idem tradiderat Anonymus. Addit inde, καὶ διὰ ταῦτα λέγοντος μὲν οὐκ ἠνείχοντο αὐτοῦ. Neſcio annon de tali aliqua *arte* Tribunalia *circumueniendi* Actio fuerit in diſcipulum. Et ſane *artem* aliquam fuiſſe conſentaneum eſt, qua *Periclem* vicerit accuſantem in cauſa *Pyrilampis* amaſii. Sic modico admodum tempore in *colonia* manſerit. Sed omnem illam *Oſtraciſmi* cauſam fateor eſſe ſuſpectam. Nec ſuppetunt res geſtae *Thucydidis*, quae oſtendant vbinam fuerit *ante* Bellum *Peloponneſiacum*, aut quomodo *occuparus*.

Sect. XXII.

Conueniunt cum rationibus Pamphilae verba ipſa Thucydidis.

Interim *Thucydidem* ad annum *vitae* ſaltem LXVIII. perduximus. Hunc enim egit annum Archonte *Euclide*, ſub quo ἀμνηςείας beneficio ab *exſilio* redierit *vicennali*. Et quidem *illi aetati* conueniunt ipſius verba de ſeipſo per Bellum vniuerſum ſuperſtite: *l*) Ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ, αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ, καὶ προσέχων τὴν γνώμην ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι. Hoc in loco ἡλικία *aetas* eſt *militaris* rebusque *gerendis* idonea. Id ergo vult, *dum vires annique ſinerent*, coram ſe *interfuiſſe* rebus a ſe narrandis, et ſuis *oculis* quodammodo vſurpaſſe, et *ſua* proinde *fide* earum fidem praeſtare poſſe. In reliquis autem *deinde* geſtis, quaeque proinde *ipſe* ſcire non potuerit, vt *aliena fide* haurienda eſſent, mentem tamen, quam potuit, attentam diligentiamque omnem adhibuiſſe, vt fide etiam *aliena* haberet munitiſſima; nec eſſe adeo cur de rebus a ſe traditis Lector aliquatenus dubitaret. Nam et illa quoque quae ab *hoſtibus* didicerat *exſul* Peloponneſiis per *otium* tamen a ſe expenſa. Hoc vult, opinor, verbis illis: καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι. Ne ſcilicet *hoſtibus*, de rebus a ſe geſtis, *temere* videretur fidem adhibuiſſe. Αἴσθησις vtrobique *certa* eſt atque *explorata* notitia. Supponit ergo ea ſe *iam* aetate fuiſſe, quae per *leges* patrias a rebus *militiae* gerendis excuſaretur. Erat autem ἡλικία *Athenienſium* στρατεύσιμος annorum non XL. vt volebat *m*) *Petitus*; ſed LX. Sic enim *Harpocration* voce Ἐπώνυμος, et *Pollux* L. II. c. 2. §. 6. aliique multi. Isque *numerus* conficitur ex annis XLII. in *militari catalogo* recenſendis ab anno aetatis XVIII°. Conuenit ergo *Thucydides* ipſe cum praedictis *Pamphilae* rationibus. Proinde male *Marcellinus* ſcribit παύσασθαι τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη. Suſpicor potius *antiquitus* ſcriptum π' ἔτη, e quibus iunior aliquis Librarius fecerit πεντήκοντα. Nam in ipſo Belli fine propiorem illum *octogenario*, quam *quinquagenario*, iam probauimus. Si verum hoc, ita vltra *Olymp.* XCVII. $\frac{1}{2}$. pertigerit, nempe vltra annum a *Bello* profligato XIII^m.

Sect. XXIII.

Thucydidis Opus, quod habemus, non paucorum erat annorum.

Suntque equidem quae ſuadeant *multis* illum poſt Bellum *Peloponneſiacum* annis ſuperſtitem fuiſſe. Imprimis illud, quod tum demum *Hiſtoriae ſcribendae* ſe addixerit ex profeſſo, quod ſane opus *non paucorum* erat *annorum*, pro illius Seculi diſciplina. Praeſertim in *ſtyli noui* affectatoribus, e quorum numero noſter erat *Thucydides*. Siquidem verum ſit, de quo ſupra diximus, auditum a *Thucydide* etiamnum puero *Herodotum* in *Olympiis* ſua recitantem, ingenti omnium applauſu; tum quoque *Hiſtorias* ſuas *ſtylo artificioque* accuratiſſimo abſoluerat *Herodotus*. Et tamen *multorum* deinceps *annorum* curam poſitam in *ſtylo* accurando produnt Notae, quas in illis legimus, Belli *Peloponneſiaci*. Nec aliter *Thucydide* paullo iunior *Iſocrates*. Annos in vna *Oratione* polienda XII. poſuit, in alia XV, quae tamen *ambae* longe *breuiores* ſunt accuratiſſima hac, quam habemus, *Thucydidis* lucubratione. Erat profecto *proprius Thucydidi* labor, quod *ſtylum nouum* condiderit et *veteres* ita imitatus fuerit, vt

i) *Diod.* Ol. 83. 3. *k*) *Plin.* Nat. Hiſt. XII. 4. *l*) *Thucyd.* V. 26. *m*) *Petit.* Leg. *Attic.*

nihilominus *proprio iudicio* vteretur in *diuerſis* diuerſorum virtutibus inter ſe *miſcendis*, deque obſeruando Argumenti, in quo verſabatur, *decoro*. Et multa tamen *ſingularia* in illo obſeruarunt *Critici* veteres *Dionyſius Halicarnaſſeus*, *Longinus*, *Marcellinus*, aliique, a ſe nimirum *primo* excogitata. Ex his omnibus non eſt profecto cur miremur, ſi *lentius* proceſſerit partus ille vere *Elephantinus*. Quantum *diſcrimen* fuerit inter *primas ſecundasque* illius Φροντίδας, vel e Libro *vltimo* colligimus, qui manum illius *vltimam* non acceperit. Effecit id, vt ne quidem pro *Thucydidis* genuino opere haberetur. Et tamen vel ita tot elucebant in illo praeſtantiſſimi ingenii ſpecimina, vt ne quidem a *Marcellino* obtinuerit, vt illius *filiae* tribueretur. Et tot *propria* etiam ſtyli *Thucydidei*, vt neuter *Thucydidis* continuator, ſeu *Xenophon* ſeu *Theopompus*, aſſecutus fuerit a *Criticis* poſteris, vt illius *Auctor* exiſtimaretur. Sic nempe *primis* illius cogitatis *ornatior*, vt tamen, guſtu Criticorum, *poſtremis* iudicaretur *inferior*. Sic ergo intelligimus, quantum acceſſerit operis nitori per iteratas *Retractationes*, quantumque adeo *morae* neceſſarium fuerit ad *ſupremae manus* elegantiam. Recte itaque *non paucorum annorum* ornatum illum fuiſſe colligimus ab eo vsque *tempore* a quo *primo* totus in hoc ſtudium incubuerit.

Sect. XXIV.

Nec tamen Operi accurando manum admouit Thucydides ante Bellum penitus finitum.

Supereſt ergo, vt iam probemus a Bello demum *Peloponneſiaco finito* ad ſcriptionis operam ſeſe noſtrum ex profeſſo accinxiſſe. Non equidem negamus *materiam* Hiſtoriae ſcribendae ab ipſo *Belli* mox *initio* quaeſitam eſſe atque paratam. Hoc ipſe indicat ipſo praeclari operis initio: α) ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου, καὶ ἐλπίσας (inquit) μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων· τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ etc. Voces ἐλπίσας et τεκμαιρόμενος *futuri* exſpectationem indicant nondum *euentu* comprobatam. Aliter importunum admodum fuiſſet e praeſenti *apparatu* de *euentu futuro* pronunciare, ſi iam *manifeſtus* fuiſſet, cum conſilium primum ſcribendi iniret, *euentus*. Inde et *Oracula* memorat, et *vulgi* rumorem a Belli *initio* ad *finem* vsque a *ſe* obſeruatum, de *tertio* huius Belli *nouennio*, quibus *exitus* reſponderit. β) Memorat etiam, vt vidimus, *rationes* cur partis vtriusque geſta habuerit explorata. Nempe quia *vtrisque* aderat, in *recentiſſima* geſtorum *memoria*. γ) Ὧν αὐτὸς ἤκουσα, et οἷς αὐτὸς παρῆν. Quo quaeſo haec conſilio, niſi vt longe haec repetita e narrantium *memoria* Lector non exiſtimaret, ſed *nuperrimis* hauſta doceret res gerentium *narrationibus*. Sed non vltra Hiſtoriae *materiam* proceſſit haec Auctoris diligentia, in *Aduerſaria* quaedam, *memoriae* cauſa, digeſtam. Hoc exinde colligimus, quod ne quidem *finem* operis a ſe deſignati, dum priora ſcriptis mandaret, haberet exploratum. Verba *Thucydidis* in hanc ſententiam diſertiſſima ſunt: δ) Γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ἐξῆς ὡς ἕκαστα ἐγένετο, κατὰ θέρη καὶ χειμῶνας· μέχρις οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθηναίων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέλαβον. Ἔτη δὲ ἐς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. Ita ſcribit, quaſi ad Belli *vniuerſi* finem Hiſtoriam ſuam, dum illa quoque commentaretur, perduxiſſet. Sed vero vltra Belli annum XXIm. ne quidem Liber ille VIIIus. pertingit, quem *Thucydidis* fuiſſe dubitabant. *Sequentium* annorum Acta ab eo prodita nemo Veterum comperta habuit. *Sequioris aeui* veteres ne quibus dignos fortaſſis exiſtimabimus qui hac in cauſa audiantur *Diodorum*, *Marcellinum* et minorum gentium *alios*; ſed *proximum* Thucydidi *Theopompum*, ſed *coaeuum* paene *Xenophontem*, qui fieri potuit vt laterent, ſi quae talia vnquam ſub illius vel *nomine*, in lucem prodiiſſent? Num etiam ipſam Thucydidis *filiam*, ſi quidem ipſa Libri VIIIi. Auctor fuerit? *Actum* illi omnes non egiſſent ſi quidem de *Thucydidis Scripto* vllo reſciuiſſent, quod ad Belli *finem* pertigiſſet. Facile vel inde intelligimus *nunquam* ſcripſiſſe illum, quae ſe hoc loco *ſcripſiſſe* profitetur; Nec proinde illum de *Scripto* aliquo literis mandato, ſed *deſtinato* duntaxat, eſſe intelligendum. Inde etiam diſcimus, vt *poſtremos* illos annos omnino non ſcripſit, ita ne quidem vltimi Libri res geſtas in *Scripta* redegiſſe ante Belli *finem*, ne quidem illa ipſa, quam habemus hodieque, forma *minus accurata*, quamque iudicabant *Critici* indignam nomine *Thucydidis*. Nam ſi ſcripſiſſet illos quoque *alios* ad Belli *finem* Libros, propter *Hiſtoriam*, retinuiſſent *Thucydidis continuatores*, vt Librum quem habemus *vltimum* retinuerunt. Libros certe, quos habemus, omnes, Bello tandem *expleto* ſcripſit. Idque de *manu* illius *vltima* Veteres etiam exiſtimabant. Iam vidimus vt *finem Belli*, eiusque annos *omnes* in Libro Vo. memorarit, et *Exſilium*, quod per annos XX. paſſus fuerat, ad ἀμνηστείαν ſub Archonte *Euclide*. Vel inde colligimus falſum eſſe, quod de *initio* poſt Libros reliquos ſcripto ab aliquibus obſeruatum docuit Anonymus, hoc vno ſcilicet argumento, quod in *initio* Belli iam *finis* meminerit. Quaſi vero non etiam *alibi* meminiſſet. Sed ſi ad operis ſuſcepti *finem* diſtuliſſet, ne quidem *Prooemium* habituri eſſemus. Operi enim *immortuum* eſſe agnoſcunt etiam *Critici* veteres, et *res* ipſa clamat. *Finem* enim ſcriptionis in Belli *fine* poſiturum *Thucydidem*, ex ipſo iam probauimus *Thucydide*. Huc autem tantum abeſt vt pertigerit, vt ne quidem *Libro*, eorum quos habemus, *vltimo* manum *vltimam* impoſuerit.

Sect. XXV.

Non ſcripſit certe in Exſilio, vt volebant Veteres a Thucydidis aetate remotiores.

Falſum ergo eſt, quod volunt veteres, a *Thucydidis* aetate *remotiores*, in *exſilio* haec ſcripſiſſe *Thucydidem*, quantacunque demum ſit ſuffragiorum iſtiusmodi de eo *concordia*. Non ſcilicet obſeruarunt ab illo in hoc ipſo *opere*, et *Exſilium* ipſum memorari, et *annum* Exſilii XXm.

α) L. I. §. 1. β) L. V. §. 26. γ) L. I. §. 22. δ) L. V. §. 26.

et Exſilii neceſſarium, vt iam probauimus, ſub *Euclide finem*. Et tamen *Exſilii* in eodem opere indicia ſe deprehendiſſe viſi ſunt, *inſenſique*, ob exſilium, in Ciues ſuos *animi*. Huc nempe referunt, quod „*Lacedaemoniis plurimum gratificari videretur, Athenienſium autem tyrannidem et auaritiam accuſare; cum alia contra eos ſcribendi non praeſtaretur opportunitas. Corinthiis accuſantibus, Lacedaemoniis ſuccenſentibus, et Mitylenaeis culpantibus, grandis in Athenienſium crimina inſurgebat, Laconicas victorias extollens, et Atticas calamitates, eas praecipue quae in Sicilia acceptae fuerint.*“ Sic Anonymus. Aliter *Marcellinus*, qui hoc ipſo nomine *Thucydidem* laudat, quod „*veritatis amans eſſet et moderatis moribus, nec iniuriae acceptae memor.*“ Ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὤν· καὶ τὰ ἤθη μέτριος. Et hac ipſa laude *Herodoto*, *Timaeo*, *Philiſto* atque *Xenophonti* anteferendum cenſet. Nec ſane *alienum* erat ab hoc *candore* ſi bonus ciuis patriae *calamitates* ſtylo *luctuoſo* deplorarit; aut ſi quae *crimina* illis ab *hoſtibus* obiicerentur, ea in *hoſtium perſona* enarrarit. Quam vero fuerit a *Laconismo* alienus, et quam *Ciuium* ſuorum ſtudioſus, oſtendunt verba eius de *vera* Belli *cauſa*: Τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι, μεγάλους γιγνομένους, καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν, I. 23. Et in eandem ſententiam alibi: Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς λελύσθαι, καὶ πολεμητέα εἶναι, οὐ τοσοῦτον τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὅσον φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους, μὴ ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα. I. 88. *Ciuibus* ſuis *Athenienſibus* nihil imputat praeter *felices* admodum progreſſus; *Lacedaemoniis* ſolennem receptamque *Athenienſium aemulationem*, atque inde natam *inuidiam*, *metumque*, ne tanta illa aemulorum *felicitas* in ſuum *detrimentum* cederet. Et quidem *Inuidiam* illam auitam oſtendit, et ab ipſa *Xerxis* fuga arceſſit, quae tum in eo praecipue eluxerit, quod *Vrbis* reſtaurationem *moeniumque* impediuiſſent, niſi felicior *Themiſtoclis* aſtutia illos fefelliſſet. Hoccine videbitur *Lacedaemoniis gratificari*, *ciues* autem *Athenienſes accuſare?* Contra potius ex hac tam inſigni in *Athenienſes beneuolentia* colligimus, *non* iam fuiſſe in *exſilio Thucydidem* cum illa commentaretur. Merito ergo tam *ſcriptionem* huius operis, quam *accurationem*, Bello *Peloponneſiaco* recentiorem fecimus. Quae cum *non paucorum* fuerint *annorum*, proinde *multis* poſt Bellum *annis* neceſſe erat *ſuperſtitem* fuiſſe *Thucydidem*.

Sect. XXVI.

Archelao Regi Macedonum ſuperſtes erat Thucydides. Proinde vltra Ol. 95. 3.

Eodem ſpectat quod e *Praxiphane* in Libro de *Hiſtoria* tradit *Marcellinus*, noſtrum ſcilicet, dum in *viuis* eſſet *Archelaus*, *nominis* fuiſſe *obſcuri; poſtea* vero *in ſumma apud omnes admiratione*. Nihil plane huc ſpectat coaeuus ipſi *Thucydidi Philoſophus Archelaus*. Vix eſt cur dubitemus quin fuerit *Rex* eo nomine *Macedonum*, *Perdiccae filius*, cuius ipſe meminit *Thucydides*. II. 100. Sic item meminit, quaſi iam *non* amplius ſupereſſet. Hoc tamen quia e *Thucydide* incertum eſt, proinde *Praxiphane* teſte diſcimus, *poſt Archelaum*, iam adhuc in *viuis* fuiſſe *Thucydidem*. Et quidem admodum opportuna erat, hac in cauſa, mentio huius *Archelai*. Erat enim communis ſtudioſorum omnium *Patronus*, qui *literis* nomen ſuum addixiſſent. Arceſſiuit ad ſe *Euripidem*, qui apud illum *defunctus* eſt. Arceſſiuit *Socratem*, ſed *repulſam* paſſus. Arceſſiuit *Agathonem* Poëtam noſtro *Thucydidi* coaeuum, quem, cum ad illum proficiſceretur, ἐς μακάρων εὐωχίαν abiiſſe dicit *r*) *Ariſtophanes*. Sic enim, pro quorundam ſententia, Comicum interpretatur Scholiaſtes: Ὅτι Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ μέχρι τελευτῆς μετὰ ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ. Καὶ μακάρων εὐωχίαν ἔφη τὴν ἐν βασιλείοις. Τοῦτο δὲ παρ' ὑπόνοιαν. Hoc ergo innuebat *Praxiphanes*, cauſam cur non ſimiliter, vt alii, ad *Archelaum* euocatus fuerit *Thucydides*, eam fuiſſe, quod nominis *celebritatem* conſecutus non fuerit ante *mortem Archelai*. Videamus ergo quibus *temporibus* concludendum ſit Regnum *Archelai*. Non quidem ex *Euſebio*, aliisue Euſebio ſimilibus *inuioribus*. Sunt enim apud illos, hoc praeſertim Seculo, Regum *Macedonicorum tempora* corruptiſſima. Itaque, qua licet, e *coaetuis proximisve Archelao* monumentis, vel e *rebus* ab *Archelao* geſtis. *Perdiccae* patris vltima apud *Thucydidem* ipſum occurrit mentio anno Belli *Peloponneſiaci* XVI°. ad *exitum* vergente. Nempe *Olymp.* XCI. I. coepto. *Antea* ergo ne quidem poterit ſtatui *initium Archelai*. Vel hinc euincitur Auctor Chronici *Marmorei*, qui *Archelai initium* ſub Archonte ſtatuit *Aſtyphilo*, nempe *Ol.* XC. I. Sed nec diu *poſtea* differri poteſt *initium Archelai*. Nam *Olymp.* XCII. 3. *Pydnam* ab eo expugnatam narrat *Diodorus*. Anno ſequenti *Olymp.* XCII. 4. *Euripidis* Poëtae *mortem* ſtatuit Auctor Chronici *Marmorei*, et *Euſebius*, quem tamen *Archelao* in *Macedonia* regnante *mortuum* omnes conſentiunt. Sed mortis *annum* profecto Auctor *Marmoris* cum *aduentus* anno confundit. Nam *Diocle* Archonte *s*) *Oreſtem Euripidis* actum *Athenis* docet *Euripidis* Scholiaſtes, qui hoc ipſo huius *Olympiadis* anno Magiſtratu functus eſt. Proinde *Olymp.* XCII. 4. *ineunte* nondum *Athenis* diſceſſerat *Euripides*. Imo ne quidem *primis*, vt videtur, illius anni *Dionyſiis*, quae menſe celebrari ſolebant *Poſideone*, qui menſe *Iuliano* coepit *Nouembri*, pro *Tabulis* noſtris. Proinde anno *Olympico exeunte*, ſequentis anni *Varroniani* 346. *vere* diſceſſerit in *Macedoniam*. *Mortem Euripidis*, ex *Apollodori* Chronicis, ad *Olymp.* XCIII. 3. refert *Diodorus*. In eo magis audiendus, quam in eo, quod ex *aliorum* fide hauſit μικρῷ πρόσθεν τούτων τῶν χρόνων periiſſe praeſtantiſſimum Poëtam. Egit enim *Euripides*, cum moreretur, annum *aetatis* LXXVM. vt ex *antiquiorum*, vt videtur, *Scholiaſtarum* fide narrat *Scholiaſtes*. *Coeptum* nimirum, ſiquidem praedictum Olympiadis *annum* non ſuperarit. *Natus* nimirum ipſo *die* victoriae *Salaminiae* *Boëdromionis* XX. *Olymp.* LXXV. I. *Boëdromionis diei praedicto* ſuperſtes vt *partem* aliquam *anni* LXXVI. attingeret.

r) Ran. Act. I. Sven. 2. p. 215. *s*) in *Oreſt.* v. 371.

Et certe *Agathonem* Poëtam apud *Archelaum* memorat, vt iam vidimus, in *Ranis*, quae hoc ipso anno actae testibus *Didascaliis*, vt docet *Scholiastes*, nempe *Callia* illo *Archonte*, qui successit *Antigeni*. Post *prima* saltem *Posideonis Dionysia*. Illum autem eodem tempore apud *Archelaum* fuisse, quo et *Euripides*, docet *t*) *Aelianus*. Et *mortem Archelai Olymp.* XCV. 1. statuit *Diodorus*. Vel inde manifestus *erroris*, cum annos tantummodo VII. assignat ei, a quo tamen *Pydnam Olymp.* XCII. 3. expugnatam idem tradiderat. Suspicor errore aliquo *Pueri septennis*, quem ab *Archelao* caesum narrat *Aristides*, contigisse, vt *pueri aetas* ad *Regnum Archelai* transferretur, quod tamen erat, *Diodoro* ipso teste, falsissimum. His, puto, *limitibus* (nempe inter *Ol.* XCI. 1. quo vltimam legimus Patris *Archelai Perdiccae* mentionem, et *Ol.* XCV. 1. quo *Archelaum* ipsum decessisse statuit *Diodorus*) satis apte quadrabunt quaecunque legimus de *Archelao* in *proximis Archelao* monumentis. Quadrabunt *Platonis* illa, quae scripsit in persona Socratis, iuniorumque Socrate personarum. Potuit *Socrates Archelai* mortui meminisse, eodem, quo *Archelaus*, anno, neci datus. Non potuit adesse *Socrati Alcibiades* sub XXX. tyrannis antea interfectus. Sed *fictitia* illa *Socratis* colloquia fuisse e *Socratis* ipsius persona obseruauit *Laërtius*. III. 35. Et *Gorgiae Athenaeus* L. XI. Et *temporis* decorum in Personis, quas ille colloquentes facit, neglectum agnoscunt *Aristides* in Apolog. comm. et *Macrobius* Sat. I. 1. Potuit certe in persona *Gorgiae* meminisse *Archelai* quasi *etiamnum*, dum illa differerentur, regnantis. Erat enim *Gorgias* discipulus *Empedoclis*, qui coloniae *Thuriorum* intererat *Ol.* LXXXIV. 1. Et *Gorgiam senem* audiuit *u*) *Isocrates adolescens*, qui mortuus est *Ol.* CX. 3. vterque sua *longaeuitate* memorabilis. Quadrabunt et *opera Archelai* memorata a *Thucydide* post Belli *Peloponnesiaci* finem, vt probauimus, quibus *decessores* suos in Regno *Macedoniae* omnes superarit. Haec certe, si *viuente* scripserit *Archelao*, Regno eius ad *exitum* vergente scripserit oportet, vt *spatium* tot egregiis operibus absoluendis haberet *Archelaus*. Porro ex iisdem *criteriis* illud quoque discimus, quae *summa* annorum *Archelao* tribuenda sit. Sunt enim in *his* etiam, vt in hac Regum *Macedonicorum* serie fere *vniuersa*, inuicem discrepantissimi, non *auperi* tantummodo *Chronologi*, sed et *Veteres*, qui quidem erant a temporibus *Archelai remotiores*. IV. alii, alii VI. alii VII. annos *Regno* illius assignabant, vt nos docuit *Diodorus*. Pauciores omnes quam vt praedictum *spatium* impleant. *Eusebius* XXIV. quos *nimios* esse iusto *spatium* praedictum euincit. Propius ad *veritatem* accedit numerus alius *Syncelli*, quem e melioribus *Diodori* Codicibus hausit, quam quos *hodie* habemus (illum enim Auctorem sibi profitetur) annorum XIV. Si quidem accurate, sic vixerit *Perdiccas* vsque ad annum *Olymp.* XCI. 3. *duobus* nimirum annis serius quam illius meminerit *Thucydides*. Inde autem coeperit *Archelaus*. Et quidem suspicio est *decennium* illud, quo redundat *Eusebius*, commune *Archelao* fuisse cum patre *Perdicca*. Nam certe numerum *decennio* breuiorem *Perdiccae* tribuebat *Theopompus* annorum XXXI. *Verum* enim illius numerum docuit *Nicomedes Acanthius* annorum XLI. quem firmat etiam *Anaximenes*, dum annos eius numerat XL. innuens nimirum annum *Regni* XLIm. non *absoluisse*. Sic enim docet *x*) *Athenaeus*, qui tamen, quomodo *disponendi* essent, tam ipse ignorauit, quam ipse *Philosophorum* imperitiam in re *Chronologica* reprehendit. Nam a *Periclis* morte *Perdiccam* successisse censuit, quod tamen vel e nostro *Thucydide* constat esse falsissimum. Nescio porro annon *communem* hanc cum *patre* administrationem *Archelai* innuat ipse *Thucydides*, dum ait tot egregia opera *Archelai* ab eo edita βασιλεῖ γενομένῳ. Subinnuit forte et alia fuisse, quae ediderat *nondum* βασιλεύς quaeque sub *Patris* auspiciis gesta *Patri* proinde potius, quam *ipsi*, tribuenda fuerint. Non itaque incommode res ceciderit, si vitam *Perdiccae* patris, quanquam nullo teste, ad *Olymp.* XCI. 3. produxerimus. Nihil profecto habet, in vltima *Perdiccae* mentione, *Thucydides*, quod *valetudinem* illius faciat vel suspectam. Sic *Ol.* XCV. 1. perierit *Archelaus*; vel potius forte *Ol.* 95. $\frac{1}{2}$. Nempe anno *Iuliano* illo, qui cum praedictis annis *Olympiadicis duobus* concurrerit. Itaque *vlsra* hunc saltem terminum *vitam* produxerit oportet *Thucydides*, si tum demum coeperit *inclarescere*, postquam decesserat *Archelaus*. Eoque amplius iam *decessisset* cum 2o. Libro *accurando* incumberet *Thucydides*, quo *illius* meminit. Nempe si et reliquos Libros *eadem*, qua primos duos, *tarditate* confecerit.

Sect. XXVII.

Etiam Aetnae eruptioni superstes erat, quae Ol. 96. 1. contigit.

Habet idem notam temporis fortasse seriorem in fine L. III. 116. Duas ibi memorat eruptiones *Aetnae* in Vrbem *Catanaeorum*: alteram *illius* anni, *priorem* aliam, quam ante annum *quinquagesimum* fuisse testatur. *Priorem* bis τὸ πρότερον ἐξῦμα appellat. Inde constat, vt opinor, *duarum* eruptionum illud fuisse interuallum, quarum *prior*, cum fuerit προτέρα, *posterior* proinde δευτέρα fuerit appellanda. Aliam ergo *nullam* nouit inter vtramque *mediam*. Sic enim trium non *prior* aut προτέρα, sed πρώτη et *prima* fuisset appellanda. Et in altero interualli extremo, non *posterior*, sed *postrema*; non δευτέρα, sed ὑστάτη. Sed vero *tertiam* fuisse antea quam illa scriberet, indicat *Thucydides*: Λέγεται δέ, inquit, πεντηκοστῷ ἔτει ξυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ἐξῦμα· τὸ δὲ ξύμπαν, τρὶς γεγενῆσθαι τὸ ἐξῦμα ἀφ' οὗ Σικελία ὑπὸ Ἑλλήνων οἰκεῖται. Male hanc ad *mediam* eruptionem retulit Magnus *Scaliger*, cuius meminerit ex *Aeliano Stobaeus* Serm. LXXVII. *Olympiadis* nempe πρώτης καὶ ἑγδοηκοστῆς. Fieri potest vt error aliquis fuerit in *numero*, nec alia fuerit eruptio, si vero numero insigniretur, ab hac ipsa cuius meminit hoc ipso Belli *Peloponnesiaci* anno VIo. *Thucydides*. Vtcunque tamen *Thucydidi* incompertam illam, siqua *medio* spatio fuisset vlla, verisimillimum est, quae effeciisset, vt *duae* illae *Thucydideae*, nec προτέρα nec δευτέρα fuerint appellandae. Longe magis consentaneum est, vt *tertia* illa *Aetnae* eruptio a

s) *Aelian.* Var. Hist. XIII. 4. *u*) *Cicer.* Orat. *x*) *Athen.* V. 13.

Thucydide memorata post *πρoτέραν* fuerit et *δευτέραν*, et *nupera* proinde, dum haec scriberet, memoria. Et sane talis occurrit satis consentanea apud *Diodorum Olymp* 96. 1. Eadem, vt videtur, cuius meminit etiam *Orosius* paulo post praelium inter *Artaxerxem Mnemonem* fratremque eius *Cyrum*. L. II. c. 18. *Post* illam itaque *Thucydides* iam ad Libri IIII. finem pertigerat.

Sect. XXVIII.

Non potuit ante Ol. XCVII. *Thucydidi continuando vacare Xenophon.*

Esto ergo. *Thucydides Ol.* XCVII. $\frac{1}{2}$. *defunctus* fuerit, vel anni etiam sequentis *initio*, vt annum *vitae* LXXXm. *superare* posset, pro sententia *Marcellini* a nobis *explicata*. Ita ab Archonte *Euclide Olymp.* XCIV. 2. sub quo *reditus* in *patriam* concessus est, reliquum, vitae tempus *omne* studiis, et *his* Libris, quales habemus, *accurandis* insumserit. Annos nimirum XII. vt Libro *vltimo immoreretur*. Quod sane spatium, pro illorum temporum *ἀκριβείᾳ*, satis *exiguum* erat. Nec quicquam pugnat, quo minus hoc verum fuerit, continuatio *Xenophontis*. Nam *ante* hoc tempus elapsum, a fine *Belli*, et morte *Thucydidis*, ne quidem *Xenophonti* otium erat, vt *studiis* incumberet. *Ol.* XCIV. 4. expeditio erat *Cyri* iunioris, cuius *pars magna* fuit ipse *Xenophon*. Eo autem vsque Regem *Archelaum* pertigisse probauimus, cui tamen superstes erat *Thucydides*. Reuersus, in *Thracia*, tum deinde in *Asia*, res gessit, secutus *Lacedaemonios* vsque ad reditum *Agesilai*, cuius vsque ad *Boeotiam* comes erat. Hunc *reditum* Nos ad annum *Xenophonteum* XVIIm. retulimus, qui *Olymp.* erat XCVI. $\frac{2}{3}$. Tum primum relicto *Agesilao*, venit in *Scilluntem*, agri *Elei* villam ab Vrbe *Elide* non longe distantem. Venit huc *Megabyzus Dianae Ephesiae* sacerdos, reddiditque pecuniam, quam illius fidei crediderat *damnatus* a patria, cum adhuc *Agesilao* adesset in *Asia*. Pecunia hac accepta, tum demum *praedium* emit, in quo *Historias* illum conscripsisse testis est *Laërtius*, II. 52. Sed vero *Eleam* venit *Megabyzus κατὰ πρόφασιν τῆς πανηγύρεως*, verba sunt ibidem *Laërtii*. Nec aliam illam *πανήγυριν* fuisse *Eleorum* quam *Olympiorum*, docet nos ipse *Xenophon* Exped. *Cyr.* L. V. Hic sane manifestum est, *Olympiadem* hanc non aliam fuisse quam XCVIIIm. qua Nos *Thucydidem* exstinctum existimamus. Et *praeterierat* haec *Olympias*, cum Librum illum *Expeditionis* vm. elucubraret *Xenophon*. Sed vero *Historiam Cyri* iunioris ante *Hellenica Xenophontem* scripsisse manifestum est. Hoc enim agnoscit ipse L. IIII. *Hell.* initio, de *Historia* illa, (quam tribuit ipse *Themistogeni*, vulgo tamen Eruditi ipsi *Xenophonti*) quam nemo dubitat *eandem* esse, quae hodieque *Xenophontis* nomine insignitur. Sic *annos* aliquot in praedio *Scilluntis* elapsos esse necesse erat, antea quam *Hellenicis* manum admouere posset. Sed secessu illo *Scilluntino* fugatus est ab *Eleis*. Sequitur in *Laërtio*: Ἐν τούτῳ δὲ ψηφισαμένων Ἀθηναίων βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις, filios *Athenas* misisse pro *Lacedaemoniis* militaturos. Itaque eodem *tempore* quo pulsus est *Scillunte*. Nempe anno *Xenophonteo* XLIII. cum *Ol.* $\frac{102}{103}$. $\frac{4}{7}$ concurrebat. Hoc ergo *spatio* scripsit etiam *Hellenica*, si quidem *Historias omnes Scillunte* scripserit. Saltem *coepit*. Nam absoluit *postea*, perduxitque ad praelium *Mantineense*, *Ol.* CIV. 1. Antea ergo Libros *Thucydidis* acceperit oportet, quos supplemento tanti pretii auxerit. Sequenti *Olymp.* CV. 1. ipse mortuus est, annorum XC. *Natus* proinde *Ol.* LXXXII. 3. ne quidem *vicennio* iunior ipso *Thucydide*. Primus autem *Thucydidis* Libros in lucem edidisse fertur *Xenophon*. *Laërtius*: Λέγεται δ', ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα, ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. II. 57. Vel inde intelligimus, non *illum* a *Theopompo*, sed ab *ipso* iam editos, accepisse *Theopompum*. Proximus ergo edidit, et in *recenti* iam *memoria* ipsius *Thucydidis*. Nam *viuo* adhuc *Thucydide*, post *mortem* autem *Archelai*, exspectationem hominum mouerant, vt iam vidimus e *Praxiphane*. Latebant autem propterea, quod nondum illos *Thucydides* absoluerat. Sed quo minus *diu* laterent, fecit procul dubio tanta illa *exspectatio*, ab *illis* nata, qui scriptos apud ipsum *Auctorem* viderint. Proinde admodum dubito, num *Thucydidis* Libros *suo* nomine edere potuerit *Xenophon*, quod vult *Laërtius*. Non potuit sane, si post *Archelai* mortem *Thucydides* ipse ita inclaruerit, vt volebat *Praxiphanes*. Habet autem *Isocrates* communia multa cum *Thucydide*. Et si alter ab altero acceperit; multo verisimilius est a *Thucydide* potius *Isocratem*, quam ab *Isocrate* accepisse *Thucydidem*. *Maior* enim erat aetate *Thucydides*. Exempla veterum plurima dedit *y*) *Clemens Alexandrinus* alieni ingenii fructus in suos vsus conuertentium, *suppressis* etiam Auctorum primariorum *nominibus*. Sequentium *Poëtarum* neminem puduit ab *Homeri* scriniis, quod sibi vsui esset, haurire. Imo hoc vltro profitebantur atque agnoscebant, idque sibi *gloriae* esse ducebant, si dextre, ad rem, quam susceperant, ornandam, traduxissent. Inde receptum, vt et in aliis fieret, sine vllo *plagii* opprobrio. Sed vt illa e *Thucydide Isocratem* hausisse concederemus; ne quidem ita lucrabimur *annum* antiquiorem, quo *Thucydidis* Libri *innotuerint*, ex *Isocrate* quam e *Xenophonte*. *Seriorem* enim *natalem* habuit *Isocrates Ol.* LXXXV. 3. cum *natus* fuerit *Xenophon Ol.* LXXXII. 3. vel etiam *antea*, si annum vitae XCm. etiam superarit, vt vult *z*) *Lucianus*. Ne quidem *Suidae* rationes, quae *Isocrati* annos CVI concedunt, *parem* illum *Xenophonti* facient. Nec *Censorini*, quae illum *prope adeo aetatis peruenisse* tradunt, *quo Gorgium Leontinum, qui octo supra centum annos impleuerat*. Tantum abest vt *Isocratis discipulus* fuerit *Xenophon*, vt statuebat *a*) *Photius*. Et *serius* vixit *Isocrates*, ad annum scilicet *Ol.* CX. 3. cum *Ol.* CV. 1. non superarit *Xenophon*. Et *serae* illae etiam sunt *Isocratis orationes*, quibus *Thucydidem* fuerit aemulatus, *temporisque incerti* propter diutinas *Retractationis* moras. Vetustissimae ergo *editi Thucydidis* notae sunt, quas hausimus e *Xenophonte*.

y) *Clem. Al.* Strom. *z*) *Lucian.* Macrob. *a*) *Phot.* Cod. 260.

Sect. XXIX.

Thucydidis Libros a filiis suis ad se in secessum Scilluntinum venientibus accepit forte Xenophon.

Illud vero mirabitur quispiam, quo pacto relictos a *Thucydide* Libros *Xenophon exsul* consecutus fuerit. Erat enim sane, vt ostendimus, in *exsilio* cum decederet *Thucydides*. Nec patriae antea *restitutus* est, quam ciues eius decreuissent *inuandos* esse *Lacedaemonios*. Quod anno *Ol.* $\frac{102}{103}$. $\frac{4}{1}$. decreuisse illos obseruauimus. Sed meminerimus ad *Xenophontem exsulem* venisse *γύναιον, vxorem*, vt opinor, nomine *Philesiam*, et duos cum illa *Xenophontis filios*, vt e *Dinarcho* Rhetore docet *b*) *Laërtius*. Haec certe, vt videtur, postea quam sedem fixam *Xenophon* in *Scillunte* reperisset. Nempe post *praedium* numis *Dianae Ephesiae* sacratis emtum, quod post *Ol.* XCVII. 1. contigisse probauimus. Itaque recenti *Thucydidis* memoria, pro nostris quoque rationibus, *Thucydidis* nuper amissi Libros *secum* ad patrem *exsulem* adferre poterant *Xenophontis filii*, qui, Libris de *Cyri* iunioris *Expeditione* ad *exitum* perductis, tum demum Libris *Thucydidis* accurandis supplendisque vacaverit. Sic quidem *Iero*, vt manum *supremam* acceperint *Corinthi*, postquam *Scillunte* fugaretur ab *Eleis*, vsque ad praelium *Mantinecnse*. Sed quod penes *Xenophontem* fuisse asserit *Laërtius* vt Libros *Thucydidis ὑφιεῖσθαι* posset, id eo retulerim, quod *Thucydidis Autographum* nactus fuerit, a *Thucydidis filio*, fortasse, *Timotheo*. Sic enim factum, vt *malae fidei* conuinci non posset, si quid conatus fuisset in *fraudem* ipsius *Thucydidis*. Praedicto ergo *spatio* satis apte conueniunt quae Nos a *Xenophonte* acta existimamus in causa Librorum a *Thucydide* relictorum. Vt scilicet post *Ol.* XCVII. 1. Libri *Thucydidis* in manus *Xenophontis* venerint; et *multis* tamen *annis* ante *Ol* $\frac{102}{103}$ $\frac{4}{1}$. vt suam quoque Appendicem maxima ex parte confecerit antea quam *Scillunte* fugaretur.

Sect. XXX.

Thucydides in Thracia mortuus sepultusque.

Quanquam autem *reditu* in patriam *concesso* scripserit, vt iam probaui, *Thucydides*, non tamen illum propterea *Athenis* defunctum exilii mauerim. *Sepulcra* certe illius tot locis posita, satis manifesto Argumento sunt, nihil ad *locum mortis* comprobandum facere Argumentum ductum a sepulcro: hoc autem tantummodo probare, *ius* fuisse, si quidem *placuisset*, vt ibi conderetur. Et, si quod *sepulcrum reliquias* cauerit, hoc sane *tale* fuisse merito est cur suspicemur Inscriptio erat: ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ. Verba ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ in *Inscriptione* non fuisse fatetur *Marcellinus*, quae tamen ille *subintelligenda* fuisse contendit. Perperam omnino. Nam *viuis* ius sepulcri asserebatur inscripto *nomine* possessoris. Nec erant *postrema* verba addenda, dum constaret de *suprema* possessoris *voluntate*, *ibine*, an in *alio* aliquo potius eiusdem *sepulcro*, sepeliri mallet. Ea verba, cum hic abfuisse fateatur ipse *Marcellinus*, faciunt profecto, vt alibi potius quam hic *sepulcum* suspicemur. Habet et aliud *Marcellinus* Argumentum a *re ipsa* petitum. Nam *Cenotaphii γνώρισμα ἐπιχώριον* et *νόμιμον* Ἀττικὸν agnoscit, si *ἐκεῖον sepulcro* imponeretur. Idque *signum* in hoc nostri *Thucydidis* sepulcro agnoscit. Cur itaque dubitamus quin hoc *signum* fuerit *Thucydidis* ibidem *non sepulti*, nec proinde *Athenis defuncti?* Vix enim est cur credamus, eum alibi quam in *Attica* sepelirii voluisse, si quidem in *Attica* decessisset. Non tamen illum propterea *Thuriis* in *Italia* defunctum, cum *Timaeo*, crediderim. Nam post cladem *Siculam Athenienses Thuriis* pulsos e *Plutarchi* constat *Lysia*, ante Belli *finem*, et proinde antea quam ad Historiam *scribendam* se *Thucydides* accingeret. Sed quo minus in *Thracia defunctus* fuerit, ibidemque *sepultus*, nihil habet solidi *Marcellinus*. Imo habet vice versa cur ita rem fuisse suspicemur. Cum enim nec in *Italia* sepultus fuerit, nec in *Attica;* vbinam, quaeso, potius *sepultum* existimabimus quam in *Thracia? Quartum* enim *Thucydidis sepulcrum* nuspiam alibi, quod sciam, legimus. Cur itaque *Zopyrum* ληρεῖν censet *Marcellinus*, qui *Thucydidem* in *Thracia* obiisse testatus est. Imo cur illum *vera* tradidisse dubitet, cum *Cratippum* illi suffragatum agnoscat? Nam *Cratippum* illum coaeuum *Thucydidi* fuisse docet *Dionysius Halicarnassaeus*. Eritque adeo coaeuus etiam ille *Zopyrus*, si quidem de *veracitate* illius sententiam tulerit *Cratippus*. Nihil habet, quod tantis *testibus* tamque inuicem *consentientibus*, opponat *Marcellinus*. Quid ergo sibi volunt illa, quibus *contrarium* e *Zopyro* proferre videtur, teste *Didymo?* Verba illa sunt: Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς Φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. Τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. Idemne *Zopyrus Thucydidem* tam *Athenis*, quam in *Thracia*, *defunctum* esse tradidit? Ita fortasse, si id tantum intellexerit *Cimtari Athenienfi* restitutum in *Thracia* fuisse, quo studiorum causa *secesserat*, exstinctum. Quorum vtrumque sane verisimillimum est. Nam *fecturas aureas* sibi in *Thracia* fuisse agnoscit ipse *Thucydides*. IV. 105. Quas habuit per vxorem *dotarias* si quidem fides *Marcellino*. Sic tantundem valebunt, ἐν Ἀθήναις, ac, ἀπὸ Φυγῆς ἐλθόντα. Vt nempe qui ab *exsilio redierit*, is *Athenis* defunctus censeretur, quacunque demum *Orbis* parte satis concesserit. Haec de vita *Thucydidis*. Iam ad *Annales* progredimur.

b) *Laërt.* II. 52.

VITAE THVCYDIDIS

SYNOPSIS CHRONOLOICA.

Ant. *Chriſt.* 471. *Olymp.* 77. $\frac{1}{2}$. *natus* Thucydides. §. XVII.

456. *Olymp.* $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$. Thucydides ann. nat. XV. audiit *Herodotum* Hiſtorias ſuas in *Olympiis* recitantem. §. XVIII.

454. *Olymp.* 81. $\frac{2}{3}$. Thucydidis ann. XVII. Illius *tirocinium.* §. XVIII.

452. *Olymp.* $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$. Thucydidis ann. XIX. Primae illius Militiae ἐν περιπόλοις *finis.* §. XVIII.

444. *Olymp.* $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{1}$. Thucydidis ann. XXVII. Miſſus in coloniam *Thuriorum* in *Italiam.* §. XX.

441. *Olymp.* 84. $\frac{3}{4}$. Thucydidis ann. XXX. Colon. *Thur.* IV. *Oſtraciſmus* Thucydidis, ſi quis forte. §. XXI.

431. *Olymp.* 87. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. XL. Forte poſt *Hecatomb.* XXI. §. XVII. Inde in *patria* vsque ad *exſilium.* §. XXI.

424. *Olymp.* $\frac{88}{89}$. $\frac{4}{1}$. Thucydidis ann. XLVII. Thucydidis στρατηγία *Amphipolitana Olymp.* 89. 1. Proinde hoc anno *coepta*, ineunte *Hecatombaeone*, deſiit anno ſequenti, *Scirophorione* exeunte. §. XIX.

423. *Olymp.* 89. $\frac{1}{4}$. Thucydidis ann. XLVIII. *Ol.* 89. 1. fine στρατηγίαν abdicauit. *Ol.* 89. 2. annus *Exſilii* I us. §. XIX.

414. *Olymp.* 91. $\frac{2}{3}$. Thucydidis ann. LVII. *Ol.* 91. 3. Moritur *Perdiccas.* Succedit in Regno *Macedoniae Archelaus.* §. XXVI.

411. *Olymp.* 92. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. LX. Finis illi ἡλικίας στρατευσίμου. §. XXII.

403. *Olymp.* 94. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. LXVIII. Reſtitutus *patriae* poſt ann. *Exſilii* XX^m. §. XIX. XXII. Tum demum *Hiſtoriae* ſcribendae incubuit. §. XXIV.

399. *Olymp.* 95. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. LXXII. Mortuus *Archelaus*, *Macedoniae* Rex. Poſt cuius *mortem* Thucydides inclaruit. §. XXVI.

395. *Olymp.* 96. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. LXXVI. Eruptio *Aetnae* nota *Thucydidi.* §. XXVII.

391. *Olymp.* 97. $\frac{1}{2}$. Thucydidis ann. LXXX. quem *ſuperauit*, mortuus eſt. §. XXII. In *Thracia.* §. XXX. Iam erat in *Scillunte Xenophon*, ſcripſitque Libros *de Expeditione Cyri* §. XXIX. Libros Thucydidis *filiorum* opera nactus. §. XXIX. Ante *Olymp.* $\frac{102}{103}$. $\frac{4}{1}$. §. XXVIII. XXIX.

ANNALES THVCYDIDEI.

ANNALIVM nomine non res tantum Bello *Peloponnesiaco* gestas complectimur, quarum *Annales* digessit ex professo *Thucydides;* sed res alias *quascunque*, quarum *annus* certus ex *illo*, vel *aliunde*, cognoscitur, quarum tamen *ipse* meminerit, vel, forte ex illius sententia, *Scholiastes.*

Period. *Iul.* 3424. Ant. *Christ.* 1290. Reditus *Heraclidarum* primus frustra tentatus. Annis ante reditum *secundum* centum, ante excidium *Troiae* viginti. *Schol. Thucyd.* ad L. I. 12. Multis iuniorum Veterum in eo suffragantibus. Et ipso etiam *Herodoto* IX. 26.

Per. *Iul.* 3444. Ant. *Christ.* 1270. Excidium *Troiae*, pro rationibus *Thucydidis*, si quidem *eaedem* illae fuerint cum rationibus *Herodoti.* Nam a *Troia* capta ad *Homerum* 168. annos numerauit *Herodotus.* Ab *Homero* autem ad *Xerxis* διάβασιν annos 622. Iuncti inuicem conficiunt annos in vniuersum 790. *Herodot.* Vit. *Homer.* in *fine.* Traiecit *Xerxes Hellespontum* Archonte *Calliade. Herodot.* VIII. 51. Cuius Magistratus incidit in *Olymp* $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{7}$. pro nostris rationibus. *Priori* autem Anni *parte* erat διάβασις. Itaque detrahantur e praedicto numero (pro *Olympiadibus* 74.) *anni* 296; reliqui erunt 494. pro intervallo inter cladem *Troianam* primamque *Olympiadem.* Prima *Olympias* acta est anno Periodi *Iulianae* 3938. Inde, si numerum praedictum 494. detraxerimus, superierit annus Periodi *Iulianae* a nobis designatus, quo *Troia* fuerit *excisa.* Et sane numerum Canonibus Chronicis *Eratosthenis* et *Apollodori* maiorem exigunt rationes ipsius *Herodoti*, dum a *Pane Penelopes* filio ad suam *aetatem* annos numerat *fere octingentos*, ἔτεα κατὰ ὀκτακόσια μάλιστα. *Herodot.* II. 145. *Panis* natalem *paulo posteriorem* facit ipso *Bello Troiano. Decem*, vt videtur, annis, cum rediret *Vlysses*, procis *Penelopen* ambientibus, quorum omnium *filium* communem Poëtae *Panem* faciunt, et proinde *Panem* appellatum. Ita numerandi fuerint ab *Excidio Troiano* ipso ad *Herodotum* anni in vniuersum 810. Detrahantur, pro Canonibus *Chronicis*, anni 407. ad *primam Olympiadem.* Supererit annus *Iphiteus* 403us. *Olymp.* 101. 3. quo vixerit *Herodotus*, quod certum est fuisse falsissimum. Quadrabunt autem satis commode omnia, si, pro *praedictis rationibus*, procedat supputatio. Reiectis enim annis 494. annus restabit *Iphiteus* 326. nempe *Olymp.* 82ae. annus *secundus* conferendus cum aetate *Herodoti*, aduentuque eius in *Aegyptum.* Nempe *praeter propter.* Hoc enim innuit vox *Herodoti* μάλιστα. Proinde inter mortem *Cimonis Ol.* 82. 4. et coloniam *Thuriorum Athenienſem Ol.* 84. 1. in *Aegyptum* venerit *Herodotus*, et ossa interfectorum cum *Achaemene* filio *Darii, Ol.* 79. 2. ibi viderit. *Herodot.* III. 12. Nec aliter *Thucydidem* sensisse verisimillimum est, qui et in *aliis* sequitur *Herodotum* a *Iuniorum* sententia admodum discrepantibus; et qui *diu* vixerit ante Grammaticos *Chronologos*, et Canones eorundem *Chronicos.* Hoc ergo spatium *productius* est inter excidium *Troianum* primamque *Olympiadem*, quam fuerit illud *Canonum Chronicorum. Contractius* sequebatur coaeuus *Thucydidi* a) *Democritus*, qui annos ab excidio *Troiano* ad *se* numerauit tantummodo 730. nisi forte et numero *rotundo* sit vsus, et ad suum numerauerit duntaxat *Natalem.*

Argos Amphilochicum condidit redux a *Troia Amphilochus Amphiarai filius. Thucyd.* II. 68.

Per. *Iul.* 3504. Ant. *Christ.* 1210. Nempe *sexaginta annis* ab Excidio *Troiano*, *Boeotii Arne* pulsi a *Thessalis*, eum agrum, qui antea *Cadmeus*, ab *ipsis* postea *Boeotius*, appellabatur, incoluerunt. *Thucyd.* I. 12.

Per. *Iul.* 3524. Ant. *Christ.* 1190. Anno Epochae *Troianae* octogesimo *Heraclidae Peloponnesum* tenuere. *Thucyd.* I. 12. Spatium ab Excid. *Troiano* receptissimum est, nisi illius *Excidii* Epocham aliter statuisset *Thucydides.*

Per. *Iul.* 359$\frac{8}{9}$. Ant. *Chr.* 111$\frac{6}{7}$. Nempe annis ante *decimum sextum* Belli *Peloponnesiaci* annum (qui 429$\frac{8}{9}$. erat Period. *Iul. Ol.* $\frac{90}{91}$. $\frac{4}{7}$.) *septingentis*, Ciuitas *Meliorum* in *Melo* Insula condita. *Thucyd.* V. 112. *Eusebius* eiusdem Vrbis originem ad *Num.* suum refert DLXXXIX. qui, pro illius rationibus, antiquior est ipsa cladis *Troianae* Epocha annis 246. Ita pugnant inuicem horum antiquissimorum temporum *Graecae* Traditiones.

Per. *Iul.* 3681. Ante *Chr.* 1033. Nimirum annis ante primam *Graecorum* in *Sicilia* coloniam *Naxum*, *trecentis*, *Siciliae* nomen a *Siculis Italia* oriundis. *Thucyd.* VI. 2. Vid. infra *Olymp.* XI. 3.

Per. *Iul.* 3910. Ant. *Chr.* 804. Ἔτη μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω, ante finem Belli *Peloponnesiaci*, *Lacedaemonii* eadem Reipublicae administrandae forma vsi. *Thucyd.* I. 18. Finis Belli *Peloponnesiaci Ol.* $\frac{93}{94}$. $\frac{4}{7}$. Nempe anno *Iphiteo* 372. Per. *Iul.* 4310. Inde, si anni 400. demantur, annus erit Per. *Iul.* 3910. Sic *prima Olympias* annis 28. antiquior fuerit *Lycurgus*, vel paulo etiam fortasse *pluribus.* Hoc docent verba illius, ὀλίγῳ πλείω. Haec certe videtur fuisse sententia *Thucydidis* de aetate *Lycurgi*, de qua Veterum sententiae *multae* erant, atque inuicem *diuersissimae.* Non est ergo cur ad earum *vnam* aliquam *Thucydidis* sententiam exigamus. Potius pro

a) *Laërt.* Democrit. L. IX. n. 41.

norma habenda est, ad quam *iuniorum* Thucydide *Auctorum* sententiae ipsae exigendae sint.

Ant. *Chr.* 733. *Ol.* XI. 3. *Naxus* condita a *Chalcidensibus Euboeae*, *Theocle* Οἰκιστῇ. *Prima* scilicet *Graecarum* in *Sicilia* coloniarum. Et vno ante *Syracusas* anno. *Thucyd.* VI. 3.

Ant. *Chr.* 732. *Ol.* XI. 4. *Syracusae* conditae ἐχομένου ἔτους (proximo nimirum anno post *Naxum*) *Archia Corinthio* Οἰκιστῇ. *Thucyd.* VI. 3. Sic *Eusebius* in *Chronico*. Plane pro hypothesibus *Thucydidis*, vt ex aliis *sequentibus* coloniis constabit. Vid. *Ol.* 13. 1.

Ant. *Chr.* 729. *Ol.* XII. $\frac{3}{4}$. Incipit *Perdiccas* IUS. Rex *Macedonum* e *Temenidis*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 727. *Ol.* XIII. 1. *Quinto* scilicet post *Syracusas* anno, *Leontini* conditi a *Naxiis*, eodem *Theocle*, qui et *Naxiorum* fuerat, Οἰκιστῇ. *Thucyd.* VI. 3. Postea *Catana* ab iisdem deducta. Sed Οἰκιστῇ *Euarcho* ab ipsis *Catanaeis* delecto. *Thucyd.* VI. 3.

Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον *Lamis* e *Megaris* in *Siciliam* veniens *Trotilum* condit. Tum *Leontinis* adiunctus, et mox ab iisdem pulsus (nempe post ὀλίγον χρόνον) *Thapsum*, vbi *mortuus*. Caeteri (*Lamidis*, vt videtur, *socii* superstites) *Thapso* exclusi *Megara Hyblaea* condunt 245. annis ante *Ol* LXXIV. 2. quo diruta a *Gelone*. *Thucyd.* VI. 4. Hinc firmatur *Epocha* conditarum *Syracusarum*, pro mente *Thucydidis*. Aliae enim Epochae *antiquiores* (tam Chronici *Marmorei*, quam *antiquior Eusebiana*) numero illo addito, ne quidem tempora *Gelonis* attingunt. *Spatium* quidem tot rerum gestarum inter conditos *Leontinos* et *Megara Hyblaea* (si quidem fuerit *annuo* maius) *Megarorum* Epocham *seriorem* exigere fortasse videretur. Patiturque, vt ita fuerit, tyrannis *Gelonis*, qui ad vm. inde annum pertigit, nempe *Ol* LXXV. 3. Sed nullum prorsus habemus (quod quidem sciam) *recentioris* Epochae *vestem*. Et *mitior* erat postea *Gelonis* indoles, quam vt coloniam *Graecam* diruturus videretur. Praesertim post victos *Ol.* LXXV. 1. *Carthaginienses*, et *nouae tyrannidis* initium ciuium *Syracusanorum consensu* stabilitae.

Ant. *Chr.* 704. *Ol.* XVIII. 4. *Annis μάλιστα trecentis* ante finem Belli *Peloponnesiaci*, *Aminocles Corinthius Samiis* naues fecit quatuor Triremes *primas*. *Thucyd.* I. 13. *Triremium* inuentionem antiquiorem facit *Eusebius*. Sub nomine *Aminoclis* ponit Num. MCCLV. *Ol.* IV. 3. *Triremem* primam *Corinthi* statuit Num. MCCXXX. aliisque etiam, pro Codicum diuersitate, numeris, vt obseruauit *Scaliger*. Nempe pro Auctorum *sententiis* in tanta antiquitate *discrepantissimis*.

Ant. *Chr.* 687. *Ol.* XXIII. 1. Annis post *Syracusas* 45. *Gelam* coloniam deducunt *Antiphemus Rhodius* et *Entimus Cretensis*, Οἰκισταί. *Thucyd* VI. 4.

Ant. *Chr.* 678. *Ol.* XXV. $\frac{2}{3}$. Successio *Argei* Regis *Macedonum*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 664 *Ol* XXVIII. 4. Annis 260. ante finem Belli *Peloponnesiaci* Praelium *Nauale* ὧν ἴσμεν, inquit, *antiquissimum* inter *Corinthios* et *Corcyraeos*. *Thucyd.* I. 13. *Periandri*, vt vult Scholiastes, de caede filii *Lycophronis*. Quod tamen verum esse non potest. *Sene* enim *Periandro* contigit illa *caedes*, circa *vigesimam*, vt videtur, ab illa Epocha *Olympiadem*.

Ant. *Chr.* 662. *Ol.* XXIX. 2. *Acrae* a *Syracusanis* conditae. Nempe annis *septuaginta* post *Syracusas*. *Thucyd.* VI. 5.

Ant. *Chr.* 642. *Ol.* XXXIV. 2. Ἔτεσιν ἐγγὺς εἴκοσι post *Acras*, *Casmenae* etiam ipsae conditae a *Syracusanis*. *Thucyd.* VI. 5.

Ant. *Chr.* 640. *Ol.* $\frac{34}{35}$. $\frac{4}{4}$. Successio *Philippi* Regis *Macedonum*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 627. *Ol.* XXXVIII. 1. A *Megarensibus Hyblaeis*, anno *fundationis* suae *centesimo*, colonia deducta ad *Selinuntem*. *Thucyd.* VI. 4. *Diodorus* eandem coloniam refert ad annum 242. antea quam exscinderetur ab *Annibale Poeno*, quod factum refert *Ol.* XCII. 4. Sic *condita* fuisset *Ol* XXXII. 2. Nec ab illo longe discedit *Eusebius*, qui apponit *Ol.* XXXI. 2. Sic discrepant inuicem horum temporum monumenta.

Ant. *Chr.* 602. *Ol.* XLIV. $\frac{2}{3}$. Successio *Aeropae* Regis *Macedonum*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 597. *Ol.* XLV. 3. *Camarina* a *Syracusanis* condita ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ab Vrbis ipsius *Syracusanae* ortu. Κτίσαι *Dascon* et *Menecolus*. *Thucyd.* VI. 5. In *Olympiadis* numero suffragatur *Scholiastes Pindari* in *Ol.* V. Et *Eusebius* in *Chronico*, nisi quod referat ad annum Olympiadis *primum*. Rara haec est in his temporibus *concordia*.

Ant. *Chr.* 579. *Ol.* L. 1. Annis 108. post *Gelam*, colonia *Agrigentum* ducta a *Gelois*, Οἰκισταῖς *Aristonoo* et *Pystilo*. *Thucyd.* VI. 4. Suffragatur *Scholiastes* recentior in *Pindarum*, forte *Demetrius Triclinius*, in *Ol.* II. Nec longe discedit ipse *Pindarus*, cum victoriam *Theronis* Olympicam, quae fuit *Ol.* LXXVII. statuit circa annum ab Vrbe *Agrigentina* fundata *centesimum*. ibid.

Ant. *Chr.* 576. *Ol.* $\frac{50}{51}$. $\frac{4}{4}$. Successio *Alcetae* Regis *Macedonum*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 560. *Ol.* LIV. 4. Archonte *COMIA*, initium *Pisistrati*. Marm. *Oxon.* Illo Archonte, *Plutarch.* Solon. Deest numerus quo *Ol.* L. superabat apud *Clem. Alex.* Strom. I. et *Tatian.* Orat. cont. Graec. Hic autem numerus verissimus est, et, ad *Thucydidis* mentem, vt videtur. Tenuit ann. XXXIII. *Aristot.* Pol. V. 12. Ad *Ol.* 63. 1.

Ant. *Chr.* 55 . . *Ol.* LVII. anno *incerto*. Ἐπικρατησάντων τῶν Συρακουσίων, excisa *Camarina*. Scholiastes *Pindari* in *Ol.* V. Nempe propter *defectionem*. *Thucyd.* VI. 5.

Ant. *Chr.* 547. *Ol.* LVIII. $\frac{1}{2}$. successio *Amyntae* Regis *Macedonum*. Vid. infr. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. *Chr.* 527. *Ol.* LXIII. 1. Post annos *Pisistrati* ab *origine* 33. in *tyrannide* 17, sed interpolatos (*bis* enim exsulauit) succedit *Hippias* per annos XVIII. cum fratribus. *Thucyd.* VI. 55. Inde *Hippias* τύραννος *Herodot.* V. 55. Conuenit cum *Thucydide* contra *Meursium*. Tenuerunt per annos XVIII. *Aristot.* Pol. V. 12. viz. ad *Ol.* 67. 3.

Ant. *Chr.* 526. *Ol.* LXIII. 2. Templum *Delphicum* arsit, quod imputatum *Pisistratidis*. Schol. *Pindar.* Pyth VII. Proinde post mortem *Pisistrati*, successionemque *Pisistratidarum*. Hoc ergo *anno* vel *praecedenti*. Certe ante

mortem *Amasidis*, qui impensas suppeditauit *nouo Templo* condendo. *Herodot.* II. 180. Mortuus enim *Amasis* *Ol.* LXIII. 3. vt videtur, *ineunte*. Potitus enim est *Aegypto* *Cambyses* anno suo VI. *Ol.* LXIII. 3. Et tamen post sex menses a morte *Amasidis*. *Herodot.* III. 10. 14.

Ant. *Chr.* 519. *Ol.* LXV. 1. *Plataeenses* foedus ineunt cum *Athenienſibus* anno 930. antea quam Vrbs *Plataeenſis* deleretur a *Lacedaemoniis*. Quod factum *Ol.* LXXXVIII. 2. *Thucyd.* III. 68. Vid. Bell. *Peloponnes.* annum V. Cum foedus inirent, Rex Lacedaemoniorum Cleomenes. *Herodot* VI. 108.

Ant. *Chr.* 512. *Ol.* LXVI. 4. caesus *Hipparchus*. IV°. nempe anno antea quam exsularet *Hippias*. *Thucyd.* VI. 59.

Ant. *Chr.* 509. *Ol.* LXVII. 3. *tertio* anno completo, *quarto* autem inchoato post caedem *Hipparchi*, pulsus in exsilium *Hippias*, annis XX. ante praelium *Marathonium*. *Thucyd.* VI. 59. Definit hic numerus *Ol.* 72. 3. Illa enim anni *parte* pugnatum ad *Marathonem*. Mense scilicet *Boëdromione*. Pulsus *centum* annis ante tyrannidem τῶν τετρακοσίων quae constituta *Ol.* 92. 1. *Thucyd.* VIII. 68. Vid. ib.

Ant. *Chr.* 497. *Ol.* LXX. 3. Initium *Hippocratis*, qui per *septem* annos *Gelae* tyrannidem tenuit. *Herodot.* VII. 154. 155. Vsque ad *Ol.* LXXII. 2. quo successit *Gelo*. Nam *Olympiadis* LXXIII^ae. *Olympionices* curru *Gelonum* se *Gelo* ipse appellauit. *Pausan.* El. II. c. 9. p. 473. Nondum scilicet tyrannide potitum *Syracusana*. Disertius hoc idem indicauit *Dionysius Halicarnasseus* L. VII. *Antiq.* initio: Γέλων ὁ Δεινομένους νεωςὶ τὴν Ἱπποκράτους τυραννίδα πεφειληφὼς etc. Nam *Gelae* certe, non *Syracusis*, tyrannidem gessit *Hippocrates*. Perperam ergo *Gelonem* illum, cuius illa fuerit *Inscriptio*, alium *Gelonem* fuisse collegit *Pausanius*, quem tamen *Dinomenis* filium ipsa illa agnouerat *Inscriptio*, et quidem ipso teste *Pausania*. Sed nihil de *Gelonis* priori illa tyrannide *Geloa* videtur resciuisse *Pausanias*, quam tamen verbis disertissimis agnoscit *Herodotus* VII. 155. 156. Additque *Gelam* fratri *Gelonis* *Hieroni* a *Gelone* ipso demandatam esse cum ipse potitus esset tyrannide *Syracusana*. Hoc ergo huius *septennii* interuallo, quo *Gelae* praeerat *Hippocrates*, *secundo* *Camarina* condita est ab *Hippocrate*. *Thucyd.* VI. 5. Scholiastes *Pindari* ad *Ol.* V. Certe *post victos* ab eodem *Hippocrate Syracusanos*, a quibus rudera veteris *Camarinae* redemtorum *Captiuorum* pretium accepit *Hippocrates*. *Thucyd.* et Scholiast. *Pindar.* vbi supra. Et tamen *ante* receptos *Ergetinos*. Tum enim *Camarinaeos* *Hippocratis* socios legimus apud *Polyaenum* L. V. Strateg. c. 6. *Hippostratis* ergo tyrannide ad *finem* vergente *Camarinam* secundo conditam fuisse suspicor. Οἰκιςὴς hac *secunda* vice ipse erat *Hippocrates*. *Thucyd.* VI. 5.

Hoc etiam *eodem* anno, nempe *triginta duobus*, ante cladem *Athenienſium* ad *Drabescum*, annis, coloniam ad Ἐννέα ὁδοὺς deducere conatus *Aristagoras* *Milesius*, sub *Dario*. scilicet *Hystaspide*. ab *Edonis* pulsus interfectusque est. *Thucyd.* IV. 102. *Herodot.* V. 126.

Ol. 70. $\frac{2}{3}$ defectio *Ionum*, et *Sardium* incendium. *Herodot.* V. 37. Vid. *Ol* 71. $\frac{3}{4}$ *Ol.* LXX. $\frac{3}{4}$. successio *Alexandri* Regis *Macedonum*. Vid. infra *Arch.* XXVII.

Ant. *Chr.* 493. *Ol.* LXXI. $\frac{3}{4}$. ἕκτον ἔτος ἀποςάσιος *Aristagorae*. *Herodot.* VI. 18.

Ant. *Chr.* 492. *Ol.* $\frac{71}{72}$. $\frac{4}{1}$. Classis *Persarum* χειμερίσασα ad *Miletum*, δευτέρῳ ἔτεϊ *insulas* ceperunt. *Herodot.* VI. 31. Id est, anno *sequenti*, pro more *Herodoti*. Κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο. Et postea τούτου τοῦ ἔτεος. *Herod.* I. 42. Hinc constat *annos* hic designare *Herodotum*; et anni *initium* ab *hyeme finita* arcessere. Vid. ann. *seq.*

Ant. *Chr.* 491. *Ol.* LXXII. $\frac{1}{2}$. Aquam et terram *Persis* dant *Aeginetae*. Inde *Bellum* in illos, cuius occasione Regno *Procliderum* apud *Lacedaemonios* exutus est *Damaretus*, suffectusque in illius locum *Leotychidas*, per annos XXII. Vid. infra *Ol.* 77. $\frac{3}{4}$. Incipit hic annus *Herodot.* VI. 46. Δευτέρῳ δὲ ἔτεϊ τούτων. Erat certe *proximus ante* praelium *Marathonium*, pro sententia *Herodoti*. Confer *Herodot.* VI. 44. 45. cum VI. 96 et VI 48. cum VI. 95. Et videbis, proximo *ante* praelium *Marathonium* anno ab illo tribui, quae hoc in anno ipse tradit. Ita Chronologia haec *Herodotea* ab *Ol.* 70. $\frac{2}{3}$. necessarium nexum habere comperies. Vid. *Ol.* 77. $\frac{3}{4}$.

Ant. *Chr.* 490. *Ol.* LXXII. $\frac{2}{3}$. Nempe κατὰ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑςάσπου ςρατείαν, *secundo* diruta est a *Gelone* *Camarina*, vt e *Timaeo* docet *Pindari* Scholiastes. Verbis tamen corruptissimis, quae hic proinde recitanda sunt, vt emendentur. Ad verba *Pindari*, τὰν νέοικον ἕδραν *Ol.* V. 19. ita scribit: Ἱπποκράτης ὑπὸ τοῦ τῶν Γελώων τυράννου ἀνῃρέθη. Εἶτα ὑπὸ Γέλωνος συνῳκίσθη ἡ Καμαρίνα κατὰ τὴν οβ' Ὀλυμπιάδα, ὥς Φησι Τίμαιος. Διὸ καὶ νέοικον ἕδραν εἶπε τὴν πόλιν· ἡ δὲ ἄλωσις αὐτῆς ἐγένετο κατὰ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑςάσπου ςρατείαν. Veram Auctoris sententiam tum demum elicies, si verba eius in hunc modum restituantur: Ὑπὸ τοῦ τῶν Γελώων τυράννου Γέλωνος καθῃρέθη ἡ Καμαρίνα κατὰ τὴν οβ' Ὀλυμπιάδα, ὥς Φησι Τίμαιος· εἶτα συνῳκίσθη. Διὸ καὶ νέοικον ἕδραν εἶπε τὴν πόλιν, etc. Sic omnia conuenient. Hoc enim *anno* huius *Olympiadis* στρατείαν *Darii* fuisse omnes consentiunt. Nempe celeberrimam illam in *Marathonem*. Non dissimulo tamen, ita vt hodieque leguntur in *veteri* Scholiaste, reperisse *recentiorem* illius exscriptorem. Nempe, si hoc *vnum* exceperis, quod, pro errore crassissimo *μβ'*, ipse *πβ'* in suo Codice legisse videatur. Retulit tamen ad συνοίκησιν *Camarinae*, non autem ad eiusdem ἅλωσιν, illam, quam dixi, *Olympiadem*. Et tamen *Gelonem* nouae huius κτίσεως Auctorem esse voluit. Absurdissime, cum in *Gelonis* tyrannidem non quadrarit *Olympias* LXXXII. *Erroris* occasionem fuisse puto, quod illa *Olympiade* vicerit *Psaumis*, et quod *Pindarus* *Psaumidis* patriam *Camarinam* νέοικον ἕδραν appellarit. Quasi vero illa *ipsa*, (qua vicit *Psaumis*), Olympiade, *Camarina* fuisset restaurata. Hoc etiam pariter absurde, cum ipso Olympiadis *initio victoriae* fuerint *Olympicae*. Ita si intelligatur *Scholiastes*, conueniet examussim cum nostro *Thucydide*. Sic enim ille: καὶ αὖθις ὑπὸ Γέλωνος ἀνάςατος γενομένη, τὸ τρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος. VI. 5. Docebit enim vterque, tam *Scholiastes*, quam ipse etiam *Thucydides*, tam secundum Camarinae *Excidium*, quam et tertiam eiusdem *aedificationem*,

Geloni tribuendam esse. Secundi autem *excidii annum* solus Nos docuit *Scholiastes*. Vterque autem, si ita intelligatur, consentiet, *tertiam* quoque *Camarinae* coloniam a *Gelone* esse deductam, et de *Gelonis* adeo *temporibus* intelligendam esse vocem *Pindari* νέοικον. Ita quidem, si recte, dirutae a *Gelone Camarinae*, tempus designarit Scholiastes. *Herodoti* alia videtur esse sententia, de qua vid. *Ol.* LXXIII. 4.

Hoc certe praelium *Marathonium* anno *ante* Salaminium *decimo* tribuit etiam *Thucydides*. I. 18. Et recte quidem. Nempe anno illi qui cum *Ol.* LXXII. $\frac{2}{3}$. concurrit, vt alibi ostendimus, *Diss.* VIII. de Cycl. *Lac.* §. 12. Et *plenum* illud *decennium* fuisse testatur *Plato* de Legib. L. III. Nempe a *sexto Boëdromionis*, quo victi sunt in *Marathone Persae*, ad diem mensis eiusdem *vigesimum*, quo victi sunt ad *Salaminem*. Conueniunt et Notae *Herodoteae*. Apparatum *triennalem* ipsius *Darii* ad nouam Expeditionem ipse memorat *Herodotus*, VI. 1. Addit idem *quarto* a pugna *Marathonia* anno *Aegyptios* defeciisse. VI. 1. Denique *proximo* post *Aegyptiorum* defectionem anno *mortem Darii* ponit, *expletis* regni annis XXXVI. L. VII. 4. Anno nempe *Nabonassareo* 262. pro calculo *Astronomorum*. Hoc quoque satis accurate. *Quintus* autem hic annus est a praelio *Marathonio* pro calculo *Herodoti*, quarto nempe *proximus*. Ambobus *terminis* scilicet inclusis. Quae notae conueniunt *Ol.* LXXIII. $\frac{2}{3}$. vel Period. *Iulian.* anno 4228. Postea numerat annos *quatuor* apparatus ipsius *Xerxis*. VII. 20. Quos tamen annos *ternario* numero mox concludit. c. 21. Vel inde intelligimus *tres* annos tantummodo fuisse *completos*. Horum annorum *primo*, altero post *Darii* mortem, *Xerxis* Expeditionem contra *Aegyptios* statui *Herodotus*. VII. 7. Hic annus est *Ol.* LXXIII. $\frac{3}{4}$. vel Per. *Iul.* 4229. Inde ineunte anno *quinto Sardes* mouisse tradit, ibique *hyemasse*. VII. 20. Hic annus est *Ol* LXXIV. $\frac{3}{4}$. Per. *Iul.* 4233. Ita Expeditio *ipsa* sequentis anni *Vere* contigerit. Anni nimirum *Iuliani* quo *Olympia* fuisse ipse testis est *Herodotus*. VII. 206. Conuenit porro huic anno Archon *Phanippus*, (sub quo rem gestam in *Marathone* fuisse tradunt *Plutarchus*, Aristid. et Auctor Chron. *Oxon.*) vt ostendimus vbi supra, Diss. VIII. 12.

Hoc forte anno, mortuo *Cleomene*, successit in familia *Eurysthenidarum* apud Lacedaemonios *Leonidas*. Vid. *Ol* $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$.

Ant. *Chr.* 484. *Ol.* $\frac{73}{74}$ $\frac{4}{1}$. *Camarina* a *Gelone* diruta, cum a *Gela* moueret ad suscipiendam tyrannidem *Syracusanam*. Quod hoc demum anno *Ol.* 73. 4. factum colligitur e *septennio* quo regnauit *Syracusis*, mortuus *Ol.* 75. 3. Id vero ita fuisse innuit *Herodotus*. Docens enim quomodo ciuitatem *Syracusanam* auxerit, deductis eo *aliarum Vrbium* colonis, sic habet: Καμαριναίους ΑΠΑΝΤΑΣ ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πολίτας ἐποιησε, Καμαρίνης δὲ τὸ ἄστυ ΚΑΤΕΣΚΑΨΕ. *Herod.* VII. 156. Rectius ergo fortasse *dirutae Camarinae* Epocham ad *hunc* annum retulerimus, quam supra ad *Ol.* LXXII. $\frac{2}{3}$. Quid fiet ergo de *Pindari Scholiaste? Herodot.* sane conferendus non est. Quid si pro verbis *Scholiastae*, κατὰ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑσάσπου στρατείαν, reponamus, μετὰ τὴν etc. Nihil video quod pugnet quo minus ita faciamus. Sic autem omnia satis apte conuenient.

Ant. *Chr.* 482. *Ol.* LXXIV. $\frac{3}{4}$. *Nicophemum* Archontem appellat Scholiastes *Aeschinis*, quem alii *Nicodemum*. Vid. Ann. *seq.*

Ant. *Chr.* 481. *Ol.* LXXIV. $\frac{4}{4}$. Arch. *THEMISTOCLE*, *Piraeeus* portus condi coeptus ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε. *Thucyd.* I. 93. Eoque in *Magistratu* fuisse *Themistoclem* suffragatur etiam *Pausan.* Attic. I. *Tempus*, quo in Magistratu fuerit, docet Thucydidis *Scholiastes*. Anno scilicet qui *Xerxis* Expeditionem *praecesserit*. Sic enim habet: Πρὸ δὲ τῶν Μηδικῶν ἦρξε Θεμιστοκλῆς ἐνιαυτὸν ἕνα. Nec alio fortasse referenda verba *Scholiastae* inediti in *Aeschin.* in *Timarch.* quo loco *Aeschines* meminit *Nicophemi:* Οὗτος, inquit, ἦρξε πρὸ Θεμιστοκλέους. Ἦν δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος καὶ Ἡγήσανδρος. Καὶ οὗτοι κοινῇ διέκλεψαν τοῦ δημοσίου χιλίας δραχμάς. Habemus certe ab hoc vsque tempore ad aetatem *Aeschinis* Fastos Archonticos *continuos*, in quibus *vnicus* occurrit *Themistocles Ol.* CVIII. 2. Sed decessore *Theophilo*. Et ne quidem antiquior *Themistocles Ol.* LXXI. $\frac{3}{4}$. decessorem habuit, qui nomen haberet affine *Nicophemo*, sed *Pythocritum*. Hoc autem loco quo Nos *Themistoclem* statuimus, decessor est *Nicodemus Dionysio Halicarnassaco*, qui facillime *Nicophemus* ab aliis potuerit appellari. Nec alio aliquo loco occurrit Archon *Nicophemus*, praeterquam *Ol.* CIV. 4. qui successorem habet *Callimedem* vel *Callidemidem*, non *Themistoclem*. Ab illo, ni fallor, distinguendum censuit *Scholiastes* hac ipsa nota *successoris*. Est enim hoc in Fastis *Archonticis* frequentissimum, vt *cognomines* inuicem Archontes addito *successoris* vel *decessoris* nomine inuicem secernant. Frustra ergo ad *recentiora* tempora *Themistoclis* Magistratum detrusit *Lidyattus*, quem tam disertis verbis *Persica* expeditione *antiquiorem*, et *vno* duntaxat *anno* antiquiorem, statui videmus. Sic optime omnia inuicem cohaerent, vt *coeptum* ante *Persica* portum, mox, vbi *otium* esset a *Persicis*, idem, qui coeperat, absoluerit. Vel inde colligimus, antiquiorem *Adimanto* in *Archontico* Magistratu fuisse *Themistoclem*. *Finem* enim operi impositum, Archonte *Adimanto*, testatur *Diodorus*, quod *coeptum* tantummodo, cum ipse *Archon* esset *Themistocles*, docet hoc ipso in loco *Thucydides*. *Phaedonem*, quem hoc loco reponunt alii, μετὰ τὰ Μηδικὰ fuisse, disertissimis verbis testatur in *Thesei* vita *Plutarchus*. Imo his ipsis *Xerxis Medicis* iuniorem fuisse e re *gesta* constat quam cum *Phaedonis* Magistratu iungit *Plutarchus*. *Scyro* enim capta *Thesei* ossa *Athenas* retulit *Cimon*. Quam captam *Ol.* LXXVII. 3. tradit *Diodorus*. Quod porro huic eidem anno assignat Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή, id nullo veteri teste niti, sed *Scaligeri* solius errori deberi, monuit ante Nos Cl. *b*) *Bentleius*. Et nos illum infra proprio loco asseremus. Nempe *Ol.* LXXVII. 4. Merito ergo in hunc locum (qui alioqui vacuus futurus est) sufficiendus est celeberrimus

b) Resp. ad D. *Boyl.*

ille *Themiſtocles*. Nec erat, vt putauit *Lidyattus*, aliena ab *Archontis* dignitate χορηγία. *Principibus* enim in Republica viris concedi ſolebant *Ludorum ſumtus*, etiam *Scenicorum*. Ipſe etiam *Archon* praeerat, et *Choragis* auloedos per ſortes partiebatur. Facile intelligimus proximos *Archonti* ipſi dignitate fuiſſe *Choragos*. Nihil ergo vetat quin fuerint ex eorum numero qui *Archontis* Magiſtratum geſſerant. *Poenae* enim ludorum perperam actorum in *Choragos* incidebant. Imo μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος docet in *Themiſtocle* Plutarchus. Idem *Cimonem* primariae dignitatis virum Tragoedorum iudiciis praefuiſſe cum *collegis* στρατηγοῖς docet in *Cimone*. *Coeptum* quoque *Piraeei* portum ante praelium *Salaminium* oſtendit diſerta *portus* ipſius mentio in *Herodoto* ipſo *tempore* illius *praelii*. Sic enim loquitur de *Ionibus*: Οὗτοι δὲ εἶχον τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα. VIII. 85. Signum hic deſignatur ſitus *maritimi*, quod potius a *portu*, quam a δήμω vel *Pago*, deſumendum erat, vt volebat Cl. *Lidyattus*. Nec erat ſane cur miraremur frequentiorem *Phaleri* quam *Piraeei* mentionem in *Herodoto*, quod *Phalerus* iam vſui idoneus eſſet, *coeptus* autem tantummodo alius ille portus, de quo loquimur, *Piraeei*. Sed vel ex hac vnica illius mentione ſatis conſtat, tum quoque, ante *Xerxis Medica*, coeptum ſaltem fuiſſe *Piraeeum*, atque adeo *Archontem* qui *incoepti* Auctor erat Archon, *Themiſtoclem*. Fauent etiam verba *Herodoti* illa: Ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλεῖτο. VII. 143. Loquitur de *tempore* quo *Graecis* data ſunt *Oracula* de Belli euentu. Certe *antea* quam veniret *Xerxes*. Nam ad prouentus *metallicorum* triremibus impendendos, non *Xerxis* obtentu, ſed *Aeginetarum*, vſus eſt *Themiſtocles*, qui *tum* infenſi erant *Athenienſibus*. Hoc ſane tempore *Aeginetas Mare obtinuiſſe vsque ad Expeditionem Xerxis* monet *Euſebius* in *Chronico*, et *Plutarchus* e Veterum ſcriptis περὶ Θαλασσοκρατούντων. Et quidem per XX. annos, ſi verſionem S. *Hieronymi* ſequamur, quae tamen in *ſitu* vitioſa. *Syncellus* X. annos duntaxat agnoſcit, ſi tamen illa hauſerit ex *Euſebio*. Vtcunque tamen hoc Bellum *Athenienſium* cum *Aeginetis*, cauſam fuiſſe augendae *Claſſis Atticae*, quae victoria *Salaminia* potita eſt, agnoſcunt *Herodot.* VII. 144. et *Thucydides*, I. 14. ne ſit neceſſe ad *iuniorum* incertiorumque Auctorum teſtimonia confugere. Et ſane *vnius* ſaltem *anni* integri fuerit oportet tot nauium conſtructio, cum nondum eſſet manifeſtus a *Perſis* metus. Nec *plusquam* vnius anni eſſe potuit, ſi tum νεωστὶ *Themiſtocles* ad poteſtatem acceſſerit. Haec certe πρωτεία quae annua eiusdem στρατηγία, (qua victi *Perſae*) antiquior erat, alia vix eſſe potuit praeterquam Magiſtratus *Archontici*.

Ant. *Chr.* 480. *Ol.* $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{1}$. I. Arch. *Calliade*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VI.

Hinc nouum Προθεωρίας exordium arceſſit *Thucydides* rerum ad ſequentes Annales cognitu neceſſariarum. Et ſpatio annorum *quinquaginta* a *Xerxis fuga* concludit. Quod ſcilicet LO. demum *Archonte* coeperit Bellum *Peloponneſiacum*, accenſito *Archonte ſemeſtri*. Et qua *initium* Belli arceſſit *Thucydides* a re geſta ad *Plataeam*. Proinde *Archontes* hoc ſpatio numerandi ſunt, et *rectius*, quam in receptis vulgo Faſtis, eorum nonnulli *diſponendi*. Poliicetur autem hoc interuallo *Thucydides* multa a deceſſoribus ſuis *Hiſtoricis* minime obſeruata, quae ipſe accuratius indagauerit. Ad haec itaque, tanquam ad normam, *Diodori* Annales exegimus, quem *vnicum* habemus, horum temporum, *Annaliſtam*. Admodum tamen negligentem in rerum geſtarum *ſitu*; et in diuerſorum, quibus vſus eſt, diuerſarum etiam gentium, Annalium *commiſſione* imperitiſſimum. Rei itaque *Chronologicae* intereſt, vt horum temporum *Annales* antiquiſſimi, qua quidem licet, e *Thucydide*, aliisque id genus fide dignis monumentis, reſtituantur. Nos ea tamen tantummodo quae ſpectant ad *Thucydidem*.

Ol. LXXIV. 4. *Archontem* praedictum *Calliadem* agnoſcit Chronicon *Marmoreum*. Plane pro noſtris rationibus, quae horum temporum *Archontes Gamelione* ineuntes cum *duobus* committunt annis *Olympicis*. Et quidem ita vt ex vtroque anno Olympico *mediam* fere partem *ſinguli* ſortirentur.

Xerxem ergo dicit *Herodotus Sardibus* hyemaſſe, et ἅμα τῷ ἔαρι ſeſe ad traiiciendum *Helleſpontum* accinxiſſe. VII. 37. Antea quam tranſiret, occurrit hic illi *Themiſtocles* cum ſuis *Athenienſibus* 1000. et *Lacedaemonii* duce *Euaeneto* ad *Tempe Theſſalica*. Herod. VII. 173. Diodor. Plutarch. *Themiſtocl.* Dum *Xerxes* eſſet *Abydi* Herodot. VII. 174. Menſe ergo, vt videtur, *Elaphebolione*, qui hoc anno coepit *Aprilis Iuliani* die VI°.

Veris nomine *Vernos* Attici Kalendarii menſes (vt apud *Thucydidem*) intelligemus, quorum *primus* erat *Munychion*. Is a *Maii Iuliani* die VI°. incipiebat, pro noſtris *Tabulis*. Poſtea igitur traiecerit oportet *Xerxes*. Menſem *integrum* traiectui inſumſit. VIII. 51. Nempe ſpatium inter *Maii* VIM. et *Iunii* IVM. quo iniuit, pro noſtro calculo, *Thargelion*. Hoc ſpatio tam *dies ſeptem* complectimur *ſeptemque noctes* continuas, quibus *pedeſtris* per duos *pontes* traiecit exercitus, quam et *Xerxis* in vtroque litore *moram*.

Solis illa *obſcuratio*, quae vulgo pro *Eclipſi* habetur, *non* fuit tamen, vt videtur, Eclipſis, quam *nullam* hoc tempore exhibet calculus *Aſtronomicus*. Ita de illa loquitur *Herodotus* quaſi veram *Eclipſis* cauſam ne quidem *exploratam* habuerit. *Solem* ait τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην relinquentem apparere deſiiſſe. Quaſi nimirum tramite ſuo coeleſti *excidiſſet*. Hoc in ea *defectione* mirabatur, et pro portento habuit, quod, cum nullae eſſent *nubes*, pro *die* tamen *nox* exſtitiſſet. Non ita procul dubio *loquuturus*, aut *ſenſurus*, ſi de *Luna* intercipiente *Solis* lucem dogmata *Philoſophorum* accuratiſſimorum, tum temporis *arcana*, nec paſſim *nota*, ipſe *comperta* habuiſſet.

Ol. LXXV. 1. ἐν τρισὶ ἑτέροισι μησὶ (nempe a *completo* poſt traiectum *Helleſpontum* menſe *primo*) ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. Herodot. VIII. 51. Hic *quartus* eſt ab ipſa *traiectione* menſis. *Hecatombaeone* ergo *Attico* ad *finem* vergente (qui, pro noſtris rationibus, exiit *Auguſti Iuliani* die XXXI°.) *Athenas* venit *Xerxes*, etiamnum eodem Archonte *Calliade*.

Et quidem hoc eodem anno *Ol.* LXXV. *Calliadem* Archontem agnoſcunt *Diodorus*, *Dionyſius Halicarnaſſaeus*, *Laërtius* et *Thomas* Magiſter in vita *Euripidis*. Hinc ſane verum eſſe colligitur *ſitum* Archontibus horum temporum a nobis aſſignatum, propter Archontem *ſemeſtrem*. Hoc ergo *trium menſium* poſteriorum ſpatio notas temporis *medias* complectimur. Sic tamen vt res geſtae pleraeque in *hanc* partem anni *poſteriorem* inciderint.

Belli initium erat a clade ad *Thermopylas*. Huius *tempus* ſeſto duplici deſignauit *Herodotus* VII. 206. *Olympiorum* et *Carniorum*. De *Olympiis* ita: Ἦν γὰρ κατὰ τὠὐτὸ Ὀλυμπιὰς τούτοισι πρήγμασι συμπεσοῦσα. Loquitur de profectione *Leonidae* et praelio ad *Thermopylas*. Quaſi nimirum paulo *ante* Olympiadem *Sparta* diſceſſiſſet, cuius apparatus *ſociis* omnibus communis obſtiterit, quo minus *ipſi* tempore opportuno *Leonidae* periclitanti interfuerint, οὐ δοκέοντες κατὰ τάχος οὕτω διακριθήσεσθαι τὸν ἐν Θερμοπύλῃσι πόλεμον. De *Carniis* ita loquitur, quaſi, illis celebratis, *Leonidam* iam *antea* miſſum ſecuturi eſſent cum copiis vniuerſis *Lacedaemonii*. Hoc enim innuunt illius, ni fallor, verba: Μετὰ δὲ, Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδὼν, ἔμελλον ὀρτάσαντες, καὶ Φυλακὰς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κατὰ τάχος βοηθέειν πανδημεί. *Inſtabant* ergo *Olympia*, et *in luciae* illorum fortaſſe coeptae erant cum diſcederet *Leonidas*. *Olympia* autem ipſa nondum aderant, quae *Socios* ad feſtorum finem permanentes impedierint ne etiam *ipſi* praelio adeſſent, ne quidem ſuſpicatos tam *cito* apud *Thermopylas* praelio fatali decernendum eſſe. *Carniorum* ſacra paulo remotiora erant cum *Spartam* antea cladis nuncius appulerit quam ſuppetiae *Leonidae* mittendae ad *iter* accingerentur. Nec *longum* fuiſſe ſpatium ad *Olympia*, cum caderet *Leonidas*, exinde conſtat, quod, cum *Thermopylis* moueret *Xerxes*, pauci quidam ex *Arcadia* perfugae ad *Xerxem* adducti nunciarint, tum *Graecos* in *Olympiis* celebrandis fuiſſe occupatos, *c*) ὡς Ὀλύμπια διάγοιεν, καὶ θεωροῖεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. Rogati nimirum a *Perſis*. περὶ τῶν Ἑλλήνων, τὰ ποιέοιεν; Tam *Quaeſtio* illa quam *Reſponſio* eo ſpectant, vt tum quoque, cum rogarentur perfugae, *Olympia* peragerentur. Sic paucis ante *ludos* diebus ceciderit *Leonidas*. *Criſis* autem *Olympiorum* erat *Hecatombaeonis* die XVIo. (eo certe menſis *Elidenſis*, qui *Attico Hecatombaeoni* reſpondebat, die) vt nos docet *Pindari* Scholiaſtes. Itaque paulo *antea* clades illa ad *Thermopylas*, ineunte, vt videtur, *Hecatombaeone*. Ταῖς αὐταῖς ἡμέραις, pugna *pedeſtris* ad *Thermopylas*, et *maritima* ad *Artemiſium*. Herodot. VIII. 15. Et tamen *Aeſtas media*. μέσον θέρος. *Herod.* VIII. 12. cum depugnaretur ad *Artemiſium*. Quod videri poteſt *incommodum*, cum praelium illud menſe *Aeſtino* primo, *Hecatombaeone*, ſtatuerimus. Sed vel inde potius *Cycli* noſtri veritas confirmatur. Ad talem enim annum *pugnam* vel inde referendam eſſe conſtat, quo *ſecundi* menſis *Parapegmatici Aeſtini* locum tenebat menſis *ciuilis* Lunaris *primus*. Vt recte quadrat nota iſta *Aeſtatis mediae* in *Auguſtum Iulianum* etiam *ineuntem*, qui fere *imbat* cum *Hecatombaeone Attico* pro noſtris *Tabulis*. Eſt enim reuera *ſecundus* menſis a *Iunio Iuliano* exeunte, cui conueniebat *Solſtitium*. Anni enim *Tempeſtates* accuratius e Parapegmate *Solari*, quam e menſibus Lunaribus *Ciuilibus*, deſignari ſolebant.

Proinde verum eſt, quod modo obſeruabamus, res a *Xerxe*, poſt traiectionem, geſtas, quarum quidem *tempus* exploratum habemus, pleraſque ad partem huius anni *ſequentem* ſpectare, qua *primus* iniuit annus *Olympiadis* LXXVae. Itaque non abſurde ad illum annum *Xerxis* διάβασιν plerique retulerunt. Quod ſcilicet, excepta ipſa διαβάσει, reliqua omnia illo ipſo anno, quem dixi, *Olympico* contigerint. Sic *Expeditionem* illam anno *Iphitео* 297 tribuit, apud *Clementem Alexandrinum*, *Eratoſthenes*. Et *Calliadis* Magiſtratum *Archonticum*, ſub quo expeditio illa ſuſcepta eſt, praedicto anno *Olympico* aſſignant, praeter Chronici *Marmorei* Auctorem, reliqui fere omnes. Nec incommode, pro noſtris etiam rationibus. Proinde a menſe *Hecatombaeone Xerxis* geſta reliqua *incipienda* eſſe duximus. *Coeptum* ſane menſem illum, cum decederet e *Sparta Leonidas*, innuit, vt vidimus, *Herodotus*. Nec admodum *affectum* eſſe cum fatali *praelio* depugnaretur, exinde colligimus, quod *properatio* praeter exſpectationem impedierit quo minus *Peloponneſii*, qui *Olympiis* vacabant, *praelio* ipſi intereſſe potuerint. Imo *ante* ipſa *Olympia* praelium fuiſſe e perfugarum *Peloponneſiorum* narratione didicimus. Ego *Hecatombaeonis* die VIo. fuiſſe ſuſpicor, ſi quid quidem ſolidi de praelii *tempore* ad *Artemiſium*, quod eodem *die* fuit, habeat *Aelianus*, Var. Hiſt. II. 25. Id enim ex *Herodoto* conſtat eſſe falſiſſimum, quod de menſe *Thargelione* habet Sophiſta. De menſis *die* VIo. ſed alterius *menſis*, nempe *Hecatombaeonis*, nihil obſtat quo minus fuerit verum. Suſpicor ergo quae de menſium *diebus ſextis* felicibus legerat *Aelianus*, ea ipſum omnia ad menſem *Thargelionem* per errorem retuliſſe. Certe *Boëdromionis*, pariter ac *Thargelionis*, diem *ſextum Graecis* felicem fuiſſe, exemplum dedit *Plutarchus* in *Camillo*, e praelio celeberrimo *Marathonio*. Idem *Thargelionem Barbaris* infelicem ibidem obſeruauit. Sed *Graecis* ipſis infauſtus fuiſſet ſi hoc *die* cecidiſſet *Leonidas*. Hoc autem die conſtituto quo interfectus eſt *Leonidas*, *diem* praeterea haberemus, quo *Carthaginienſes* etiam in *Sicilia* deuicit *Gelo*, ſi quidem fides *d*) *Diodoro*, diem *eundem* fuiſſe euentus vtriusque. Sed certior *Diodoro* teſtis eſt *Herodotus*, qui *diem* praelii *Salaminii*, non autem illius ad *Thermopylas* eundem aſſerit, quo et *Carthaginienſium* vires in *Sicilia* a *Gelone* acciſae ſunt. *Herodot.* VII. 166.

Accepto *nuncio* de caede *Leonidae*, *Peloponneſii* τάχιστα ſeſe ad *Iſthmum* vallo muniendum accingunt. *Herodot.* VIII. 71. Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. c. 72. *Olympiorum* κρίσιν, quae die erat *Olympiorum* vltimo, *Hecatombaeonis* diem XVIm. fuiſſe diximus, qui hoc anno dies erat *Auguſti Iuliani* XVIIus. *Carniorum* ſacra menſe fuiſſe *Siculorum Carnio*, qui *Attico Metageitnioni* reſpondebat, oſtendimus *Diſſ.* VI. §. 5. Coepit hu us anni *Metageitnion* cum *Septembri Iuliano*. Proinde *affecto Septembri* hoc opus ſuſceperint. In eo occupati ſunt, vs-

c) *Herod.* VIII. 26. *d*) *Diod.* L. XI. *Ol.* 75. 1.

que ad *Eclipſin*. Herodot. IX. 10. *Octobris* nempe *Iuliani* diem IIIm. *Boëdromionis* autem *Attici* (pro noſtris *Tabulis*) diem IIIIm. Hoc *medio* ſpatio Vrbem ſuam deſeruerant *Athenienſes*. Spe nempe ſublata *auxilii* a *Peloponneſiis Iſthmum* munientibus.

Succeſſit deinde *praelium* ipſum ad *Salaminem Boëdromionis* XXo. *Octobris* nempe *Iuliani* die itidem XXo. Sic recte *Plutarchus* in *Camillo*. Male idem in *Lyſandro*, et de *Gloria Athenienſium*. Menſem certe *Boëdromionem* fuiſſe, docet etiam *Herodotus*. Nam *Myſteria* eodem tempore acta fuiſſe teſtatur. Imo *diem* Myſteriorum, quae *Iaccho* Myſtico dicabatur, idem tradit VIII. 65. Quem diem *Boëdromionis* XXm. fuiſſe teſtatur, vbi ſupra, *Plutarchus*. Nam praeſidium *Macedonicum Athenienſes* recepiſſe dicit, *περὶ τὴν αὐτὴν τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος; ἢ τὸν μυσικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν*. Conuenit porro *Argumentum* quo vſum tradit *Themiſtoclem*, vt *Graecos* a Rege *Xerxe* perſequendo auerteret. Vt nempe darent operam *ſementi*. Herodot. VIII. 109. *Imbres* enim *ſementi* opportunos in diem *Nouembris* XIm. confert *Cicero* in *Xenophontis Oeconomico* a ſe *Latine* verſo, teſte *Plinio*. Nat. Hiſt. XVIII. 25. Recte ergo *ἀνωρύην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν* ait, apud *Herodotum Mardonius*. VIII. 113. Suaderetque Regi vt in *Theſſalia hyemaret*, et deinde *ἅμα τῷ ἔαρι Peloponneſum* denuo tentaret. *Mare clauſum* ab eodem illo *Nouembris* die XIo. inchoabant *Romani*. Veget. de Re Milit. IV. 39. Recte ergo a *maritima* perſecutione diſſuaſit *Themiſtocles*. Et ab eodem die *Vergiliarumque occaſu* Hyemem inchoat *Plinius* pro more *Romano*. Nat. Hiſt. II. 47. Vt proinde recte *Xerxem* de *Hybernis* quaerendis monuerit item *Mardonius*. Herodot. VIII 113. *Maemacterion* hibernorum menſium *primus* iniuit *Octobris Iuliani* die XXXo. decimo nimirum a *pugna* ipſa *die*.

Die a *Praelio* XLVo. appulit in *Helleſpontum Xerxes*, ad *traiectum* ſcilicet. *Herodot.* VIII. 115. Nempe *Decembris Iuliani* die IVo. Idem *Pyanepſionis Attici* dies erat VIus. pro noſtris *Tabulis*. Hoc ſpatio fuga *Xerxis* concludenda eſt, quam pro *annorum*, in quibus verſamur, *quinquaginta* Epocha habet *Thucydides*. Imo ab ipſo potius *praelio* ſupputaſſe arbitror, vel potius a paucis *poſt* praelium diebus. *Herodot.* VIII. 113. Poſt *Xerxis* fugam geſta *Themiſtoclis* in *Inſulanos*, et obſeſſa forte a *Perſis Olynthus*, poſt diem *Pyanepſionis* VIm. quo *Xerxem* in *Helleſpontum* appuliſſe diximus. Claſſis *Xerxis Cumae* hiberna habuit. *Herodot.* VIII. 130.

Hic obſeruatu dignum eſt, *Themiſtoclem prima* huius Iuliani *parte* rem geſſiſſe aduerſus *Xerxem*, iam non amplius *Archontem*, ſed *στρατηγόν*. Hoc enim nomine *militiae* praefuit, et quidem *exterae*, vltra *Vrbis* pomoerium. Nec eſt qui dubitet eundem fuiſſe *poſteriori* anni *parte* in praelio celeberrimo *Salaminio*. Inde conſtat *annuam* illius *στρατηγίαν* vtramque *partem* complexam eſſe. Et proinde Anni Ciuilis *Attici* formam talem fuiſſe qualem *noſtrae* ſupponunt rationes, quae a *Gamelione* coeperit, non autem ab *Hecatombaeone*.

Ant *Chr.* 479. *Ol.* LXXV. $\frac{1}{2}$ II. Arch. *Xanthippo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVIo.

Hunc *Archontem* ſuperiori *proximum* faciunt omnes. Et ſimiliter in *ſitu* discrepant, eandem quem Nos ſirum illi aſſignantes. Chronici *Oxonienſis* Auctor annum illi tribuit *Ol.* LXXV. 1. *Diodorus Ol.* LXXV. 2. Idem *Xanthippus* ille cum eo qui pater erat *Periclis*.

Ol. LXXV. 1. Obſidio *Potidaeae* poſt *tres menſes* ad finem perducta. *Herodot.* VIII. 129. Coepit certe poſt reditum *Xerxis*. Reuerſus enim *Artabazus* obſidionem vtramque ſuſcepit, tam *Olyntho*, quam *Potidaeae*. Herodot. VIII. 126. 127. *Helleſpontum* attigit *Xerxes Pyanepſionis* VIo. *Decembris* IVo. vt ſupra. Proinde *finem* accepit obſidio poſt diem VIm. *Antheſterionis*, *Martii* autem *Iuliani* diem IIIm. Poſtea ductae ab *Artabazo* copiae illae ad *Mardonium*, adhuc in *hibernis* agentem. Deinde *Athenas* legatum mittit *Mardonius Alexandrum Macedonum* Regem, exſpectatque ipſe in *Theſſalia* dum rediret. Haec omnia ſatis commode *ante* initium *Veris*, nempe *Munychionis Attici* diem I. *Aprilis* autem *Iuliani* diem XXV.

Ἔαρος ἐπιλάμψαντος πρωὶ claſſis *Perſica* e *Cuma Samum* mouit. *Herodot.* VIII. 130. Verba *Herodoti*, a diei *diluculo* metaphora ducta, *Veris*, vt ita loquar, *diluculum* deſignant, primumque adeo Veris *exordium*. Proinde vltra diem praedictum *Aprilis* XXV. expeditio illa multum differenda non eſt. *Ὡς τὸ θέρος ἐνίζατο*. *Diodor. Ol.* 75. 2.

Graecos τὸ ἔαρ γενόμενον excitauit ad *nauigationem* in *Aeginam*. Herodot. VIII. 131. Adhuc *Mardonio* in *hibernis Theſſalicis* agente, *χειμάζοντος*. *Herodot* VIII. 133. Haec duo inuicem collata docent *Ver*, *propinquum* tantummodo fuiſſe, nondum *coeptum*, cum ſuſciperetur illa *nauigatio*. Concluditur hoc ſpatium, ni fallor, inter *Martii Iuliani* diem XIm. quo finis *Mari Clauſo*, pro diſciplina *Romanorum* (*Veget.* de Re Milit. VI. 39.) et diem *Aprilis* praedictum.

Decimo menſe, poſtquam fuerant a *Xerxe* captae, *Mardonius Athenas* venit. *Herodot.* IX. 3. Menſe ſcilicet *Thargelione*; qui hoc anno coepit *Maii Iuliani* die XXIVo. Imo menſe ad *exitum* vergente, ſi quidem *integrum* ſpatium illud *decimeſtre* intelligatur. Proinde menſe *Iuliano Iunio*, cuius die XXIIo. exiit *Thargelion*. Nam *Hecatombaeone* ſuperioris anni ſimiliter *exeunte Athenas* venerat *Xerxes*. *Athenas* deſertas reperit *Mardonius*, vnde paulo antea in *Salaminem* deceſſerant *Athenienſes*. Deſerti nimirum ipſi a *Peloponneſiis*. Paulo, inquam, *antea*. Nam legationem a *Mardonio Athenis* ipſis obierat *Alexander* Rex *Macedonum*, quem exſpectauit in *hibernis Mardonius*, dum rediret. Nec *Athenienſes* antea negligebant *Peloponneſii* quam *murus*, quo *Iſthmus* vallabatur, *pinnas* accepiſſet. *Herodot.* IX. 6. Has autem nondum acceperat cum *Athenis* eſſet *Alexander*. Adhuc enim ſibi quoque vehementer extimeſcebant. *Herodot.* IX. 8. Denique, quia *Athenis* non *antea* diſceſſerunt quam *Mardonius* in *Boeotia* eſſe audiretur. *Herod.* IX. 6. Exprobrant autem *Athenienſes Lacedaemoniis*, quod, ſe neglectis, *Hyacinthiis* vacabant. *Herodot.* IX. 6. 11. Ipſo, vt videtur, *diſceſſionis* tempore. Itaque et *Hyacinthia* ſub finem *Attici Thargelionis* vel potius, ſub finem menſis *Laconici*, qui *Attico Thargelioni*, pro maxima ſui parte, reſpondebat, *Hecatombaei*. Huic

enim menſi *Laconico Hyacinthia* tribuit *Heſychius.* Hic ſitus *Hyacinthiorum* ſatis commodus eſt. Reditum enim *Ageſilai* ab expeditione *Vernali* ad *Hyacinthia* agenda maturum cenſet *Xenophon.* Quippe quae ſub finem menſis *Vernalis ſecundi* agi ſolerent. Cogitandum ergo annon haec melior ſit *Hyacinthiorum* diſpoſitio, quam ſit alia illa a nobis alibi aſſignata, quae menſi *Laconico* illi aſſignabat, qui *Attico* reſponderit *Hecatombaeoni*, Diſſ. VIII. 17. Et Ann. *Xenophont.* XIX. Menſes *cognomines* non ſemper eiusdem fuiſſe *ſitus* in multis aliis exemplis obſeruauimus. Eſtque ſane hoc *Herodoti* teſtimonium exceptione maius. Non tamen vacat impraeſentiarum vt iam operoſius in illud ſcrutinium incumbamus. Hoc *Hyacinthiorum* tempore X. dies elapſi ſunt, quibus diſtulerant auxilia *Atheniēſibus* mittenda. Nempe cum *Alexander* Rex *Macedonum* legatus a *Mardonio Athenas* veniſſet. *Herodot.* IX. 8. Poſt *diſceſſum* auxiliorum cum *Pauſania*, mox *Mardonius* in *Attica.* Herodot. IX. 12. *Mardonius Athenas* reliquit antequam *Iſthmum* attingeret *Pauſan.* Herod. IX. 13.

Ol. LXXV. 2. In mutuum *conſpectum* venerunt acies *Perſarum* et *Graecorum.* Herodot. IX. 30. Die ſcilicet *ante* praelium *Plataeenſe* XIII°. Proinde die *Metageitnionis Attici* (pro *poſteriori* eius parte) XX°. *Septembris* autem *Iuliani* die X°.

Sacrificatum ex vtraque parte ab *Aruſpicibus* tam *Graecorum*, quam *Perſarum.* Aruſpicibus tamen vtrobique *Graecis.* Ἡμέρᾳ δευτέρᾳ. *Herodot.* IX. 32. Nempe mutui *conſpectus.* *Metageitnionis Attici* XXI°. *Septembris Iuliani* XI°. Ante praelium *Plataeenſe* XII°.

Conſilium a *Timogenide Mardonio* datum de aditibus *Cithaeronis* cuſtodiendis, ne *transfugae* elaberentur ad *Graecos.* Ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ, ὅτε ταῦτα ἐκεῖνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ. *Herodot.* IX. 38. Die ante *praelium* VI°. *Metageitnionis Attici* XXVII°. *Septembris Iuliani* XVII°.

Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον, ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρξαι. *Herodot.* IX. 39. Nempe *μέχρι τῶν δέκα ἡμερέων*, c. 40. Ad diem *ante* praelium IVm. *Metageitnionis Attici* XXIXm. *Septembris Iuliani* XIXm.

Ἑνδεκάτῃ ἐγεγόνεε ἡμέρῃ ἀντικατημένοισι ἀλλήλοισι ἐν Πλαταιῇσι. Conſilium *Mardonii* de praelio *ſequenti die* ineundo. *Herodot.* IX. 40. 41. Die *ante* praelium III°. *Boëdromionis Attici* I°. *Septembris Iuliani* XX°. Sub *noctem* (a qua *nocte* iniuit dies *Boëdromionis Attici* IIus. a Solis *occaſu*) de praeſidio *Mardonii* conſilio *Graecos* monet *Alexander* Rex *Macedonum.* Herodot. IX. 43. 44.

Graecorum aditus intercludit equitatus *Mardonii.* Inde conſilium *Graecorum* de nouis *caſtris* occupandis. *Herodot.* IX. 48. 49. Secunda *noctis* vigilia (*Boëdromionis Attici* die III°. *Septembris Iuliani* adhuc XX°. ſed *exeunte*) *Graeci* e *caſtris* diſcedunt. *Herod.* IX. 50. 51. Ἦτε ἡμέρα διεξῆλθεν ἀρχή. *Plutarch* Ariſtide. Hoc die *Mycalen* venunt *Graeci*, ὑστεραίᾳ pugnaturi. *Diodor. Ol.* 75. 2.

Praelium decretorium ad *Plataeam* die *Boëdromionis Attici* III°. *Plutarchus* bis, in *Camillo*, et de *Glor. Athenienſ.* Proinde *Septembris Iuliani* die XXII°. Male idem *Plutarchus* in *Ariſtide*, *Boëdromionis* τετράδι. Errore, vt videtur, e menſis *Boëdromici Panemi* τετράδι verbis proxime ſequentibus memorata, orto. Peſſime *Aelianus*, qui *Thargelionis* diei VI°. tribuit. Var. Hiſt. II. 25. Quod e praedictis conſtat eſſe falliſſimum. Πρωΐ commiſſa haec pugna. *Herodot.* IX. 100. Eodem *die* victoria ad *Mycalen Graecorum* in *Perſas.* *Herodot.* IX. 89. 99. 100. *Diod. Ol.* 75. 2. Eodem etiam *menſe.* Sed *περὶ δείλην* victoria ad *Mycalen. Herodot.* IX. 100. *Xerxes* hucusque *Sardibus*, mox inde ad *Suſa* diſceſſit. *Herodot.* IX. 107. *Secunda* haec *Ioniae* defectio a *Perſis.* Herodot. IX. 103. Prior ſub *Dario*, Auctore *Ariſtagora.* L. V.

Δευτέρῃ ἡμέρῃ, a praelio *Plataeenſi Mardonii* cadauer ſurreptum. *Herodot.* IX. 83. Nempe *Boëdromionis Attici* die V°. *Septembris Iuliani* XXIV.

Ἑνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς, ſepultis *mortuis*, αὐτίκα, *Thebas* obſident *Graeci.* Herodot. IX. 85. viz. *Boëdromionis Attici* die XIV°. *Octobris Iuliani* die III°.

Εἰκοστῇ ἡμέρῃ deditus a *Thebanis Timogenidas.* Herodot. IX. 86. *Boëdromionis Att.* XXIII°. *Octobris Iuliani* XII°. Ita quidem, ſi dies ille XXus. numeretur ἀπὸ συμβολῆς, vt ſupra. Fieri tamen poteſt vt XXus. intelligatur *obſidionis.* Sic fuerit *deditio Maemacterionis Attici* die IV°. *Octobris Iuliani* XXIII°. Idque fortaſſe rectius.

Inferiae annuae conſtitutae vna cum agone *Pentaëterico* in honorem eorum, qui hoc praelio *Plataeenſi* occubuerant, *Maemacterionis Attici* die XVI°. *Plutarchus* in *Ariſtide.* Nempe *Nouembris Iuliani* die IV°. *Antea*, vt videtur, quam in ſuam quique patriam redirent *Graeci.* Nam communi *Graecorum* συμμάχων nomine harum *inferiarum ludorumque* curam *Plataeenſibus* commiſſam eſſe docet *Thucydides.* II. 71. III. 58. 59. Ait enim *Pauſaniam* ξυγκαλέσαι πάντας τοὺς Ἕλληνας, et *Plataeenſibus* permiſiſſe *agros* ſuos *Vrbemque* αὐτονόμους οἰκεῖν, et vetuiſſe ne quis illis ἀδίκως aut ἐπὶ δουλείᾳ bellum inferret. Si *ſecus* factum eſſet, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχων κατὰ δύναμιν. Et certe *Ariſtidis* illud ψήφισμα fuiſſe, communi, vt videtur, *Athenienſium* nomine, agnoſcit *Plutarchus.* Haec ſane oſtendunt, non cum *ſepeliendis* cadaueribus vacarent, facta eſſe; ſed deditis redactisque in poteſtatem *Thebani* Μηδισμοῦ auctoribus. Inde enim opus erat noua ξυμμάχων ξυγκαλέσει, vt quae Πανελλήνων communi nomine ſancienda erant, apud *poſteros* vim legum habitura, ea ſingularum *Graecarum* gentium, quae ſaltem Concilii *Amphictyonici* ius habebant, ſuffragiis ſtabilirentur. Et ſane, poſt deditum *Timogenidam*, adhuc ſimul fuiſſe *Graecos* ipſe quoque innuit *e*) *Herodotus.* Ait enim ſociis *Timogenidae* ſpem fuiſſe crimen refutandi, aut ſaltem numeratis pecuniis elabendi. Idque, cum ſuſpectum eſſet *Pauſaniae*, proinde illum, dimiſſis ſociorum copiis, reos *Corinthi* ſupplicio affeciſſe. *Plutarchus* certe in his *annuis* conuentibus ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος προβούλους et θεωροὺς, in ludis autem *Pentaëtericis*

e) *Herodot.* IX. 86. 87.

etiam σύνταξιν Ἑλληνικὴν agnoscit. Recte haec conuenient, si post reditum a *Thebis* haec acta supponamus. Is enim *reditus* cum, post diem *Maemacterionis* IVm. contigerit, vix poterant hae *inferiae* ante diem eiusdem mensis XVIm. celebrari. Praesertim, si, *sociis* in patrias, bello *confecto*, properantibus, noua aliqua opus fuerit ξυγκαλέσει. Nec aliter intelligo, cur non ipso potius praelii die fuerint *Panegyres* in memoriam eorum qui hoc praelio *cecidissent*. Sic autem ratio manifesta erit.

Post rem gestam ad *Mycalen*, *Graeci Hellespontum* petunt. *Lacedaemoniis* domum reuersis, *Athenienses Sestum* obsident, duce *Xanthippo*. Εὐθὺς ἐκ καταπλου πρὸς βολὰς τῇ πόλει ποιησάμενος, εἶλε Σηστόν. *Diodorus*. Quasi vero primo impetu expugnasset. Non ita certe, si Auctores *Diodoro* meliores audiamus. Aliter *Herodotus*: πολιορκεομένοισί σφι Φθινόπωρον ἐπεγένετο. IX. 116. Coeptam obsidionem ante *Autumnum* innuit. Ita scilicet vt ad *Autumnum* vsque pertigerit. Hoc enim indicat vox ἐπεγένετο. Suffragatur *Herodoto Thucydides*, qui *Athenienses* ἐπιχειμάσαντας *Sestum* expugnasse tradit. I. 89. *Coeptam* etiam ille, cum expugnaretur, tempestatem fuisse significat *hibernorum* militarium. Pro eodem exemplo quo *Herodotus* coeptum fuisse docuerat *Autumnum*. Nempe *Herodoti* Φθινόπωρον *Hyeme* sua *semestri* concludit *Thucydides*. Nam *semestris* illa *hyems* menses complectebatur, tam *Autumnales* post *Aequinoctium Autumnale*, quam et vere *Hyemales* post *Brumam*, siue Solstitium *Hibernum*. Ita *coeperit* obsidio illa ante diem *Maemacterionis* Im. qui cum die *Octobris Iuliani* XXo. pro *posteriori* eius parte, concurrebat. Inde enim *initium* erat *Autumni Herodotei*, *Hyemis* autem *Thucydideae*. Quousque vltra pertigerit incertum est. Verisimile autem est in menses *Hyemales* longius processisse, cum illos ibi ἐπιχειμάσαι dicit *Thucydides*; et cum taedium caperet *Atheniensis* absentiae a patria. Ita sane loquitur *Herodotus*, quasi, expugnata *Sesto*, huius anni militiae finem imposuerint. Sic enim habet: Καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο, οὐδὲν ἔτι πλέον τουτέων ἐγένετο. IX 120. Nec aliter hoc in loco ipse *Diodorus* qui eodem huius Vrbis *Excidio* Bellum hoc διετές cum *Persis*, pro *Herodoti* exemplo, concludit *Ol.* 75. 2. Ex vtroque colligimus, *post Maemacterionis* XVIm. et *Nouembris Iuliani* diem IVm. et tamen *ante* sequentis *Gamelionis* initium, et *Ianuarii* adeo *Iuliani* XVm. in *patriam* redisse *Athenienses*.

Obiter hinc etiam intelligimus recte a nobis constituta esse initia annorum *Archonticorum*. Res enim gestas Archonte *Xanthippo* ab *Hyemis* fine *Aestatisque* initio arcessit ipse *Diodorus*. Admodum *incongrue*, si quidem idem *tum* initium fuisset annorum *Archonticorum* atque *Olympicorum*. Accuratissime autem pro *nostris* hypothesibus, qui annos *Archonticos*, ante *Metonem*, a *Gamelione* potius arcessendos existimamus. Aliter fuisset, ad *finem* potius *Archontis* cuiusque, quam ad *initium*, res *Hyeme* aut *Vere* gestae referendae essent. Formam hic vetustissimorum, ante *Thucydidem*, quos excerpsit, Annalium seruauit *Diodorus*, quos etiam ipsos *Archontibus* designatos fuisse in *Apparatu* iam ostendimus. Et recte haec se habere exinde verisimile est, quod tam longe absint ab eorum placitis, qui e *iuniorum* Archontum *situ*, qui annis *Olympiadum* accurate respondebant, de *veterum* quoque Archontum *simili* situ, Historico coaeuo nullo praeeunte, pronunciabant. Hinc ergo recte *Xanthippum* anno *Iuliano ineunte* Archontem fuisse colligitur. Nec *alium* fuisse, etiam cum *nouus* iniret annus *Olympicus*, res a *Xanthippo* gestae docent, si quidem idem fuerit στρατηγὸς cum *Archonte Xanthippo*. Praelium enim ad *Mycalen Sestumque* expugnatam, ad *posteriorem* illam anni partem referenda esse iam ostendimus. Erant sane, fateor, στρατηγοῦ *Archontisque* munera inuicem diuersissima. Nec qui *vtroque* munere defungebantur, *Aristides* et *Themistocles*, eodem item *anno*, vtroque insigniti sunt. *Archon* Eponymus *Iudiciis* praeficiebatur, *domi* potius, quam *militiae* officium executurus, et pro *ciuili* magis, quam *militari* Magistratu agnoscendus. Nec sane vllum, vt opinor, Archontem *Eponymum* in Fastis legimus, qui eodem anno, quo Archon erat *Eponymus*, res *Bello* gesserit, hunc *vnum* si excesperis. Nec tamen proinde absonum erat, vt *exercitui* praefuerit huius saltem anni *Archon Eponymus*. Non obstabat *muneris* diuersitas, quo minus in vnum eundemque *hominem* conuenirent. Erat enim, etiam apud *Romanos*, *Praetura* Magistratus similiter *Ciuilis* Iudiciis in *foro* exercendis. Et tamen *Praetoribus* saepissime *Prouinciae Exercitusque* demandabantur. Idque certe, siquando apud *Athenienses* obtinuerit, hoc saltem *anno* apud illos locum habere potuit. Perierat *Ciuitas* a *Mardonio* iam nuper *incensa*. Exsulabant autem *Ciues* in *Aegina* et *Salamine*. *Rarum* ergo, aut potius fortasse *nullum*, fuisse verisimile est vsum *fori* atque *Tribunalium*. Silebant enim inter *arma Leges*. Inutilis ergo fuisset *Archon* nisi se a munere *otioso* ad munus Reipublicae tunc temporis *opportunissimum* contulisset. Hoc si verum, sic anni partem *vtramque* occuparit *huius* saltem *anni* Archon *Eponymus*, vt nostrae exigunt rationes. Ius enim *gladii* etiam ad *Tribunalia* necessarium erat in *Archonte* pariter ac *Praetura*. Estque id veteribus Scriptoribus *Romanis* solenne, quoties in Historia *Graeca* versantur, vt *Graecum Archontis* nomen *Latino Praetoris* nomine reddiderint. Non alia, vt videtur, causa, quam propter *officiorum* illam, quae saltem credebatur, vtrobique *similitudinem*.

Ant. *Chr.* 478. *Ol.* LXXV. $\frac{2}{3}$. III. Arch. *Timosthene*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XV.

Huius etiam *Archontis situm* eadem, quae *supra*, probant Testimonia. *Priori* anno *Olympico* assignat Auctor Chronici Marmorei *Oxonienſis*. *Posteriori reliqui*. Et *res* etiam sub illo *gestae* hoc idem vincunt, vt mox videbimus.

Ol. LXXV. 2. *Athenienses* ἐπειδὴ οἱ βάρβαροι ἐκ τῆς χώρας ἀπῆλθον, ΕΥΘΥΣ Vxores, liberos et supellectilem domum reducunt. *Thucyd* I. 89. Loquitur fortasse de fuga *Persarum* a Praelio *Plataeensi*. Sed nondum rediisse illos probauimus ante *Maemacterionis* saltem XVIm. qui praelio adesant *Plataeensi*. Nondum illos, qui, sub duce *Xanthippo*, *Sestum* diripuerant, partemque aliquam *Hyemis*, vel *Autumni* potius, (qui priorem *Hyemis semestris* partem conficiebat) ipsi *obsidioni* insumserant

Hucusque enim τὸ κοινὸν *Athenienſium* ne quidem aderat, a quo tamen hoc de ſuis *reportandis* conſilium ſuſceptum indicat *Thucydides*. Nec poterant ſane vxores liberosque et ſupellectilem domum deducere ex Inſulis locisque maritimis, antea quam rediret *claſſis*, quae tamen *diu* ante ſuperioris anni *Iuliani* finem redire vix potuit. Erant praeterea *aedes* neceſſariae quibus *familiae* reportandae reciperentur, antea certe *reſtaurandae* quam reportarentur aedium *habitatores*. Veteres enim *Ciuitatis* aedes *paucas* admodum ſuperfuiſſe teſtis ipſe eſt *Thucydides*. Faciunt haec vt vox εὐθὺς laxius intelligenda ſit. Non ſcilicet de ſuperiori anno *Iuliano exeunte*, ſed hoc potius *ineunte*. Idque ſane neceſſarium erat, ſi *nouo* demum *Archonte* redierint, quod verum agnoſcit *Diodorus*. Sed vltra *huius* anni *Iuliani initium* reditus diſſerri ſane vix poteſt. Quos enim taedium ceperat *abſentiae* a ſuis ſuperiori *Autumno* ineunte, illos diutinam abſentiam hoc *nouo* anno *ineunte* toleraturos verisimile non eſt. Imo ſuperioris anni *fine* illos rediiſſe iam probauimus. Quod ſi hoc anno *Iuliano* redierint, et *nouo* tamen *Archonte;* ſequetur neceſſario ab *initio* anni *Iuliani* tempus, quo nouus *Archon* inierit, longe diſtare ne quidem potuiſſe. Maximam ergo *huius* anni *partem aedibus* reſtaurandis, affectibusque cariſſimis *reportandis* inſumſerint. Nec enim *modico* tempore conſtare poterant, quantumuis *properantibus*.

Ol. LXXV. 3. Reſtauratis *aedificiis*, et reuerſis *Vxoribus liberisque*, tum demum ſe ad *muros* Vrbis ſuae reficiendos accingunt *Athenienſes*. Priori operae non erant moleſti *Lacedaemonii*, vt proinde illi per *otium* vacare licuerit. In *moenium* labore ſuae *partes* erant *omnibus*, vt ne quidem *vxores* aut *liberi* excuſarentur. Itaque *reuerſos* illos, *plenamque* adeo *Vrbem*, ſupponit *moenium* conſtructio, multoque magis *aedificia* illis recipiendis neceſſaria, quibus proinde *antiquior* eſſe non potuerit. Et quidem ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ Vrbem *muris* eſſe munitam agnoſcit *Thucydides*. I. 93. Idque *res* ipſa neceſſarium fuiſſe vincit. Veritatem enim patefeciſſent, ſi quidem *multi* fuiſſent inter *Athenienſes Lacedaemoniosque*, vltro citroque *nuncii*. Et *breue* admodum tempus ſuffecit *nunciis* inuicem recipiendis. Inde colligitur, ad anni *finem* moenium conſtructionem eſſe differendam, et proinde ad *poſteriorem* ſpectare annum *Olympiadis*.

Ant. *Chr.* 477. *Ol.* LXXV. $\frac{3}{4}$. IV. Arch. *Adimanto*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die IIII°.

Poſt *Vrbem* conditam, et *moenibus* circumuallatam, proximam *Athenienſium* curam de *Piraeeo* portu docet fuiſſe *Thucydides*. I. 39. Admodum ſane congrue. Quippe quae ad idem *aedificandi* ſtudium, quo hactenus fuerant, a *Perſarum* fuga, occupati, pertinuerit. Nec ſane *moram* aliquam interpoſitam inter haec omnia *aedificia*, vincunt ipſius verba. Sic enim de his ſcribit *aedificiis:* Ἀθηναῖοι μὲν οὕτως ἐτειχίσθησαν, καὶ τἆλλα κατεσκευάζοντο, εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν. Et ſic illum intellexit *Scholiaſtes:* Εὐθὺς] μετὰ τὸ τειχισθῆναι. Itaque vt τειχισμὸν Archonti ſuperiori *Timoſtheni* ſic portum *Piraeeum*, huic *proximo* Archonti, res ipſa docet, recte aſſignaſſe *Diodorum*. Et cum Archonti *Adimanto* aſſignarit, inde etiam colligimus hunc verum eſſe locum *Adimanti*. Sed vero *abſoluerunt*, potius quam *condiderunt*, Athenienſes hoc anno *Piraeeum*. *Coeptum* enim eſſe, cum *Archon* eſſet ipſe *Themiſtocles*, monet *Thucydides*, idque iam ex eo ſupra obſeruauimus. Proinde locus *Archonti Themiſtocli poſt Medica* plane nullus. Nedum *ante* Archontem *Adimantum*, ſub quo *finem Piraeeo* impoſitum Veterum conſenſus eſt. Tutius autem *Diodori* fidem ſequemur, cum *diuerſis Archontibus* res geſtas accenſet, quam cum res diuerſis *annis* geſtas ſub eodem tamen narrat *Archonte*. Quae enim diuerſorum Archontum *Magiſtratibus* geſta recenſet, ea illum e coaeuis *Annalibus* accepiſſe veriſimile eſt in quibus ita diſpoſita repererit. Potuit autem facillime ſub *vno* Archonte *diuerſorum* annorum *Acta* enarrare, quorum *vnam* tantummodo partem *Archonte* deſignatam reperiſſet, ſi reliquam *Hiſtoriae* partem non ex *Annalibus* hauſerit, ſed *Hiſtoriis*, quae rerum *geſtarum* ordinem per *annos* non digeſſerint. Imo ita rem fuiſſe mox aliquot e *Diodoro* exemplis oſtenſuri ſumus.

Hoc anno expeditionem *Pauſaniae* ad *Cyprum* et *Byzantium* ponit *Diodorus*. De quo *Thucyd.* I. 94. Perperam omnino. *Multorum* annorum geſta in annos *ſingulos* refert, tam *Pauſaniae*, quam *Themiſtoclis*, quae Nos proinde accuratius diſponere conabimur.

Ant. *Chr.* 476. *Ol.* $\frac{75}{76}$. $\frac{4}{1}$. V. Arch. *Ariſtide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii* die XXI.

De huius Archontis *ſitu* videnda quae dicemus infra ad *Archontem* huius numeri XM.

Ant. *Chr.* 475. *Ol.* LXXVI. $\frac{1}{2}$ VI. Arch. *Phaedone*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die X.

Locus huius *Arch.* a ſuperiori pendet. Proinde *ratio* ibidem quaerenda.

Hoc anno eruptio *Aetnae* annis ante VIM. Belli *Peloponneſiaci* annum *quinquagintа*. Ἔτει πεντηκοστῷ. *Thucyd.* III. 116. Refertur a Chronico *Marmoreo* ad Archontem *Xanthippum*. Sic fuerit quadriennio *antiquior* quam volebat *Thucydides*. Eo ſpectant, ni fallor, verba *Pindari*. Pyth. I. 40. etc. Victoria illa in quam ſcripſit *Pindarus*, Pyth. XXIX. *Ol.* LXXVII. $\frac{2}{3}$ Proinde ante illum eruptio *prima*. *Aetnam* Vrbem fundauit *Hiero Ol* LXXVI. I. *Diodor*. Si *poſt* illam conditam montis *eruptio*, ita ſatis apte pro mente *Thucydidis;* et *ſerior* quam volebat Auctor Chronici *Marmorei*. Vereor tamen ne id poſſit ex illius verbis elici.

Ant. *Chr.* 474. *Ol.* LXXVI. $\frac{3}{4}$. VII. Arch. *Dromoclide* a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXX°.

Hoc anno conſilium *Spartae* initum narrat *Diodorus* de maris Imperio ſibi aſſerendo, a quo illos diſſuaſerit *Heroemonidas*. Si quidem *vere* hoc *anno*, vel etiam *Archonte*, occaſionem a *Piraeeo* portu ſumtam exiſtimarem, quem hoc ipſo *fine* condendum Auctor fuerat *Themiſtocles* vt *mari* potirentur. Inde perpetuis *Athenienſium* aemulis *Lacedaemoniis* metus et ſuſpicio ne per potentiam *mariti-*

mam vltra modum ſibi congruum inualeſcerent. Sic tamen loquitur *Diodorus*, quaſi ad *Imperium* in *Socios Pauſaniae* inſolentia *deperditum* retuliſſet, quod tamen *multis* poſt hunc annum in quo verſamur, *annis* deperditum probabimus.

Ant. *Chr.* 473. *Ol.* LXXVI. $\frac{3}{4}$. VIII. Arch. *Aceſtoride*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIX°.

Ant. *Chr.* 472. *Ol.* $\frac{76}{77}$. $\frac{4}{1}$. IX. Arch. *Menone*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VI°.

Ant. *Chr.* 471. *Ol.* LXXVII. $\frac{1}{2}$. X. Arch. *Charete*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVI°.

Vidit recte Cl. *Lydiatus* vnum *vacare* locum in Faſtis *Archontum* receptis, pro hypotheſibus Marmoris *Oxonienſis*, inter *Timoſthenem* Num. ante Epocham ſuam *Diogneti* CCXV. et hunc Archontem *Charetem* Num. ante *Diognetum* CCVIII. Sic enim *Chares* Archon erit a *Himoſthene* VIIus. quem tamen VI^m. tantummodo numerant *Dionyſius* atque *Diodorus*. Atque ita exigit Imperium *Gelonis*, quem *Marmoris* Auctor, Archonte *Himoſthene*, iniiſſe credidit; et cui VII. Imperii annos, non *Diodorus* modo, verum etiam longe certior *Diodoro* Auctor tribuit in Politicis *Ariſtoteles*. Male quidem *Marmoris* Auctor Gelonis *initium* ad eundem annum retulit, quo *finem* eiusdem ſtatuit *Diodorus*, cum *Diodoro* hic etiam ſuffragetur Auctor exceptione maior, ipſoque *Marmoris* Auctore fide dignior *f*) *Herodotus*. Nam ex illo conſtat etiam cum *Gracciam* infeſtis armis peteret *Xerxes*, tum quoque in tyrannide *Syracuſana* fuiſſe *Gelonem*. Recte ergo vidit Vir Eruditus hoc Faſtorum loco vnius Archontis nomen excidiſſe. Non item adeo recte, quomodo fuerit ſupplendus. Nam quod *Themiſtoclem* interpolandum cenſuit, hoc Nos oſtendimus ne quidem fieri *potuiſſe*. Idem ergo aliter conandum eſt. *Lacunam* certe in hoc ſpatio fuiſſe, facit, vt ſuſpicemur, ipſe *Diodorus*. Inter *Adimantum* et *Phaedonem* deeſt par Coss. *Romanorum* et geſta *Romana* illis Coss. reſpondentia. Inde veriſimile eſt etiam *Archontem* deeſſe (et *Graeca* quoque geſta Annalia) cum *Romanis* illis Coss. committendum. Nec enim vlla *ſuſpicionis* nota *Conſulatum* illum perſtringit *g*) *Liuius*, quod tamen ſaepe facit in Conſulatibus *ſuſpectis*. Illumque agnoſcunt *alii* quoque Faſti *integri*. Et Nos annos, qui deerant in Chronologia *Fabiana*, alios deſignauimus. Proinde non eſt, cur ideo omiſſum exiſtimemus a Diodoro, quod locum *nullum* habuerit in Faſtis *Fabii Pictoris*, quos ſequitur fortaſſe *Diodorus*. Sic tamen *quartos* quosque *Archontes* cum ipſis *Olympiis* committit *Diodorus* quaſi *nullum* praetermiſiſſet. Sed craſſae admodum in *commiſſionibus* Graecorum Romanorumque Faſtorum *negligentiae* exempla multa habemus in hoc ipſo *Diodoro*. Sic vno loco omiſſa *quinque* Conſulum paria *bis repetitis* totidem Conſulum paribus ſupplevit. Sic *Anarchiam Romanam*, quae *quatuor* erat annorum (etiam pro rationibus *Fabianis*) *vnius* tamen duntaxat agnoſcit *Diodorus*. Idem viceuerſa *Anarchiam Athenienſium* ſub XXX. *tyrannis*, quae ne quidem *vnum* annum abſoluerit, Is tamen *quatuor* annorum fuiſſe ſupponit, dum *Thraſybuli* conatus contrarios *quarto* demum anno narrat ex quo *tyrannis* illa ſuiſſet conſtituta. Idem tamen ſui oblitus ſic *mediorum* annorum *Archontes* recenſet quaſi *nulla*, ſaltem illis annis, fuiſſet *Anarchia*. Quis eſt qui non videat haec illum ita feciſſe, quod *Anarchias* illas duas *Athenienſium Romanorumque* inuicem confuderit? Non eſt proinde cur miremur, ſi etiam hic antiquum obtinuerit. Et vero ita ſe rem habere, tenemus hic Auctorem *Marmoris* antiquiorem *Diodoro* qui *locum* in Faſtis *vacantem* detexerit, et quidem ante *Charetem* Archontem *Ol.* LXXVII. I. pro ſententia *Diodori*. Poſt *Adimantum* et tamen ante *Charetem*, locus *nullus* opportunior eſt quam is ipſe *vacantis Conſulatus*. Eſtque ſane *Archon* huic loco opportunus ipſi par *Themiſtocli*, tam aetate quam meritis, *Ariſtides*. Quidni igitur illius nomen hoc ipſo loco inſeramus? *Archontem* illum agnouit Auctor huius *Marmoris* Auctore antiquior *Demetrius Phalereus*, qui et *Archontum* ἀναγραφὰς in lucem edidit, et cum *tyrannidem* in ipſis *Athenis* egerit, proinde aditum ad eorum *Archiua*, cuiuscumque demum generis, liberrimum habuerit. Num itaque dubitamus quin in editis a *Demetrio* ἀναγραφαῖς nomen fuerit *Ariſtidis?* Sed hoc, fateor, conſilio *Ariſtidem Archontem* fuiſſe obſeruauerat *Demetrius*, vt *pauperiatem* illius apud Veteres decantatiſſimam refutaret. Ait enim *Ariſtidem* ἐπώνυμον ἀρχὴν aſſecutum, τῷ κυάμῳ λαχόντα, ἐκ τῶν γειῶν τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κεκτημένων, οὓς πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευον. Hoc ſi verum, ſic ante *Medica* Magiſtratum illum geſſiſſet, loco, quem vult *Plutarchus*, poſt *Phaenippum* proximo, ſub quo praelium erat *Marathonium*. Tum enim e πεντακοσιομεδίμνοις *Archontes* delectos eſſe conſtat, et quidem κυάμῳ. Nam *contrarii* moris ipſum *Ariſtidem* Auctorem, et quidem *poſt* reditum a *Plataea* docet ipſe *Plutarchus*. Sic enim habet: γράφει ψήφισμα, κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. Neuter tamen huius Obſeruationis meminerat, nec *Demetrius Phalereus*, nec etiam ipſe *Plutarchus*. Non *Demetrius*, cum hinc *Ariſtidis* paupertatem oppugnat, quod *Archon* fuerit *abrogata* lege de πεντακοσιομεδίμνοις. Et ne quidem *Plutarchus*, cum *Archontem* illum facit, eadem illa *lege* etiamnum *vim* obtinente. Haec tamen in opere *alieni* Argumenti *Demetrius*. Nempe de *Socrate*, eodem, vt videtur, quod alibi ſub nomine *Socratis Apologiae* aduocatur. Nam in Ἀρχόντων ἀναγραφῇ *ſitum* illum *Ariſtidae* Archonti tribuit, qui cum illius *paupertate* optime conueniret, et *noſtris* rationibus admodum conſentaneum. Ita *Plutarchus:* Φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου, μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Idque ſane conſentaneum erat, vt Auctor *Legis*, quae etiam *pauperes* ad *ſummam* illam *dignitatem* admiſerit, ipſe quoque, legis *ſuae* beneficio, eandem dignitatem conſequeretur. Sic enim certe *Romani* Tribunos *Plebis*, qui *Conſulatum* cum *Plebeiis* communem fecerant, ipſos *Conſulatus* honore decorabant. Eſt autem admodum *antiquum* hoc, de quo agimus, Faſtorum Archonticorum *vulnus*. Nam certe

f) *Herodot.* VII. 156. *g*) Vid. *Liv.* II. 43.

Olympiadum LXXVI. et LXXVII. *primos Archontas* communes habet cum *Diodoro* etiam *Dionyſius Halicarnaſſeus*. Et ne quidem in ἀναγραφαῖς poſt praelium *Plataeenſe* nomen *Ariſtidis* reperit *Plutarchus*. Si quidem *Demetrii* ἀναγραφὰς intellexerit, ſic etiam ipſo *Plutarchi* ſeculo mutilatae fuerint *Demetrii* ἀναγραφαί. *Olim* certe *aliter* fuiſſe in *Demetrii* ἀναγραφαῖς ex ipſo *Demetrio*, qualem habemus e *Plutarcho*, iam oſtendimus. Eodem ſpectat teſtimonium *Idomenei*, qui eodem vixit tempore quo ipſe *Demetrius*, quique adeo ἀναγραφαῖς *ſinceriſſimis* vſus eſt, quales ab ipſo prodierint *Demetrio*. Erat enim *Lampſacenus* hic *Idomeneus*, quem *Epicuri* amicum fuiſſe teſtatur *Strabo*, L. XIII. et ad quem *Epiſtolam* ſcriptam ab *Epicuro* ſeruauit *Laërtius*. Nempe *moribundo*, vt proinde *Epicuro* ſuperſtitem intelligamus, qui deceſſit Archonte *Pytharato Ol.* 127. 2. Proinde poſt *Ol.* 118. 2. quo pulſus eſt Athenienſis Vrbis tyrannide *Demetrius* ille *Phalereus* a *Demetrio Poliorcete*. Hic itaque *Idomeneus Ariſtidem* tum *Archontem* fuiſſe docet cum *non* ſoli *ius* haberent ad illum Magiſtratum πεντακοσιομέδιμνοι. Sic enim ex illo *Plutarchus*: καὶ μὲν ἄρξαι γε τὸν Ἀριστείδην ὁ Ἰδομενεὺς, οὐ κυαμευτὸν ἀλλ' ἑλομένων Ἀθηναίων φησίν. Vel inde colligitur *Ariſtidem* illum, qui *Phaenippo* ſucceſſit, noſtrum *Lyſimachi* filium ne quidem eſſe *potuiſſe*, qui tum Magiſtratum geſſerit, cum non aliter daretur quam per *Populi* ſuffragia. Inde manifeſtum eſt poſt praelium *Plataeenſe* ſtatuendum eſſe *Ariſtidis* Magiſtratum *Archonticum*, cum Legem *Solonis* de πεντακοσιομεδίμνοις abrogaſſet is ipſe *Ariſtides*. Vnde autem haec *Idomeneus*, niſi e *tempore* quo *Archon Ariſtides* in coaeuis ἀναγραφαῖς recenſebatur *Lege* illa *abrogata* recentioribus? *Archontem* ergo *Ariſtidem* is quoque reperierat in *anno* aliquo, qui fuerit praelio Plataeenſi *recentior*, plane vt *Demetrius*. Sic itaque retuliſſe ἀναγραφὰς *Demetrii Idomeneo* coaeuas veriſimillimum eſt, et *Archetypas* etiam in *Archiuis* proſtantes, ſi potius *illas* conſuluerit quam *editas* a *Demetrio*. A *Demetrii* vitioſis *ratiociniis* haurire non potuit *Idomeneus* ſententiam, verbis *Demetrii* a *Plutarcho* recitatis, adeo, vt vidimus, contrariam. Male autem *Ariſtidem* ad annum alio *Archonte* plenum retulit *Lidyattus*. Quaſi vero *duo* eſſe potuerint, eiusdem *anni*, quocunque demum caſu, *Archontes Eponymi*. *Annis* certe, apud *Romanos*, non dabant nomen Conſules *ſuffecti*, ſed tantummodo *menſibus*. Et ne quidem hoc in locis ab *Vrbe* ipſa admodum *remotis*, vt Nos docet *Dio*. Et ne quidem vnum eſt *exemplum* in Faſtis *Archonticis duorum*, in *eodem* anno, Archontum *Eponymorum*. Male rurſus *iteratum* credidit in *Ariſtide* Archontis Magiſtratum. Imo *Iusiurandum* erat *Heliaſtarum*, cuius meminit *Demoſthenes* in *Timocratea*: Οὐδὲ δὶς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. Et *Nouem Virorum* in ſuperioribus mentio erat, quorum *vnus* erat Archon *Eponymus*. Vt proinde ad illos quoque ſpectarit hoc *Iusiurandum*. Non tamen id fortaſſe voluit Cl. *Lidyattus*. Et ad *nomen* potius *Ariſtidis*, quam ad *dignitatem*, numerus referendus eſt. Ita ſcilicet vt *ſecundus* ille fuerit *Ariſtides*, qui dignitate *Archontea* inſignitus fuerit, non vt *ſecundo* dignitatem illam geſſerit *vnus idemque Ariſtides*. Sic nullus fuerit hic Cl. *Lidyatti* error, qui *Marmoris* ipſius exemplo, diuerſos *eiusdem nominis* Archontes, hac *numerorum* nota inuicem internoſcendos, eſſe cenſuit. Ita enim legimus *Epoch.* XXXVI. XXXIX. XLIV. XLIX. LX. LXV.

Ant. *Chr.* 470. *Ol.* LXXVII. $\frac{2}{3}$. XI. Arch. *Praxiergo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XVo.

Locus huius Archontis a praedictis pendet.

Tandem aliquando ad *Pauſaniae*, *Themiſtoclis*, et *Cimonis* Chronologiam conſtituendam accingimur, quae omnis eſt in *Diodoro* vitioſiſſima. Fundamentum ponimus e verbis *Iſocratis* in *Panathenaico*: Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν, [loquitur de *Graecis* in *Perſas* foederatis] ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ἀρχήν. A *Xerxis* Expeditione Epocham exorditur, ex qua *Graeci* reliqui ſub *Lacedaemoniorum* vel *Athenienſium* patrocinio communem libertatem aduerſus *Perſas* tuerentur. Anni ergo ab hoc initio LXXV. *Olympiades* ſunt XVIII. et *anni* praeterea *tres*. Proinde ab anno *Ol.* $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{4}$. quo *Xerxes Graeciam* aggreſſus eſt, ad annum pertingunt *Ol.* XCIII. $\frac{3}{4}$. quo victi *Athenienſes* ad *Aegospotamon* tam *libertatem*, quam *Imperium* in *Socios* amiſerint. *Ciuitatem* quidem ad annum *ſequentem* aegre tuebantur. *Hic* tamen ipſe *annus* amiſſi in Socios *Imperii* Epocha accuratiſſima eſt. Hinc intelligimus nullum eſſe in *numeris* errorem, cum *ſpatio* ab *Iſocrate* deſignato, ita congruentibus. Quare *Decennii*, quo dicit imperaſſe *Lacedaemonios*, finis in *hoc* ipſo, quo verſamur, *anno* ponendus eſt, qui *decimus* eſt ab eo quo *Graeciam Xerxes* oppugnauit. Sed vero Auctorem *Pauſaniam* defectionis Sociorum a *Lacedaemoniis*, non reliqui modo, quos habemus, Veteres agnoſcunt, verum etiam ipſe *Thucydides*. I. 94. 95. Proinde *huic anno* aſſignanda στρατηγία *Pauſaniae*, quam tot annis antea demandatam, imo ipſum interfectum fuiſſe, placuit *Diodoro*. Non me quidem fugit *Regis* vicem geſſiſſe *Pauſaniam* pro pupillo conſobrino filio *Leonidae*. Imo ita *pleno* Regis *iure*, vt *Rex* ipſe ſaepe fuerit appellatus. Id quoque memini, *Regibus* ſaepe commiſſas fuiſſe Prouincias, non pro certo aliquo *termino*, ſed dum ab *Ephoris* reuocarentur; nec *termino elapſo*, ſed ab *Ephoris* reuocatum ipſum quoque *Spartam* rediſſe *Pauſaniam*. Sed ſpatio plusquam *annuo* in Prouincia eſſe ne quidem potuiſſe, e *Sociis* colligitur *Athenienſibus*, *Ariſtide* et *Cimone*, quibus gratiam aliquam *inſolitam* non eſt quod conceſſam fuiſſe ſuſpicemur. Tum enim illum *primum imperatorem* fuiſſe teſtatur *Nepos* c. 2. Tum illum ὁρμήσασθαι ἐπὶ τὴν πολιτείαν *Plutarch.* in *Cimone*. Nempe *fauente* et commendante *Ariſtide*, qui *Themiſtocli* opponendum cenſuit. Et Populo illum hortante ἄξια τῶν Μαραθῶνος ἤδη διανοεῖσθαι καὶ πράσσειν. *Hos* ergo plusquam *annuos* fuiſſe nihil eſt cur exiſtimemus. Atqui, cum *mitteretur Cimon*, nondum *Imperium* fuiſſe penes *Athenienſes* verbis teſtatur *Plutarchus* expreſſis: οὔπω τὴν ἀρχὴν Ἀθηναίων ἐχόντων. Itaque ſub *Pauſaniae* auſpiciis *Cyri* multas Vrbes, et poſtea *Byzantium* expugnatam tradit *Thucydides*. I. 94. Illa autem in

poteſtatem redacta, tum demum inſolentia ſua *Pauſanias* *Graecorum* foederatorum animos a ſuis alienauit *Lacedaemoniis*, *Athenienſibus* autem lucratus cum *Ariſtide Cimon*. Tum demum *Athenienſes* rogant de patrocinio ſui in *Pauſaniam*. Tum discedunt a *Pauſania* ipſi *Peloponneſii*, deque eo apud *Ephoros* queruntur. Tum *Pauſaniae* inſultant *Socii*, teſte *Plutarcho* in *Ariſtide*. Tum *σύμμαχοι μετὰ τοῦ Κίμωνος ἐξεπολιόρκησαν αὐτὸν*, pelluntque e *Byzantio*, teſte eodem *Plutarcho* in *Cimone*. Tum denique ab *Ephoris* domum reuocatus eſt. Hucusque geſta ſub Archonte *Adimanto* fingit fuiſſe *Diodorus*. Non alia, vt videtur, de cauſa, quam quod *proxime* poſt *Vrbem* et *Piraeeum* narrantur a *Thucydide*. Sed nullam fuiſſe ante *decennium* Sociorum *defectionem* docuit certior *Diodoro* Auctor *Iſocrates*. Et ſub *Pauſania* meruiſſe, *prima* ſuae *στρατηγίας* parte, tam *Ariſtidem*, quam *Cimonem*, docet vtrobique *Plutarchus*. Tandem, pulſo *Pauſania*, *τῶν συμμάχων ἤδη προσκεχωρηκότων αὐτῷ*, *Cimon* in *Thracen* traiicit, expugnatque *Eionem*. Quis non videt *eandem στρατηγίαν* his omnibus deſcribi, cuius *initio* Imperio *nondum* potiti fuerint *Athenienſes*, fine autem *conſecuti* fuerint? Et tamen *poſteriorem* huius *Annalis* partem Et tamen *poſteriorem* huius *Annalis* partem *recte*, nec pro more ſuo, narrat *Diodorus*. Sub alio, fateor, *Archonte*, propter *vitiatam* ab illo Archontum *ſeriem*. Sed *anno* tamen *Olympiadis* eiusdem *eodem*, qui cum huius anni *Attici* parte *poſteriori*, pro noſtris etiam rationibus, conueniebat. Ne quidem id, fortaſſis, incommode. Nam ad *poſteriorem* partem *annuae στρατηγίας* res illae, poſt diſceſſum *Pauſaniae*, a *Cimone* geſtae ſpectabant. Ita *noſtras* quoque rationes, pro *poſteriori* anni parte, firmabit etiam ipſe *Diodorus*, qui *priorem* illius partem, tam immani ſpatio a *vero* illius *ſitu* diuulſerit. Sed vbinam interea *Ariſtides Cimonis* in hac ipſa *στρατηγίᾳ* collega? Cur nullus ille in rebus *Thracia* geſtis memoratur? Reddit illius rei rationem in *Ariſtidis* Vita *Plutarchus*. Rogatum ſcilicet a *Sociis* arbitrum *ἀποφορᾶς* a ſingulis Ciuitatibus ad commune in *Perſas* Bellum exigendae. Sic enim habet: *ἠτήσαντο παρὰ τῶν Ἀθηναίων Ἀριστείδην, καὶ προσέταξαν αὐτῷ, χώραν τε καὶ προσόδους ἐπισκεψάμενον, ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ δύναμιν*. Haec occupatum tenuerunt *Ariſtidem*, dum *Cimon* in *Thracia* et *Scyro* Inſula bellum adminiſtraret. Haec ergo hoc *anno* geſſit *Cimon*, quanquam ſub Archonte *Demotione* narrentur a *Diodoro*. Sed eodem, vt dixi, *ſitu* Archon eſt *Diodoro Dimotion*, quo noſter hic *nobis Praxiergus*. Et *noſtro* proinde *ſitui* ſuffragatur. Huic tamen potius *Archonti* conuenire, non *dicta* modo, verum etiam *dicenda* ampliùs confirmabunt.

Sub hoc tamen ipſo *Archonte Themiſtoclis* exſilium, imo *damnationem* et ad *Perſas* fugam, narrat *Diodorus*. Caetera quidem, vt poſtea videbimus, falſiſſime. Videndum tamen annon ſaltem illius *Oſtraciſmus*, a quo reliqua *coeperunt*, ad hunc *Archontem* referendus ſit. Et quidem huius *Archontis* initio adhuc erat in Ciuitate *Themiſtocles*. Sic tamen vt iam coeperit in *Populi* gratia *declinare*. Hoc enim innuunt verba in *Cimone Plutarchi*: *Ὁρμήσαντα δ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἅσμενος ὁ δῆμος ἐδέξατο, καὶ μεσὸς ὢν τοῦ Θεμιστοκλέους, ἀνῆγε τὰς μεγίστας ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ ἀρχάς*. Coeperat ergo iam *faſtidium Themiſtoclis*, nutabatque illius apud *Populum* exiſtimatio, vt iam illum non longe ab *Oſtraciſmo* abfuiſſe intelligamus. Imo *Cimonem Themiſtocli οἷον ἀντίπαλον*, oppoſitum ab *Ariſtide*, *δεινότητα καὶ τόλμαν*, idem monet *Plutarchus*. Itaque cum ab hoc demum *anno* coepiſſe probauerimus *πολιτείαν Cimonis*; non potuit *antiquior* eſſe *Themiſtoclis Oſtraciſmus*. Imo ne quidem *tunc* in *exſilio* fuiſſe *Themiſtoclem*, cum fugaretur e *Byzantio Pauſanias*; id quoque diſcimus e Plutarchi *Themiſtocle*. Sic enim ille ibi de *Pauſania*: *Ὁ γὰρ Παυσανίας, πράττων ἐκεῖνα δὴ τὰ περὶ τὴν προδοσίαν, πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο τὸν Θεμιστοκλέα, καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐθάρσησεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῶν πραττομένων παρακαλεῖν, τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ, καὶ παροξύνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους*. Primas ad *Xerxem* literas *Byzantio* dedit *Pauſanias* cum *Perſis Byzantii* captis. Et *mora* aliqua interpoſita, non *magna* tamen, accepit etiam ipſe viciſſim a Rege *Reſponſorias*. Itaque poſt *fugam* a *Byzantio Pauſaniae*, nondum erat in exſilio *Themiſtocles*, nondum propterea in patriam *irritatus*, aut *proditoriis* conſiliis opportunus. Imo poſt reditum *Pauſaniae*, adhuc in *Prouincia* erat *Ariſtides*, vt oſtendimus, *vectigalia* foederatorum conſtituens. Imo magnam eo nomine celebritatem conſecutus cum illum ſcommate illo irrideret *Themiſtocles*, *ὡς οὐκ ἀνδρὸς ὄντα τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ φυλάκου χρυσοφύλακος*. Sic enim idem habet in Ariſtide *Plutarchus*. Vix potuit *exulis* illa fuiſſe irriſio. Imo ne quidem infenſus ille *Themiſtoclis* in *Ariſtidem* animus, cum fuerit *Ariſtides* in *Oſtraciſmi* cauſa *Themiſtocli* aequiſſimus. Sic itaque *Themiſtoclem*, ſi quidem *hoc anno* omnino exularit, *ſero* admodum exulaſſe probauimus. Magis tamen eo propendimus vt *ſequenti* potius anno *Themiſtoclem Oſtraciſmo* expulerint *Athenienſes*, rationes ibi, cur ita ſentiamus, edituri.

Ol. 77. 3. Imago *Apollinis* a *Phoenicibus* a *Datide* in *Delum* delata. Monitique ab eo *Delii* vt eam in *Delion Thebanorum* transferrent. Quod tamen non ante *hunc annum* fecerunt, qui fuit a praelio *Marathonio* XX^us^. *Herodot.* VI. 118.

Ant. *Chr.* 469. *Ol.* LXXVII. ¾. XII. Arch. *Apſephione*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die 111°.

Vix eſt cur dubitemus quin hic *idem* Archon fuerit quem *Aphepſionem* nominant nonnulli *Laërtii* Codices, teſte *Caſaubono*; et *Plutarchus* etiam in *Cimone*. Erant tamen *Laërtii* Codices alii, qui legerent *ἐπὶ Ἀψίωνος*, in quibus, cum mediae literae deſiderentur, fieri poteſt, vt *Librarius* corruperit ex antiquo *Ἀψηφίωνος*. Nos tamen Chronici Marmorei *Oxonienſis*, in quo *nomen* huius *Archontis* integrum occurrit, lectionem anteferendam exiſtimauimus. Verum autem *hunc* huius Archontis *locum* eſſe vidit ante Nos Cl. *Bentleius*. Nos autem viri doctiſſimi

ſententiam paulo accuratius confirmabimus. *Annum* quo Magiſtratum geſſerit hic Archon *Ol.* LXXVII. 4. deſignavit verbis expreſſiſſimis *Laërtius* II. 44. quo nempe *Socratis* natalem ponit diem VIm. *Thargelionis*. Plane ſibi conſentaneus in *Democrito*, cum natum *Ol.* LXXVII. 3. *Democritum*, *anno* maiorem cenſet ipſo *Socrate*. IX. 41. Perperam ergo *Scaliger*, et contra mentem *Laërtii*, hunc eundem *Archontem* retulit ad *Ol.* LXXIV. 4. Non tam memoriae fortaſſe vitio, quam quod *hunc locum* alio Archonte plenum reperit. Sed Auctor Chronici Marmorei *Oxonienſis* anno tribuit 206. ante ſuam Epocham *Ol.* 129. 1. Nempe *Ol.* LXXVII. 3. Id quoque, pro noſtris rationibus, admodum accurate, quae Magiſtratum illius ſtatuunt *Ol.* LXXVII. ¾. Sic ex vtraque parte ſitum a nobis aſſignatum veriſſimum eſſe conſtat. Nam certe menſis *Thargelion* ad illam partem anni Archontici *priorem* ſpectabat, quae erat reuera anni *Ol.* LXXVIIae. tertii. Et quidem ita ſe rem habuiſſe exigunt *rationes* ipſius *Laërtii*. Docet enim ille *Socratem Ol.* XCV. 1. interfectum, *actatis* anno LXXo. obiiſſe. Ait quidem fuiſſe qui *ſexagenarium* exſtinctum eſſe credebant. Sed priorem ſententiam ſequitur ipſe, et iure quidem merito. *Se* enim *Socrates* illa aetate fuiſſe, imo maiorem, ἑβδομήκοντα καὶ πλείω. agnoſcit in *Apologia* apud *Platonem*. Inde colligitur annum illum aetatis *impleuiſſe*. Sed vero qui Archonte *Lachete* occiſus eſt *Ol.* XCV. 1. cum fere cum annis *Olympicis* inirent anni *Archontici*, ne quidem *implere* potuit annum LXXm. niſi natus fuiſſet anno *Ol.* LXXVIIae. 30. Itaque neceſſe eſt vt ad annum *Olympiadis* LXXVIIae. 3m. pertinuerit *natalis* ille *Socratis*, *Thargelion*. Inde manifeſtum eſt *Apſephionis* annum *Archonticum* talem fuiſſe qualem deſcripſimus, vt ex *duobus* annis *Olympiadicis* partem complexus fuerit. Et quidem illis *ipſis* quos illi aſſignauimus. Inde etiam conſtat, non ab *Hecatombaeone* coepiſſe, ſed *Gamelione*, vt volunt noſtrae *Tabulae*. Inde etiam tempus *epoti* a Socrate *veneni* in arctum contrahitur. Nam ad *Thargelionis* diem *ſextum* pertigerit oportet vt *ſeptuageſimum* vitae abſolueret. Imo *ſuperaſſe* neceſſe eſt vt eſſet *maior* ſeptuagenario. Proximum tamen *Thargelioni* menſem *Sciropharionem* ſuperare non potuit, ne mors eius in *alterius Archontis* Magiſtratum incideret, quam *Lachetis*. Firmat praeterea *ſitum* huius *Archontis*; et *numerum* marmoris ab omni *erroris* ſuſpicione, ſaltem in hac cauſa, liberat, non modo ſequentis Epochae *conſenſus*, verum etiam aetas *Sophoclis* in hac ipſa Epocha deſignata. Annum enim *Sophoclis* Poëtae XXVIIIm. cum hoc ipſo *Archonte* coniungit, et *numero* ante *citimum* Archontem *Diognetum* CCVI. Addantur XXVIII Sic anno ante *Diognetum* CCXXXIV. *natus* fuerit *Sophocles*, *Ol.* LXX 3. Nempe *Ol.* LXX. ¾. pro more huius *Marmoris* Detrahantur e numero anni *Natalis*, anni XCI. Reliqui erunt anni ante *citimam* Epocham CXLIII. Plane, vt legimus in *Epoch.* 65. huius *Marmoris*. Niſi quod numerus CXLIII. non appareat in Marmore. Satis tamen apte conueniet cum *aetate* Poëtae cum moreretur, ab Auctore deſignata, et *Archonte* morti aſſignato, ſi in priori Epocha annus *aetatis* XXVIIIus. *coeptus* tantummodo intelligatur. Sic enim *Ol.* LXX. 4. natus fuerit Poëta, vt poſteriori huius anni parte *Ol.* LXXVII. 4. XXVIIIm *aetatis* annum *abſoluerit*, non autem *Dionyſiis*, ſeu *Antheſterionis*, ſeu *Elaphebolionis*, quibus cum *Aeſchylo* certauit, iudice *Cimone*. Nam *Dionyſia* illa ad *priorem* huius anni partem ſpectabant, quae erant *Ol.* LXXVII. 3. Sic denique *mortuus* fuerit *Ol.* XCIII. 3. ſub illo ipſo *Archonte*, cui a *Marmoris* Auctore aſſignatur, et ſub, quo *mors* eius narratur a *Diodoro*. Et quidem hoc ipſo anno *Ol.* LXXVII. 3. quo erant *Dionyſia*, verba illa habet *Euſebius* in Chronico: *Sophocles et Euripides clari habentur*, quae non *alio* melius quam ad hanc *Sophoclis* victoriam retulerimus. Sic autem huius Archontis *ſitum* mirifice confirmabunt. Sunt etiam pro hoc *Archonte*, et hoc etiam illius *ſitu*, teſtimonia longe *Diodoro* anteferenda. Illo antiquior erat Marmoris Chronologici *Auctor*. Et ex antiquioribus hauſit *Laërtius*. Nempe ex ipſo *Demetrio Phalereo*, qui Faſtos *Archonticos* ex ipſis ἀναγραφαῖς integerrimos in lucem edidit. Et ex *Apollodoro* magno accuratae *Chronologiae* inſtauratore. Itaque hic etiam *Diodorum* erroris manifeſti conuictum tenemus. Proinde non eſt quod miremur, ſi etiam in *aliis* horum temporum *Annalibus* Faſtos pariter *Archonticos* ac *Conſulares* dederit vitioſiſſimos.

Hunc *annum* a ſuperiori *alium*, et tamen illi *proximum*, res ipſae geſtae fuiſſe docent. Nam a *Scyro* Inſula cum *reliquiis* quae credebantur *Theſei* Athenas rediit *Cimon*. Et quidem hoc ipſo, quo hunc annum deſignauimus, *Archonte*, teſte, in *Cimonis* vita, *Plutarcho*. Ipſe ille *reditus* annum στρατηγίας confectum arguit, cum nulla Auctoritate publica *reuocatus* redierit. Arguit etiam quod non *ſolus* ille redierit, ſed cum στρατηγίας annuae *collegis*. Hoc enim docet etiam *Plutarchus*. Sic enim habet: Ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδὰς, οὐκ ἀφῆκεν [de *Archonte* loquitur *Aplepſione*] αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ ὁρκώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ Φυλῆς μιᾶς ἕκαστον. Nec enim niſi tempore στρατηγίας *elapſo* collegas *omnes* rediiſſe veriſimile eſt. Et tamen reditum *Cimonis* ad *Piraeeum* inter res geſtas ad *Scyrum* et in *Aſia* atque adeo ad ipſum *Eurymedontem*, ne quidem ipſe quoque diffitetur *Diodorus*. Nec tamen obſeruauit, *nouum* fuiſſe, cum rediret, *Archontem*, quod docuit *Plutarchus*. Spectabat certe ad *Archontis Eponymi* munus, vt *Dionyſiis* praeſideret et *Thargeliis*, vtque *Iudices* deſignaret de certantium *victoriis*, quae hic *Apſephioni* tribuit *Plutarchus*. Et coram *Archontum nouem* confeſſu fuiſſe στρατηγῶν εὐθύνας docet *Pollux*. VIII. 9. 1. Recte ergo coram *Archonte Eponymo* νενομισμένας σπονδὰς facit *Cimon* et *collegae* στρατηγοὶ rationes reddituri geſtae a ſe στρατηγίας. Et recte prioribus *Antheſterionis Dionyſiis*, tempore *reditus* opportuniſſimo, nouo anno *ineunte*, nec coepto adhuc *Vere* quo res erant a nouis στρατηγοῖς in *Prouinciis* gerendae. Erant ergo νενομισμέναι illae σπονδαὶ, στρατηγῶν, vt videtur, e prouinciis reducum *ſolemnes* et *perpetuae*. Votorum fortaſſe *Baccho* ſoluendorum cui feſta illa dicabantur, ob rem bene in *Prouinciis* geſtam. Nam *Dei* meminit, et quidem *vnici*. *Dei* quidem ne exiſtimaremus *nouum* fuiſſe *feſtum* in honorem *Theſei*, cuius reli-

quias in patriam reportabat *Cimon*. Sed honor *Theſei* qui *tum* demum inſtituendus erat, nullas habere poterat σπονδὰς νενομισμένας. Nec *Dei* erant, ſed *Herois*. Et *Dei* meminit *vnici*, ne feſta crederentur *Thargeliorum* in honorem geminorum *Apollinis* et *Dianae*, ipſa quoque ad *Archontis Eponymi* curam pertinentia. Hinc etiam colligitur annum *Ciuilem* tum temporis vſurpatum a *Gamelione* coepiſſe, non *Hecatombaeone*. Et ab illo vsque initio in *Magiſtratu* fuiſſe *Archontes Eponymus*.

Erat ergo huius anni *initio* in Vrbe *Cimon*. Quousque ibi perſtiterit vltra menſem *Antheſterionem*, non conſtat, vt opinor. Suſpicor autem hoc ipſo anno, nouam στρατηγίαν ei fuiſſe demandatam, qua reliqua geſſerit poſt captam *Scyron* quae eodem, quo et *illam* ceperit, anno narrarit *Diodorus*, in quibus fuerit et praelium celeberrimum ad *Eurymedontem* tam *pedeſtre* quam etiam *nauale*. Imo ita rem fuiſſe mox oſtendemus e *Iuſtino*. Sic enim loquitur *Diodorus*, quaſi poſt reditum in *Piraeeum* non *diu* permanſerit, ſed tantiſper dum *claſſem* copioſiorem inſtrueret rebus a ſe deſignatis parem: Μετὰ δὲ ταῦτα μειζόνων πράξεων ἄρξασθαι διανοούμενος, κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιέα, καὶ προσλαβόμενος πλείους τριήρεις, καὶ τὴν ἄλλην χορηγίαν ἀξιόλογον παρασκευασάμενος, τότε μὲν ἐξέπλευσεν, ἔχων τριήρεις διακοσίας etc. Sic item loquitur e melioribus qua fuerit *Diodorus*, Auctoribus *Plutarchus*. Aliter *Apſephionem* Archontem, cum haec gererentur, non memoraſſet a *Diodoro* praeteriſſum. Sic ergo ille in *Cimone*: Οὐ γὰρ αὖθις ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένον. ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ποδὸς διώκων, πρὶν διαπνεῦσαι καὶ στῆναι τοὺς βαρβαρους, τὰ μὲν ἐπόρθει καὶ κατεστρέφετο, τὰ δὲ ἀφιστη καὶ προς ἦγετο τοῖς Ἕλλησιν Tum res geſtas *vno impetu* narrat vsque ad illud, quod dixi, praelium ad *Eurymedontem*. Quod ait *Regem* ab eo ex *Hellade* fugatum eſſe, ad captam ab eo ſuperiori anno *Eionem* procul dubio referendum eſt. Nam in *Perſas*, cum expugnaretur *Eion*, rem geſſit *Cimon*. Quare ſi illos οὐκ ἀνῆκεν, ſi ὥσπερ ἐκ ποδὸς perſecutus fuerit *Cimon*, ſi ne quidem *reſpirandi* ſpatium, nec *ſtandi*, *Perſis* conceſſerit, non poſſunt vltra hunc annum *differri* res geſtae ad *Eurymedontem*. Et certe *perpetuas* fere illius στρατηγίας, vt ſaepiſſime *Hellade* abſuerit, idem docet *Plutarchus* in *Pericle*: Κίμωνα δ' αἱ στρατεῖαι τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔξω κατεῖχον. *Diu* ergo *domi* hoc ſaltem ſpatio, *nunquam* fuit. Ita ergo ſi *huius anni* Acta ſtatuamus, rationes noſtras aliquatenus firmabit ipſe quoque *Diodorus*. Rectiſſime enim ille haec *Cimonis* Acta in *Aſianos* ad *annum Archontemque* refert a *Praxiergo proximum*. Et recte etiam res geſtas in *Europa* ad annum retulit *Ol.* LXXVII. 3. Non vidit autem *duorum* annorum Acta ad *vnum* ſe eundemque *Archontem* retuliſſe. In *Archontis* autem *nomine* peccauit propter vitioſos, quibus vſus eſt, *Athenienſium Faſtos*. Sic ergo intelligendus erit *Thucydides* quo loco de hoc praelio agit ad *Eurymedontem*. vt verba illius, Μετὰ ταῦτα I. 100. cum proxime praecedentibus nectantur, de collatis in commune Bellum *Graecorum ſtipendiis*, et *nummis* potius, quam *militibus*, vt *ipſi* interim *domi* agerent, et *militia* vacarent, *Belli* gerendi curam vniuerſam *Athenienſibus* in ſe transferentibus. Perperam ad *Artaxerxis* annum IVm. hanc *Cimonis* victoriam retulit *Euſebius*. Crediderim potius in animo habuiſſe victorias eiusdem *Cyprias* quibus immortuus eſt, quas ille per errorem cum victoria ad *Eurymedontem* confuderit. Illas enim *Cyprias*, nec *alias*, *Themiſtocli* iam apud *Perſas* agenti innotuiſſe oſtendit *Plutarchus* in *Themiſtocle*. Et certum eſt ad *Eurymedontem* antea viciſſe *Cimonem* quam iniret *decennale Lacedaemoniorum* Bellum in *Meſſenios*, aut praelium ad *Tanagram*. Quae tamen omnia *Artaxerxis* Regno antiquiora erant pro certiſſimo *Canone* Aſtronomico. Haec ſane omnia *certa* eſſe arbitror, ſi quid habeamus omnino certi in Hiſtoria *Cimonis*. Fecit victoria ad *Eurymedontem* vt *Cimon* deinceps metuendus videretur, et proinde *Oſtracismo* dignus. Et tamen fefellit *Euſebius* noſtrum praeſtantiſſimum *Vſſerium*. Id vero an *hoc anno* contigerit, me admodum dubitare fateor. Nec tamen vllam video, ex quo e *Piraeeo* proceſſit, *diſtincti anni*, in Hiſtoria rei geſtae, notam. Nec *reditus* eius in *patriam* narratur, et ne quidem vlla media *hiberna*. Nec *finitae*, aut *prorogatae* στρατηγίας vllam eſt veſtigium. Et tamen *res* ab eo geſtas, poſt huius anni *initium*, tantas legimus, vt aegre admodum *vnius anni* ambitu concludi potuerint. Primo *naues* a *Themiſtocle* paratae *nouo* opere ad *Cimonis* vſus reformandae erant. Tum colligendae *ſociorum* vires, quae nouo centum nauium auctario claſſem locupletauit. Tum ciuitates *Aſiae* maritimas ad *defectionem* a *Perſarum* iugo impulit, partim *fraſu*, ſed *aperta* etiam *vi* nonnullas. Tandem *caput Belli* aggreditur, et *claſſem* primo, tum *exercitum* terreſtrem, denique et naues *expectatas* occupat. Et vires *Perſarum* ita profligauit acciditque vt ad *pacis* conditiones coëgerit admodum *ignominioſas*, ne *naues* mitterent vltra *Chelidonias* et *Cyaneas*, aut *pedeſtres* etiam copias vltra ἵππου δρόμον a mari. Τοὺς Περσῶν σατράπας μὴ καταβαίνειν ἐπὶ θάλατταν κατωτέρω ἡμερῶν ἑπτὰ ὁδόν. *Diodor. Ol.* 82. 4. Οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ πεζῷ καταβαίνειν. *Iſocrat.* Panath. et Areopagitic. Hinc facile intelligemus quid ſibi voluerit *Plutarchus* in illo ἵππου δρόμῳ. Hoc ita fuiſſe ſaepe gloriatur *Iſocrates*. Et ne quidem negat *Callſthenes* ita rem fuiſſe de *Facto*. Id tantum negat, *Pactum* aliquod interceſſiſſe *Pacisue conditionem*, qua Barbaris, ne aliter facerent, interdiceretur. Et tamen *foedus* ipſum a *Cratero* conſeruatum exſtitiſſe innuunt *Plutarchi* verba. Ἐν δὲ τοῖς ψηφίσμασιν, ἃ συνήγαγε Κράτερος, ἀντίγραφα συνθηκῶν ὡς γενομένων κατατέτακται. Vtcunque tamen Bello *finem* impoſitum eſſe conſtat a *Cimone* praelio decretorio ad *Eurymedontem*. Inde nihil a *Cimone* geſtum in *Perſas* legimus ante Bellum *Cyprium*, quod *biennio* mortem illius praeceſſit. Non eſt autem cur dubitemus quin ab illo *victore* Pacis conditiones, *Perſis* quidem *durae*, ſuis autem *Graecis Aſianis tutae*, fuerint impoſitae. Nec ſane aliae fuit de quibus agimus. Ciuitates *Aſiae* maritimae erant, quas in tutelam ſuam receperant *Athenienſes*, quaeque hac ipſa defectione *Perſas* irritauerant. Harum intererat ne ad partes *maritimas* Perſarum *copiis* aditus permitteretur, ſeu *maritimis* ſeu *pedeſtribus*, de quibus admodum conſentaneum erat, vt proſpiceret Auctor

libertatis *Cimon*. Sed *moram* tantam poſtulabant *Cimonis* facinora tam egregia, vt aegre admodum in *Vrbem* hoc *anno* redire potuerit.

Iam de *Themiſtocle* videamus, vbinam hoc anno fuerit, *domine*, an in *exſilio*. Certe ante *initium* anni huius, nondum redierant e στρατηγίᾳ *Themiſtoclis* hoſtes *Ariſtides* atque *Cimon*. Et certe *ambos* adfuiſſe veriſimillimum eſt cum ferrentur de illius *Oſtraciſmo* ſuffragia. Aliter vix potuit *Themiſtocli abſens* adeo nocere *Cimon*. Nec ita laudari *Ariſtides*, quod partem in hoſtis damnatione *nullam* habuerit, ſi etiam ipſe *abfuiſſet*. Et *Themiſtoclem* in *Ciuitate* etiamnum fuiſſe, poſt reditum *Cimonis*, hoc ipſo *anno*, his ipſis *Dionyſiis*, arguunt, ni fallor, verba *Plutarchi* in *Cimone*. Ait enim *Cimonem* cantare rogatum, cum cantaret οὐκ ἀηδῶς, ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους. Nempe quia idem rogatus *Themiſtocles* reſpondiſſet, nec *cantum* ſe, nec *citharam* callere, id tamen ſcire ciuitatem *magnam diuitemque* facere. Aderat *coram*, vt videtur, eademque occaſione *rogatus* eſt idem facere quod *Cimon* fecit, cum ſe ita excuſaret; cum haec adeo auide in *Cimonis* laudem conuerterent Auditores, propter veterem, quae inter illos interceſſerat, *aemulationem*. Animosque Auditorum arguunt illa a *Themiſtocle* alieniores, procliuiores autem in *Cimonem*, conuerſis nimirum in *illos* iam Ciuitatis *univerſae* oculis. Illudque tempus arguunt cum *Themiſtocli Cimon* opponeretur tam ab *Ariſtide* quam a *Lacedaemoniis*. Hoc autem ab anno *ſuperiori* coeperit oportet quo *primo* in πολιτείαν admiſſus eſt *Cimon*. Haec *Plutarchus* ex *Ione* Tragico, qui ipſe tum aderat παντάπασι μειράκιον. Et σπονδῶν γενομένων ceciniſſe *Cimonem* teſtatur *Ion*. Ipſis nimirum illis σπονδαῖς νενομισμέναις *Dionyſiorum* huius anni, quarum ſupra meminerat *Plutarchus*. Idque colligitur etiam ex exemplo *ſtrategematis* ſui ſapientiſſimi *Seſti* et *Byzantii* editi, quod idem ab ipſo *Cimone* acceperit *Ion*. Adhuc ergo gliſcebat ſtudium *Cimonis* paulatim creſcens quo tandem *Themiſtocles* oppreſſus eſt. Addit *Plutarchus*, cum ad *nouam* huius anni in *Perſas* Expeditionem ſe accingeret *Cimon*, naues illum accepiſſe πρὸς τάχος ἀπ' ἀρχῆς καὶ περιαγωγὴν ὑπὸ Θεμιστοκλέους ἄριστα κατεσκευασμένας, quas tamen *ipſe* ad nouos quosdam vſus ſuos aptarit. Dixit autem ὑπὸ Θεμιστοκλέους ἄριστα κατεσκευασμένας accepiſſe, non autem ἀπὸ Θεμιστοκλέους. Quaſi nimirum *paratas* a *Themiſtocle* naues (dum rei nauali praeeſſet *Themiſtocles*) acceperit; non autem quaſi ab *ipſo* acceperit *Themiſtocle*. Sic autem innuit in *Oſtraciſmi* exſilio tum fuiſſe *Themiſtoclem*, cum *claſſis* imperio praeficeretur *Cimon*, quod mox veriſſimum fuiſſe probabimus.

Pauſaniam ſuperioris anni *fine* e prouincia ab *Ephoris* reuocatum eſſe diximus. Reuocatus iudicium *capitis* ſubiuit, quo *abſolutus* eſt, *pecunia* tamen propter inſolentiam multatus. Fecit procul dubio hoc ipſum *iudicium* quo tam aegre euaſerit, ne *mox* nouis ſuſpicionibus anſam praeberet. Nec tamen *diu* illum retinuiſſe docent verba Nepotis: *At ille poſt non multo, ſua ſponte, ad exercitum rediit*. Pauſ c. 3.. Nempe ad *exercitum*, cui antea praefuerat, *Byzantii* agentem. Tum *obſeſſus* eſt ab *Athenienſibus*. Thucyd. 1. 131. Quod a *Cimone* adhuc in priori στρατηγίᾳ conſtituto factum in *ſuperiori* anno oſtendimus. Inde in *Aſiam* diſceſſit ad *Colonas Troadis*. Delatus ergo *rurſus* de ſuſpecto cum *Perſis* in patriam commercio, ab *Ephoris* iterum reuocatus eſt, dum *Cimon Eionem* et *Scyron* in populi *Athenienſis* poteſtatem redigit. Ita *hoc* demum anno *imunte* in patriam denuo reuerſus eſt. Nondum autem exſulauit *Themiſtocles*, nec tanta aliqua iniuria in patriam *irritatus* vt tutum cenſeret *Pauſanias*, quid moliretur, cum eo communicare. Itaque ad alia conſilia conuerſus eſt rerum in pernicicm patriae nouandarum. *Hoc* vtique, vt videtur, *anno*. Agit nimirum cum *Helotis* quibus non *libertatem* modo, ſed etiam *Ciuitatem*, pollicitus eſt, ſi ſocia arma ſecum in Ciues ſuos iunxiſſent, et conatum ſuum ad finem optatum perduxiſſent. Ab his proditus, hoc etiam tulit impune. Tam *tardi* erant in tanti viri ſupplicio *Ephori*. 1. 132. Renouat ergo cum Rege *Perſarum* per *literas* commercium, hoc tamen, ne quid emanaret, artificio, vt nuncii omnes *interficerentur* a *Perſis*. Et proceſſit illa fraus, dum tandem nuncio vltimo *Argilio* ſuſpicionem mouerent tot ante ſe miſſi nuncii qui tamen nunquam *rediiſſent*. Is *quintus* erat e *Peloponneſo* nuncius, ſi quidem *Themiſtocli* Ep. 5. fides. De *tempore* inde ſtatuendum eſt. Reſignauit ergo literas per ſe mittendas, reperitque verum quod fuerat antea ſuſpicatus, monitos nimirum *Perſas* ne ſe incolumem redire paterentur. Tum *Ephoris* monſtrat, et eorum conſilio ad *Aſylum* fugit in *Tacnaro*, quo tandem euenit vt *ſe* quoque ipſe proderet *Pauſanias*, et quidem teſtibus ipſis *Ephoris*. Ita dubitandi locus nullus deinceps eſt relictus, periitque ſua fraude irretitus *Pauſanias*. Quousque haec proceſſerint, incertum eſt. Hoc tamen anno concludi poterant, nec admodum affecto. Proinde cum rediiſſet e *Thracia Cimon*, *Oſtraciſmi* ſententia perculſus *Themiſtocles* ad *Argos* conceſſit. Nec antea cum illo conſilium ſuum de *Graecia* prodenda communicauit *Pauſanias*. Poſtea *Argisne* ipſis, an *alibi* in *Peloponneſo*, illum conuenerit, incertum eſt. Nam exſulem per *Peloponneſi partes caeteras commeaſſe* teſtis eſt *Thucydides*. 1. 135. Hoc tamen *tempore* illum conueniſſe manifeſtum eſt, et *literas* a *Xerxe* reddidiſſe, teſte *Plutarcho*. Illas tamen literas *ſuperiori* anno acceperat, *Byzantii*, vel in *Colonis*. Nam nunciis nullis e *Perſica* ditione redeuntibus, nouas *literas* nullas accipere potuit. *Semel* autem tantummodo *Themiſtoclem* conuenit *Pauſanias*. Deinceps τὴν μὲν δέησιν ἀπετρίψατο τοῦ Παυσανίου, καὶ τὴν κοινωνίαν ὅλως ἀπείπατο. Verba ſunt in *Themiſtocle Plutarchi*. Adhuc tamen *Argis* haeſit *Themiſtocles* dum conuinceretur, punireturque *Pauſanias*. Imo dum e *literis Pauſaniae* anſam accuſandi apud ſuos *Athenienſes* abſentem *Themiſtoclem* arriperent *Lacedaemonii*; dum ad *leuiorem* cenſuram *Oſtraciſmi durior* alia *damnatoria* acceſſiſſet; dum et *literas* ipſe, quae *ſe* purgarent, ad Ciues ſuos dediſſet, et mitterentur ab *Athenienſibus* qui illum *caperent*, factumque eſſet vt *fuga* ipſa, paene *ſerior* quam oportebat, aegre illum ex inimicorum manibus eriperet. Hoc ergo anno perierit *Pauſanias*. Ne nimis longe proferatur poena *Pauſaniae*, faciunt

verba *Cleonices* ab eo *Byzantii* interfectae, cum eius *manes* placare conaretur, ταχέως παύσεσθαι τῶν κακῶν αὐτὸν ἐν Σπάρτῃ γενόμενον· αἰνιττομένη, (inquit) ὡς ἔοικεν, τὴν μέλλουσαν αὐτῷ τελευτήν. Nam vt *poſteriori* Expeditione *Byzantina* illa fuiſſet νεκυομαντεία, vel *ita* tamen ad *ſuperioris* anni *finem* referendam eſſe probavimus. Ita certe *Plutarchus*. *Nec multo poſt* (inquit de eadem Epocha *Iuſtinus* II. 15.) *accuſatus Pauſanias damnatur*. Idque ſane verum fuiſſe neceſſe eſt, ſi vera ſint quae ſequuntur apud eundem, ex eodem *Trogo*, *Iuſtinum*. Sic enim habent: *Igitur Xerxes, cum proditionis dolum publicatum videret, ex integro Bellum inſtituit. Graeci quoque ducem conſtituunt Cimonem*, etc. Ita paulo poſt *Dionyſia Oſtraciſmo* exſulauit *Themiſtocles*, paulo poſt reditum *Cimonis* e ſuperioris anni στρατηγίᾳ, vt cum illo iam *Exſule* conſilia communicare poſſet *Pauſanias*. Et breui poſtea detecta *Pauſaniae proditione* et punita, tum demum nouum *Belli* in *Graecos* apparatum fecit *Xerxes*, et noua *Cimoni* demandata στρατηγίᾳ, qua ille Bellum in *Aſiam* transtulit, oppreſſitque *Perſas* antea quam apparatum abſoluiſſent. *Medio* ergo tempore inter *Themiſtoclis Oſtracismum*, et *nouam* huius anni *Cimonis* στρατηγίαν, periit *Pauſanias*. Non tamen proinde neceſſarium erit vt mox damnatus *Argis* profugerit *Themiſtocles*. Nihil enim video cur adeo *properatum* exiſtimemus in accuſando *Themiſtocle*. Imo *moram* aliquam interceſſiſſe veriſimilius eſt, ſi quidem de *cauſa* accuſandi recte iudicet *Diodorus*. Nempe hoc propterea factum a *Lacedaemoniis*, vt *ignominiam* patriae ſuae per ſcelus *Pauſaniae* contractam ſimili Ciuis *Athenienſis* illuſtriſſimi *ignominia* refarcirent. Et *moram* patiebatur *Oſtraciſmi* poena *decennis*, et Bellum *nouum* in *Perſas* huius anni duce *Cimone*, et vtilior futura *Lacedaemoniis Cimonis* opera a Bello iam *reuerſi*.

Etiam *Lacedaemoniorum* Regum *tempora*, hoc, de quo agimus, *ſpatio* vitioſiſſima dedit *Diodorus*. Proinde etiam illa, qua quidem ad hanc faciunt, in qua verſamur, *Chronologiam*, a nobis emendanda ſunt. Maxime quia illorum etiam meminit *Thucydides*. Sunt autem ſtirpis tantummodo vnius, *Proclidarum*, ſeu *Eurypontidarum*. Vult ergo *Diodorus*, *Leotychidam*, qui praelio imperabat ad *Mycalen*, *Ol.* LXXVI. 1. Archonte *Phaedone*, e viuis exceſſiſſe, et in locum illius ſucceſſiſſe *Archelaum*. Sic enim ipſe hoc loco Regem appellat, quem rectius alibi nominat *Archidamum*, quod ſemper facit noſter *Thucydides*. *Leotychidae* autem annos tribuit XXII. *Archidamo* vero XLII. Haec ſi vera, ita *Ol.* LXX. 3. ſucceſſerit *Leotychidas*, et *Ol.* LXXXVI. 3. *Agis Archidami* filius patri *Archidamo*. Hoc vero falſum eſſe vincit noſter *Thucydides*, qui *Archidamum Lacedaemoniorum* ducem agnoſcit L. III. 1. *Ol.* LXXXVIII 1. ſaltem *ineunte*. Vincit ipſe *Diodorus*, qui ducem eundem refert *Ol.* LXXXVII. 4. et LXXXVIII. 1. Plane vt *Thucydides*. Et tamen *mortuum* illum, pro ſuis rationibus, ipſo illo anno *Ol.* LXXXVI. 3. retulerat. Haec autem e bonis excerpſit auctoribus, nec vidit interim quam eſſent ſuis hypotheſibus contraria. Suſpicor erroris ortum fuiſſe e *Phaedone*, quem *duplicem* exhibebant vitioſi illi, quos ſecutus eſt *Diodorus*, Faſti *Archontici*, alium *Ol.* LXXVI. 1. alium *Ol.* LXXVII. 4. *ſeptennii* ſpatio interpoſito, quo fere veram *Archidami* Epocham anticipat Epocha *Diodori*. Quanquam ne quidem illud verum ſit quod pro vero habuit error ille Diodori, *Phaedone* ſaltem aliquo *Archonte* deceſſiſſe *Leotychidam*. Sed quo verus *Archidami* finis ſtatuatur, habet ex altero quoque extremo limitem *Thucydides*. Vltima quidem *Archidami* mentio eſt anno Belli *Peloponneſiaci* IVo. *Ol.* LXXXVIII. 1. *ineunte*, *Aeſtate* ſcilicet, *frugibusque maturis*. *Thucyd.* III. 1. Prima *Agidis* anno *Belli* VIo. *Ol.* LXXXVIII. $\frac{2}{3}$. etiam *priori* illa anni parte quae *Ol.* LXXXVIII. 2. *exeunti* reſponderit. *Thucyd.* III. 89. *Medio* ergo aliquo tempore inter *Ol.* LXXXVIII. 1. *initium* et 2. *finem* deceſſerit *Archidamus*, *Agisque* ſucceſſerit. *Medium* annum capiamus *Belli* VIm. *Ol.* LXXXVIII. $\frac{1}{2}$. Nec *longe*, vt opinor, a vero aberrabimus. Ita hoc ipſo anno *Ol.* LXXII. $\frac{3}{4}$. mortuo *Leotychida*, ſucceſſerit *Archidamus*, quem teſtatur annis XLII. regnaſſe *Diodorus*. Ita pulſo *Demarato Ol.* LXXII. $\frac{1}{2}$. ſucceſſerit *Leotychidas*, qui, pro eiusdem *Diodori* rationibus, *Regnum* per annos XXII. tenuerit. Eſtque ſane hoc veriſſimum. Nam cum *Demaratum* Regno exueret *Cleomenes*, tum in Μηδίσαντας *Aeginae* Bellum mouebat. *Herodot.* VI. 64. Nempe in illos ὅσοι Μηδισμοῦ τε αὐτῶν μετέσχον, καὶ βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπου γῆν δοῦναι καὶ ὕδωρ τοὺς πολίτας ἔπεισαν. Vt nos docet *Pauſanias* Laconic. c. 4. Hoc enim feciſſe *Aeginetas*, ipſe teſtis eſt *Herodotus* VI. 49. Idem obſervauit, mox vbi hoc feciſſent, ἰθέως in illos irritatos fuiſſe primum *Athenienſes*, tum deinde, illorum hortatu, *Lacedaemonios*. Inde cauſa *Belli* in *Aeginetas Cleomeni*, vt *Perſarum* patroni ſuppl.cio dederentur. Hoc autem ipſo Bello *Cleomenem* deſeruit accuſauitque *Demaratus*. *Herodot.* VI. 61. 64. Et *Demarati* conſilio negant *Aeginetae* ſe ſuos tradituros niſi ab *vtroque* Rege peterentur. *Herodot.* VI. 50. Hae cauſae erant *Cleomeni* cur *Leotychidam* iam antea *Demarato* infenſum in *Demarati* locum ſufficere conaretur. Pacto nimirum cum eo vt *Rex* factus Μηδίσαντας *vna* ſecum peteret ab *Aeginetis*. *Herodot.* VI. 65. Tandem *Pythiam Periallam* corrumpit vt conſulentibus reſponderet, *Dei* nomine, negaretque filium *Ariſtonis* ſuiſſe *Demaratum*. *Herod.* VI. 66. Ita *Regno* exutus *Demaratus* hoc ipſo *anno* qui praelium *Marathonium* proxime praeceſſit. Incipit enim annus praelii *Marathonii Herodot.* VI. 94. Hic autem, in quo verſamur, annus incipit. VI. 46. Anno enim praelii *Herodotus* ita habet: ἐπῆλθε μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι, παρεγένοντο δὲ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ προτέρῳ ἔτεϊ προεῖπε τοῖσι ἑωϋτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν. *Herodot.* VI. 95. Sic autem iuſſerat *Darius* cum *legatos* mitteret qui a *Graecis* terram et aquam peterent. Ita enim ſequitur: Ἄλλους δὲ κήρυκας διέπεμπε ἐς τὰς ἑωϋτοῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους, κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι. *Herodot.* VI. 48. Gemina haec eſſe conſtat, annorumque adeo eſſe *proxime* inuicem ſequentium. Simile exemplum aliud habemus de circumnauigato monte *Atho*, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ποιεύμενοι ταύτην τὴν κομιδὴν μεγάλως προσέπταισαν. *Herodot.* VI. 95. Hoc etiam *naufragium* narrauerat *Herodotus* VI. 44. 45. Nempe poſt

ἔαρ c. 43. Vnde ille quoque annos ſuos accuratius exorditur, plane vt *Thucydides*. Hunc ergo annum, in quo ſumus, *Leotychidae* vltimum fuiſſe neceſſe eſt. Pariterque *Ol.* LXXXVIII. $\frac{1}{2}$. vltimum fuiſſe *Archidami*, cui annos XLII. tribuit *Diodorus*. Etiam *Agidi Archidami* filio annos XXVII. concedit idem *Diodorus*. Id ſi recte, ſic etiam finis *Agidis*, pro noſtris rationibus, ad *Ol.* $\frac{84}{85}$. $\frac{4}{1}$. erit referendus. *Olympia* tamen illum ſuperaſſe conſtat e *Xenophonte*. Proinde Archonte *Lachete* deceſſerit, qui *Ol.* XCV. 1. Magiſtratum tenuit. Inde fortaſſis emendanda quae tradidimus, in Annalibus *Xenophonteis*, de morte *Agidis*, et ſucceſſione *Ageſilai*. Haec enim veriora putamus. Sed non vacat impraeſentiarum rationes reddere, et tempora inde pendentia melius conſtituere.

Ant. *Chr.* 468. *Ol.* $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$. XIII. Arch. *Theagenide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXII.

Huius Archontis *ſitum* eadem Marmoris *Oxonienſis* Auctoritas aſſerit quae ſuperiorem aſſeruerat, *proximo* nimirum ante *Diognetum* numero. Etiam ipſa Marmoris *conſtantia* in *duobus* exemplis facit, vt certo Autographi exemplo hos *numeros* imputemus; non autem *Quadratarii* vel *Editorum* erroribus. Conueniunt etiam cum *Marmore* in hoc *Archonte* tam *Diodorus* quam *Dionyſius Halicarnaſſeus*, quam *Plutarchus* in *Andocide*, qui illum *Ol.* LXXVIII. 1. aſſignant. Sic enim ſolenne illis eſt, in his ſaltem temporibus *Archontum* loca per annos Olympiadicos *poſteriores* deſignare, quod per *priores* praeſtare ſolet Auctor Chronici *Marmorei*. Conuenit praeterea aetas *Simonidis*. Quem enim annum LXXXm. egiſſe Archonte *Adimanto*, e *Simonidis* ipſius Epigrammate probauit Cl. *Bentleius* in D. *Boyſium*. eum, hoc noſtro Archonte *Theagenide*, *nonagenarium* facit Auctor Chronici *Marmorei*. Id tamen, vt verum ſit, annum eius *nonageſimum*, cum moreretur, *inchoatum* tantummodo fuiſſe neceſſe eſt. Idque verum aſſerunt Scholiaſtes *Ariſtophanis* in *Veſpas*, et *Suidas*, dum annum eius LXXXIXm. duntaxat agnoſcunt. Aetates *ambae* $\frac{80}{90}$. ita hunc annum, pro *Simonidis* ipſius illo teſtimonio, deſignant, vt in alium nullum quadrare poſſint.

Superiori anno, periit, vt puto, *Pauſanias*. Non *Rex*, vt videtur, iure ſuo, ſed vice pupilli *Pliſtarchi* conſobrini e patruo *Leonida*. Sic enim loquitur *Thucydides*, vt illius ius aliud nullum agnoſcat praeterquam *tutoris*, etiam in temporibus eius *extremis*, cum de illius *poena* cogitarent *Ephori*. I. 132. Sed *Pliſtarchi* nulla vſpiam geſta legimus. Et ne quidem *Pauſaniae* ipſi ſucceſſit conſobrinus *Pliſtarchus*, ſed filius *Pliſtoanax*. Breue admodum *Pliſtarchi* Regnum agnoſcit etiam Sophiſta *Pauſanias*, ſed *ſucceſſorem* eius non ipſum facit *Pauſaniam*, ſed *Pliſtoanactem*: Πλείσταρχος μὲν οὖν ὁ Λεωνίδου νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς ἐτελεύτησε· Πλειστοάναξ δὲ ἔσχε τὴν ἀρχὴν ὁ Παυσανίου τῶν Πλαταιαῖσιν ἡγησαμένου. *Laconic.* c. 5. Haec ſi vera, de *Regno* ab adulto *Pliſtarcho* ſuſcepto intelligenda ſunt. Et neceſſe erit vt *Pauſaniae* ſuperſtes fuerit, vt ei ſuccederet non *Pauſanias* ipſe, ſed *filius* Pauſaniae *Pliſtoanax*. Sic ergo βασιλείαν παρειληφέναι dicendus erat, cum non amplius per *Tutores*, ſed ipſe, *Regni* a ſe ſuſcepti *munia* obiret. Alioqui *breue* Regnum illius eſſe non potuit ſi a *caede* patris *Leonidae* pertigerit ad *poenum* conſobrini *Pauſaniae*. *Rex* quidem appellatur *Pauſanias*, etiam in victoria *Plataeenſi Herodoto*. IX. 75. quem tamen in illo munere *Tutoris* vicem ſuppleuiſſe fatetur c. 10. Proinde inde nullum Argumentum eſt. Et *Thucydidis* locus iam allatus facit vt hanc *Pauſaniae* Sophiſtae interpretationem veriſſimam exiſtimemus. *Adultam* ergo aetatem attigit *Pliſtarchus*, et *Pauſaniae* ſuperſtes erat, vt ſucceſſorem *proximum* haberet *Pliſtoanactem*. Quamdiu autem *Pauſaniae* ſuperſtes fuerit, ſtatuere difficillimum eſt. Poterat *diu* ſuperſtes fuiſſe, ſi aetas illius adulta *remotior* fuerit ab obitu conſobrini *Tutoris*. Sed ne quidem ita ſexennio morte *Pauſaniae* ſerior *adulta* eius aetas eſſe potuit. Hic ſane annus eſt a caede *Leonidae* patris XIIus. Eſto ergo *natus* fuerit *eodem*, quo periit *pater*, anno. Ita annum aetatis XVIIm. (qui Εἰρενος erat pro diſciplina *Laconica*) attigerit anno poſt caedem *Pauſaniae* VO. Nec multo ſerius, etiamſi fuerit *poſthumus*. Si autem annus *Pubertatis* cum conſobrini *ſupplicio* concurrerit; ſic breue admodum ſpatium fuerit oportet inter caedem *Pauſaniae* ſucceſſionemque *Pliſtoanactis*, vt, poſt acceptum νεωστὶ *Regnum*, perierit ipſe *Pliſtarchus*. Videamus ergo aliunde an poſſimus ſpatium illud, quantum fuerit, explorare, et ſucceſſionem conſtituere in familia Regia *Euryſthenidarum*, vt iam fecimus in *Proclidis*. Incipiemus autem a temporibus *certioribus*, nempe *recentioribus*, in quibus maior eſt Faſtorum *Archonticorum* concordia. Incipiunt illi ab *Ol.* XCIII. 1. quo *Pliſtoanactti Pauſaniam* ſucceſſiſſe teſtatur *Diodorus*. Et quidem per annos XIV. qui deſinunt *Ol.* XCVI. 3. Tum *Pauſaniae* ſucceſſiſſe tradit filium huius *Pauſaniae Ageſipolidem*, qui ipſe totidem, quot Pater, *annis* Regnum tenuerit. Exeunt et illi *Ol.* C. 1. quo *Diodorus* ſucceſſorem ſtatuit *Ageſipolidis* fratrem *Cleombrotum*, qui annis ipſe IX. *regnauit*, ad *praelium* nempe, quo occubuit, *Leuctricum Ol.* CII. 2. Huius filii *duo* ponuntur, maior *Ageſipolis*, minor *Cleomenes*. *Ageſipolidem* nihil memorabile geſſiſſe docet *Pauſanias*, cuius *tempus*, quia *breue*, proinde hactenus incognitum eſt. *Cleomenem* anno *Ol.* CXVII. 4 obiiſſe narrat *Diodorus*, cuius annos numerat LX. et menſes praeterea X. nempe annos fere LXI Deducti illi ex *Ol.* CXVII. 4. reliquum facient *Ol.* CII. 3. quo ſucceſſerit *Cleomenes* ipſe mortuo fratri *Ageſipolidi*. Inde colligitur tempus ipſius *Ageſipolidis* ab *Ol.* CII. 2. quo occiſus eſt pater *Cleombrotus*, ad *Ol.* CII. 3. quo ſucceſſit *Cleomenes*. Succeſſit *Cleomeni* filius *Aretas* per annos XLIV. teſte *Diodoro*. Ita deſierit *Ol.* CXXVIII. 4. Idem *Areus* eſt *Acrotati* filius *Pauſaniae*, Laconic. 6 Hoc autem loco deſicit *Diodorus*, egregie hucusque ſibi conſentaneus. Redeamus ergo ad *Ol.* XCIII. 1. a quo *ſuperne* retrogrediendo incipiunt diſcordiae. *Pliſtoanactem* illo anno defunctum annis L. regnaſſe dicit *Interpres*, neſcio qua fretus *MSS.* Codicum fide. In *Graecis* illa verba tantummodo legimus: ἄρξας ἔτη ὀκτώ. Certum eſt deeſſe numerum *maiorem*. In margine legimus: γράφεται πεντήκοντα. Inde fortaſſis Interpres loco *octo* legit *quinquaginta*. Nempe, vt videtur, quia paulo antea in margine repererat γράφεται πεντήκοντα ad vocem in *Textu* ὀκτώ. Sed plane nulla ratio eſt cur numeri illi inuicem

confunderentur. Si itaque hunc numerum *Marginalem* in Codicum *MSS.* margine repererint (de quo tamen nihil monent *Editores*) e *Margine fupplendum Textum* potius quam *emendandum* fuiſſe crediderim. Sic numerus annorum *integer* erit LVIII. quibus regnarit ille *Pliſtoanax*. Hi deducti ex *Ol.* XCIII. 1. reliquum facient *Ol.* LXXVIII. 3. quo *Pliſtarcho* mortuo ſucceſſerit *Pliſtoanax*. Sed vero hoc anno deſinente *Ol.* 77. 3. occiſus eſt *Pauſanias*. Ita *quadriennium* reliquum erit a caede *Pauſaniae*, quo adoleuerit, *regnumque* adultus, ipſe adminiſtrauerit, *Pliſtarchus*. Etiam *Leonidae* finem compertiſſimum habemus *Ol.* LXXV. 1. quo *ineunte* ceciderit ad *Thermopylas Hecatombaeonis* die VI°. pro *noſtris* rationibus. *Initium* illius e ſine *Cleomenis* colligendum eſt. Erat autem in poteſtate *Cleomenes* cum *Regno* exueretur *Demaratus*, quod *Ol.* LXXII. 1. factum oſtendimus. Nec poſt *Ol.* LXXII. 2. illum tenuiſſe veriſimillimum eſt. Taedet *ſuperius* adſcendere in tanta monumentorum hodiernorum incertitudine. Nec pro *Thucydideorum* Annalium rationibus omnino neceſſarium eſt.

Iam de *Themiſtocle*. *Pauſaniae* exitum praeceſſit illius *Oſtraciſmus*. Damnatio ex inquiſitione in *Pauſaniam* nata *poſterior* illa fuerit proinde neceſſe eſt. Cum *Argis* fugeret χειμῶνα fuiſſe docet Sophiſta qui illius Perſona ſcripſit *Epiſtolas*. Δέος δέ ἐϛι (inquit) μὴ ἀνωφελῆ ἡμῶν τὴν σπουδὴν ἐπιμένων ὁ χειμὼν ποιήσῃ. Ep. IX. Non omnia ſpernenda arbitror quae occurrunt in *Sophiſtis*. Multae tum exſtabant, quae iam perierunt, Hiſtoriae. Et veras illi *Perſonas* ex *Hiſtoriis* hauſerunt, cum quibus commercium habere potuerint, quorum *nomine* Epiſtolas concipiendas exiſtimabant. Cur itaque dubitemus quin multas etiam rerum geſtarum *circumſtantias* ex iisdem haurire potuerint, qui tamen iam interciderint, *Hiſtoriis? Hyemem* ergo hic ſi pro Anni *tempeſtate* accipiamus, eam *affectam* fuiſſe neceſſe eſt, cum ἐπιμένειν dicitur. Ἐπίμονον enim illud *Graecis* dicitur quod iam diutius durarit. Ita hoc anno *exeunte* fuerit fuga illa *Themiſtoclis*. Neſcio autem annon potius *hyemem* praeter exſpectationem *longam* deſignarint verba in Perſona *Themiſtoclis*. Sic potius erunt ad ſequentem annum referenda. Sic enim tantundem valebunt ac ſi dixiſſet: Per Anni *tempeſtatem* ſpes erat fugam *maritimam* tuto ſuscipiendi. Sed ſpem illam ipſam adimit *hyems* quam pro anni tempeſtate *diuturnior*, metumque iniicit ne haec ipſa mea *cautela* mihi profutura ſit. Ita *Verna* tempeſtate fugerit, *Maris liberi* initio quo cenſetur Nauigatio *ſecura*. Sic ad nouum *Archontem* fuga illius referenda erit, quocunque demum anno contigerit. *Hoc* autem *anno* fugerit, necne, vel *ſequenti*, me dubitare fateor. Et tamen aegre admodum vltra vtrumque differri illius fuga poterit, ſi quidem vere dixerit *Steſimbrotus Thaſius* ad *Hieronem* illum ſeſe contuliſſe, a quo repulſam paſſus tum demum de *Aſia* cogitarit. Nam *Ol.* LXXVIII. 2. deceſſit *Hiero*, ſi quidem *Diodorum* audiamus. Eſt tamen aliõqui *Steſimbrotus* Auctor, propter *Antiquitatem*, minime ſpernendus. Coaeuus nimirum *Cimoni*, et par adeo *Herodoto*, *Thucydide* autem *antiquior*. Potuit ergo illius *Chronologiae* Auctor eſſe quam ſequitur Chronicon *Marmoreum*, quae *Gelonis Hieronisque* tempora recentiora facit. Sic potuit *ſerius* fugere *Themiſtocles*, et tamen *Hieronem* conuenire. Ita Sophiſta Epiſtolarum Auctor, qui *Gelonem* in fuga exambitum refert a *b*) *Themiſtocle*, qui tamen cum *Sicilium* appelleret, repererit in Regno iam *nuper* conſtitutum *Hieronem*. Nam pro *Marmoris* rationibus *Charete* Archonte ſucceſſit *Hieron* quem Nos *Charetem Ol.* LXXVII. $\frac{1}{2}$. aſſeruimus. Inde, ni fallor, erroris occaſio *Diodoro* qui *Themiſtoclis* fugam refert ad annum *Ol.* LXXVII. 2m. Sed *Thucydidis* rationes Nos explicandas ſuſcepimus, quas etiam, propter *accuratam* illius diligentiam, etiam paulo *antiquioribus* teſtimoniis antetulerimus.

Hoc anno *Cimon* paucis admodum triremibus *Athenis* profectus. Profligato nimirum Bello *Medico*, et *Pace* conſtituta. Inde *Perſis* audacia *Cherſoneſum* occupandi, et Socios e *Thracia* aduocandi. Sed tredecim *Perſarum* naves ſuis duntaxat quatuor occupauit, *Perſas* ipſos cum ſociis *Thracibus* inde fugauit, totamque inde *Cherſoneſum* ſuis vendicauit *Athenienſibus*. Narrat enim haec *Plutarchus* inter praelium ad *Eurymedontem* et defectionem *Thaſiorum*. Nec ſane alia Bella illum in hac ϛρατηγίᾳ ob oculos habuiſſe indicat tam modicus apparatus cum *Athenis* diſcederet. Hoc *alteri* anno cuiuis *medio* conuenire vix potuit. Hinc facile colligimus nondum coloniam ad *nouas Vias* fuiſſe deductam, quam eidem tempori, cui et *Thaſiorum* defectionem, vendicat *Thucydides*. I. 100. Etiam inde colligitur nondum *Archontem* fuiſſe *Phaedonem*, quem Nos e loco recepto reiecimus.

Ant. *Chr.* 467. *Ol.* LXXVIII. $\frac{1}{2}$. XIV. Arch. *Lyſiſtrato*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die X.

Huius anni quis *Archon* fuerit, non habemus, vt ſolebamus, monumenta quae doceant. Suſpicamur autem, vt proximus *Theagenidae* in receptis Faſtis *Diodori* numeratur *Lyſiſtratus*; ſic etiam proximum fuiſſe in hypotheſibus Chronici *Marmorei*. Illum *Ol.* LXXVIII. 2. apponit *Diodorus*. Sic erat I°. eiusdem *Olympiadis* anno, pro *Marmoris* recepto more, aſſignandus. Poterat alioqui in hunc locum reponi, quem proximo poſt *Praxiergum* loco omiſerat Auctor Chronici *Marmorei*. Ita autem ſecuturus erat 2°. loco *Phaedon*, quem Nos *tertio* potius loco, pro veriorum Faſtorum ſententia, aſſignandum oſtendemus. Hoc autem *Archonte* interpoſito, in verum illum, quem dixi, locum redibit *Phaedon*. Sic itaque potius ſtatuendum exiſtimamus.

Hoc anno *Caryſtios* in *Euboea* ſolos oppugnabant *Athenienſes*, et χρόνῳ ξυνέβησαν καθ' ὁμολογίαν. *Thucyd.* I. 98. Hos enim proximos *Eioni* et *Scyro* recenſet *Thucydides* e *Graecis*, cum quibus *Athenienſes* Bellum geſſerint, poſtquam ſub *Athenienſium* patrocinio commune Bellum in *Perſas* adminiſtrarent.

Ant. *Chr.* 466. *Ol.* LXXVIII. $\frac{2}{3}$. XV. Arch. *Demotione*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXX.

b) Ep. *Themiſt.* 20.

Hoc anno *Naxum* obſederunt, et in ſeruitutem redegerunt, *Athenienſes*. Πρώτη αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεσηκὸς ἐδουλώθη. *Thucyd.* I. 98. Nempe oppugnata poſt *Caryſtios* antea memoratos, et ante *Thaſios* quorum mentio c. 100. quosque *ſequenti*, poſt hunc, *Archonte* defeciſſe probabimus.

Hinc etiam colligimus hoc anno ſtatuendam eſſe fugam *Themiſtoclis*. Tunc enim, cum fugeret, in *Naxi* obſidione fuiſſe *Athenienſes*, conueniunt cum *Thucydide*, *Diodorus*. *Nepos* et *Plutarchus*. Si vera didicerimus e Sophiſta *Epiſtolarum* conditore, primo *Vere Argis* profugerit ad *Corcyram*. Ibi diu moratus non eſt, non auſis illum, veteris beneficii in illos collati cauſa, tueri *Corcyraeis*. Inde, ſi *Stefimbroto* fides, aut *Epiſtolarum* fabro, in *Siciliam* migrauit. Nec tamen diu ibi moratus eſt. Inde ſe ad *Admetum* contulit Regem *Moloſſorum*. Hic tantiſper haeſiſſe dicitur dum illum peterent legati *Athenienſium* atque *Lacedaemoniorum*. Ne paucos illos *dies* memoremus, quibus tum, cum primum appelleret, peregrinantem exſpectauit *Admetum*. Inde, *pedeſtri* itinere, et fidis viae ducibus, ad *Pydnam Alexandri* Regis *Macedonum* delatus eſt. Non tamen conſilio tentandi *Alexandri*, ſed ad aulam *Perſarum* recta, qua liceret, contendendi. Hinc, dum naui oneraria in *Ioniam* traiicit, χειμῶνι a recto ad *Ioniam* curſu transuerſim raptus in ciuium ſuorum claſſem *Naxios* obſidentem paene delatus eſt. *Thucyd.* I. 137. Non tamen χειμῶνος nomine *hibernam* anni tempeſtatem, vt opinor, deſignauit, ſed *procellam*. Ita illum intellexit Interpres. Ita illum *Nepos*, qui *Thucydidis* fidem, in hac praeſertim Hiſtoria, ſecutus eſt. *Tempeſtate maxima* eo *delatum* ſcribit. c. 8. Tandem *Ephesum* venit. Haec omnia quanta potuit cautela ne cuiquam innoteſceret. Nam et in *Graecia*, et in *Perſarum* ditione, multi erant, qui illum quaererent, propter *praemia* vbique promiſſa reperientibus. *Moram* haec omnia iniecerint oportet, quae tamen nimia *latebris* nocitura erat. Etiam, cum in *Ioniam* appuliſſet, nouum artificium excogitandum erat, quo nemini antea ſuſpectus eſſet quam ad *Regem* ipſum veniret. Vſus eſt ergo lectica *recta* qua deferri ſolebant ad Regem *concubinae*. Et tamen *Epheſi* tantiſper haeſit, dum pecuniae amicis creditae venirent, tam *Argis* quam *Athenis*. Ab *Ionia* deinde ad *Suſa* iter admodum longinquum erat. *Quatuor* annorum delicias agentibus facit Comicus Acharnenſib. Act. I. Scen. II. Trium autem *menſium* accuratiſſimus illius emenſor *Ariſtagoras* apud *Herodotum*. V. 50. Et *Herodotus* ipſe V. 53. Vix potuit ergo hoc *anno* ad palatium venire *Themiſtocles* itinere tot tantisque difficultatibus obſeſſo. Ita *tertio* demum *Oſtraciſmi* anno damnatus fugerit *Themiſtocles*, et *tertio* item poſt ſupplicium *Pauſaniae*. Nec ſane quicquam videmus in *Hiſtoria* quod obſtet quo minus ita ſe res habuerit.

Ol. LXXVIII. 3. mortuo *Pliſtarcho*, in familia Regia *Euruſthenidarum*, apud *Lacedaemonios*, ſuccedit *Pliſtoanax Pauſaniae* filius. Vid. *Ol* $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$.

Ant. *Chr.* 465. *Ol.* LXXVIII. $\frac{3}{4}$. XVI. Arch. *Phaedone*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIX.

Hunc *Archontem* e loco, quem aſſignauit illi *Diodorus*, iam ſupra e Teſtimoniis *Diodoro* fide *dignioribus* excluſimus. Hunc *verum* illius eſſe locum diſcimus e Scholiaſte *Aeſchinis*, cuius Fragmentum antea edidimus. *Nouies* ille *Athenienſes* ad *Nouemuias* male fuiſſe acceptos obſeruauit propter *nouies* repetitas *Phyllidis* in *Demophoontem* diras. Πρῶτον μὲν (inquit) Λυσιστράτου καὶ Λυκούργου καὶ Κρατίνου στρατευόντων ἐπ' Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνα. Διεφθάρησαν γὰρ ὑπὸ Θρᾳκῶν εἰληφότες Ἠϊόνα ἐπὶ ἄρχοντος Φαίδωνος. Haec procul dubio clades eſt ad *Drabeſcum Edonorum* ab *Edonis* illata, cuius bis meminit *Thucydides*. I. 100. IV. 102. Meminit etiam *Pauſanias* Attic. 29. Confundit tamen *primam* hanc in *Thraciam* Expeditionem cum *ſecunda* alia ſub *Leagro* et *Sophane Deceleenſi*, cuius meminit non *Scholiaſtes* modo noſter, verum etiam *Herodotus*. IX. 74. Huius autem, de qua agimus, cladis *ſitum* docet *Thucydides* ipſe, IV. 102. Nempe poſt annos XXXII. ex quo ab *Edonis* pulſus fuerit, ſub *Dario Hyſtaſpide*, *Ariſtagoras*, et annis viciſſim XXIX. antea quam *Agnon*, pulſis *Edonis*, coloniam conderet *Amphipolitanam*. Nos a *poſteriori* potius *Epocha* argumentandum duximus, quippe quae priori certior eſt atque exploratior. *Archonte* enim *Euthymene* conditam fuiſſe ab *Agnone Amphipolim*, conſentit cum *Scholiaſte* noſtro etiam *Diodorus*. Et locum *Euthymenis* firmat etiam coaeuus Auctor *Ariſtophanes*. *Euthymenes* Archon erat *Ol.* $\frac{65}{66}$. $\frac{4}{1}$. Inde detracti anni XXIX. (nempe *Olympiades* VII. et annus *vnus*) reliquum facient annum, in quo verſamur, *Olympiad.* 78. $\frac{3}{4}$.

Hoc ergo *Archonte* coloniam *Nouemuialem* (Ciuitatis, quae poſtea ab *Agnone Amphipolis* appellata eſt) deductam diſcimus e praedicto *Scholiaſte*. Hoc anno ante *Euthymenem* XXIXO. miſſos colonos refert *Thucydides*, qui perierunt ad *Drabeſcum*. *Thucyd.* IV. 102. In anno poſt *Ariſtagoram* XXXIIO. conuenit, cum *Thucydide*, etiam *Diodorus* ad ann. *Ol.* 89. I. De *condita* ergo colonia *Thucydides*, non de *deleta*, intelligendus eſt. Proinde mentio *Phaedonis Archontis* in *Scholiaſte*, ad verba εἰληφότες Ἠϊόνα, non ad διεφθάρησαν, referenda eſt. Sic enim cum *Thucydide* conuenient accuratiſſime. Male ergo hanc *coloniam* ad *Ol.* LXXIX. I. ſtatuit *Diodorus*. Erroris occaſionem mox oſtendemus. Nondum hanc *coloniam* deductam, *Ol.* $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$. cum *Cimon Perſas Eione* fugaret, oſtendimus.

Hoc eodem anno *Thaſios* ab *Athenienſibus* defeciſſe docet *Thucydides* I. 100. Nempe ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Et tamen χρόνῳ ὕστερον poſt praelium ad *Eurymedontem*. His vocibus poſterioribus annorum *plurium* interuallum deſignaſſe videtur. Quod ſane eſt, pro noſtris hypotheſibus, veriſſimum. Et ſane Bellum hoc cum *Thaſiis* geſſit idem, qui ad *Eurymedontem* vicerat, *Cimon*. Et quidem ita, vt hoc Bellum cum *Thaſiis* ad *finem* vsque perduxerit, vt e *Plutarcho* diſcimus, et *Nepote*; qui alia quoque *media* narrant inter praelium ad *Eurymedontem* et hoc *trienne* cum *Thaſiis* Bellum. In eo quoque cum *Thucydide* conuenit etiam *Diodorus*, quod vnius eiusdemque *anni* vterque agnoſcat tam coloniam *Nouemuialem* quam Bellum cum *Thaſiis*. In eo tamen peccauit *Diodorus*,

quod eodem errore, quo *coloniam* ad *Ol.* LXXIX. 1. retulit, Belli quoque cum *Thasiis* initium ad *Ol.* LXXIX. 1. similiter retulerit.

Hoc etiam eodem *anno*, sed, vt videtur, ad *exitum* vergente, *Terraemotus* erat *Spartae*; et nati ea occasione Belli *Messenici* III. *decennalis* initium. Hoc e *Thucydide* ipso colligimus. Ait enim *Thasios Lacedaemoniorum* auxilium aduocasse. Non tamen *antea* quam plusquam vno praelio *victi* ad *obsidionem* redigerentur. 1. 101. Tum demum, clam *Athenienſibus* auxilium pollicentur *Lacedaemonii*, quod tamen quo minus praestiterint, a *Terraemotu*, et secutis illum turbis *domesticis*, impediti sunt. Nuncius ergo de *Thasiorum* defectione *Athenas* appulerit, tum *Apparatus* ad Bellum faciendus erat illo certe tempore, et *Cimone* duce, non sane *diutinus*. Tum spatium *nauigandi*, et captandi tot praeliorum sub duce prudentissimo *occasiones*, interceſſerit. Tum *obsessis* mittendi *Spartam* legati eo *tardiores* quo *cautius* progrediendum erat ne resciscent *Athenienses*. Denique, *promisso* auxilio, et *reuersis* nunciis, contigerit *Terraemotus*, et post Terraemotum *Bellum* cum *Helotis*, quae obstiterint, quo minus fidem datam praestare potuerint. Quare, vt hoc anno *ineunte* defecerint *Thasii*, admodum tamen *affectum* fuisse necesse est cum iniret Bellum *Messeniacum*. Nam ne vltra hunc annum proferatur, obstat Testimonium *Plutarchi* in *Cimone*, qui IVo. demum *Archidami* anno *Terraemotum* statuit. Huc etiam discimus *Ol.* LXXVII. $\frac{3}{4}$. succeſſiſſe *Archidamum*, vt hoc anno admodum *affecto*, adhuc tamen illius annus numeraretur tantummodo IVus. Hic etiam nostro calculo suffragatur eousque *Diodorus*, quod *Archonte* saltem *Phaedone Terraemotum* etiam ipse statuerit. In eo etiam suum Phaedonis *situm* falsum ipse vincit. Retulit ille *Phaedonem* ad *Ol.* LXXVII. 4. Coloniam autem *Nouemuialem* et Bellum cum *Thasiis* ad *Ol.* LXXIX. 1. Cum tamen antiquiorem *Terraemotu coloniam*, et Bellum quoque cum *Thasiis*, e *Thucydide* ipso probauerimus, quem nemo sanus dubitet, his saltem temporibus, longe anteferendum esse *Diodoro*. Nos hunc *Phaedonem* non, cum Cl. *Bentleio*, tollendum arbitramur, sed ad suum potius, quem olim tenuit, in Fastis locum esse *restituendum*.

1. annus Belli decennalis *Lacedaemoniorum* in *Messenios*.

Hoc tandem *anno* ad aulam *Persicam* venit *Themistocles*. Ad Regem *Artaxerxem* Xerxis *filium νεωϛὶ βασιλεύοντα*, inquit *Thucydides*. 1. 137. Fecitque haec sola *Thucydidis* Auctoritas vt, iuniorum quantouis consensu refragante, in *Thucydidis* tamen sententiam transierit *Nepos*. *Sed Ego*, inquit, *potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat his, qui illorum temporum Historias reliquerunt, et eiusdem ciuitatis fuit.* c. 9. Addit *Plutarchus* testimonium maius ipsius testimonio *Thucydidis*. Nempe *Charontis Lampsaceni*. Hic ipsa illa aetate vixit, *Herodoto* ipso maior, vt maior erat *Thucydide Herodotus*. Proinde illum *Herodoto* opponit *Plutarchus* in Libro de *Malignitate Herodoti*. Egit praeterea in ipsa *Persarum* ditione *Charon*, vt proinde, quis *Princeps* tum fuerit, cum *Themistocles* veniret ad *Persas*, vix illi potuerit esse incompertum. Subiungit *Plutarchus*: Τοῖϛ δὲ χρονικοῖϛ δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι. *Chronicorum* nomine intelligit, ni fallor, *Grammaticos* illos, qui ex *temporum* rationibus de *Historiis antiquioribus* iudicauerant, vt in tanta *testimoniorum* Veterum incertitudine, inuicem nempe *pugnantium*, vera a falsis, certa ab incertis, per *temporum* consensum internoscerent. Ita *Timaeus*, *Eratosthenes*, *Apollodorus*. Celebres autem erant, hoc nomine, inprimis *Eratosthenis* Χρονικοὶ Κανόνες, in quibus, collatis inuicem *diuersarum* gentium *Successionibus*, ex vniuersarum *consensu* de singularum *veritate* pronunciabat. Itaque, cum his a *re ipsa* petitis Argumentis idem consentaneum reperitur, quod tanta *Testium* auctoritas verum esse tradidit, nihil plane superest cur de *Facto* dubitetur. Monet quidem *Plutarchus testes* fuisse, et quidem *Veteres*, qui ad *Xerxem* ipsum, non autem ad *Artaxerxem Themistoclem* fugisse tradiderint, *Ephorum*, *Dinonem*, *Clitarchum*, *Heraclidem*. Horum fidem secutus est, vt videtur, *Diodorus*. Sed neminem habuit, hoc vno *Vetustatis* nomine, *Thucydidi* comparandum, nedum *Charonti Lampsaceno*. Sic ipsa *Testium* antiquitate causa nostra vincit. Suffragante autem *Temporum* fide, imo magis *Thucydidi* quam *iunioribus* suffragante; iam *res* ipsa *testibus* optimis consentanea facit, ne vllam prorsus rationem Testium *recentiorum* habeamus. Viderunt hoc Viri Magni, qui proinde testes hosce vetustiores *conciliandos* potius quam *oppugnandos* existimarunt, *iunioribus* alia omnia censentibus. Volunt ergo ad vtrumque venisse *Themistoclem*, tam *Xerxem* ipsum, quam ad *Xerxis* filium *Artaxerxem*. Putant nimirum a Patre *Xerxe* etiamnum *superstite* Regni participem factum esse *Artaxerxem*. Pro eodem scilicet *exemplo*, quo, Patre *Dario* iam viuente, *successor Regni* declaratus fuerat ipse *Xerxes*. Huc trahit *Petauius* quod in causa *Xerxis* obseruauerat *Herodotus*, cum dubium esset ius successionis, Regi *Persarum* non licuisse nouam aliquam *Expeditionem* antea suscipere quam *Successorem* declarasset. VII. 2. Trahit, quod *similis* fuerit causa inter *Darium* Xerxis filium maiorem iunioremque *Artaxerxem* quae fuerat *Xerxi* ipsi cum fratre maiore *Artobarzane*. Quod nempe *maximus* fuerit vterque Patris, iam *Regis* filius, vt fuerat *frater* vtriusque *maximus primogenitus* communis Patris, *antea* tamen quam *Regnum* adipiscereturn. Nullum interim agnoscit in *Historia* vestigium *Artaxerxis Longimani* a Patre *Xerxe* in Regni *participationem* accepti. Nullum certe in Epistola *Themistoclis* ad filium *Artaxerxem* apud *Thucydidem*, Patris *Xerxis* etiamnum viui. Meminit quidem *Themistocles* in Epistola ad *filium* beneficiorum a se in *Patrem* collatorum. Cur haec non potius ad ipsum *Patrem* qui beneficia acceperat? Cur *filium* solum *Iudicem* facit beneficiorum in *Patrem* collatorum? Cur *Patrem* saltem non *testem* aduocat beneficiorum *arcanorum?* Cur ne quidem vlla ad *Patrem* relatio, filio vel *interpellante?* Cur nihil *Patri* reseruatum, in rebus ad Patrem *ipsum* attinentibus, quod non erat sane negligendum, *Patre* vel *absente?* Cur nulla *Patris* mentio, cum, post *annum* linguae *Persicae* discendae impendendum, esset reuersurus? Sic habent omnia, non quasi *abfuerit* Pater, sed quasi non amplius *fuerit* in viuis. Tantum vero abest vt vera videatur *coniectura* illa *Petauii*,

vt ne quidem *ratio* ab illo assignata locum habuerit cur *vera* saltem *videri* possit. Nec enim nisi in Iure *dubio* locum habuit Lex illa *Persarum* de declarando Regis *Successore*, antea quam Rex ipse *Expeditionem* aliquam susciperet. Nam in Iure *indubio*, non opus erat vt *Rex* idem declararet quod *Lex* ipsa declarauerat. Vt penes ipsum fuisset *Successorem*, quemcunque vellet, non obstante *Successionis Lege*, designare; ne quidem ita necesse fuisset vt *Rex* quem vellet *Successorem* declararet. Nam vt *neminem* declarasset, *manifesta* nihilominus fuisset *Regis sententia*. Neminem scilicet illum *Successorem* sibi velle quam cui Iure *Successionis* legitimo debebatur. Sic nullum erat *Reipublicae* periculum, cui declarando *Successore* fuerit occurrendum, dum de Successore *legitimo* constaret, nec locus esset aemulis. Fuerit ergo Ius dubium in causa *Xerxis*, non tamen sequitur *dubium* fuisse in causa *Artaxerxis*. Erat enim *Xerxes* primus nouae *familiae* Successor. Erat ergo a primo familiae conditore *Dario* statuendum, quo *Iure* deinceps esset in eadem familia *succedendum*. An scilicet hominis eiusdem *priuati*, an *Regis* primogenito Successio concedenda esset. Cum vero hoc Ius *primogeniti* in Regno *Darius* in persona *Xerxis* approbasset, idem Ius *Successionis* in *posteris*, quorum *causa* similis erat, deinceps obtinere oportebat, dum *nouo* aliquo *decreto* mutaretur ab eo, qui *Ius* habiturus esset *Successionis* in *futurum* stabiliendae. Quare, cum *causa Artaxeris Longimani* eadem fuerit cum causa *Xerxis* Patris, *Ius* quoque idem fuerit oportet, vt nouum tamen *nullum* decretum interceßisset. De *Xerxis* sententia dubitari vix potuit, quin *Ius* idem fuerit in *Successore* probaturus quo fuerat *ipse* coronam consecutus. Nec tamen *declaratio Successoris* parem illum cum *decessore* fecisset, nedum qualem credidit *Petauius Artaxerxem*, vt *decessoris* ratio nulla deinceps haberetur. Itaque de Iure *Successionis* haec intelligenda sunt quo *Patris mortui* locum suppleuit *Artaxerxes*. Non autem de *fictitio* illo quo particeps *communis* cum *Patre* Regni fuisse creditur. Nec sane accidit incommode, vt qui aulam *Persicam* hoc *anno* attigerit ineunte *Themistocles*, is, *Artaxerxe νεωστὶ* regnante, eo appulerit. XXIM. *Thoth Xerxi* tribuit Canon certissimus *Astronomorum*, qui superioris anni Iuliani *Decembris* die iniuerat XVIIO. *Diem* illum si superarit, *annus* erat, pro norma Canonis *Astronomici*, illi tribuendus vtcunque *breuem* illius anni *partem* attigisset. Nec *diu* postea videtur vixisse *Xerxes*. Id innuit, quicunque demum is fuerit, Auctor *Diodori*. Nam *Xerxi* XX. duntaxat annos concedit *Diodorus*, filio autem *Artaxerxi* largitur annos XLIV. cui annos tantummodo XLIII. concedit Canon *Astronomicus*. Inde palam est annum *Xerxis* vltimum *Patri* ablatum *Artaxerxi* filio assignare *Diodorum*. Quod scilicet *parte* illius longe maiori regnauerit *Artaxerxes*. Idem colligitur ex eo, quod ab *Artabano* Chiliarcho ad *Regem* introductus fuerit *Themistocles*, teste *Plutarcho*. Scio fuisse etiam alios a nostro maximo *Vsserio* recensitos *Artabanos*. Sed alio *munere* omnes quam *Chiliarchi*. Hunc autem *Artabanum* ipsum illum *Artabanum* fuisse puto, cuius *menses* post *Xerxem* VII. numerat in Chronico *Eusebius*, obseruatque hos *menses in numero annorum* fuisse *reputatos*. Hoc voluit, opinor, pro *anno* menses illos haberi iussitos, quod *partem maximam* Anni constituerint, qui quidem annus *Artabano* imputatus fuerit, quasi *tyranno*, Regnique cum *Artaxerxe* ipso *participi*. Tanta enim fuisse videtur, sub *Chiliarchi* numine, illius Auctoritas. *Xerxem* enim ipsum peremerat. Tum *parricidii* falso imputati nomine maiorem filium *Darium*, manu tamen fratris *Artaxerxis*. Denique *Artaxerxem* ipsum aggressus, a quo tamen *ipse* lethale vulnus accepit. Hucusque ergo liberas Imperii habenas vix habuit *Artaxerxes*. Hos ego *menses* fuisse puto qui *annum* constituere censerentur medium inter *Xerxem* patrem filiumque *Artaxerxem*, nonnunquam *Artabano* imputatum, vt *menses Magorum* aliquando *Magis* imputabantur. Sed Canon *astronomicus* menses *Magorum* non *illis* accenset, sed *Cambysi*. Idemque illius exemplo facit *Herodotus*. Fastis enim eximi solebant *tyranni*, aliique hostes *publici*, quorum *memoria* fuerat *damnata*. Sic ergo factum vt nonnunquam *Xerxi* patri, nonnunquam *Artaxerxi* filio hic idem imputaretur *annus*. Propterea, vt videtur, quod *vtrique* aliquid *demendum* erat quod *mensibus* illis adiunctum *annum* cum illis *integrum* complerer. Sic *menses* reliqui ad iustum *annum* necessarii inter *patrem filiumque* tribuendi essent. Eritque adeo *breuius* spatium *quinquemestri* quo *Regnum* tenuerit *Xerxes* postea quam *annum* XXM. impleuisset. His ergo ipsis mensibus *Artabani*, qui ad *annum* spectabant *Xerxis* XXIM. vel *Artaxerxis* primum, venisse *Themistoclem* ex ipsa illa *Artabani* mentione discimus. Conuenit autem hoc accurate cum *testimoniis* illis, quae diximus, *Thucydidis* et *Charontis Lampsaceni*, qui Regno *Artaxerxis* nuper accepto illum venisse tradiderunt. Sic ergo *Chronicorum* rationes restituere conati sumus, quas *Plutarchus* obseruauit *Thucydidi* fuisse consentaneas. Subiungit mox: *καθάπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συνταττομένοις*. Alibi vsum illum vocis *ἀτρέμα* apud *Plutarchum* obseruaui. Illud ergo vult, *Chronicos Canones*, quorum fide *Thucydidis* testimonium comprobauerat, saepe tamen inuicem in commissione *discrepare*. Quod sane erat etiam *Librariorum* culpa facillimum aetate *Plutarchi*, qui tot Seculis *iunior* erat praecipuorum *Chronologorum* Autographis. Iam tamen vidimus *verum* etiam esse *potuisse* de ipsis *Chronologis*. Nam *Fastos* diu antea *corruptos* ostendimus, etiam aetate *Diodori*. Quanquam autem *meliores* vsurpauit *Plutarchus* et *Laërtius*, in quibus locum habuerit *Apsephion*; in illis tamen frustra quaesitum *Aristidem* docet ipse *Plutarchus*. Vidimus quoque fuisse *Veteres* qui *Themistoclis* fugam sub *Xerxe* statuerant, quanquam illis *iuniores* qui ad *Artaxerxem* retulerant. Hoc tamen satis erat, vt, qui ita sentirent, *Chronologi* iuniores *Chronicos* proinde *Canones* pro illis *rationibus* disponendos esse censuerint. Nihil tamen in re *gesta* obseruauit ipse, aut ab aliis obseruatum narrat, quod *pugnaret* quo minus *Canones Thucydidi* maxime *consentanei* fuerint etiam proinde *verissimi*.

Hoc anno Bellum cum *sociis* in coniuratione *Artabani*. Ctes. Persic.

* Arch. *Lysania*. *Ol.* 78. 3. *Diodor.*

Est et alter *Lysanias Ol.* 84. $\frac{2}{3}$. hoc in loco per *errorem*, vt videtur, repetitus e *Diodoro*. Sed in *Archontibus* (quos solos habet) *Olympiadum*, spatium *Diodori* vtrumque plenum supponit *Dionysius* etiam *Halicarnasseus*. Fastos enim *vterque* mutilatos *Aristide* et *Epsephione* sequitur, qui hac aut simili *repetitione* supplendi erant. Deesse autem hic videtur *Lysanias* in Fastis Chronici *Marmorei* integrioribus, *Epoch.* 60. vt probabimus, Arch. XXI. XXV.

Ant. *Chr.* 464. *Ol.* $\frac{78}{79}$. $\frac{4}{4}$. XVII. Arch. *Lysitheo*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VI°.

Bactrorum defectio, Satrapa alio *Artabano*. Duobus praeliis tandem ad officium redacti. *Ctes.* Pers.

Ad proximum *Phaedoni* Archontem excidium *Mycenarum* ab *Argiuis* retulit *Diodorus*. Causam addit, cur illo potissimum tempore Bellum *Mycenaeis* intulerint *Argiui*: Τότε δὲ καιρὸν εὔθετον ἔχειν ἐνόμιζον, ὁρῶντες τοὺς Λακεδαιμονίους τεταπεινωμένους, καὶ μὴ δυναμένους τοῖς Μυκηναίοις βοηθεῖν. Subiunxit postea *rationes*, quae obstiterint, quo minus *Mycenaeis* supperias tulerint *Lacedaemonii*, διὰ τοὺς ἰδίους πολέμους, καὶ τὴν ἐκ τῶν σεισμῶν γενομένην αὐτοῖς συμφοράν. Haec si vera, hoc *anno* contigisse existimarim. Male enim ad Archontem *Theagenidem*, annumque *Ol.* 78. 1m. retulit ipse *Diodorus*. Nempe propter vitiosas suas male dispositi *Phaedonis* rationes.

$\frac{1}{2}$ annus Belli decennalis *Lacedaemoniorum* in *Messenios*.

Ant. *Chr.* 463. *Ol.* LXXIX. $\frac{1}{2}$. XVIII. Arch. *Archidemide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVI.

Hic locus *Archidemidis* e Belli in *Thasios* fine colligitur, non vltra *Ol.* LXXIX. 1. differendo, pro testimoniis *Diodori* et *Pausaniae* inuicem consentaneis.

Sub 2°. a *Xerxis* caede *Archonte*, defectio *Aegyptiorum*. *Ol.* 79. 2. *Diodor.* Dum *Bactris* rem gereret, vt videtur, *Megabazus*. Inde animus *Aegyptiis* vt de *libertate* asserenda cogitarent. Duces erant *Inarus Libys* et *Amyrtaeus Aegyptius*. Hinc ergo initium *Amyrtaei*, quem tamen aliquanto *recentiorem* credidit noster *Vsserius*. Per magnam autem *huius* etiam *anni* partem *Persas* occupatos tenuerunt res in *Bactrios* gerendae. Audierant *Aegyptii* τὴν Ξέρξου τελευτὴν, καὶ τὴν ὅλην ἐπιθεσιν καὶ ταραχὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν Περσῶν. Εὐθὺς factus Rex *Inarus*, qui primo ex *indigenis* milites conscribit, tum ex *exteris*, missis denique ad *Athenienses* de auxilio legatis. *Diodor.*

IIIIus. hic annus erat obsessorum *Thasiorum*, quo victi ab *Athenientibus*. Thucyd. 1. 100. Duce *Cimone*. Plutarch. *Cim.* Nepos *Cim.* c. 2. *Defectionem* eorum *Ol.* 79. 1. Archonte *Archidemide*, narrat *Diodorus*. Belli nimirum *finem* cum *initio* permiscens. Nec puto aliunde *Pausaniam Terraemotum Spartanorum* ad *hunc annum* distulisse, quam quod orto cum *Thasiis* Bello mox *Terraemotum* contigisse didicerit, et *finem* illius Belli, similiter ac *Diodorus*, cum eiusdem *exitu* ipse quoque confuderit. Statuit quidem *Terraemotum*, ortumque inde Bellum *Messeniacum* tertium, *Olympiade* XXIXa. Sed LXXIXam. ab illo intelligi, tam ex *Olympionica* quam ex *Archonte Athenienfi* manifestum est. Ita *Pausan.* Mess. c. 24.

Hoc forte anno contigit *clades* coloniae *Nouemuialis* ad *Drabescum*. Hoc certe *Archonte* et *Ol.* 79. 1. illam statuit *Diodorus*, qui tamen ita loquitur ac si *eodem*, quo deducta fuerat, *anno* periisset. Agnoscit interim aliquantisper illius *prosperos* successus. Μέχρι μέν τινος ἐκράτουν τῶν Θρακῶν· ὕστερον δὲ αὐτῶν ἀναβάντων εἰς Θράκην, συνέβη πάντας τοὺς εἰσβαλόντας εἰς τὴν χώραν τῶν Θρακῶν, ὑπὸ τῶν Ἠδωνῶν καλουμένων διαφθαρῆναι. Poterant hi progressus *vnius* fuisse *anni*, vt *secundo* demum coloniae anno fuerint deleti. Habet quidem *biennii* in hac ipsa causa coloniae *Nouemuialis* mentionem *Ol.* 89. 1. idem *Diodorus*. Quae tamen aegre huc fuerit referenda. Suspicor potius *Thucydidis*, quem ibi imitatur, locum male intellexisse *Diodorum*. Si quod tamen fuerit reuera *coloniae biennium*; facillimum esset *Diodoro* toties *initia* cum *finibus* confundenti, vt quo anno colonia *excisa* est illo *deductam* arbitraretur.

$\frac{2}{3}$ annus Belli decennalis *Lacedaemoniorum* in *Messenios*.

Ant. *Chr.* 462. *Ol.* LXXIX. $\frac{3}{3}$. XIX. Arch. *Tlepolemo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XV°.

Reuersus a *Thasiorum* obsidione *Cimon* periclitatur de beneuolentia in *Alexandrum Macedonum* Regem. *Plutarch.* Cim. Inde colligitur *superiori* anno non admodum *affecto*, domitos esse *Thasios*, vt vacaret *Alexandro*. Sequitur in *Plutarcho* alia στρατηγία, quam *huius anni* fuisse necesse est. Eo spectant *Plutarchi* verba illa: Ὡς δὲ πάλιν ἐπὶ στρατείαν ἐξέπλευσε etc. Tum, eo absente, *Iudicia* pleraque ab *Areopago* sustulit *Ephialtes*. Proinde *hoc anno*.

$\frac{3}{4}$ annus Belli decennalis *Lacedaemoniorum* in *Messenios*. Ius. *Athenienfium* in *Aegypto*. Missus in *Aegyptios Achaemenes*. Hic, ad *Nilum* castris positis, reficiebat ab itineris labore milites. *Aegyptii* copiis *Libyae Aegyptique* in vnum collectis, ἀνέμενον τὴν παρὰ τῶν Ἀθηναίων συμμαχίαν. Tum scilicet *venientem*, quae tamen *nondum*, cum primum veniret *Achaemenes*, appulerat. Mox tamen iunxerunt cum *Aegyptiis* copias, *Persas* profligant, ipsumque, inter reliquos, interficiunt *Achaemenem*. Diodor. Inde colligitur, *hoc* demum *anno*, nec admodum *affecto*, in *Aegyptum* venisse *Athenienses*.

Ant. *Chr.* 461. *Ol.* LXXIX. $\frac{4}{4}$. XX. Arch. *Conone*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die IIIIo.

Reuersus a superioris anni στρατείᾳ *Cimon Areopagi* dignitatem restaurare conatur ab *Ephialte* labefactatam. Inde *Plebs* in illum a contraria Factione irritata. Κατεβόων συνιζάμενοι, καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον, inquit *Plutarchus*. Tum *foror* ei exprobrata, in suspicionem *Laconismi* vocatus, ab *Eupolide* ludibrio expositus. *Plutarch.* ibid. Haec *initia* mox secuturi *Ostracismi*. Ante hunc annum auxilium ab *Athenienfibus*, cui praeficiendus fuerit *Cimon*, petere ne quidem potuisse *Lacedaemonios*, discimus e στρατηγίαις quas obierit *Cimon* a prima *Thasiorum* defectione, quae *Terraemotum* paulo praecessit, et

natum inde Bellum *decennale Lacedaemoniorum* in *Messenios*. Hoc ergo demum *anno* petunt legato *Periclida*. Plutarch. Cim. Ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος. *Thucyd.* I. 102. Tanta nimirum *decennii* parte iam *elapsa*. Bello ad τειχομαχίαν redacto, et quidem μακράν. Hoc enim nomine *Athenienses* neceſſarios exiſtimabant, ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι. *Thucyd.* I. 102. Sic enim a praelio *Plataeenſi* fugientibus ad murum ligneum *Perſis*, *Athenienſibus* ea oppugnatio ab iisdem *Lacedaemoniis* demandata eſt, ὥςε οὐκ ἐπιςαμένων τειχομαχέειν, inquit *Herodot.* IX. 69. Negante autem auxilia mittenda eſſe *Ephialte*, cui iam innotuerant *Lacedaemoniorum* in cauſa *Thaſiorum*, vt videtur, inſidiae, *Cimonis* praecipue opera effectum eſt, vt rogata auxilia mitterentur, quae etiam illius imperio parerent. Fecit hoc vt *Laconiſmi* antea obiecti ſuſpicio augeretur. Itaque, cum *ſuſpecti* ſoli e ſociis dimitterentur *Athenienſes*, tum demum *Lacedaemoniorum* ſocietatem deſerunt, nouamque cum *Argiuis* eorum hoſtibus et *Theſſalis* ineunt. *Thucyd.* I. 102. Recidit ergo in *Cimonis* caput miſſi ad *Lacedaemonios* auxilii inuidia. Tum facilis erat *Oſtraciſmus* hoc *Laconiſmi* nomine apud animos *Lacedaemoniis* infenſos. Hoc ergo anno reuerſum *Cimonem* *Oſtraciſmo* perculſum exiſtimo. Nec *Moram* eius ad *Ithomam* tantam exiſtimo, vt ſententiam in illum latam vltra hunc, in quo verſamur, annum prorogarit.

Hoc eodem anno auxilium *Lacedaemoniis* miſſum etiam *Plataeenſibus*. Meminit in *Plataeenſium* oratione *Thucydides*. III. 54.

Suſpectam *Lacedaemoniis* fidem ſuam *Athenienſes* *grauiter ferentes*, *pecuniam*, *quae erat ſtipendium Perſici Belli*, *ab vniuerſa Graecia collatam*, *a Delo Athenas transferunt*, *ne deficientibus a fide ſocieratis Lacedaemoniis praedae ac rapinae eſſet*. Verba *Iuſtini* III. 6. Hoc auctore *Ariſtide* factum narrat *Plutarchus* in *Ariſtide*. Et quidem ipſe ex antiquiore *Theophraſto*. Hoc ergo anno *Ariſtides* mortuus eſt. *Deceſſit autem fere poſt annum quartum*, *quam Themiſtocles Athenis erat expulſus*. Nepos *Ariſtid.* fin. Intelligendus non de *Oſtraciſmo*, ſed de *damnatione Themiſtoclis*. Pro noſtris hiſce rationibus accuratiſſime. Hinc initium Belli *Peloponneſiaci* II, de quo intelligendus Scholiaſtes *Pindari*.

$\frac{4}{5}$ annus Belli *decennalis Lacedaemoniorum* in *Meſſenios* iam in *Ithome* obſeſſos. 2us. *Athenienſium* in *Aegypto*. Hoc *Archonte* *Ol.* 79. 3. *Lacedaemonios* ad Bellum *Athenienſibus* inferendum irritat *Artaxerxes*. Sed fruſtra. *Diodor.* Admodum opportune. Iam enim erant manifeſti animi illorum in *Athenienſes* infenſi, necdum tamen ad *arma* res venerat. Haec *poſt* caeſum *Achaemenem*, et tamen *ante* nouum Bellum *Megabazi*.

Ant. *Chr.* 460. *Ol.* $\frac{79}{80}$. $\frac{4}{5}$. XXI. Arch. *Euthippo*, a *Gamemelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXII.

Archontis huius *nomen* pro exemplo Chronici *Marmorei* concepimus, non autem pro exemplo *Diodori*, qui eundem appellat *Euippum*. *Situm* autem eundem illi dedimus, quem *Diodorus*, qua quidem illum e primaeuis Faſtis correximus. Nempe *Ol.* 79. 4. Ex quo enim *duos* Archontes *nouos* inſeruimus, *vnum* autem e rationibus illius expunximus, inde factum vt *prioribus* quibusque *Olympiadum* annis diſpoſitionis *noſtrae* reſpondeant Archontes *Diodori* atque *Dionyſii*. *Biennio* illum antiquiorem faciunt rationes Chronici *Marmorei*, qua quidem ab *hodiernis* Editoribus concipiuntur. Statuitur enim anno ante *Diognetum* CXCIX. qui erat *Ol.* 79. 2us. *Vnius* anni errorem viderat *Lidyattus*. Etiam *biennii* Cl. *Prideauxius*. Et in eo vterque conſentit, *antiquiorem* fieri quam *oportuit*, non autem *ſeriorem*. Idque e re *geſta* colligitur, quam hoc *Archonte* deſignauit Auctor Chronici *Marmorei*. Hoc enim *Archonte* obiiſſe vult Regem *Macedonum Alexandrum*, ſucceſſiſſe autem illi filium *Perdiccam*. Et quidem *recentiorem*, quam volebat Auctor Chronici *Marmorei*, *Alexandri* mortem infra probabimus. Impraeſentiarum oſtendendum eſt hoc idem poſtulare *rationes* ipſius Chronici *Marmorei*. Et quidem admodum commode euenit, vt et *Archelai* ſucceſſionem conſtituerit Auctor Chronici *Marmorei*, et varias antiquorum ſententias de annis *Perdiccae* ſeruauerit *Athenaeus*. Deipnoſoph. V. 13. Et quidem neminem memorat *Athenaeus*, qui *Perdiccae* annos plures numerarit quam fecerit *Acanthius Nicomedienſis*, qui annos illi largitur XLI. Accipiamus ergo numerum *Epochae* LXIIae. qua ponitur a Chronico *Marmoreo* ſucceſſio *Archelai*, nempe annum ante *Diognetum* CLVI. Addantur XLI. Fientque in vniuerſum CXCVII. non autem CXCIX vt hodierni volunt Editores. Suffragatur *Euſebius*, qui ad illum ipſum annum *Ol.* LXXIX. 4. refert ſucceſſionem *Perdiccae*, quo Archontem *Euthippum* ſtatuit *Diodorus*. Erant ergo Veteres qui *Perdiccae* initium illo *Ol.* 79. 4o. anno ſtatuerint, conſentanei cum rationibus Chronici *Marmorei* pro initio *Archelai*. Qui plures *Perdiccae* annos cenſuerit, veterum neminem reperimus. Itaque ſi *poſteriorem* Marmoris numerum *ſincerum* exiſtimemus, neceſſe erit vt *priorem* biennio, quam pro hypotheſibus Chronici Marmorei oportuit, *auctiorem* fuiſſe credamus.

Hoc *Archonte*, *Ol.* 79. 4. tertia *Camarinae* reſtauratio. Μετὰ δὲ ταῦτα Καμαρίναν μὲν Γελῷοι κατοικήσαντες ἐξ ἀρχῆς κατεκληρούχησαν. *Diodor.* Male *Thucydides*: Καὶ αὖτις ὑπὸ Γέλωνος ἀνάςατος γενομένη, τοτρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος. VI. 5. Poſtrema ita corrigenda: κατῳκίσθη ὑπὸ Γελῴων. Quod *Camarinam* ἀνάςατον fecerit *Gelo*, id non *maligno* in illos fecit conſilio, ſed *beneuolo*: illis nimirum e ciuitate *minus inſigni* in *nobiliorem* translatis. Nam, cum e *Gela* in *Syracuſas* migraret, Καμαριναίους ἅπαντας ἐς τὰς Συρηκούσας ἀγαγὼν, πολιήτας ἐποίησε, Καμαρίνης δὲ τὸ ἄςυ κατέσκαψε. *Herodot.* VII. 156. Animo ita non *maleuolo*, vt hoc idem in ſuis fecerit *Gelois*. Nam Γελῴων ὑπερημίσεας τῶν ἀςῶν τῳὐτὸ τοῖσι Καμαριναίοισι ἐποίησε. *Adſcititios* hoſce ciues tam *Geloos* quam *Camarinaeos* hoc nobiliſſimae Ciuitatis *Syracuſanae* beneficio ita ſibi deuinxit, vt haberet illos *tyrannidis* ſuae in *peregrina* Ciuitate fidiſſimos *ſatellites*. Non erat ergo cur *beneficii* loco haberetur ſi illos auitis Vrbibus *reddidiſſet*. Et ne quidem *ſecuritati* ſuae ſatis commode proſpexiſſet, ſi illos a

se *longius* in alias sedes amandasset. Hoc ille nunquam fecit, nunquam facturus erat si saperet. Tantum aberat vt id fecerit vt *tyrannidis* firmissimum *praesidium* in his nouis fuerit *colonis*. Hinc odium illud *veterum* ciuium *Syracusanorum* in nouos hosce *Gelonis* colonos. Pulso *Thrasybulo Ol.* 78. 3. decretum faciunt ne *Magistratus* nouis *Ciuibus* crederentur. *Ol.* 79. 2. Cur ita fecerint, vnam rationem reddit *Diodorus*, quod metuerent *μήποτε συντεθραμμένοι τυραννίδι, καὶ μονάρχῳ συνεσρατευμένοι, νεωτερίζειν ἐπιχειρήσωσι.* Itaque in Bellum *Ciuile* apertum erupit *Ciuilis* illa seditio, quo tandem factum, vt pulsi *Syracusis Camarinaei* sedibus patriis *Geloorum* ope restituerentur. Propter *communem* cum *illis* causam hoc puto praestitisse *Geloos*. Nam et in *nouis Ciuibus* multos iam ex *Herodoto* didicimus fuisse *Geloos*. Haec multis post *Gelonis* excessum annis. E quibus constat ne quidem *veram* fuisse hodiernam loci *Thucydidei* lectionem, quae ita sonat quasi *Camarinaeos* antiquae *patriae* restituerit ipse *Gelo*. Recte ergo *Pindarus* patriam *Psaumidis Camarinaei* hoc anno fundatam *νέοικον ἕδραν* appellat *Olympiade* LXXXIII^a. qua vicit ciuis *Camarinae Psaumis*.

$\frac{5}{8}$ annus Belli *decennalis Lacedaemoniorum* in *Messenios*. 3us. *Athenienſium* in *Aegypto*.

Ant. *Chr.* 459. *Ol.* LXXX. $\frac{1}{2}$. XXII. Arch. *Phraſiclide*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die x.

$\frac{6}{8}$ annus Belli *decennalis Lacedaemoniorum* in *Messenios*. 4us. *Athenienſium* in *Aegypto*. Hunc annum (quem *Ol.* 79. 4. et alio, quem Nos Archonte *Euthippo*, censet *Diodorus*, propter interpositum *Lysaniam*, quem Nos e Fastis exclusimus) paene totum apparatui exercitiisque militaribus impendit dux *Persarum* cautissimus prudentissimusque *Megabazus*. *Περὶ ταῦτα διέτριψαν σχεδόν τι τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτόν.* *Diodor.* Sequenti ergo anno *Aegyptum* ingressus rem gessit strenuissime. Nec enim antea apparatum fecerunt *Persae*, quam reuersus esset a *Lacedaemoniis* illorum *legatus* operam suam in illis solicitandis corrumpendisque frustraneam expertus. Sic enim *Ol.* 79. 3. *Diodorus*: *Ἀπογνοὺς τὴν ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων βοήθειαν ὁ Ἀρταξέρξης, ἄλλας δυνάμεις παρεσκευάζετο. Ἐπιστήσας δὲ αὐτοῖς ἡγεμόνας Ἀρτάβαζον καὶ Μεγάβυζον, ἄνδρας ἀρετῇ διαφέροντας, ἐξέπεμψε πολεμήσοντας τοῖς Αἰγυπτίοις.* Reuerso ergo *legato*, nondum *profecti* duces qui moram fere *annuam* in nouo apparatu fecerunt. De his *Thucyd.* I. 109.

Ephialtis mortem hoc *anno* ponit *Diodorus*. Auctore *Pericle*, si quidem fides *Idomeneo Lampsaceno*, quam non habet tamen, qui illius meminit *Plutarchus*. Sed ab *Oligarchicis* potius per *Aristodicum Tanagricum*, vt ex *Aristotele* docet *Plutarchus* in *Pericle*.

Ant. *Chr.* 458. *Ol.* LXXX. $\frac{2}{3}$. XXIII. Arch. *Philocle*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXX.

Locum *Archontis* adstruit Natalis *Lysiae* oratoris: *Γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος, τῶν μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος.* *Plutarch.* x. Rhet. in *Lysia*. Sic etiam *Diodorus Ol.* 80. 2. Magis autem obseruandus est *Plutarchus*, quod *Apsephioni* etiam locus fuerit in illis, quibus ipse vsus est, Fastis *Archonticis*. Proinde x. annis *Antiocide* iunior, non XX. vt volebat *Plutarchus*.

Obseruandae autem sunt *formae* quibus *Lysiae* aetatem designat *Dionysius* post Cyclum *Metonis*. LXXX^m. illius annum *ἐπὶ Νίκωνος ἢ ἐπὶ Ναυσινίκου* statuit. Et XX^m. a *morte* annum *κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκην ἄρχοντας*. Agnouit nimirum Archontum annos, cum nasceretur *Lysias*, *singulos binis* deinceps, quales erant *post Metonem*, annis *Archonticis* respondere. Proinde cum nec diem *Lysiae* nec *mensem* natalem exploratum haberet, sed duntaxat *Archontem*: necessarium duxit vt annos eius *post Metonem Archontibus* designaret *binis*, ne alioqui esset in incerto quis *annus* fuerit numero ab anno *Natalitio* insigniendus. Vel hinc intelligimus horum temporum *Archontes* iniuisse *Gamelione* vt *binos* eorum qui *Hecatombaeone* inibant ex aequo fere partirentur.

$\frac{7}{8}$ annus Belli *decennalis Lacedaemoniorum* in *Messenios*. 5us. *Athenienſium* in *Aegypto*. E *Cilicia* classem ducit *Megabazus* (cuius solius meminit *Thucydides*, neglecto illius collega *Artabazo*) exercitum itinere pedestri per *Syriam* et *Ciliciam* ad *Memphin* vsque, praeternauigante, (*aduerso* nempe *flumine*) ad latus classe. *Diodor. Ol.* 80. 1. Hic *Aegyptios* et *ξυμμάχους μάχῃ ἐκράτησε, καὶ ἐκ τῆς Μεμφιδος ἐξέλασε τοὺς Ἕλληνας*, et in Insula *Prosopitide* conclusit. *Thucyd.* I. 109. Vt *primo Vere* e *Cilicia* soluisset, vix tamen potuit *Graecos* a *Memphide* fugare ante *Aestatem*, saltem *ineuntem*, comitante exercitu *pedestri*. In insula *Prosopitide Graecos ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ* obsessos tenuit *Thucyd.* I. 109. Ad *finem* scilicet anni *sequentis*, quo *finem* ceperit *sexennium* illud a *Graecis* in *Aegypto* absumtum. Huius vltimi *biennii* res gestas anno *vnico* narrat omnes *Diodorus*.

Hoc *Archonte* Bellum *Corinthiis* et *Epidauriis* excitatum aduersus *Athenienses* narrat *Diodorus*. *ἐνσάντος πολέμου*, inquit, *πρὸς Ἀθηναίους*. E quibus illius verbis intelligimus *priores* in Belli consilio fuisse *Athenienſium* aduersarios. Suffragatur *Iustini Trogus*: *Sed nec Lacedaemonii quieuere: qui cum Messeniorum Bello occupati essent, Peloponnenses immisere qui bellum Athenienſibus facerent. Parvae tunc temporis, classe in Aegyptum missa, vires Athenienſibus erant.* L. III. c. 6. Coepit ergo hoc bellum incitantibus *Lacedaemoniis*. Et quidem adhuc durante Bello *Messeniaco*, adhuc etiam in *Aegypto* versante classe *Athenienſi*. Recte pro *nostris* etiam rationibus. *Pax* autem erat, dum *Persarum* legatus *Spartae* esset, dum exinde spe omni auxilii a *Lacedaemoniis* flaccescente, ipsi propriis viribus bellum aggrederentur. Tum rei bene gerendae occasio erat aduersus *Athenienses alio* bello, et quidem *peregrino*, occupata. Et *Persis* etiam exsule *Cimone*, et foedere communis cum *Lacedaemoniis* Belli in *Persas* ab *Athenienſibus* renunciato. *Priores* tamen Expeditionem suscipiunt in vtrosque *Athenienses*, tam *Corinthios* quam etiam *Epidaurios*. Ad *Halias* a *Corinthiis* victos testis est *Thucydides*, I. 105. Victores *Athenienses* censet *Diodorus*. *Thucydidi* autem suffragatur *Iustini Trogus* L. III. c. 6.

Rurſus ad *Cecryphaliam* victores *Athenienſes* fuiſſe omnes conſentiunt.

Tum *Aeginetas* aggrediuntur *Athenienſes*. Aderant autem ex vtraque parte Belli *ſocii*. Victoria tamen erat penes *Athenienſes*. *Thucyd.* I. 105. *Diodor.*

* Arch. *Bion*, Diodor. *Ol.* 80. 3.

Pertinet hic *Archon* ad *Ol.* 86. 1. quo deceſſit *Pindarus*. Vita *Pindari* per *Thomam* Magiſtrum: Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς, ἤ ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος κατὰ ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Sed *Abionem* Archontem nuſquam ſe reperiſſe profitetur *Meurſius*, nedum in iſta *Olympiade*. Arch. *Att.* II. 16. Nec puto legi in Hiſtoria *Graeca* viri nomen *Abionis*, cum tamen legatur aliquoties nomen *Bionis*. Haec ſi vera obſeruatio ſit, legendum erit ἐπὶ Α Βίωνος, pro πρώτου vel προτέρου, vt *Archontes* inuicem *cognomines* πρoτέρου vel δευτέρου ordine in Faſtis inuicem ſecernit Auctor Chronici *Marmorei*. Sic *primus* fuerit in Faſtis Archonticis *Bion*, cuius Magiſtratu ereptus fuerit e viuis *Pindarus*. Nec adeo potuit hoc anno *Archon* fuiſſe *Bion* ſi quidem huic anno ſuperſtes fuerit Poëta mellitiſſimus. Nec vero eſt cur dubitemus quin fuerit *ſuperſtes*. Scripſit in *Pſaumidem*, vt dixi, *Camarinaeum* Olympionicen *Ol.* LXXXII. Scripſit in *Ariſtomenem Aeginetam* Pythionicen *Pythiadis* XXXV^ae. quae acta eſt *Ol.* LXXXIII. $\frac{2}{3}$. pro *noſtris* rationibus. Mitto incertiora, quia dubia certis miſcenda non arbitror ne *contagio* quodam *ipſa* quoque in dubium vocentur. Hunc tamen *Bionem* fuiſſe ſub quo *Pindarus* exceſſerit, exiſtimabant, qui ex *hoc* illius loco colligebant, annos non plures LXV. vixiſſe *Pindarum*. Quo anno *Graeciam Xerxes* aggreſſus eſt, eo quadragenarium *Pindarum* fuiſſe tradit e vetuſtioribus *Suidas*. Is erat annus, vt *noſtrae* volunt rationes, *Ol.* $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{5}$. Detrahantur decem *Olympiades*, annusque *Ol.* $\frac{64}{65}$. $\frac{4}{5}$. illi erit *natalis*. *Diodoro* autem, qui *poſteriores* annos *Olympicos*, vt oſtendi, ſequitur, quod *ſemeſtris* Archontis rationem non habuerit, *Ol.* LXV. 1. *Olympiades* XVI. anni ſunt ſeorſim LXIV. ſi vero annus ipſe *Natalis* ad calculum acceſſerit, LXV. Additae autem pertingent ad *Ol.* 81. 1. Hunc autem *Archontem* ſtatuit *Diodorus Ol.* 80. 3. Addantur Archontes *duo*, quos a *Diodoro* praetermiſſos oſtendimus, et ad annum illum perueniet accuratiſſime. Ex hoc ergo vitioſo *Bionis* ſitu, nata illa eſt opinio, *falſa* vtique, et *falſis* adeo *Ratiociniis* oriunda, quae annos *Pindaro* tribuebat tantummodo LXV. Sed in Faſtis tamen *integrioribus* proclit ille calculus quam ſint illi *Diodori*. Locum enim in illis habebant *Archontes* a nobis reſtaurati. Similiter, vt opinor, et aliarum de *Pindari* annis ſententiarum rationem reddere poſſemus, ſi exſtarent hodieque, quales apud *Veteres* exſtabant, Faſti *Archontici* omnes, etiam *vitioſi*. Illud enim *vnum* e *monumentis* habebant, defunctum Archonte *Bione* fuiſſe *Pindarum*. *Vitae* autem *annos* e *ſitu* colligebant quem idem ille habebat *Archon* in *Faſtis* diuerſimode *corruptis*. Verum autem annum, quo exceſſit *Pindarus*, illum fuiſſe crediderim, qui *poſteriori* loco deſignatur, *Ol.* LXXX. atque inde potius colligendum, quem egerit *aetatis* annum cum e viuis excederet. Sed *quorus* erat, inquies, illius *Olympiadis* annus? Ni fallor, *primus*. Forma enim illa qua *Archon Olympiadi* tantummodo *certae* aſſignatur, non autem *certo* Olympiadis illius *anno*, ex illorum Hiſtoricorum exemplo orta eſt, vt puto, qui Hiſtoriam ad ipſas exigebant *Olympiades*, quas inuicem *Archonte*, quem in *Olympiadis initio* primum repererant, internoſcebant. Quod ſcilicet alioqui *incertus* eſſet calculus ipſe *Olympiadum*. Ita certe *Dionyſius Halicarnaſſeus*, qui *medios* Olympiadum *annos*, non per *Archontes*, ſed per Coss. *Romanos* inuicem diſtinxit. Hoc procul dubio ille aliorum *Veterum* exemplo qui gentium aliarum *Annales* ad *Graecorum* Olympiades exigebant. Ab his proinde *Hiſtoricis* deſumti *Archontes* annorum aliorum *Olympiadicorum* nullorum eſſe poterant, praeterquam *primorum*. Sic ergo vetus *Bionis* locus fuerit *Ol.* $\frac{85}{86}$. $\frac{4}{5}$. Annumque adeo egerit *Pindarus*, cum vita defungeretur, LXXXIV. Vel, ſi primus annus ad calculum accedat, LXXXV. Ab hac aetate longe illum abeſſe non potuiſſe docent *Victores* ab illo Encomiis ornati. Incipiunt enim illi ab *Olympiade* LXX^a. et vltra *Olympiadem* progrediuntur ſaltem LXXXIII^m. Vnum autem eundemque *Bionem* hunc fuiſſe cum *Bione Ol.* LXXXVI. exinde ſuſpicio eſt, quod *Olympiade* illa LXXXVI. *Bionem* alium nullum habuerint Faſti quorum fidem eſt ſecutus *Diodorus*. Quid dubitemus ergo, quin viciſſim Faſti, qui *Bionem Ol.* LXXXVI. repraeſentarint, *hoc* loco illum fuerint, tanquam ſuperuacuum, praetermiſſum. Erit autem haec Obſeruatio, et in aliis quoque Veterum discordiis inuicem conciliandis, vtiliſſima. Et ſpero fore, vt acutiores de ea moniti alia quoque *tempora*, quae hactenus latuerint, eliciant, nec deinceps ſpem omnem abiiciant receptis certiora reperiendi. Hunc certe *Archontem* pro rationibus Chronici *Marmorei* mox reiiciendum eſſe probabimus *Arch.* XXV. Eſt tamen pro Faſtis a *Plutarcho* vſurpatis admittendus. Vid. *Ol.* 84. $\frac{1}{2}$.

Ant. *Chr.* 457. *Ol.* LXXX. $\frac{3}{4}$. XXIV. Arch. *Mneſitheide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIX.

$\frac{8}{9}$ annus Belli *decennalis Lacedaemoniorum* in *Meſſenios*. 6us. *Athenienſium* in *Aegypto*, cuius *fine* pelluntur inde a *Perſis*, duce *Megabazo*. Thucyd. I. 109. 110.

Megarenſium agrum populationibus incurſant *Corinthii*. Nempe propter controuerſiam de *finibus*. Sed *Megarenſibus* fauent *Athenienſes*. Hoc conſilio *Corinthii*, νομίζοντες ἀδυνάτους ἔσεσθαι Ἀθηναίους βοηθεῖν τοῖς Μεγαρεῦσιν, ἔν τε Αἰγίνῃ ἀπούσης στρατιᾶς πολλῆς, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. *Thucyd.* I. 105. Adhuc ergo in *Aegypto* claſſis *Atti.ca*. *Aeginae* obſidionem per IX. tenuiſſe menſes docet *Diodorus*. Inde factum, vt in *hunc* vsque annum exercitum ibi occupatum tenuerit. Armantur in *Corinthios* tam qui *aetate* militari *iuniores* erant, quam *ſeniores* qui, per leges patriae, *honeſtam miſſionem* acceperant, duce *Myronide*. Bis *Corinthios* vincunt, ſemel *Megaris*, tum deinde rurſus in *Cimolia*. Thucydid. I. 105. Denique tertio. Id. I. 106.

Tum *Dorienſes* aggreſſi *Phocenſes*, et quatuor Vrbium *vna* expugnata, extrahunt e *Peloponneſo* ipſos *Lacedaemonios*, ortos nimirum ex illis ipſis *Dorienſibus*. Veniunt ergo, duce *Nicomede Pliſtoanactis* auunculo, quod aetate *minorenni* fuerit ipſe *Pliſtoanax*. Victis *Phocenſibus*, et in tuto collocatis *Dorienſibus*, de *reditu* cogitant *Lacedaemonii*, *Athenienſes* autem de reditu illis *obſtruendo*. Haec certe poſt res geſtas a *Corinthiis* in agro *Megarenſi*. Tum enim *Geraneam* obſederant *Corinthii*. Thucyd. I. 105. Iam *viceuerſa* eandem occupauerant ipſi *Athenienſes*. Thucyd. I. 107. Itaque anno *affecto*. Sequebatur praelium ad *Tanagram* duplex, et ne quidem *vnius diei*, teſte *Diodoro*. Magna vtriusque Exercitus caede, ſic tamen vt *victoria* fuerit penes *Lacedaemonios*. Thucyd. I. 108. Tum *induciae* cum *Peloponneſiis* quadrimeſtres, vt docet *Diodorus*. Et tamen *metum* fuiſſe, ne εἰς ὥραν ἔτους redirent *Peloponneſii*, tradit *Plutarchus* vtrobique, tam in *Cimone* quam in *Pericle*. Ὥρα ἔτους Expeditionibus idonea *Verna* erat, quae *quarto* demum *noui* Archontis *menſe* incipiebat. Tum ergo *deſiturae* erant *induciae*, quas proinde *vltimo* ſuperioris *Archontis* menſe *Poſideone* iniuiſſe neceſſe erat. Certe poſt praelium ad *Tanagram* die LXII°. rem geſtam *Thucyd.* I. 108. Sub alio tamen *Archonte* narrat *Diodorus*. Sic etiam conſtat, anno *exeunte* fuiſſe *praelium*, et menſem *Gamelionem*, non *Hecatombaeonem*, ſequenti *Archonti* fuiſſe *primordialem*. Necdum Bellum in *Meſſenios* profligatum eſſe, docet *Trogus*, vt poſtea obſeruabimus.

Κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη ἤρξαντο Ἀθηναῖοι ἐς θάλασσαν οἰκοδομεῖν, τό, τε Φαληρόνδε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. *Thucyd.* I. 107. *Plutarchus* aliter in *Cimone*: Λέγεται δὲ καὶ τῶν μακρῶν τειχῶν ἃ σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν, τὴν δὲ πρώτην θεμελίωσιν εἰς τόπους ἑλώδεις καὶ διαβρόχους τῶν ἔργων ἐμπεσόντων, ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, χάλικι πολλῇ καὶ λίθοις βαρέσι τῶν ἑλῶν πιεσθέντων, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος καὶ διδόντος. Non eſt quod contendamus inuicem teſtimonia *Thucydidis* atque *Plutarchi*. Nec multos vidit *Plutarchus* Hiſtoricos dignos qui cum *Thucydide* committerentur: Vox autem λέγεται *Traditionem* potius incertam, aut iunioris *Grammatici* coniecturam ſapit, quam quod e primaeuo aliquo *Auctore* emanarit. Nihil tamen obſtat quo minus ſtratam a *Cimone* impenſis ſuis viam publicam in *murorum* publicorum fundamenta conuerterint.

Ant. *Chr.* 456. *Ol.* $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$. XXV. Arch. *Callia*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VI°.

Ex huius *Archontis* loco probantur quae in Faſtis *Archonticis* innouauimus, tam in excludendo priori *Lyſania*, quam in *Bione* mouendo e *ſitu* quem illi aſſignauerat *Diodorus*. Ipſius autem *locus* e Chronico colligitur *Marmoreo*. *Callias* hic, quem πρότερον appellat Auctor *Marmoris* Chronologici, anno tribuitur ante *Diognetum* CXCIII°. Hic annus eſt *Ol.* LXXX. 4. *Prior* nimirum eorum quibus Nos annum deſignauimus *Archonticum*, qui incipiebat a *Gamelione*, pro more huius *Chronici*. Nullum autem ſubeſſe *errorem*, ſeu *Editorum*, ſeu *Quadratarii*, e re colligimus ipſa, cuius *aetatem* hoc *Archonte* deſignauit Auctor. Ea mors eſt *Aeſchyli* Poëtae, quam huic aſſignauit *Archonti* non *Chronicon* hoc duntaxat Marmoreum, verum etiam *Scholiaſtes* in *Ariſtophanem*. Et quidem non alium *Calliam* volebat *Scholiaſtes* quam hunc ipſum qui proxime excipiebat *Mneſitheum*. Verba eius ſunt: Ἐτελεύτησε γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησίθεον· ad *Acharnenſ.* Act. I. Scen. I. *Aeſchylum* ergo *Gelae* exceſſiſſe tradit Auctor *Marmoris*, anno *aetatis* LXIX°. Quod *Gelae* mortuum ſtatuerit *Siciliae*, adſtipulatur *Plutarchus* in *Cimone*. Annum autem dedit ſuis rationibus conſentientiſſimum. Tollantur anni LXIX. et *Natalis* ei erit *Ol.* LXIII. $\frac{3}{4}$. Inde ad *Ol.* $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$. anni XXV. Eaque aetate *Aeſchylum Ol.* LXX. fuiſſe teſtatur *Suidas*. Inde rurſus ad annum Proelii *Marathonii Ol.* LXXII. $\frac{2}{3}$. anni ſunt XXXV. Eamque *Aeſchyli* aetatem, cum in eo proelio decertaret, agnoſcit Auctor *Marmoris* Chronologici *Epoch.* XLIX. Deerant ergo hi ambo *Archontes* in Faſtis *Archonticis* ſincerioribus quorum fidem ſecutus eſt Auctor vetuſtus Chronici *Marmorei*. Eſtque ſane haec *Aeſchyli* Chronologia *veris* temporum rationibus magis conſentanea, quam ſint aliae illae, etiam a *Veteribus* traditae, non minus a *rei* veritate, quam *inuicem*, diſſentientiſſima.

Idem probatur e reditu *Cimonis* ſoluti iam a ſententia *Oſtraciſmi*. Ita Nepos: *Itaque poſt annum quintum, quo expulſus erat, in patriam reuocatus eſt.* Cim. c. 3. Si quidem *quinto* anno labente, ita anno *ſuperiori*. Si *completo*, hoc certe anno in quo verſamur. Certum eſt *poſt* praelium ad *Tanagram* fuiſſe reuocatum. In ipſo *praelio* obtulit ſe iam adhuc exſul *Cimon*, *Laconiſmi* ſibi obiecti ſuſpicionem re ipſa purgaturus. Reiectus idem tamen Auctor erat amicis idem vt ipſi facerent quod fuerat, ii receptus fuiſſet, ipſe facturus. Itaque dum fidem ſuam in Rempublicam praeſtant, plerique occumbunt. Addit *Plutarchus* de *Cimonis* ciuibus, οὐδὲ τῷ πρὸς Κίμωνα θυμῷ πολὺν χρόνον ἐνέμειναν. Inde intelligenda verba Nepotis, *confeſtim notae eius virtutis deſiderium conſecutum eſt*. ib. Vt redierit confeſtim poſt praelium ad *Tanagram*, non poſt *Oſtraciſmum*. Nec ab eo *praelio* diu in *ira* Ciues illius perſtiterint. Rediit certe ante ὥραν ἔτους qua reditum *Lacedaemoniorum* metuebant. Sic intelligendus ipſe *Plutarchus*: εὐθὺς οὖν ὁ Κίμων κατελθὼν, ἔλυσε τὸν πόλεμον. Quod ſcilicet εὐθὺς *redierit*, non autem quod εὐθὺς *Pacem* fecerit, Ciuitatesque inuicem conciliarit. *Concordiam* enim illam *tardiorem* fuiſſe certum eſt. Hoc ergo *anno* reuocatum fuiſſe veriſimillimum eſt, ſi quidem menſe *Poſideone* pugnatum fuerit ad *Tanagram*. VIUS. autem hic fuiſſet *Oſtraciſmi* annus ſi *Bion* interponendus eſſet.

$\frac{8}{10}$ annus Belli *Lacedaemoniorum* in *Meſſenios*. De hoc *anno* intelligenda verba *i*) Iuſtini: *Inde reuocati Lacedaemonii ad Meſſeniorum bellum, ne medium tempus otioſum*

i) L. III. c. 6.

Athenienſibus relinquerent, cum Thebanis paciſcuntur, vt Boeotiorum imperium his reſtituerent, quod temporibus Perſici Belli amiſerant, vt illi Athenienſium bella ſuſciperent. Nempe *reuocati Lacedaemonii* ab Expeditione ſuſcepta in gratiam *Dorienſium*, poſt praelium ad *Tanagram*. Itaque arctiſſimum *nexum* habent res *hoc anno* geſtae cum rebus *anni* proxime *praecedentis*. Nondum tamen Bellum in *Meſſenios* decennale *finem* accepiſſe, ex his *Iuſtini* verbis diſcimus.

Et quidem hoc ipſum Bellum *Thebanorum* cum *Athenienſibus Ol.* 80. 4. narrat *Diodorus*; qui hic ipſe annus eſt, pro hypotheſibus Chronici *Marmorei*. Alio tamen *Archonte Diodorus*, propter inſititium *Bonem*. Agnoſcit item *Diodorus* hoc ipſo *fine* ſuſceptum eſſe a *Thebanis* bellum, vt in ciuitates *Boeotiorum* imperium priſtinum vendicarent. Et quidem factum, non *fauentibus* tantummodo, verum etiam *irritantibus*, *Lacedaemoniis*. Victi tamen ſunt a *Myronide* ad *Oenophyta*, et *imperio* exuti. Nouam hanc *Athenienſium* Expeditionem LXII. *die* a praelio ad *Tanagram* ſtatuit *Thucydides*. I. 108. IV. 95.

Hoc etiam *anno* μακρὰ τείχη manum *vltimam* accepiſſe innuit *Thucydides*. I. 103. Et *Aeginetas* in poteſtatem populi *Athenienſis* redactos. ib. Hoc ſi verum, praeter *menſes* IX. a *Diodoro* memoratos, *annum* praeterea *integrum*, obſeſſos tenuerit *Leocrates*. Fierique poteſt vt *anni* mentio in *Diodoro* interciderit.

Hoc *anno* iam reuerſos ex *Aegypto*, poſt *ſexennem* Bellum *noſtrae* ſupponunt *rationes*. Idque ſane *Iuſtini Trogus* oſtendit fuiſſe veriſſimum. *Primo* Belli huius anno propterea victos *Athenienſes*, quod abeſſent, obſeruauit. Sequitur *interiecto deinde tempore, poſt reditum ſuorum auctі et claſſis et militum robore, praelium reparauere.* Addit: *Iam et Lacedaemonii, omiſſis Meſſeniis, aduerſus Athenienſes arma verterunt.* L. III. c. 6. Quod ait de *claſſe*, dubito admodum verumne fuerit. *Claſſem* enim propriam, ne in *hoſtium* manus incideret, in inſula *Proſopitide* incenderant *Athenienſes*. Exercitus autem reditus in *ſuperioris* anni *finem* ſatis commode incidere potuit, pro *noſtris* quoque rationibus, qui *ſexti* in *Aegypto* anni *finis* erat. Et quidem anno *exeunte* illam fuiſſe *Lacedaemoniorum* pro *Dorienſibus* in *Phocenſes* Expeditionem iam ſuperius oſtendimus. Nec de alia loquitur hoc in loco *Iuſtinus*.

Eodem *anno* quo *Boeotos* vicit ad *Oenophyta Myronides*, etiam *Theſſalos* ab eodem victos narrat *Diodorus*, ſed fruſtra oppugnata *Pharſalo* rediiſſe. *Ol* 80. 4. *Thucydides* hoc conſilio hanc Expeditionem fuiſſe docet, vt *Oreſtem Echecratidae* filium in *Regnum* reducerent. IV. 111. De quo nihil *Diodorus*.

Ant. *Chr.* 455. *Ol.* LXXXI. $\frac{1}{2}$. XXVI. Arch. *Soſiſtrato*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVI.

XVIII. hic eſt annus Belli *Lacedaemoniorum* cum *Meſſeniis*, iam tandem profligati Belli, *exiens*. Is nempe quo *Peloponneſum* circumnauigauit *Tolmides Tolmaei* filius; *Cythinum* nauale *Lacedaemoniorum* incendit; *Chalcida Corinthiorum* vrbem expugnauit; *Sicyonios*, exſcenſione facta, vicit, *Thucydides*. I. 108. Haec eadem Expeditio a *Diodoro* ponitur *Ol.* LXXXI. I. qui idem eſt cum *hoc anno*, expuncto iam *Bione*. Addit *Diodorus* victos a *Lacedaemoniis Meſſenios Ithomaeos* ſub fide publica diſcedere permiſſos. Et de *Tolmide*, eum e *Zacyntho* in *Cephaleniam*, inde in *litus* oppoſitum, migraſſe, et *Naupactum* expugnaſſe, expugnatamque *Meſſeniis Peloponneſo* pulſis habitandam tradidiſſe. Hic certe *Naupacti* expugnatio, et Belli *decennalis Lacedaemoniorum* cum *Meſſeniis finis*, quo patria et *Peloponneſo* exuti *Meſſenii* nouis ſedibus indigebant, ita ſe confirmant inuicem, vt fieri vix poſſit quin hic fuerit *ſitus* amborum veriſſimus. *Meſſenios* enim εἰς Ναύπακτον κατώκησαν, ἣν ἔτυχον ἡρηκότες νεωσί. *Thucyd.* I. 103. Vid. *Pauſan.* Meſſ. 24.

Ant. *Chr.* 454. *Ol.* LXXXI. $\frac{3}{4}$. XXVII. Arch. *Ariſtone*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XV.

Hoc Ego anno *Alexandro Macedonum* Regi *Perdiccam* filium ſucceſſiſſe exiſtimo. Et proinde hinc occaſionem accipiendam illius Regni *Macedonici* ſucceſſionem conſtituendi. *Archelai* tempora iam ſupra, vbi de vita *Thucydidis* ageremus, pro virili noſtra ſtabiliuimus. Ita ſcilicet vt *Ol.* XCI. $\frac{3}{4}$. inierit, deceſſerit autem *Ol.* XCV. $\frac{1}{2}$. Sic erit ad *Ol.* XCII. $\frac{3}{4}$. referendus *finis* etiam *Perdiccae*. Et quidem *Ol.* XCI. I. illius meminit *Thucyd.* VI. 7. quaſi etiamnum *viuentis*. Imo etiam *Ol.* XCI. 3. idem meminit L. VII. 9. Satis vel illa oſtendunt falſiſſimas eſſe *receptas* de hoc Regno ſententias, etiam *veterum*, ſeu *Euſebii* in *Chronico*, ſeu etiam *Athenaei*. Imo ne quidem melius ſenſiſſe Auctorem Chronici etiam *Marmorei Oxonienſis*. Sed vero varios *Perdiccae* numeros, etiam e ſe *antiquioribus* refert *Athenaeus*, quorum *ampliſſimos* oſtendimus etiam *veritati* maxime conſentaneos. Docent illi annum XLm: a *Perdicca* ſuperatum, nec tamen *expletum* XLIm. Addamus his patris *Alexandri* annos XLIII. vel XLIV. *Priorem* enim numerum illi tribuit *Euſebius*, poſteriorem autem e *Diodoro* et *Theopompo Syncellus*. Ita fortaſſis inuicem conciliandi, vt qui *Perdiccae* annos tribuerint XL. duntaxat, id propterea fecerint, quod *primum* illius annum potius *Alexandro* patri, quam *ipſi*, accenſuerint, et proinde *Alexandri* annos XLIV. numerarint; qui autem annum cum patre *communem ipſi* tamen, potius quam *patri*, imputarent, illi *patris* annos vno *pauciores*, hac ipſa de cauſa, cenſuerint. Vtrique ergo anni in vniverſum LXXXIV. aſſignandi erunt, *Olympiades* nimirum XXI. Sic *Ol.* LXXI. $\frac{3}{4}$. inierit *Alexander*; *Ol.* LXXXII. $\frac{3}{4}$. ipſe *Perdiccas*. His certe limitibus concludi arbitror quotquot occurrunt *vtriusuis* in Hiſtoria *mentiones*. Poſt reditum *Darii Hyſtaſpidae* e *Scythia* terram et aquam dederat *Perſis* Alexandri pater *Amyntas*. Herodot. V. 18. Sed *grandi* iam *aetate*, dum νέος ipſe eſſet *Alexander*, auctor tamen caedis *Perſarum* in mulieres laſciuientium. c. 19. 20. Μετὰ δὲ χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον. c. 21. cum de ea caede inquiſitio eſſet a *Perſis*, ipſe numeratis *pecuniis*, et ſorore *Gygaea Bubari* in matrimonium collocata, legatos placauit. c. 21. Iure iam, vt videtur, *ſuo*, et plane *Regio*. Nec enim, niſi patribus *defunctis*, penes *filios familias* erant *sororum* locationes. Vix potuit autem ab hoc *Alexandri*, quod dixi, initio *longe* hoc abeſſe *ma-*

trimonium. Nam certe *Ol.* LXXV. $\frac{1}{2}$. quo praelium erat *Plataeenſe*, iam natum ex illo matrimonio *filium* narrat *Herodotus*, VIII. 136. cui *Phrygiae* Vrbs magna *Alabanda* incolenda fuerat a rege conceſſa. Annus hic eſt ab initio *Alexandri* XVUS. quo XIVM. egerit aetatis annum ſi anno fuerit *ſequenti* in lucem editus. Nec multo *minorem* fuiſſe veriſimile eſt cum *ciuitatem* a rege *Perſarum* acciperet incolendam, *reditus* nimirum Ciuitatis annuos quibus ipſe cum *familia* aleretur. Vt nempe *trium Ciuitatum* reditus *Themiſtocli* conceſſos legimus quibus ipſe ſuſtentaretur. Proxima *Alexandri* mentio eſt ipſo illo anno quo venit in *Graeciam Xerxes*, cum *Theſſaliae* anguſtias obſideret *Themiſtocles*. Herodot. VII. 173. et *Plutarch.* Themiſtocle. *Sequenti* anno *Ol.* LXXV. $\frac{1}{2}$. *Graecos* monet, paulo ante praelium *Plataeenſe*, de conſilio *Mardonii*. Herodot. IX. 44. Eodem *anno*, ſed paulo *ante*, legatus fuerat de *Pace*, a *Mardonio* ad *Athenienſes*. Herodot. VIII. 104 Tum *Ol.* LXXVIII $\frac{2}{3}$. dum fugeret, *Themiſtocles* e *Pydna Alexandri* in *Aſiam* nauigat. *Thucyd.* I. 137. Mitto *recentiorum* teſtimonia eodem ſpectantia. Vidimus denique *Ol.* LXXIX. $\frac{2}{3}$. *Cimonem* de illius in *Alexandrum* beneuolentia periclitatum. Haec mentio, vt puto, *nuperrima* eſt huius Principis in illis, quas etiamnum habemus, *Hiſtoriis*. Sunt autem *omnes* infra limites a nobis aſſignatos. *Perdiccae* mentionem *vltimam* iam ſupra obſeruauimus. *Primam* infra obſeruabimus, aliquot annis *recentiorem* initio a nobis deſignato. Sed vero *Alexandrum*, quem dixi, VIIM. a *Perdicca*, primo huius ſtirpis *Argiuae* a *Temeno* oriundae Principe, numerat *Herodotus*, VIII. 137. 139. *Thucydidi* noſtro plane conſentaneus, qui ipſe quoque maiores *Archelai*, quorum *vltimus* erat *Perdiccas Alexandri* filius, ſimiliter *octo* numerauit, II. 100. Vel inde intelligimus ſuſpectas eſſe *antiquiores* Perdicca *Temenidarum* in *Macedonia* ſucceſſiones a *Carano*, quem *Phidonis Argiui* fratrem fuiſſe volunt. *Herodotus* certe primos *Temenidarum* in *Macedoniam* veniſſe credidit illum, cum ſuis fratribus, *Perdiccam*. Sed *Regem* ex illis alium, praeter *ipſum* illum *Perdiccam*, neminem agnoſcit. VIII. 137. 138. 139. *Tres* ergo *priores* illos Reges *Euſebianos* reſcindendos arbitror. Si quidem numeros a *Perdicca* 10. conſentaneos haberemus, poſſent illi facile ex illo, quod dedimus, *Alexandri* initio, conſtitui. Numeri *Syncelliani* ita ſibi inuicem discrepant, vt aegre admodum ex illis *colligi* poſſit, quae fuerint rationes *Auctoris* illius, quicunque demum is fuerit, cuius fidem ſecutus fuerit ipſe *Syncellus*, ſeu *Diodorus* is fuerit, ſeu etiam *Theopompus*. Vtque *numeros* haberemus inter ſe *conſentaneos*, deſunt adhuc *Hiſtorica* monumenta, imo *nulla* vnquam in primis *fuiſſe* credimus, quibus probari poſſit, rectene ſe haberent. De *Amynta* tantummodo conſtat ex *Herodoto*, *ſenem* fuiſſe, cum terram et aquam concederet *Dario Hyſtaſpidae*. Idque illum feciſſe poſtea quam e *Scythia* rediret ipſe *Darius*, et paulo *antea* quam *Iones* deficerent, adeoque ante *Ol.* LXX. $\frac{2}{3}$. Ex eodem etiam *Herodoto* compertum habemus, tum illum in *Regno* fuiſſe cum fugaretur ex *Athenis Hippias*. V. 94. Nempe poſt *Ol.* LXVII. 3. pro *noſtris* rationibus. Quod ſi *numerorum* aliquorum ratio habenda ſit, *Euſebianos* antetulerim, qui propter *Canonum* ſeriem perpetuam, non poterant ita facile *mutari*, ſaltem a ſententia *Euſebii*. Illos ergo ſi audiamus, ſic habebunt:

Perdiccas ann. LI. coepit. *Ol.* 12. $\frac{3}{4}$.	*Amyntas* ann. L. coep. *Ol.* 58. $\frac{1}{2}$.
Argeus ann. XXXVIII. coep. *Ol.* 25. $\frac{2}{3}$.	*Alexander* ann. XLIII. coep. *Ol.* 70. $\frac{3}{4}$.
Philippus ann. XXXVIII. coep. *Ol.* $\frac{34}{35}$. $\frac{4}{1}$.	*Perdiccas* nobis ann. XLI. coep. *Ol.* 81. $\frac{2}{3}$.
Aëropas ann. XXVI. coep. *Ol.* 44. $\frac{2}{3}$.	*Archelaus* nobis ann. XIV. coep. *Ol.* 91. $\frac{3}{4}$.
Alcetas ann. XXIX. coep. *Ol.* $\frac{50}{51}$. $\frac{4}{1}$.	

Sic quidem ſe habebit ſucceſſio Regum *Macedonicorum* in temporibus *hunc*, in quo verſamur, *annum* praecedentibus. Et *poſterior* quoque ad *Alexandrum* M. vsque *ſucceſſio* difficillima eſt, nec Principum *nominibus*, nec *numeris*, inuicem conſentientibus. Age, itaque tentemus an etiam *illam* aliquatenus expedire poſſimus. Nempe ab *Archelai* fine quem Nos *Ol.* XCV. $\frac{1}{2}$. aſſignauimus. Poſt illum *Oreſtem* pupillum, tum deinde *Tutorem*, vel *Aëropam*, vel *Archelaum*, ſtatuunt. Deinde *Amyntam* alium, et ſucceſſorem *Amyntae Pauſaniam*. Priores *ambos* excludendos duximus, qui perperam hic repetuntur, cum ad caedem *pueri* ſpectent quem interfecerat ipſo Regni initio *Archelaus*, vt docet *Plato*. Nec enim alius eſt hic *Aëropas* (quem etiam *Archelaum* appellant) quam is idem *Archelaus*. Sequitur *Amyntas* ille *vnius anni* Princeps patre ortus *Aridaeo*, auo *Amynta* alio *Perdiccae* fratre, qui communem habuit cum *Perdicca* patrem *Alexandrum*, vt nos docet e *Diodoro* et *Theopompo Syncellus* p. 262. 263. Huic itaque ſucceſſerit *Ol.* XCV. $\frac{2}{3}$. *Pauſanias*, cui annum itidem *vnicum* concedunt omnes *Euſebius*, *Diodorus* hodiernus, et e *Diodoro*, *Syncellus*. Itaque ſucceſſorem acceperit *Amyntam Philippi* patrem *Ol.* XCV. $\frac{3}{4}$. Hunc *Amyntam* vltimum *Philippi* patrem, *Alexandri* M. auum, Nos *proximum* numerandum exiſtimamus. Faciunt certe vt res ita fuerit, certiſſimae *ſucceſſorum* conſentientiſſimaeque *rationes*. *Amyntae* illius annos XXIV. cenſet *Diodorus*. Rectiſſime, vt opinor, ſi dextre calculus inſtituatur, vt *medio* eius Regno *biennium* interponatur *Argeo* ab *Illyriis* in illius locum ſuffecto. Erant enim qui ita cenſuerint *Auctores*, teſte *Diodoro*. Ἔνιοι δὲ φασὶ, inquit, μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τὴν Ἀμύντου διετῆ χρόνον Ἀργέου βασιλεύσαντα τῶν Μακεδόνων, τότε τὸν Ἀμύνταν ἀνακτησασθαι τὴν βασιλείαν *Ol.* XCVI. 4. Idque *verum* fuiſſe agnoſcit ipſe quoque *Diodorus*, exutum ſcilicet Regno ſuo ab *Illyriis* aliquantisper hunc *Amyntam*, μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον a *Theſſalis* reductum eſſe, eique dein-

ceps per *annos* XXIV. praefuiſſe. Imperite admodum, cum anno *ſuperiori* ſucceſſionem illius ſtatuiſſet, atque *inde* annos illius non plures XXIV. numeraſſet. *Quoto* autem Regni *anno* pulſus fuerit *Amyntas*, plane videtur neſciviſſe *Diodorus*. Nam 2°. Regni *anno* pulſum refert. Et ne vel ita quidem *biennium vacuum* reliquit *Argeo* Verum *biennii locum* docuit, ni fallor, *Euſebius*. Numerat ille primum *Amyntae* annos VI, deſituros vtique *Ol.* XCVII. $\frac{1}{2}$. pro *noſtris* rationibus. Tum interponit *biennium Argei*, cuius meminit, e *melioribus* quam fuerit *ipſe*, auctoribus *Diodorus*. Sic *Ol* XCVII. $\frac{3}{4}$. reſtitutus fuerit *Amyntas*, cuius annos deinceps XVIII. numerat *Euſebius*, qui prioribus *additi* ad numerum XXIV. aſſurgunt, quem agnouit etiam, vt vidimus, *Diodorus*. Proinde *Amyntae* patri *Ol.* CII. $\frac{1}{2}$. ſucceſſerit filius illius primogenitus *Alexander*. Hic etiam *vnico anno* Regnum tenuiſſe fertur, non *Euſebio* modo, verum etiam hodierno quoque *Diodoro* atque *Syncello*. Obſeruauit autem *Diodorus* eodem anno e viuis exceſſiſſe tres Principes: hunc ſcilicet *Macedonum* Regem *Amyntam Tharralei* filium, et Regem *Lacedaemoniorum Ageſipolidem*, et *Iaſonem Pheraeum Theſſaliae* ταγόν. De *anno*, vt videtur, *Olympiadis* illud obſeruauerat *Auctor* cuius fidem ſecutus eſt *Diodorus*. Id ſi *verum*, noſtras hucusque *rationes* accuratas eſſe vincet. Nam certe *Iaſonem Pheraeum Pythiis* interfectum eſſe docet *Xenophon*. Et *Pythia* annum *Olympiadici* ſecundi *exeuntis* fuiſſe ſupra probauimus. Sic illa huius anni parte occubuerit *Amyntas*, quae ad annum *Olympiadis ſecundum* ſpectabat. *Erroris* anſa *Diodoro* eſſe potuit, quod *Pythia* ad annos *Olympiadum* tertios retulerit. Caedem tamen huius *Alexandri* a *Ptolemaco Alorite* ad annum retulit 2m. ipſe *Diodorus*. Nec, vt videtur, abſurde. Nam annos illius *duos* numerat Auctor Excerptorum *Barbarorum* a *Scaligero* editorum. Non magni faciendus, niſi propter *aetatem*, quod ſub *Anaſtaſio* ſcripſerit *Dicoro*, et quod ſcripta viderit *Africani*. Hic tamen illum non abſurde ſenſiſſe, tam *ſitus* facit quem in *Diodoro* hodierno habet illius *caedes*, quam variae etiam de ſucceſſoris *Ptolemaei Aloritae* annis *ſententiae*. Qui *duos* annos conceſſerat *Alexandro* Auctor *Barbarus*, is idem *tres* duntaxat annos aſſignauit *Ptolemaco Aloritae*. Recte ergo, pro his rationibus, non plures *tribus* annis *Ptolemaeo Aloritae* conceſſit *Diodorus*, cum etiam *caedem* ad annum ab initio *Alexandri* 2m. retuliſſet. *Euſebius* qui *vnicum* annum *Alexandro* tribuit (quod idem fecit, pro aliorum rationibus *Diodorus*) annos proinde IV. *Ptolemaco Aloritae* aſſignandos exiſtimauit. Ita *ambo* ſimul per *quinquennium* tenuerint. Sic tamen vt illius partem *annua maiorem*, minorem autem *biennio*, regnarit ipſe *Alexander*. Sic enim factum puto vt, qui *partem* illam anni pro *anno* numerarint, ſi quidem *Alexandro* imputarint, iidem *Ptolemaeo* detraxerint *Aloritae*. Sin viceuerſa *Ptolemaeo* potius tribuendum cenſerent, annum propterea *Alexandri* vnicum ſtatuerint. Quare ſi *Alexandrum Ol.* CII. $\frac{2}{3}$. vel $\frac{3}{4}$ interfecerit *Ptolemaeus*, vtrauis ratione factum vt *Ol.* CIII. $\frac{2}{3}$. *poenas* dederit fratri *Alexandri Perdiccae*. *Perdiccae* annos VI. numerat *Euſebius*, et e *Diodoro* veteri, quem ſibi praefert Auctorem *Syncellus*, cui tamen *quinquennium* tantummodo largitur *Diodorus* hodiernus. Sic *Ol.* $\frac{104}{105}$. $\frac{4}{4}$. ſucceſſerit *Philippus*. Et *poſt* annos XXIV. nempe *Olympiades* VI. *Alexander* M. nempe *Ol.* $\frac{110}{111}$. $\frac{4}{1}$. Ipſe omnibus conſentientibus *Ol* CXIV $\frac{1}{2}$ defunctus. Haec *vltima* tempora *certa* auctorumque conſenſu *firmata* praecedentibus adſtruunt.

Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον (loquitur de expeditione *Myronidis* in *Theſſaliam*) *Pericles* a *Pegis* ad *Sicyonem* nauigat. Victis *Sicyoniis*, παρέλαβε *Achaeos*. Tum *Oeneadas* oppugnat, non *expugnat* tamen, ſed fruſtra tentatis domum reuerſus eſt. *Thucyd.* I. 111. Haec *Diodorus* ſecundo poſt *Myronidis* Expeditionem *Archonte*, *Ol* 81 2. Omiſſas tamen a *Pericle Oeneadas*, in gratiam *Athenienſium*, expugnant *Meſſenii*, *Naupacti* anno ſuperiori collocati. *Pauſan.* Meſſ. c. 25. Poſt reditum, vt videtur, *Periclis*. Hac στρατηγίᾳ collegam habuit *Pericles Sophoclem* Poëtam. *Plutarch.* Pericl. *Iuſtin.* de *Vit Sophocl.* Sic tamen discrepant inuicem in temporibus *Sophoclis* deſignandis *Graecorum* rationes vt ex *aetate* eius, cum hoc munus obiret, a *Scholiaſte* deſignata *certa* aliqua *argumentatio* eſſe non poſſit.

Ant. *Chr.* 453. *Ol.* LXXXI. $\frac{3}{4}$. XXVIII. Arch. *Lyſicrate*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die 11°.

Hoc anno (qui *Diodoro* eſt *Ol.* 81. 3.) *Quinquennales Athenienſium* cum *Peloponneſiis* inducias ponit *Diodorus*. Perperam intellecto *Thucydide*, ſi quidem *Thucydidi* debuerit has inducias. Poterat hoc *ipſe* intelligere ſi *temporum* ordinandorum curam vllam habuiſſet, qui res *ipſe* Bello geſtas in *Peloponneſios* narrat anno *ſequenti*. Fontem ergo ipſum petamus, nempe *Thucydidem*. Illius verba ſunt: Ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πενταετεῖς. I. 112. Epocham habet ab *Oeneadis* a *Pericle* fruſtra oppugnatis, quod nos anno *ſuperiori* factum oſtendimus. Inde *tres* annos *medios* fuiſſe docet *antea* quam *inciperent* inducias, quorum *primus* is ipſe fuerit in quo iam verſamur. Hoc enim denotat illi vox διαλιπεῖν. Sic διαλιποῦσα ἡμέρα diem indicat *intermiſſum*. III. 74. Et διαλιποῦσαι ὁλκάδες ſpatium *medium* inter naues onerarias. VII. 38. Ita *quartus* abhinc annus *primus* erit *induciarum*. Idque *verum* eſſe tum probabimus cum ad annum *illum* peruenerimus.

Meſſenios Oeneadis, ἔτει ὑστέρῳ, nempe ex quo *Oeneadas* occupauerant *Meſſenii*, pellunt *Acarnanes*. *Pauſan.* Meſſ. c. 25. *Naupactum* tamen anno *ſequenti* fortaſſe redierunt. *Vno* enim anno *Oeneadarum* poſſeſſionem retinuerunt, *captorum* tamen *ſuperiori* anno *affecto*, poſt diceſſum *Periclis*. Et obſidionem *octimeſtrem* paſſi ſunt *antea* quam *vrbe* discederent.

Secunda colonorum *Atticorum Nouemuialium* clades ſub hoc *Archonte*. Schol. in *Aeſchin Fragmentum* ſupra editum. Κτίζην huius coloniae *Leogoram* appellat *Scholiaſtes*, *Leagrum Pauſanias* Attic. c. 29. qui tamen *hanc* coloniam cum *priori*, de qua *ſupra*, confundere videtur, *Leagrum* Herodot. IX. 74. *Coloniam* ſub hoc eodem *Archonte* deductam in *Cherſoneſum* a *Pericle* agnoſcit etiam *Diodorus*. Idem agnoſcit de *colonia* in *Cherſoneſum* de-

ducta in *Periclis* vita etiam *Plutarchus*. *Periclis* nimirum *opera* fuisse deductam.

Naxiorum colonia a *Tolmide* deducta. Vid. ann. *seq.* Auctore tamen deducendae *Pericle*. Obsessi *Naxii* sub *Arch.* xv. cum fugeret *Themistocles*. Πρώτη αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη. *Thucyd.* I. 98.

Ant. *Chr.* 452. *Ol.* $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$. XXIX. Arch. *Chaerephane*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXIIO.

Annus 2us. τριῶν διαλιπόντων. *Thucyd.* I. 112.

Hoc rursus *anno*, post victos *Sicyonios* a *Pericle*, etiam *obsessos* narrat *Diodorus*, sed, missis a *Lacedaemone* auxiliis, denique *relictos*. Inde illum in *Acarnaniam* transmisisse, et *Oeneadum* agrum incursasse, a quibus redierit. Haec sane *eadem* fuisse videntur, quae *superius* apud illum, ante *biennium*, occurrunt. Et quidem *vero* loco, ante annos διαλιπόντας, pro mente *Thucydidis*. Cur *hoc* iterum *anno* repetierit, causam fuisse suspicor, quod haec ab *aliis*, sed *vitiatis* etiam ipsis, Fastis acceperit, in quibus praeter *Archontes* suos *omnes*, nostri etiam *duo Archontes* locum habuerint, quos probauimus ab eo fuisse praetermissos. Sic enim futurum erat, vt *biennio* serius sequentes omnes *Archontes* occurrerent, et proinde res *gestae* sub illorum *Archontum* nominibus designatae. Poterat alioqui hoc etiam anno *Oeniadum* agrum incursare *Pericles*, vnde *Messenios*, hoc saltem *anno* aliquantisper *affecto*, cessisse probauimus. Atqui certe saltem *affecto*. Vel inde etiam suspectum redditur quod de eodem *Pericle* subiungit idem *Diodorus*: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐλθὼν εἰς χερρόνησον, χιλίοις τῶν πολιτῶν κατεκληρούχησε τὴν χώραν. Nescio an hoc ita postea contigisse innuat vt *sequenti* anno coloniam tribuendam esse censuerit. Crediderim tamen verum *coloniae* annum ex anno *Archontis* esse constituendum, quem *Nos superiori* anno assignauimus; *huic* autem, in quo versamur, ipse *Diodorus*. Sic *suum* in locum redibunt omnia. Praesertim si verba, Μετὰ ταῦτα de *nouo anno* intellexerimus. Fiet enim vt *Expeditionem* susceperit ante biennium *Pericles*, *coloniam* autem *superiori* anno deduxerit. Nec sane eiusdem *annuae* στρατηγίας fuisse videntur res *gestae* in *Achaia* et *Acarnania*, et *colonia* in *Chersonesum* deducenda Prouinciam *longe* a *praedictis* Prouinciis dissitam. Haec si *vera* (vt sunt profecto saltem *verisimilia*) etiam ad eundem *annum Archontemque* referenda erit *colonia Naxiorum* a collega *Periclis* in illa στρατηγίᾳ *annua* deducta. Id certe innuunt verba *Diodori* proxime sequentia: Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Τολμίδης ὁ ἕτερος στρατηγὸς εἰς τὴν Εὔβοιαν παρελθών, ἄλλοις χιλίοις πολίταις τὴν τῶν Ναξίων γῆν διένειμε. Hoc, vt puto, rectius.

Annus 5us. ex quo *Inarum* in fidem recepit *Megabazus*. Hoc anno *Inarum* crucifixum refert *Ctesias*. Et *crucifixionem* eius agnoscit etiam *Thucydides* I. 110. Haec si *vera*, non poterant iidem esse *Megabazus* et *Artabazus*, cum quibus Bellum gessit *Cimon*, cum iis qui Bellum cum *Inaro* gesserant in *Aegypto*. *Defecit* enim ea de causa *Megabazus*. Sed alius erat *Megabazus* legatus ad *Lacedaemonios*, cui nihil obstat quo minus rem gesserit cum *Cimone*.

Sed *Periclem Diodorus*, Arch. *Sosistrato*. *Ol.* 81. 2. quo *loco* de *huius* anni gestis agit, ait τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν στρατηγὸν factum. Ἀγαθῶν nomine intelligit, ni fallor καλοὺς κἀγαθοὺς *Plutarch.* Cim. Δήμῳ oppositos, nempe Εὐπατρίδας. Sic fuerit *Sophocles* Poëta inter illos agnoscendus, quem *Periclis* socium agnoscunt Auctor vit. *Sophocl.* et *Plutarchus* in Pericle, et *Iustinus*, vt supra diximus.

Ant. *Chr.* 451. *Ol.* LXXXII. $\frac{1}{2}$. XXX. Arch. *Antidoto*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die XO.

Annus 3ius. idemque *vltimus*, τριῶν διαλιπόντων. *Thucyd.* I. 112. Hoc *triennio* ἐκεχειρίαν quandam siue *armistitium* quoddam inter *Graecos* confecutus videtur *Cimon*, ex *mutuo* partium, sed *tacito*, consensu. Nondum ex *foedere*, ante annum *sequentem*. Ille ex *exsilio* reuersus εὐθὺς, inquit *Plutarchus*, in *studium* communis inter *Graecos* pacis, enixis viribus incubuit. Nec tamen citius votis potitus est. Tandem obtinuit vt a *se* mutuo arma in *Persas* conuerterentur.

Ant. *Chr.* 450. *Ol.* LXXXII. $\frac{2}{3}$. XXXI. Arch. *Euthydemo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXXO.

Post *triennium* praedictum *armistitii* taciti, sequebantur tandem σπονδαὶ πενταετεῖς inter *Peloponnesios* et *Athenienses*. Tum *Graeco* Bello ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, *Thucydides*. I. 112. Ita scilicet vt hic ipse annus 1us. fuerit *quinquennalium* induciarum, et 1us. *noui*, tumque *coepti*, cum *Persis*, Belli. In *Archonte*, et anno *Ol. posteriori* conuenimus cum *Diodoro*. Et quidem e mox dicendis constabit has *nostras* rationes esse accuratissimas.

Hoc *primo* Belli cum *Persis* anno, *Citium Malumque* expugnat *Cimon*. Classem *Persicam* e *Cilicia* et *Phoenicia* venientem opprimit, centum cum vectoribus capit, reliquas ad *Phoeniciam* vsque persequitur. *Persas* cum aliis ad locum quo castrametabatur cum pedestri exercitu *Megabazus*, aggreditur, expositoque in litus exercitu, fundit fugatque. Inde in *Cyprum* redit. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπράχθη κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου. *Diodor.*

Addit *Thucydides*: Καὶ ἐξήκοντα μὲν νῆες ἐς Αἴγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος, τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· αἱ δὲ ἄλλαι Κίτιον ἐπολιόρκουν. I. 112. Hinc intelligimus primo huius Belli *initio* classem *Amyrtaeo Aegyptiisque* missam. Nam Belli *Cyprii* initio *Citium* expugnasse *Cimonem* docet *Diodorus*. Latuerat autem, regnaueratque ἐν ἕλεσιν, *Amyrtaeus* a superioris *sexennis* Belli *fine*. Idem *Thucydides*: Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως. I. 110. Causam addit: Τοῦτον δὲ διὰ μέγεθός τε τοῦ ἕλους οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, καὶ ἅμα μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἕλειοι. De his ἕλεσιν Insulaque *Elbo*, vbi regnarit *Amyrtaeus*, Herodot. II. 137. 138. 139. 140. III. 15. Qui etiam ipsius meminit *Amyrtaei*, illiusque in illa Insula *latebrarum*. Sic ergo huius *Amyrtaei* tempora fere omnia habemus

explorata. Coepit enim, vt videtur, eodem tempore quo *Inarus*, vel paulo fortaſſe *poſt*. Ita in Regni *Aegyptiaci* poſſeſſione fuerit tempore illius Belli vniuerſo. Et VIVS. adeo *Belli* annus VIVS. proinde erit *Amyrtaei*. Nec aliud habuit in animo fortaſſe *Syncellus*, aut *vetuſtior* potius Auctor cuius *fidem* ſecutus fuerit *Syncellus*. Multis autem, poſt illud *Bellum*, annis ſuperfuiſſe, et in ἔλεσι regnaſſe conſtat. *Hoc* certe *anno*, poſt Bellum illud VIIO. a primo autem initio XIIIO. adhuc in *viuis* fuiſſe manifeſtum eſt. Imo et *ſequenti*, quo *reuocatae* ſunt miſſae ad illum ab *Athenienſibus* naues. Poterat vlterius, quanquam nulla habeamus, quae ita rem fuiſſe aſſerant, Hiſtorica *monumenta*. Quod autem *Amyrtaeum* auctorem defectionis faciat *Syncellus*, quae 2o. contigerit anno *Darii Nothi*, nec *veterum* aliquem *teſtem* aduocat; nec *habuit* (opinor) aliquem quem aduocaret. Ne quidem ipſum, quem toties appellat *Africanum*.

Ant. *Chr.* 449. *Ol.* LXXXII. ¾. XXXII. Arch. *Pediaeo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIXo.

Annus 2us. foederum *quinquennalium*. Et Belli *Perſici* annus itidem 2us. idemque *vltimus*. *Salaminis* obſidionem memorat hoc anno tantummodo *Diodorus*. *Thucydides* victoriam *duplicem* memorat *Athenienſium* tam *maritimam* quam *pedeſtrem* ſupra *Salaminem Cypriam* in *Phoenices* et *Cyprios* et *Cilices*. Et quidem *poſt* mortem *Cimonis*. I. 112. Sic nempe loquitur quaſi ante *Citium* deceſſerit, quam primam *Cypriarum* vrbium expugnauit. Vix poſſunt *victoriae* illae aliae fuiſſe ab iis quas narrauerat *ſuperiori* anno *Diodorus*. Quid hic faciemus? Fidem non audemus derogare *Thucydidi*. Nec tamen *Belli* tanti res maximas *poſt* mortem *Cimonis* geſtas fuiſſe veriſimile eſt. Tradit quidem *Plutarchus* illum *morientem* iuſſiſſe vt in patriam remearent, celata illius morte. Idque illos tuto feciſſe στρατηγουμένους ὑπὸ Κίμωνος (ὡς Φησιν Φανόδημος) τεθνηκότος ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα. Poterat quidem *terror* rerum per *biennium* geſtarum tutum reditum per *dies triginta* praeſtare. Non poterat rebus ſufficere per *biennium* gerendis ſi ipſo Belli mox *initio* deceſſiſſet. Sic recte proceſſiſſent in illum *Eupolidis* dicteria de φιλοποσίᾳ et ἀμελείᾳ. Poterat enim ἀμελῶν καὶ μεθυσκόμενος τοσαύτας πόλεις ἑλεῖν [verba ſunt *Plutarchi*] ſi idem fecerit etiam *mortuus*. Crediderim potius *Hyperbatum* aliquod fuiſſe in ſtylo *Hyperbatis* ſcatente, quam vt ita ſenſerit reuera *Thucydides*. Viderint acutiores. *Diodorus* his vltimis victoriis effectum putat, vt *Pax* illa *Perſis* ignominioſiſſima, *Graecis* admodum honorifica, concederetur de *Perſarum* claſſibus intra certos limites continendis. Sed obſeruauit *Plutarchus Ephialtem* triginta nauibus vltra *Chelidonias* progreſſum, nec tamen *naues* Barbarorum *bellicas* vllas obuias habuiſſe. Hunc ſupra obſeruauimus *Arch.* XXII. exſtinctum. Vel inde colligimus victoriis ad *Eurymedontem* illam potius deberi *Pacem*, quam *poſtremis* hiſce quibus *immortuus* eſt ipſe *Cimon*.

Erat autem hic annus duorum praeſtantiſſimorum ſui ſeculi *Graeciae* ducum *morte* inſignitiſſimus; *Themiſtoclis* nimirum, ipſiusque *Cimonis*. Cum expeditionem hanc ſusciperet *Cimon*, *Themiſtoclem* antagoniſtam exſpectabat, vt *Nos* docet *Plutarchus*, ὅτι τοῦ Θεμιστοκλέους ἐπυνθάνετο δέξαν εἶναι καὶ δύναμιν ἐν τοῖς βαρβαροις μεγάλην, ὑποδεδεγμένου βασιλεῖ κινοῦντι τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον στρατηγήσειν. *Cimon*. Imo ad hunc, in quo verſamur, *annum* perueniſſe innuunt verba illius in *Themiſtocle*. Ibi enim docet tum demum iuſſiſſe Regem vt promiſſa praeſtaret *Themiſtocles*, ὡς Αἴγυπτος ἀφισταμένη βοηθούντων Ἀθηναίων, καὶ τριήρεις Ἑλληνικαὶ μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας ἀναπλεύσασαι, καὶ Κίμων θαλασσοκρατῶν ἐπέστρεψεν αὐτὸν ἀντεπιχειρεῖν τοῖς Ἕλλησι, καὶ κωλύειν αὐξανομένους ἐπ' αὐτον. Hic certe *prioris* anni geſta omnia *praeterita* obſeruamus antea quam *Themiſtoclem* ad Bellum in *Graecos* hortaretur *Artaxerxes*, ſeu fidem eius in *patriam* ſuſpectam habuerit, ſeu innato eius in eandem *affectui* pepercerit. Et certe nouum *ſequentis* anni apparatum indicant ſequentia: ἤδη δὲ καὶ δυνάμεις ἐκινοῦντο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο, καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγγελίαι πρὸς Θεμιστοκλέα, τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτεσθαι κελευοντος βασιλέως, καὶ βεβαιοῦν τὰς ὑποσχέσεις. Ad *Themiſtoclem* nempe, tamquam ad ſacram ancoram, confugit, ſpe aliunde illum vndequaque fallente. Eiusque *morte* hac etiam ſpe *deiectus* legatos *Athenas* miſit *Pacem* quantumuis *duris* conditionibus mercaturos, vt diſcimus e *Diodoro*. Sic *ante* Pacem, nec tamen *diu*, exceſſerit *Themiſtocles*. Conueniunt examuſſim *Plutarchi* verba de *Themiſtoclis* aetate: ἐν Μαγνησίᾳ κατέστρεψε, πέντε πρὸς ἑξήκοντα βεβιωκὼς ἔτη, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐν πολιτείαις καὶ ἡγεμονίαις. Id nempe vult, plusquam *dimidium* aetatis fluxiſſe, ex quo primum ad πολιτείαν veniſſet, non autem ex illa Epocha *perpetuas* illius fuiſſe πολιτείας aut ἡγεμονίας. Sed vero primam *Themiſtoclis* πολιτείαν iam ſupra oſtendimus, annumque eius ex *Herodoto* deſignauimus, *Ol.* LXXIV. ¾. quo nempe Magiſtratum geſſit *Archonis* Eponymi. Tantundem enim valet ἐν πολιτείᾳ εἶναι ac ἀρχὴν aliquam adminiſtrare. Hoc diſcimus ex *Ariſtidis* lege a *Plutarcho* conſeruata, κοινὴν εἶναι τὴν ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ, καὶ τοὺς ΑΡΧΟΝΤΑΣ ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. Neque vero *Nouemuiralem* ἀρχὴν tantummodo communi illo ἀρχῆς nomine complectebatur (quanquam illam *ipſam* geſſerit *Themiſtocles*) ſed et *alia* quoque publica munia Reipublicae, inprimis στρατηγίας. Coepit enim, vt vidimus, πολιτεία *Cimonis* a στρατηγίᾳ illius *prima*, qua *Pauſaniam* in *Helleſpontum* comitatus eſt. Et *Periclem* in πολιτείᾳ fuiſſe manifeſtum eſt, quem tamen ἀρχῇ *Nouemuirali* ornatum negat *Plutarchus*; ἐνιαυσίας στρατηγίας eiusdem agnoſcit frequentiſſimas. Vtcunque tamen ipſam illam ἀρχὴν primam fuiſſe probauimus *Themiſtoclis*. Inde ergo numerandi erunt anni XXXIII. quae maior pars eſt annorum LXV. quos vixerit in vniuerſum. Ita ſcilicet vt is ipſe annus *primus* cenſeatur eorum quos egerit in πολιτείᾳ. Sic fiet vt hic ipſe annus fuerit *Themiſtoclis* in πολιτείᾳ XXXIIIus. idemque proinde vitae vltimus. Sic *natus* fuerit *Themiſtocles Ol.* LXVI. ¾. Ita recte νέον illum appellat *Plutarchus*, τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης πρὸς τοὺς βαρβάρους γενομένης. Nempe annorum XXIV. Recte item illum tunc *adoleſcentem* cenſet *Iuſtinus* II. 9. Erat

enim ἡλικιας στρατιωτικῆς minimae. Nam ad XXm. aetatis annum, ἀπὸ διετοῦς a *Pubertate*, περιπόλοις tantummodo propugnandis vacabant. Inde incipiebat militia ὑπερόριος, quae ipsa *quinquenniis* distincta erat. Primo autem εικοσιπενταετῶν *quinquennio* meruebat *Themistocles*. Merito ergo *tum νέος*, et *adolescens*, pro illius *Seculi*, suaeque *Ciuitatis* sermone, appellandus.

Iam de *Cimonis* aetate pauca, quem hoc eodem *anno* mortuum fuisse ostendimus. *Iuniorem* illum fuisse *Themistocle* e prima eius πολιτείᾳ colligimus, quae multis annis serior erat πολιτείᾳ *Themistoclis*. Hanc supra *Ol.* LXXVII. $\frac{2}{3}$. fuisse probauimus, XI. proinde annis recentiorem. Sit tamen *generis* nobilitate tanto superior erat *Themistocle*, vt *arrogantiae* insimularetur *Themistocles* quod illum tanto iuniorem ausus esset vel *aemulari*. Potuit ergo, propter *stirpis* splendorem, *honoribus* capessendis citius par videri *Cimon*. Sed vero πολιτειαν illam anno *aetatis* XXXIIO. elapso gessit *Themistocles*. Nec inter Εὐπατρίδας qui in Κυνοσάργει *exerceri* solebat; nec inter πεντακοσιομεδίμνους cum a patre *abdicaretur*. Non ergo, vt videtur, tempore legitimo *primo*. *Media* enim illa aetas inter *quinquennia* non erat, vt existimo, *legitima*. Et tamen primo erat, post aetatem tricenariam, *quinquennio*. Crediderim ergo aetatem *legitimam* fuisse *tricenariam impletam* scilicet, vt annus ipse πολιτείας primae *aetatis* esset XXXIus Haec enim erat certe aetas *Rhetorum* et *Iudicum Heliastarum*, vt e *Legibus* constat *Atticis* a Cl. *Petito* collectis. Itaque, vt *primo* tempore *legitimo* honores consecutus fuerit *Cimon*, propter εὐγένειαν, tum certe *tricenario* maiorem fuisse verisimile est. Sic natus fuerit *Ol.* $\frac{69}{70}$. $\frac{4}{4}$. annumque egerit hoc, quo defunctus est, anno aetatis LIm. annis proinde XIV. iunior *Themistocle*. Conuenit quod *Nepos* dicit *Cimonem* cum patre *a PVERO in exercitu* fuisse versatum. c. 2. Erat enim tempore praelii *Marathonii* decennis, aetate vere *puerili*. Tempore autem praelii *Salaminii νέον* illum dicit *Plutarchus*. *Vicennem* scilicet, et *primo* aetatis militaris *quinquennio*, quo *Themistoclem νέον* appellatum ostendimus. Erat autem *aetas* illa *Cimonis* annorum LI. rebus *militiae* gerendis aptissima, nec *senectutis* tarditati, nec temeritati *iuuentutis* obnoxia. Erat ergo cur illum merito *timuerit* tanto senior *Themistocles*. Ita certe fecisse docet in vtriusque vita *Plutarchus*. In *Cimone* ita: Θεμιστοκλῆς μὲν οὖν οὐχ ἥκιστα λέγεται τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἀπεγνούς, ὡς οὐχ ὑπερβαλόμενος τὴν Κίμωνος εὐτυχίαν καὶ ἀρετήν, ἑκὼν τελευτῆσαι. Ita autem in *Themistocle*: Consulto illum finem vitae rebus gestis consentaneum imposuisse, ἴσως οὐκ ἐφικτὸν ἡγούμενος τὸ ἔργον, ἄλλως τε μεγάλους τῆς Ἑλλάδος ἐχούσης στρατηγοὺς τότε, καὶ Κίμωνος ὑπερφυῶς εὐημεροῦντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς. Vtrouis modo mortem obierit *Themistocles*, seu sanguine sacrificii *taurino epoto*, quae sententia erat receptissima; seu *morbo* potius, quod noster potius credidit *Thucydides* I. 138. hanc certe *Cimonis* felicitatem *causam* mortis praecipuam fuisse verisimillimum est. *Sanguinis epoti* consilium inde sumtum, ex eorum sententia qui in illum excelluisse tradiderant, docet *Thucydides*, ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο. I. 138. Et *morbo* quoque causa satis verisimilis esse potuit animi aegritudo e rei praestandae desperatione nata. Seu patriam vincere *taeduerit*, seu etiam *desperarit*: mors tamen *Themistoclis*, cum in hunc ipsum *annum* eam incidisse probauerimus; omnino prosperis *Cimonis* progressibus erat, vt existimo, tribuenda. *Spontaneam* fere censent omnes, seu remediorum necessariorum *neglectu*, seu *arcessitis* cautis quae non essent nolenti occursurae. Ita suo in *patriam* officio satisfecit, nec fuit tamen *Regi* in se beneuolentissimo *ingratus*, nec priorem felicitatem incongruo exitu maculauit.

Pax cum *Persis*. Classis *Attica* ex *Aegypto* per Pacis *conditiones* reuocata. *Diodor. Ol.* 82. 4. *Thucyd.* I. 112.

Ant. *Chr.* 448. *Ol.* $\frac{82}{83}$. $\frac{4}{1}$. XXXIII. Arch *Philisco*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VIO.

Annus 3ius, induciarum *quinquennalium*. *Megarensium* defectio ab *Athenientibus* ad *Lacedaemonios*. Illorum agrum praedantur *Athenienses*, qui *spoliis* multis onusti domum redeunt. *Diodor. Ol.* 83. 1 Sed *post* cladem *Tolmidis* in *Boeotia*, et *ante* Expeditionem *Pleistoanactis*, pro mente *Thucydidis* I. 114.

Μετὰ ταῦτα, nempe post reditum *Athenientium* e *Cypro* et *Aegypto*, *Lacedaemonii* Bellum *sacrum* suscipiunt. *Thucyd.* I. 112. Victores Templum *Delphicum* reddunt *Delphis*. *Athenienses* contra, *post* eorum discessum, idem Templum *Delphis* ereptum tradunt *Phocensibus*. *Thucyd.* I. 112. Sublato *Cimone* Pacis *Graecorum* conciliatore, redeunt paulatim veteres *Athenientium* in *Peloponnesios* inimicitiae. Nulla tamen hucusque induciarum *quinquennalium* violatio *aperta*, dum nec in ipsos *Lacedaemonios* rem gerunt *Athenienses*, sed in *Delphos*; nec id ipsum faciunt, nisi *reuersis* in patriam *Lacedaemoniis*.

Ant. *Chr.* 447. *Ol.* LXXXIII. $\frac{1}{2}$. XXXIV. Arch. *Timarchide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVIO.

Annus 4us. induciarum *quinquennalium*. Irruptio *Lacedaemoniorum* in *Atticam*. *Diodor. Ol.* 83. 2. de qua nihil *Thucydides*. Nec vera esse potuit propter *inducias* quinquennales nondum *elapsas*. Nihil viceuersa de Bello *Lacedaemoniorum* Sacro *Diodorus* quo Templum *Delphicum Delphis* asseruerint. Suspicor hoc Bellum a *Diodoro* cum Bello in *Athenienses* confundi, quod quae constituerant *Lacedaemonii* ea ab *Athenientibus* rescissa fuerint.

Χρόνου ἐγγενομένου, μετὰ ταῦτα, nempe post Bellum *Lacedaemoniorum* Sacrum, Bellum *Athenientium*, duce *Tolmide*, in exsules *Boeotos Orchomenum* et *Chaeroneam* occupantes. Capta *Chaeronea*, et in seruitutem redacta, et praesidio munita. Discedentes ad *Coroneam*, aggrediuntur exsules *Boeoti* ex *Orchomeno*, cum *Locris* et exsulibus *Euboeensibus*, aliisque, et caesis nonnullis reliquos capiunt. Quare vt *captiuos* redimerent, *Boeotia* vniuersa cedunt *Athenienses*. *Thucyd.* I. 113. *Tolmidem* ipsum caesum hoc *Archonte Ol.* 83. 2. tradit *Diodorus*, silet *Thucydides*. Haec certe *hoc* anno gesta, post Bellum *Sacrum*. Nam exsules fuisse *Boeotos*, qui *Athenientibus* parere noluerint, qui *Delphos* occupauerant, docet *Thucydidis*

Scholiastes, e vetusto aliquo, fortasse, qui interciderit, Auctore. Ex eorum numero erant qui *hoc* anno *Athenienses* e tota *Boeotia* pepulerint. Nescio tamen an *vnici anni* spatium designent verba, χρόνου ἐγγενομένου. Fieri ergo potest vt, ante *biennium*, eodem anno quo *Cyprum Aegyptumque* reliquerant *Athenienses*, Bellum fuerit *Sacrum*; sed *exeunte*.

Ant. *Chr.* 446 *Ol.* LXXXIII. $\frac{2}{3}$. XXXV. Arch. *Callimacho*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XV°.

Annus 5us. inducirum *quinquennalium*. Μετὰ ταῦτα, οὐ πολλῷ ὕστερον, nempe post cladem *Athenienſium* ad *Chaeroneam*, deficiunt ab *Athenienſibus Euboeenſes* (quorum nonnullis in *ſuperioris* anni victoria partem fuiſſe vidimus) in quos poſteaquam traiecisset *Pericles*, nunciatum eſt, *Megarenſes* idem feciſſe, caeſis *Athenienſium* praeſidiariis, illis exceptis, qui ad *Niſaeam* confugerant, et *Peloponneſiorum* in fines *Atticae* irruptionem breui *exſpectatam*. Fecit hic nuncius vt *Pericles* ex *Euboea* exercitum κατὰ τάχος reduxerit. *Thucyd.* I. 114. Haec anno *hoc*, vt videtur, *exeunte*, et mox *elapſuris* induciis. Hinc videmus quanto rectius hanc *Megarenſium* deſectionem conſtituerimus ex mente *Thucydidis* quam fecerit *Diodorus*, qui *biennio* antiquiorem fecit diu ante *elapſas* inducias. Fecit tamen error ille, vt *Lacedaemoniorum* etiam irruptio in *Atticam* biennio maturior ab eodem ſtatueretur quam per inducias *quinquennales* licuerit. *Eo* enim potius retulerim quam, vt ſupra, ad Bellum *Sacrum*. Hic etiam omiſſorum *duorum Archontum*, quos Nos Faſtis reſtituimus *veſtigia* deprehendimus. Fecit enim illorum praetermiſſio vt *poſteriora* quaeque in locum *biennio*, quam oportebat, *anteriorem* adſcenderent. Plane vt iamiam ſupra vidimus in *Bione*. *Thucydidi* autem *res* ipſa ſuffragatur, et *quinquennalium* inducirum προθεσμία, et *nexus* cum ſequentibus arctiſſimus, vt mox ſumus oſtenſuri. Hoc tamen viceuerſa diſcimus e *Diodoro*, quod non docuit *Thucydides*, omnino tamen *ratiociniis Thucydidis* conſentaneum, *hoc* anno *otium* fuiſſe *Athenienſibus* vt *Megarenſes* Bello perſequerentur. Anno enim quo defecerunt *Megarenſes*, agrum *Megarenſium* ab *Athenienſibus* direptum ſpoliatumque, victosque praelio *Megarenſes*, et moenium ambitu concluſos, docet *Diodorus*. Vel inde colligimus, qui mox adfuturi nunciabantur, *Peloponneſios* hoc tamen anno *Megarenſibus* ſuppetias non tuliſſe. Idque ne aliter ſe haberet, vetabant *induciae*, vt dixi, *quinquennales*, quas vtrinque obſeruatas ſupponit ipſe *Thucydides*.

Ant *Chr.* 445. *Ol.* LXXXIII. $\frac{3}{4}$. XXXVI. Arch. *Lyſimachide*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die III°.

Reuerſo ex *Euboea Pericle*, non tamen eodem (vt probauimus) anno, Μετὰ τοῦτο *Lacedaemonii Atticam* incurſant vsque ad *Eleuſinem* et campos *Thriaſios*, duce *Pliſtoanacte* Rege *Pauſaniae* filio. Inde domum redierunt. *Thucyd* I. 114. Hinc intelligimus inducias *quinquennales* illis, quos dixi, limitibus contineri. Iam ſaltem *elapſas* eſſe, cum nullam illarum *violationem* memoret *Thucydides*. Haec eadem Expeditio eſt, quam XIV. annis ante Belli *Peloponneſiaci* annum 1m. et quidem partem illius anni in qua erat Hecatombaeon ille, a quo coepit *Ol.* 87. 2. idem numerat *Thucydides* II. 21. Annus Belli *Peloponneſiaci* 1us. erat *Ol.* 87. $\frac{1}{2}$. Proinde annus ante illum XIVus. eſt *Ol.* 83. $\frac{3}{4}$. in quo verſamur. Intelligit nimirum *Aeſtatem ſemeſtrem* XIVam. ante Bellum. Qua *Vernam* pariter ac *Aeſtiuam* tempeſtatem proprie ſic dictam communi *Aeſtatis ſemeſtris* nomine complectitur. *Aeſtas* ergo ante annum Belli *Peloponneſiaci* 1m. XIVa. nec a XIVo. incipiet *Archonte* (cum fuerit vnus illo ſpatio *Archon* tantummodo *ſemeſtris*) et ne quidem a menſe quo tum inire ſolebant *Archontes*; ſed a 1o. menſe *Verno*, qui hoc anno, qui *Emboliumaeum* ſequebatur, erat *Elaphebolion*, coepitque die *Aprilis* Iuliani 11o. Et quidem commode admodum contigit, vt hoc anno ad *Veris* rationes augendas acceſſerit *Elaphebolion*, ne res hoc ſpatio a *Pericle* geſtae limitibus, quam par erat, *arctioribus* concluderentur. Poſt hunc enim diem venit in *Atticam Pliſtoanax*, diſceſſitque adeo mature vt ſpatium habuerit *Pericles* in *Euboeam* redeundi, eamque vniuerſam in poteſtatem ciuitatis *Athenienſis* redigendi, imo *redeundi* in patriam, antea quam nouae *inducine* τριακοντούτεις inirentur. Ita enim fuiſſe palam eſt e verbis *Thucydidis*: Ἀναχωρήσαντες δὲ ἀπὸ Εὐβοίας, οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις. I. 115. Haec enim omnia hoc primo menſe *Elaphebolione* contigiſſe exinde colligimus, quod inſidias *Thebanorum* in *Plataeas* anno ab *induciis* XV°. tribuit ipſe *Thucydides*. II. 2. Ex elapſo nempe induciarum *die* hoc ipſo vel *ſequenti* menſe, vnde factum vt menſis *Munychionis* dies *vltimus* anno ab *induciis* XV°. fuerit imputatus. Nihil tamen obſtabat quo minus annus fuerit tantummodo XIVus. qua calculum ponit *Thucydides* per *Aeſtates*. Ad hoc enim ſatis erat ſi *coepta* demum *aeſtate* ante Bellum *ſemeſtri* XIV. (quam ab hoc menſe *Elaphebolione* coepiſſe diximus) penetrarit in *Atticam Pliſtoanax*, quacunque demum *Aeſtatis ſemeſtris* parte penetrarit. Nam *Aeſtatis* Belli *ſemeſtris* ambitu erat alia quoque illa Expeditio *Archidami*, quam menſe *Hecatombaeone* fuiſſe probauimus. Arcte igitur cohaerent ſuperiores illae *quinquennales* induciae cum his nouis *tricennalibus*, vt *proximo* poſt illas elapſas *Vere* coeperint induciae *tricennales*. Hinc ergo manifeſtum eſt recte Nos annos hosce διελιπόντας atque inducirum *quinquennalium* diſpoſuiſſe. Saltem pro Sententia noſtri *Thucydidis*.

1us. ergo hic eſt annus inducirum *tricennalium*, a menſe *Munychione* ad *exitum* vergente.

Caeterum de aetate *Pliſtoanactis* e ſtabilitis iam temporibus quaedam obſeruanda ſunt. Vidimus ſupra *Ol.* 80. $\frac{3}{4}$. aetate *pueruli* fuiſſe *Pliſtoanactem*, et ſub Tutore fuiſſe *Nicomede*. Inde colligimus illum ante *Ol.* 76. $\frac{3}{4}$. nondum *natum*. Aliter enim *Ol.* 80. $\frac{3}{4}$. XVIIm. aetatis annum, qui Ἔφηβος erat, attigiſſet. Vel inde obiter falſi vincitur *Diodorus*, cum obitum *Pauſaniae* patris refert ad *Ol.* 75. 4. Rectius ergo Nos *Pauſaniae* poenam *Ol.* 77 $\frac{1}{4}$ alligauimus. Sic autem fiet vt *Ol.* 80. $\frac{3}{4}$ aetate *duodecemni* minor ne quidem potuerit eſſe *Pliſtoanax*. Ita infra *quin-*

quennium contrahetur illius *Natalis*, vt fuerit ann. XII. *maior*, et *minor* tamen ann. XVII°. cum *tutelam* illius gereret patruus *Nicomedes*. Hoc autem, in quo verſamur, anno *exſilio* multatus eſt. Quaſi nimirum corruptus ab *Athenienſibus* ex eorum agro citius, quam oportebat, diſceſſiſſet. *Thucyd.* II. 2. Exſul erat per annos XIX. *Thucyd.* V. 16. Rediit ergo in patriam *Ol.* 88. $\frac{2}{3}$. Erat certe in ciuitate *Ol.* 89. 3. quo *pacis* Auctor erat inter *Athenienſes* et *Lacedaemonios*. Non autem *Ol.* 88. $\frac{1}{2}$. quo exercitum duxit *Cleomenes* patruus pro filio *Pliſtoanactis* *Pauſania* adhuc pupillo, et proinde aetate minorenni. *Thucyd.* III. 26. Natum ipſo Patris *exſilio* oportet fuiſſe *Pauſaniam*. Nec enim adeo diſtabat locus exſilii *Lycaeum* in *Arcadia*, nec exſilii erant adeo ſeuerae Leges, quin *vxori* fuerit ad illum aditus. Idque ſane neceſſe erat ſi illo quoque *anno* nondum legitimam *aetatem* attigerit. Nec obſtabat *Aſyli* ſanctitas. Domus enim a *Pliſtoanacte* habitatae *ſanctam* fuiſſe *partem* tantummodo dimidiam, docet *Thucydides* ipſe V. 16. et ex eo *Scholiaſtes*. Propter illos ipſos, *neceſſarios* quidem, ſed *profanos* tamen, vitae, vt videtur, vſus. Inde cauſa manifeſta eſt, cur, *Patre* etiamnum ſuperſtite, *Rex* tamen fuerit *Pauſanias*.

Firmat praeterea quae diximus de induciarum *tricennalium* tempore *Pauſanias*. Verba ſunt: Ταύτας ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι παραςησάμενοι τὸ δεύτερον Εὔβοιαν, ἔτει τρίτῳ τῆς Ὀλυμπιάδος ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος ἐνίκα στάδιον. El. I. 23. Quod Stadionicen *ter* victorem nullo tamen victoriae *numero* deſignarit, non eſt cur dubitemus quin *primam* illius victoriam in animo habuerit. Quod etiam redacta in Populi *Athenienſis* poteſtatem *Euboea*, inducias *initas* eſſe dixerit, id etiam dixit auctore *Thucydide*, ne dicam *Diodoro*. Id quoque accurate, quod anno *Olympiadis* 3io. aſſignarit. Huic enim *Olympiadis* anno conuenit *Munychion*, quo inducias *initas* fuiſſe probauimus. Haec ille ex induciarum Archetypo, quod in *Olympia* tum, ipſo ibidem *teſte*, proſtabat. Erat enim hoc in illorum temporum more receptum, vt foedera in *templis* ſanctiſſimis columnis inſcripta ſuſpenderentur, loci ipſius Religione conciliatura promiſſis fidem. Non tamen propterea *Olympiadem*, aut Olympiadis *annum* didicit ex illo Archetypo *Pauſanias*, ſed *Archontem* tantummodo quem in coaeuis ſibi Faſtis *Olympiadis* illius 83. 3°. poſitum repererat. Nondum enim *Olympiadum* vſus erat in *temporibus* deſignandis. Locum autem in *foederibus* fuiſſe *Archontibus* noſter docet ipſe *Thucydides*. V. 19. 25. Recte ergo noſter ſeſe habet *Archon Lyſimachides*. Anno enim *Olympiadis* exeunte *Pacem* factam oſtendimus. Id quoque multis iam horum temporum exemplis probauimus, anno *Olympiadis* exeunte *eundem* fuiſſe *Archontem* qui ſequenti *Olympiadis* anno Magiſtratum tenuerit *ineunte*. Sed vero *Ol.* 83. 4. *ineunte* ne quidem *Diodorus* ipſe alium *Archontem* agnoſcit a *Lyſimachide*. Obiter obſeruandum *alias* eſſe has *tricennales* inducias ab induciis hiſce ſimiliter *tricennalibus* *Lacedaemoniorum* cum *Argiuis*, quarum meminit noſter ipſe *Thucydides*. V. 14. 28. *Exibant* enim *induciae* cum *Argiuis* *Ol.* 89. 3. ſaltem *deſinente*. Hae noſtr e ante *Ol* 91. 1. exire non poterant. Nec partem fuiſſe *Argiuis* in his de quibus agimus, docent verba *Pauſaniae*. Εἰρήνης μὲν τῆς Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων τῇ Ἀργείων μὴ μετεῖναι πόλει. El. I. 23. Imo *antiquiores* fuiſſe *tricennales* inducias cum *Argiuis* exinde colligimus, quod *Argiui* fuerint ex his noſtris nominatim *excipiendi*.

Ant. *Chr.* 444. *Ol.* $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{1}$. XXXVII. Arch. *Praxitele*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXII°.

2us. annus induciarum *tricennalium* a *Munychione*.

Ad *Heſtiaeorum* in *Euboea* Vrbem *colonia* deducta, anno *ſuperiori* a *Pericle* expugnatorum. *Diodor. Ol.* 83. 4.

Thucydidis Periclı coaeui *Oſtraciſmus*. Huius *Thucydidis* meminit *Thucydides* noſter I. 117. *Miltiſii* filius. *Marcellin.* vit. Thucyd *Schol.* in *Ariſtophan* Acharnenſ. p. 405. et Veſp. 498. Φυγὴν ait fuiſſe *Idomeneus*, et Φυγὴν *Ariſtophanes* ipſe Veſp. ib. *Idomeneus* ἀειφυγίαν fuiſſe ait cum *bonorum* publicatione, et fugiſſe illum ad *Artaxerxem*. Schol. *Ariſtoph.* in Veſp. Ita ne quidem *Oſtraciſmus* fuerit. Seu autem *Oſtraciſmus* fuerit, ſeu *exſilium*, hunc *annum* fuiſſe colligo e *Plutarchi* verbis in *Pericle*. Sic enim habet: ἀλλὰ τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις, καὶ Μυρωνίδαις, καὶ Κίμωσι, καὶ Τολμίδαις, καὶ Θουκυδίδαις· μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀςρακισμὸν, οὐκ ἐλαττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν διήνεγκε, καὶ μίαν οὖσαν ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις στρατηγίαις ἀρχὴν καὶ δυναστείαν κτησάμενος, ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἀνάλωτον ὑπὸ χρημάτων. Locus eſt in *Periclis* Chronologia vtiliſſimus, idem tamen difficillimus vt recte intelligatur. Sententia autem eius, ſi quidem illam recte aſſequor, haec eſt. Nempe illum in πολιτείᾳ fuiſſe per annos in vniuerſum XL. ex quo *primum* ad Rempublicam accefferit. *Mortuus* eſt *Ol.* LXXXVII. $\frac{3}{4}$. vt infra videbimus. Ita *Ol.* 77. $\frac{3}{4}$. πολιτείαν inierit. Vno nimirum anno ſerior *Cimone*. Et quidem *Hiſtoria* ipſa ita illum inferiorem oſtendit vt fuerit tamen illi *Auctoritate* paene *par*. Primo quidem *Cimonis* ſectam ſecutus eſt. Poſtea illi ἀντεπολίτευσε, ipſe δήμου patronus cum *Cimon* καλοῖς κἀγαθοῖς ſeu εὐπατριδαις ſeſe addixiſſet ſua indole *Ariſtocraticus*. Ita effecit vt *Cimonem* ipſum in *Populi* gratia ſuperarit. Ipſe *caput* aduerſae factionis erat quae *Cimonem* in *capitis* periculum vocauit, a ſorore *Cimonis Elpinice* lenitus quo minus omnes eloquentiae ſtupendae vires in illum experiretur. Ipſe *Oſtraciſmi* Auctor erat qui *Cimonem* patria priuauit. Ipſe viceuerſa Auctor erat, cum cauſa Reipublicae id exigere videretur, eiusdem in *patriam* reuocandi. Ita *Cimonem* ipſum apud ſuos fauore tandem etiam ſuperauit. Itaque vt πολιτείᾳ *vnico* erat *anno* duntaxat *inferior*, ita etiam veriſimile eſt fuiſſe *natalibus*. *Natus* proinde *Ol* 70. $\frac{1}{2}$. et *ſeptuagenarius* adeo cum e vita decederet. Huius autem *quadragenariae* *Periclis* πρωτείας duas partes inuicem diſtinguit *Plutarchus:* priorem aliam annorum XXV. qua Reipublicae *praefuit* cum *aliis* diuerſae factionis aemulis; aliam, qua, *mortuis* aemulis, aut imperio *exutis*, ſolus paene praeeſſet ſine aemulo. *Priorem* Epocham hoc ipſo terminauit, in quo verſamur, *anno*. Nam aemulorum *vltimum* hunc ipſum fecit, de quo agimus, *Thucydidem*.

Sic enim *Lampo* vates vnicum portentoſi arietis cornu interpretatus eſt, ὅτι δυοῖν ὄντων ἐν τῇ πόλει δυναστειῶν, τῆς Θουκυδίδου καὶ Περικλέους, εἰς ἕνα περιστήσεται τὸ κράτος παρ' ὃ γένοιτο τὸ σημεῖον. Idem, cui illa debemus, alibi in eadem vita *Plutarchus*: Ἦν μὲν γὰρ ὁ Θουκυδίδης τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ πλεῖστον ἀντεπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον. Nec eſt cur id miremur quod πλεῖστον χρονον *Pericli* aduerſaretur *Thucydides*, cum poſt mortem *Ephialtis* et *Cimonis* illum *Pericli* oppoſuerint *Ariſtocratici*. Deceſſit *Ephialtes*, vt vidimus, *Ol.* 80. $\frac{1}{2}$. *Cimon Ol.* 82. $\frac{4}{4}$. cuius κηδεστὴς erat hic *Thucydides*. Inde ergo huius vltimae *factionis* in *Periclem* origo arceſſenda eſt. Et proinde *Oſtraciſmi* in illum lati *Periclem* Auctorem agnoſcit *Plutarchus*, quali vltimae in ſe factionis ducem. Τέλος δὲ, inquit, πρὸς τὸν Θουκυδίδην εἰς ἀγῶνα περὶ τοῦ ὀστράκου καταστὰς καὶ διακινδυνεύσας, ἐκεῖνον μὲν ἐξέβαλε, κατέλυσε δὲ τὴν ἀντιτεταγμένην ἑταιρείαν. Succeſſit enim *Cimoni* ſocer illius ille *Thucydides* in patrimonio καλῶν καγαθῶν quos δήμῳ opponit *Plutarchus*. Eaque factione oppreſſa, iam *ſolus* regnabat in Republica ſine aemulo *Pericles*. Occubuerat *Tolmides* biennio poſt *Cimonem* in praelio ad *Chaeroneam* in *Boeotos*. Superſunt ex hoc Catalogo aemulorum *Periclis Leocrates* et *Myronides*, quos ſcimus his temporibus fuiſſe, neſcimus autem quando deceſſerint. Ex hoc autem loco colligimus etiam illos ante hunc, in quo verſamur, annum fuiſſe *exſtinctos*. Sic ergo intelligimus hos XL. annos, vt *complexi* fuerint annos XV. quorum vltimo loco meminit; non autem vt ab illis *diſtincti* fuerint, numerumque cum illis cenſiti fecerint auctiorem. Nulli certe inter hos *Periclis* aemulos comparent his ipſis, quae dixi, temporibus vel paulo *antiquiores*. Nnon *Themiſtocles*, non *Ariſtides*. *Themiſtocles* ipſo illo anno, quo ad πολιτείαν acceſſit *Pericles*, *Oſtraciſmo* pulſus eſt, vt iam ſupra oſtendimus. Sed *poſt* illum aliquot annis ſuperfuit *Ariſtides*, quem tamen *Pericli* aemulum non legimus. Fauebat ille *Populo* ſimiliter ac *Pericles*. Caeterum *Xanthippo Periclis* patri *pares* erant *hi* potius quam ipſi *Pericli*. Quod ii *hoc* anno exſularit hic *Thucydides*, poſtea illum reſtitutum eſſe neceſſe eſt. Et quidem infra ſolenne *Oſtraciſmi* decennium. Poſtea enim ille στρατηγίᾳ ornatus eſt, vt infra videbimus e cognomine *Hiſtorico*. I. 117. Hoc ſi verum, ad *illum* potius quam ad cognominem *Hiſtoricum* retulerim quod intellexit *Pauſanias* de *Hiſtorico*. Nempe *Oenobii* opera fuiſſe reuocatum. Hoc enim ille de *Thucydide Olori* filio factum exiſtimat *Attic.* 23. Hoc autem Nos in cauſa *Hiſtorici* minime neceſſarium oſtendimus, ἀμνηστίας vniuerſalis beneficio redierit, a quo ſoli excluſi fuerint *Piſiſtratidae*. Sed multis poſt hanc στρατηγίαν annis exſilii *Thucydidis* huius mentio occurrit apud *Ariſtophanem* in *Acharnenſibus* et *Veſpis*. Nec vlla tamen mentio conceſſi in patriam *reditus*. Neſcio autem an inde colligi poſſit, aut *non* rediiſſe illum; aut hoc ſaltem tempore *nondum* rediiſſe, cum *exſilii* illius meminit *Ariſtophanes*. Fieri poteſt vt cum *Periclis* gratia redierit, quemadmodum vidimus rediiſſe *Cimonem*. Sic quoque fiet vt, *poſt* exſilium *Thucydidis*, ſolus dominatus fuerit in Ciuitate *Pericles*, nec vlla deinceps factio illi *aduerſa* caput extulerit. Id ergo vult, ni fallor, XV. his poſtremis annis *Periclem* in annuis στρατηγίαις perpetuo fuiſſe delectum. Quod ita interpretatur *Plutarchus*, quaſi pro vna ἀρχῇ et δυναστείᾳ habenda eſſet ἀρχὴ illa στρατηγικὴ toties repetita, nec vnquam deinceps interrupta. Ita obſeruauit idem in *Pelopida*, tam memorem fuiſſe liberatae a praeſidio *Lacedaemoniorum Cadmeae* patriam, vt perpetuam etiam ipſe habuerit vel Βοιωταρχίαν vel Ἱππαρχίαν. *Nallo* certe anno per *multos* annos honore aliquo *annuo* carentem. Hinc ergo diſcimus, et *annuas* fuiſſe, vt diximus, στρατηγίας, pro eodem exemplo, quo erant etiam apud *Romanos* munera pleraque iure *gladii* inſtructa, *Conſulatus* et *Praeturae*, et *Proconſulatus* et *Propraeturae*; Et ab hoc anno vsque ad mortem *Periclis*, perpetuo illum in στρατηγίᾳ fuiſſe, etiam cum nulla tamen illius στρατηγίας occurrit *diſerta* mentio in *hodiernis* Hiſtoricis. Haec certe *ambo* vtiliſſima ſunt in illius *Seculi* Hiſtoria *Attica*, atque *Chronologia*. Habuit praeterea *Ius* aliquod ſingulare in στρατηγοὺς *annuos*; ſeu *ipſos* στρατηγοὺς *deſignarit*, vel *excluſerit*; ſeu fortaſſe potius *Prouincias* illis aſſignarit, et *copias*. Sic enim *Cimonis* filium *Lacedaemonium* X. duntaxat nauium claſſe inſtructum miſit ad *Corcyraeos*; dedito, vt credebatur, conſilio, ne quo nouo facinore familiam illuſtrem inſigniret, et factionem καλῶν καγαθῶν, cui olim praefuerat pater *Lacedaemonii Cimon*, et poſt illum antiquior ille *Thucydides*, iam penitus oppreſſam diſſipatamque denuo reſtauraret. Sic enim in *Pericle Plutarchus*. Vid. infra *Arch.* XLIX. I.

Ant. *Chr.* 443. *Ol.* LXXXIV. $\frac{1}{2}$. XXXVIII. Arch. *Lyſania*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die XO.

3ius. annus inducarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Bellum inter *Thurios* et *Tarentinos*. Diodor. *Ol.* 84. I.

Hoc anno *Ol.* 84. $\frac{1}{2}$. *Praxitelem* Archontem exhibebant Faſti a *Plutarcho* vſurpati. Tum enim in coloniam *Thuriorum* conceſſiſſe dicit *Lyſiam*. Addit *Dionyſius* hoc anno *Lyſiae* XVO. contigiſſe, non autem ante Bellum *Peloponneſiacum* XIIO. quae notae ambae non alium ab *hoc*, in quo verſamur, annum deſignant. Ita *ſuperiori* anno inferendus fuerit *Bion*, a *poſteriori* autem excludendus, pro faſtis *Dionyſii* (qui iidem fuiſſe videntur cum *Diodorianis*) atque etiam fortaſſe *Plutarchi*. Ad priorem autem, vt Nos, annum coloniam *Thuriorum* retulit *Plinius*, qui eam anno *Varroniano* aſſignauit CX. De *Herodoto* hoc obſeruauit *Plinius*, miſſo pariter ab *Athenienſibus* ac miſſus fuit ab iisdem *Lyſias*.

Ant. *Chr.* 442. *Ol.* LXXXIV. $\frac{3}{3}$. XXXIX. Arch. *Diphilo*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXXO.

Diphilus Archon. Ol. 84. 3. *Diod. Dionyſ.*

4us. annus inducarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Sub hoc *Archonte* Ἐρετριακὸς κατάλογος. Nempe ψήφισμα de obſidibus e ditiſſimorum filiis capiendis, ad fidem *Ereſiorenſium* ſuſpectam obligandam. *Heſych.*

Et *Phot.* Lex. MS. in voce Ἐρετριακὸς κατάλογ. Spectant haec ad *Euboeam* ante *triennium* a *Pericle* in fidem *Athenienſium* receptam, vti etiam colonia *Heſtiaeorum* deducta ante *biennium*.

Ant. *Chr.* 441. *Ol.* LXXXIV. $\frac{3}{4}$. XL. Arch. *Timocle*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIX°.

5us. annus induciarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Hoc anno *Ol.* 84. 3. *Archonte* tamen *ſuperiori*, Pacem vbique agnoſcit *Diodorus*. *Graecis* ſecum inuicem, propter has *tricennales* inducias: et cum *Perſis* propter foedus duplex; aliud *Athenienſium*, quo *Graecis Aſianis* libertas aſſerebatur; aliud *Lacedaemoniorum*, quo prodebatur eadem libertas. Et in *Sicilia*, *Italia*, *Gallia* et *Hiſpania*. Proinde πολεμικὴ μὲν καὶ ἀξία μνήμης πρᾶξις οὐδεμία συνετελέσθη κατὰ τούτους τοὺς χρόνους.

Ant. *Chr.* 440. *Ol.* $\frac{84}{85}$. $\frac{4}{1}$. XLI. Arch. *Myrichide*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die VI°.

6us. annus induciarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Hoc induciarum *anno* Bellum inter *Samios* et *Mileſios* de *Priene*. Victi *Mileſii* apud *Athenienſes* accuſant *Samios*, et nonnulli etiam ex ipſis *Samiis* νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν. Proinde *Samiis* iudicio *Athenienſium* non ſtantibus, *Pericles* cum claſſe Oligarchiam diſſoluit, *Plutarch.* Δημοκρατίαν κατέστησεν. *Thucyd.* I. 115. Obſidibus captis quos in *Lemno* depoſuit, et *praeſidio* relicto diſceſſit. Haec ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἅπαντα. *Diodor. Ol.* 84. 4. *Samii*, reuerſo *Pericle*, εὐθὺς ἀπέστησαν. *Plutarch.* Pericl. Adiuti a *Piſſuthne Hyſtaſpis* filio, qui *Sardibus* praeerat, *Samum* occupant, *Democratiam* eiiciunt, *obſides* e *Lemno* ſurripiunt, *praeſidium Athenienſium*, et *praefectos* ſuos *Piſſuthni* tradunt, trahuntque in defectionis conſilium etiam *Byzantios*. *Thucyd.* I. 115. Redit ergo *Pericles*, vincitque *Samios* nauali praelio ad inſulam *Tragiam Samo* propinquam. Tum nouo auxilio ab *Athenis* auctus *Samios* obſidet. Conuerſo autem in *Phoenicum* claſſem *Pericle*, *Samii* eruptione facta claſſem *Periclis* vincunt, et *maris* imperium obtinent per dies XIV. nempe *Meliſſo* Philoſopho duce, vt docet *Plutarchus*. Reuerſo *Pericle*, rurſus victi *Samii*. Plutarch. Rurſus κατεκλείσθησαν. *Thucyd.* I. 116. 117. Nouis deinde auxiliis firmatus *Pericles Samum* IX°. menſe expugnat. *Plutarch.* Pericl. *Thucyd* I. 117. Eadem, vt videtur, στρατηγία, eodemque proinde *anno* Inter auxiliorum duces *Thucydides* praedictus. Iam proinde ciuitati reſti tutus, qui tamen *Pericli* deinceps non aduerſabatur. Ξυνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑπήκοοι εἶναι. *Thucyd.* I. 117. Ἀθηναίοις δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις μέχρι τούτων τῶν χρόνων αἱ τριακονταετεῖς σπονδαὶ διέμειναν ἀσάλευτοι. *Diodor.*

Ant. *Chr.* 439. *Ol.* LXXXV. $\frac{1}{2}$. XLII. Arch. *Glaucide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXVI°.

7us. annus induciarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Ant. *Chr.* 438. *Ol.* LXXXV. $\frac{2}{3}$. XLIII. Arch. *Theodoro*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XV°.

8us. annus induciarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Ant. *Chr.* 437. *Ol.* LXXXV. $\frac{3}{4}$. XLIV. Arch. *Euthymene*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die III°.

9us. annus induciarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Colonia *Nouemuialis* ab *Agnone* deducta hoc *Archonte*, et ab *Agnone Amphipolis* appellata. *Diodor. Ol.* 85. 4. Schol. MS. in *Aeſchin.* περ. Παρπρ Fragm. ſupra editum. Et *ſitus* aſſeritur e *Thucydide* IV. 102.

Προπύλαια Acropolis hoc *Archonte* condi coepta. *Philochorus* IV. *Quinquennio* abſoluta. *Heliodor.* I. de Acrop. *Athenienſi.* Haec ex *Harpocratione* Προπύλ. Adſtipulatur aliquatenus *Plutarchus:* Τὰ δὲ Προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ. *Pericle.* Nempe auctore ipſo *Pericle*.

Ant. *Chr.* 436. *Ol.* $\frac{85}{86}$. $\frac{4}{1}$. XLV. Arch. *Bione*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXII°.

Hic *verus* eſt locus *Bionis* Archontis, vt ſupra oſtendimus.

10us. annus induciarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Bellum *Corcyraeorum* cum *Corinthiis* de *Epidamno*. *Ol.* 85. 2. *Diodorus*. Peſſime Κυμαίνοντος ἤδη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου. *Plutarch.* Pericl. Οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον Bello *Samio*, rebusque in eo a *Pericle* geſtis. *Thucyd.* I. 118. Itaque ſpatio plusquam *annuo*, nec tamen annis *multis*. Nam quam *procliues* fuerint ad Bellum, e praedictis *Plutarchi* verbis cum *Diodori* verbis ante *quadriennium* relatis apparet. *Multis* antea *annis* ſeditionibus inteſtinis attriti *Epidamnii*, tandem potentiſſimi quique Vrbe a *plebe* expelluntur. Hi barbaris adiuncti *Epidamniorum* agrum populantur. Ad *Corcyraeos* conditores conuerſi auxilium flagitant Vrbis poſſeſſores. Ab his reiecti oraculum *Delphicum* conſulunt de colonia *Corinthiis* vt *conditoribus* dedenda Hoc ſcilicet obtentu, quod ducem *Corinthium*, cum deducerentur, habuerint *Phalium Eratoclidae* filium *Heraclidem*. Idque, ſuadente *Oraculo*, faciunt, miſſis de *deditione* legatis ad *Corinthios*. Illos ergo in tutelam recipiunt *Corinthii*, mittuntque cum *praeſidio* nouos etiam *colonos*. Iubent e contra *Corcyraei* vt hos eiicerent, exſulesque reciperent. Detrectantibus *Epidamniis* bellum inferunt, Vrbemque ipſam obſident. *Corinthii*, hoc audito, nouos *colonos*, et nouum etiam *exercitum*, parant, qui obſeſſis ſuppetias ferrent. Tum, miſſis vltro citroque *legatis*, ad *Bellum* ſeſe vtrinque accingunt, tam *Corcyraei*, quam *Corinthii*. Haec *Thucyd.* I. 24. 25. 26. 27. 28.

Ant. *Chr.* 435. *Ol.* LXXXVI. $\frac{1}{2}$. XLVI. Arch. *Lyſimacho*, a *Gamelione*. Nempe a *Februarii Iuliani* die X°.

Hic Archon πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, et *Ol* 86. *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Iſocrate. Accenſito, vt ſolet ille, vtroque *extremo.*

IIus. annus induciarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione.*

Hic annus eſt Natalis *Iſocratis*, et Natalis etiam *Archon. Dionyſ. Hal.* in Iſocrat. *Laërt.* Platon. III. 3. *Plutarch.* x. Rhet. in Iſocrat. *Platone* maiorem ſeptennio *Plutarchus* facit, *Laërtius* tantummodo ſexennio. Hos ita inuicem conciliat *Meurſius*, vt *Laërtium* e *Plutarcho* corrigendum eſſe cenſeat. Quaſi vero eadem fuiſſet concordia in *Archonte* Natali *Platonis*, quae fuerat in illo ſub quo natus traditur *Iſocrates.* Et tamen, fateor, qui *vnum* annum huic numero detraxit *Laërtius*, illum ſub *Archonte* ſeriori *Platonis* annum Natalitium ſtatuere, nempe *Aminia*, quem ſolum habuit in animo hoc in loco *Meurſius* Arch. Att. III. 2. Capite autem ſequenti 3. ipſe quoque obſervauit alia omnia ſentire *Athenaeum*, et ſuperiori *Archonti Apollodoro* aſſignatum ab eo fuiſſe *Platonis natalem.* Ita *natus* fuerit etiam ſub *Archonte* a natalitio *Iſocratis* tantummodo VIo. qui ſi *Aminia Archonte* fuerit in lucem editus, neceſſe erat vt ſub *Archonte* poſt *Iſocratis* Natalem VIIo. naſceretur. Inde intelligimus vtriusque ſententiae fuiſſe fideiuſſores. Videamus ergo vtra verior ſit. Inde enim optime colligemus verum *interuallum* inter vtriusque Natales. Conueniunt omnes *Thargelionis* VIIo. natum eſſe *Platonem.* Conueniunt etiam *Archonte* deceſſiſſe *Theophilo Ol.* CVIII. 1. In eo non conueniunt, *quotum* egerit, cum defungeretur, *aetatis* annum. *Neanthes* illi *Cyzicenus* annos tribuebat LXXXIV. *Laërt.* III. 3. Sed *nondum* conſtitutis Chronicis *Grammaticorum* Canonibus. Proinde minus audiendus quum ſint illi paulo *iuniores*, qui collatis inuicem maiorum *Traditionibus* inuicem discrepantibus, exinde colligebant quid *propius* ad veritatem accederet, vtpote Phaenomenis magis conſentaneum. Erant ergo aliae ſententiae vno inuicem anno discrepantes, facileque inuicem conciliandae. *Hermippus* Vitarum Scriptor (ſi quidem *Ioſephum* audiamus) accuratiſſimus annos *Platonis* numerauit LXXXI. cuius fidem ſequitur Scriptor *iunior* quidem, ſed inter iuniores *accuratiſſimus*, *Cenſorinus.* LXXXII. eiusdem annos habet *Athenaeus*, ſententia in *ſpeciem* alia, *reuera* eadem cum illa quam ſequebatur *Hermippus.* Modum, quo inuicem concilientur, docuit *Seneca* Ep. 59. Docet enim ipſo exceſſiſſe die *natali.* Impleverat ergo annum aetatis LXXXIm. et ad annum nouum LXXXIIm. ſpectabat ipſe ille *natalis.* Haec ergo ſententia videtur fuiſſe veriſimilior. Proinde qui *menſe* exceſſit *Thargelione*, is *Archontis* anno *exeunte* mortuus fuerit oportet. Anno nimirum *Varroniano* illo qui reſpondet *Ol.* 108. $\frac{1}{2}$ qui erat certe 407. Detrahantur inde anni LXXXI. integri. Relinquetur an. *Varr.* 326. qui cum *Ol.* $\frac{87}{88}$ $\frac{4}{4}$ concurrit, vt e noſtris apparet *Tabulis.* Ita *Thargelione* natus fuerit *Plato* qui in Magiſtratum incidit *Aminiae Ol.* 87. 4. exeunte. Inde occaſio *Apollodoro* natalem eius *Ol.* 88. 1. imputandi, quod illo reuera *anno* natus fuerit quo *coeperit Ol.* 88. 1. ſed *poſt* illius *natalem.* Anni enim antiquiſſimum *initium*, ideinque apud gentes diuerſas conſentientiſſimum, a *tempeſtate* proceſſit *Verna*, vt conſtat ex *Herodoto.* Nempe rerum *gerendarum* exordium hoc ſtatuente ipſa natura. Sed *Canones Chronici* per *Olympiades* digeſti *hunc* annum fere *medium* diuimebant. Inde factum, vt annis aliis ad *Olympicos* redactis, res *Vere* geſtae ad annum *illum* referrentur quo *coeperint*, ſed *Vere* tamen *exacto*, anni *Olympici.* Inde etiam facilis anſa errandi illis, qui *Platonis* ortum ad *Archontem* potius *Apollodorum* referendum exiſtimarint. Obſeruauerint nimirum menſem *Thargelionem Vernalem*, qua naſcebatur *Plato*, ad *Archontem ſuperiorem* ſpectare, ſi ad illos *Canones Chronicos* exigeretur, qui *Archontem Aminiam* ad annum *Horographum*, quo *inibat Aminias*, retuliſſent, non autem ad illum quo Magiſtratum *ab*[illegible]*t.* Hic ergo, ſi rem acu tetigerimus, *natusque* fuerit *Plato Thargelione* illo qui *Archonte* erat *Aminia*, ſi verior erit ſententia illa quae *ſeptennio* iuniorem *Iſocrate* fecerit *Platonem* Tot enim *medii* erant anni inter hunc, in quo verſamur, annum, eumque quo *natum* probauimus *Platonem. Ol.* $\frac{87}{88}$ $\frac{4}{1}$. Addit *Dionyſius* hunc annum *Iſocratis* natalem, vm fuiſſe ante Bellum *Peloponneſiacum.* Nempe duobus terminis incluſis, pro more apud *Dionyſium* receptiſſimo. Sic enim ſolet *Conſules* in *Faſtis* numerare *Romanis.* Et vus erat, etiam *initio excluſo*, ſi Belli *initium* ab impreſſione *Lacedaemoniorum* cenſeatur, quae *Archonte* facta eſt *Euthydemo.* Difficilius eſt rationem reddere quomodo hunc Archontem *Iſocrati* natalitium annis XXII. poſt *Philoclem Lyſiae* natalitium numerent tam *Dionyſius*, quam *Plutarchus.* In ſerie noſtra XXIIIus. *Archon* eſt ille *Philocles*, huius autem anni *Lyſimachus* XLVIus Nec aliter in ſerie *Diodori.* Ibi *Archon Philocles eſt Ol.* 80. 2. *Lyſimachus Ol.* 86. 1. Idem ſcilicet cum eo quem ipſe *Nauſimachum* appellat. Vtrobique interuallum XXII. annorum non aliter eſt quam *reiectis* ambobus *extremis.* Siccine ergo intelligendi ſunt? Ita certe niſi *Faſtos* habuerint *ambo* qui *Philoclem* in annum *inferiorem* deiecerint, et *Bionem* vtroque loco excluſerint, cum *ſingulos* Faſtos auctores haberent, qui eum locis *ſingulis* ſigillatim excluſiſſent. Facile id fieri potuit ſi et *Archontes duos* addiderint, quos Nos *addendos* eſſe probauimus, et *retinuerint* tamen, quem Nos *excludendum* eſſe probauimus, *priorem* illum *Lyſaniam.* Sed *priorem* noſtrum *Archontem Ariſtidem* ne quidem Faſtos *illos* agnouiſſe probauimus, quibus vſus eſt *Plutarchus*, a *Diodorianis* alios. Nec alios *Dionyſio* fuiſſe a *Diodorianis* exinde ſuſpicio eſt, quod ipſis *Olympiadum* initiis illos ſemper *Archontes* agnoſcat, qui, pro *Diodori* rationibus, erant illis ipſis in *locis* agnoſcendi. *Priorem* ergo rationem hic neceſſario admittendam exiſtimo, de *mediis Archontibus* XXII. ambobus *excluſis extremis*, quae tam *noſtris* Faſtis conſentanea eſt, quam et *vitioſis* illis *Diodori* et *Dionyſii* atque etiam *Plutarchi.* Nec vllum inde Argumentum ſperandum eſſe cenſeo quo alius aliquis veterum Faſtorum error detegatur atque emendetur.

Praelium nauale *Corinthiorum* cum *Corcyraeis*, quo victores *Corcyraei.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ *Epidamnii* ad deditionem a *Corcyraeis* coacti. Τοῦ χρόνου τὸ πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν *Corcyraei* Maris imperium obtinent, et ſocios *Corinthiorum* claſſe ſua vexant. Περιόντι

τῷ θέρει *Corinthii* classem et exercitum sociis in subsidium mittunt. Περιόντι, ἐνισταμένῳ. Schol Περιεῖναι, ἔτι μέλλειν. *Hesychius*. Et sic, ni fallor, *Xenophon*. Proinde ante *Aestatem* praelium. Idque ostendunt verba, paucis interpositis, sequentia: Ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι, χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου ἑκάτεροι. *Thucyd.* I. 29 30. Inde colligitur, *anni integri* haec esse gesta. Haec *Diodorus*. *Ol.* 85 3.

Ant. *Chr.* 434. *Ol.* LXXXVI. $\frac{2}{3}$. XLVII. Arch. *Antilochide*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XXXO.

12us. annus inducIarum *tricennalium*, a *Munychione*.

Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸν ὕστερον, *Corinthii* apparatui in futurum cum *Corcyracis* bellum insumserunt. *Thucyd.* I. 31. Quae Ego de *biennio integro* intellexerim. Nam *superioris* anni *fine* vtrosque sese domum recepisse testis est *Thucydides*. *Duas* ergo iude *Aestates duasque Hyemes* belli futuri apparatui insumtas, intelligo, pro modo anni *Thucydidei*. Ita *tertio* demum *anno* a praelio *nauali* anni superioris; hinc autem *secundo* ineunte, *Vere* scilicet, *Aestatis Thucydideae* parte *priori*, bellum denuo vtrinque instaurarunt. Intervallum autem *anni vnici* tantummodo, non vero *biennii* agnoscit *Diodorus*. Hic quoque perperam.

Ant. *Chr.* 433. *Ol.* LXXXVI. $\frac{3}{4}$. XLVIII. Arch. *Charete*, a *Gamelione*. Nempe a *Ianuarii Iuliani* die XIXO.

13. annus inducIarum *tricennalium*, a *Munychione*.

2o. hoc apparatus anno *Corcyraei*, cum alienos viderent a Pacis consilio *Corinthios*, Sociorum auxilia vndequaque quaerere; ipsi quoque *Athenienses* de auxiliis sibi mittendis solicitant. *Diodorus Ol.* 86. I. Perperam. Ad *hunc* certe annum referendae contrariae illae, apud *Thucydidem*, ex vtraque parte *legationes*, tam *Corcyraeorum*, quam *Corinthiorum*. Thucyd. I. 31. ad 44. Post bellum cum *Samiis*, quo per *Corinthios* stetit, quo minus *Samiis* subuenirent *Peloponnesii*. Thucyd. I. 41. Iam *Lacedaemonii* πολεμησείοντες. *Thucyd.* I. 33. ὑπαρχούσας πρότερον διὰ Μεγαρέας ὑποψίας. *Thucyd.* I. 42. Suspicio illa a *Periclis* Ephesmate in *Megarenses* nata, quod causam proximam Bello *Peloponnesiaco* praebuisse omnes agnoscunt; *Thucydides* certe I. 139. Haec certe proxima gestis anni *sequentis* fuisse necesse est.

Ant. *Christ.* 432. *Olymp.* $\frac{86}{87}$ $\frac{4}{1}$. XLIX. Arch. *Apseude*, a *Gamelione*. *Febr* Iul. VIO. L. Arch. *Pythodoro*, ab *Hecatomb. Iul.* Iul. XVIO.

14. annus inducIarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Biennio apparatus elapso, rursus Bellum cum *Corcyracis* aggrediuntur *Corinthii*. Decem naues mittunt *Corcyracis Athenienses* οὐ πολὺ ὕσερον quam discessissent *Corinthiorum* legati, duce *Lacedaemonio Cimonis* filio etc. *Thucyd* I. 45. *Corinthii* cum *Corcyracis* praelio nauali decertant, victoria dubia. Mox nouis *Athenienſium* nauibus a *Pericle* postea missis in conspectum venientibus, praelium detrectant *Corinthii*, et domum se recipiunt. *Thucyd* I. 46. ad 55. Haec anni huius, vt videtur, *initio*, Mari *aperto* primo, vt e sequentium nexum constabit. *Diodorus* haec *Ol.* 86. I. Perperam.

Εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν, *Athenienses*, *Potidaeatarum* fidem suspectam habentes, mittunt cum classe *Archestratum Lycomedis* filium, vt obsides a *Potidaeatis* exigerent, et *muros* eorum demolirentur, cauerentque ne *proximae* etiam *ciuitates* deficerent, ipsae quoque suspectae, a fide desciscerent, *Chalcidenſium* scilicet et *Bottiaeorum*. *Potidaeatas* enim *Corinthii* et *Perdiccas* Rex *Macedoniae* ad defectionem solicitabant; *Chalcidenses* autem et *Bottiaeos* ipse *Perdiccas*. De mittenda ergo *Athenas* legatione cogitant *Potidaeatae*. Ita tamen *defectionem* properabant vt appulsae *Athenienſium* naues tam illos quam et alias suspectas ciuitates defectionem *feciſſe* comperirent. Itaque *Philipo* et *Derdae Perdiccae* hostibus socia arma inngunt, bellumque *Perdiccae* inferunt. *Thucyd* I. 56. 57. 58. 59. Ibi *Therma* potiuntur, *Pydnamque* obsident, antea quam secunda *Athenienſium* auxilia veniens. *Thucyd.* I. 60. 61.

Ἐν τούτῳ. *Verbibus* praedictis nempe *deficientibus*, et classi *Atticae* adhuc in *Macedonia* versante, *Corinthii* suppetias *Potidaeatis* mittunt, duce *Aristeo Adimanti* filio, qui etiam *Thraciam* venit τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ex quo *Potidaea* defeciſſet. *Thucyd* I. 60. Nuncio accepto de *Potidaeatarum* defectione, et missis eo *Corinthiorum* auxiliis, *Callias Calliadis* filius *Athenis* missus qui *Archestrati* exercitum *Therma* potitum, et *Pydnam* obsidentem offendit. Huius pater *Calliades* idem, fortasse, *Archon* erat cum veniret *Xerxes*, *Ol.* $\frac{74}{75}$ $\frac{4}{1}$. Hi suis iuncti *Pydnam* oppugnant. Postea, pace cum *Perdicca* facta, *Athenienſium* exercitus vterque *Macedonia* discedit, et frustra tentata *Beroea*, pedestri deinde itinere *Potidaeam* versus proficiscuntur. Τριταῖοι *Gigonum* assequuntur. *Thucyd.* I. 61. Tum praelium cum *Aristeo* et *Corinthiis*. Thucyd. I. 62.. Hoc praelio victores *Athenienses*, cadente tamen *Callia* eorundem duce. *Thucyd.* I. 63. Εὐθὺς *Isthmum Pallenenſem* muro circumuallant. Sic tamen vt *Pallenen* versus ἀτείχιστος esset. Hoc cum audirent *Athenienses*, nouam vim militum 1600 suorum miserunt, duce *Phormione*. Χρόνῳ ὕστερον, qui tamen admodum *diutinus* esse non potuit, cum a vallo illo nouorum auxiliorum mittendorum occasionem acceperint, quod nec ipsum potuit, pro *Atticae* disciplinae celeritate, morae esse diutinae. *Thucyd.* I. 64. His nouis auxiliis aucti *Potidaeam* vtrinque claudunt, tam a *mari* quam etiam a *terra*. Haec ergo Epocha est certissima, vnde, quae diximus, reliqua vniuersa pendent. VIO. enim huius obsidionis *mense* insidias *Thebanorum* in *Plataeam* statuit *Thucyd.* II. 2. Imo μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην ib. Inde colligitur, χρόνον illum inter *praelium obsidionemque* medium fuisse brevissimum. Insidias illas *sequenti* anno, mense *Munychione*, fuisse probabimus. Et quidem *desinente*. Mensis erat *Archontis Pythodori* XUS. Itaque praelium eiusdem *Archontis* mense

fuerit IVo. *Maemacterione*, qui *Octobris Iuliani* die inibat IIIo. pro noſtris *Tabulis*. Inde iudicandum de reliquis quae Nos *huius anni* fuiſſe cenſuimus. Hinc certo conſtat, hoc idem praelium ad *Ol.* 86. 2. perperam retuliſſe *Diodorum*. Huius *vnius* anni geſta *duobus* recenſet annis, propter *duos*, vt videtur, *Archontes*. Nec enim vllam ſuſpicionem fuiſſe puto de *Magiſtratu Apſeudis* tantummodo *ſemeſtri*. Hoc tamen ſupponit *Thucydides* ipſe cum a fuga *Xerxis* ad initium Belli *Peloponneſiaci* annos numerat *quinquaginta*. I. 118. Numeretur huius interualli annus vterque *extremus*, ab *Ol.* 75. 1. ad *Ol.* 87. 1. Non tamen conſtabit numerus, niſi huius etiam *Archontis* Magiſtratus accenſeatur.

Poſt hoc *praelium*, arctiori obſidione clauſa *Potidaea*, *Corinthii Lacedaemonios* ad bellum in *Athenienſes* decernendum impellunt, tandemque votis potiuntur. Nempe anno ab induciis *tricennalibus* XIVo. *Thucyd.* I. 78. Et tamen poſt praelium *Pallenenſe*. Imo obſeſſa iam *Potidaea*. Thucyd. I. 67. Proinde mora inter *praelium obſidionemque* breuiſſima. Hinc apparatus *Lacedaemoniorum* ad Bellum, ſpatio *minus* quam *annuo* ante irruptionem in *Atticam*: Ἐνιαυτὸς μὲν οὐ διετρίβη, ἔλασσον δέ. *Thucyd.* I. 125. *Nouem* nempe *menſium*. Irruptio enim in *Atticam* ἡμέρᾳ ὀγδοηκοστῇ μάλιστα, poſt res geſtas ad *Plataeam*. Thucyd. II. 19. Nempe menſe *tertio*. Res enim ad *Plataeam* geſtae menſe *ſexto* poſt praelium, vt ſupra. Haec ſane irruptio eadem fuiſſe videtur, quam polliciti fuerant *Potidaeatis Lacedaemonii* ſi ab *Athenienſibus* deſciſcerent. *Thucyd.* I. 58. Sic fiet vt alio quam hoc anno *Potidaeatarum* defectio eſſe *non* potuerit, ſi quidem promiſſa *tunc* irruptio anno proxime *ſequenti* contigerit. Et quidem *Vere* elapſo, annique tempeſtate rebus *bello* gerendis idonea, ſi quidem *promiſſa* irruptio in *alium* fuerit *annum* differenda. Ita anni huius *initio* ſpatium ſupererit ſatis laxum *praelio*, de quo diximus, *Nauali*, vt ſub *Archonte* ſemeſtri *Apſeude* praelium ipſum ſatis commode ſtatui potuerit.

Porro dignum animaduerſione eſt, quod hic legimus, propterea *Perdiccam Athenienſibus* hoſtem eſſe factum, cum antea *amicus* fuiſſet, quod *Philippo* et *Derdae* κοινῇ πρὸς αὐτὸν ἐναντιουμένοις *Athenienſes* ξυμμαχίαν feciſſent. *Thucyd.* I. 57. *Philippum Perdiccae* fratrem agnoſcit ipſe *Thucydides*. *Derdas* quis fuerit, docet, neſcio quo Auctore, *Scholiaſtes*. Conſobrinum enim fuiſſe dicit *Perdiccae* et *Philippi*, filium autem *Aridaei*. Δέρδας, Ἀριδαίου παῖς, ἀνεψιὸς Περδίκκα καὶ Φιλίππου. Sic alium a *Philippo* fratrem habuerit *Perdiccas Aridaeum*. Filium autem *Amyntam*, teſte *Thucydide*, habuit hic *Philippus*. *Thucyd.* II. 95. Alium profecto ab *Amynta* quem *Archelao* ſucceſſiſſe ſtatuit *Syncellus*. Is enim alterius *Aridaei* filius fuiſſe dicitur, qui patrem habuerit etiam *Amyntam* alium, fratrem *Perdiccae* et filium communis cum *Perdicca* patris *Alexandri*. Etiam *Pauſaniam* exhibet ex illa *Macedonum* ſtirpe *Thucydides*. I. 61. De illo ita Scholiaſtes: Οὗτος ὁ Παυσανίας, κατὰ μέν τινας, υἱὸς τοῦ Δέρδου, κατὰ δὲ ἄλλους, ἀδελφός. Ita erant incerti, de huius ſeculi rebus, etiam *veteres* illi *Grammatici*, quibus ſua dempſit *Scholiaſtes*. Fieri poteſt vt hic idem fuerit *Pauſanias* quem Nos ſupra *Ol.* 95. 3. *Amyntae* ſucceſſiſſe diximus. Vid. *Ol.* 81. 3. Et quidem e Ciuilibus hisce *Macedonum* bellis a *Thucydide* memoratis, explicari fortaſſe poterunt difficiles illae, quae toties in Regum *Macedonicorum* occurrunt ſucceſſione, vices. Erant enim in *Macedonia* plures ditiones illis ipſis temporibus de quibus agit *Thucydides*, quae plures habuerint *ſeorſim* Reges. Sic enim habet: Τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ Λυγκησταὶ, καὶ Ἐλειμιῶται, καὶ ἄλλα ἔθνη ἐπάνωθεν, ἃ ξύμμαχα μέν ἐστι τούτοις καὶ ὑπήκοα, βασιλείας δ' ἔχει καθ' αὑτά. II. 99. Ab his aliam fuiſſe dicit *Macedoniam* ab *Alexandro Perdiccae* patre poſſeſſam, περὶ θάλασσαν, et ab *Alexandri* maioribus *Temenidis*. Innuit nimirum plura tum poſſediſſe *Perdiccam*, quam ab *Alexandro* patre acceperat, coronae *Macedonicae* obnoxia. Nempe ab his ipſis, quos diximus, Principibus erepta, quibus fauebant *Athenienſes*. *Inferiorem* enim *Macedoniam* fuiſſe docet, ἧς ὁ Περδίκκας ἦρχε. Iure ſcilicet auito et *haereditario*. Habebat ergo alia iure *belli* quaeſita quae illius belli *occaſionem* dederant, quo, partibus illi aduerſis, auxilia dederant *Athenienſes*. Tam enim *Philippum* fratrem quam etiam *Derdam*, Regnis exuerat *Perdiccas*. Munera enim *Sitalci* promiſerat *Perdiccas* pacto illo vt *Philippum* fratrem πολέμιον ὄντα μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ. *Thucyd.* II. 95. Regnum praeterea illud *Philippi* vbinam ſitum fuerit, idem docet *Thucydides*. *Dobero* enim profectum *Sitalcem* dicit εἰς τὴν Φιλίππου πρότερον οὖσαν ἀρχὴν irrupiſſe, et *Idomenen* occupaſſe vi, deinde *Gortyniam* et *Atalantam* in deditionem accepiſſe, in gratiam *Amyntae*, qui aderat ipſe, *Philippi* filii. II. 100. Erat nimirum illa *Macedonia ſuperior* quam *inferiori* et *maritimae* opponit *Thucydides*, quae ad *Perdiccam* ab *Alexandro* et maioribus *Macedoniae* Regibus iure *haereditario* deſcenderat. Haec ſi vera, non a patre *Alexandro*, ſed alio aliquo iure, *Philippus* hoc Regnum conſecutus fuerat, quo tamen fuerit a *fratre* ſpoliatus. A *Philippo* autem ad *Amyntam Philippi* filium iure deſcendit *haereditario*. Hoc ergo ius ſuum vendicabat *Philippus* ipſe ab *Athenienſibus* adiutus, qui tamen non diu poſtea defunctus eſt. Nam cum *Perdiccam Sitalces* aggrederetur, tum non amplius *Philippum* legimus, ſed *Amyntam* eius filium, quem adiuuerit *Sitalces*. Erat illa *Sitalcis* Expeditio *Ol.* 87. 3. *exeunte*. Hoc ergo ſpatio obierat *Philippus*. Paulo, vt videtur, ante illam ipſam *Sitalcis* Expeditionem. Cauſa enim Expeditionis erat, quod fidem fefelliſſet *Perdiccas* in promiſſis *Sitalcis*, de *Philippo* non adiuto, factis. Nihil hic de *Amynta* non adiuto *Thucydides*. Facile vel inde intelligimus, tum demum in patris ius *ſucceſſiſſe* filium *Amyntam*. Idque cauſam fuiſſe veriſimile cur, fratre *mortuo*, promiſſis non ſteterit *Perdiccas*, quod metu ſe ita *liberatum* nimis temere crediderit. Sed Regnum aliud ſimiliter tamen a *Perdicca* poſſeſſum, vendicabat ſibi *Derdas*, *Lyncoſtarumne*, an *Elimiotarum*, non facile ſane dixerim. Inde factum, vt ſocia cum *Philippo* arma iunxerit. Mox tamen, vt videtur, ipſe *defunctus*. Nam cum defeciſſet *Potidaea*, et bellum *Macedoniae* inferrent *Athenienſes*, non iam *Derdam*, ſed *Derdae fratres*, aduenſſe dicuntur. *Thucyd.* I. 59. Proinde hoc ipſo fortaſſis anno exceſſerat

e viuis ipſe *Derdas*. Adhuc tamen ſupererant illius plures vno *fratres*. Mox tamen puto *binarium* numerum ad *vnum* redactum. Nam cum redirent e *Macedonia* ad *Potidaeam Athenienſes*, tum *vnicum* legimus, qui cum *Philippo Perdiccam* oppugnarit, *Pauſaniam*. *Thucyd.* I. 61. Hic *filius* fuerit, an *frater*, *Derdae*, Scholiaſtem dubitaſſe vidimus. Sed vero ſi *filium* reliquiſſet *Derdas*, non video cur *fratres* haeredes habuerit. Nam *fratrum* nulla mentio eſt ſuperſtite ipſo *Derda*. Proinde *fratrem* potius fuiſſe crediderim, et quidem *vnicum*, qui, alio mox *extincto*, fuerit etiamnum ſuperſtes. Si idem hic eſt, quem in *Macedonia Ol.* 95. $\frac{2}{3}$. ſucceſſiſſe diximus, tum certe, cum ſuccederet, *magno natu* fuiſſe neceſſe Caeterum ad haec Regna a *Perdicca* occupata retulerim ſententias alias ab *Athenaeo* de *annis Regni* memoratas, quas tamen ipſe intellexiſſe non videtur *Athenaeus*. Erant enim ipſae quoque, pro *Regnorum* horum numero, plane *duae*. Qui annos *Perdiccae* numerabant XXVIII. initium illius ab *Ol.* 84. $\frac{3}{4}$ pro noſtris quidem rationibus arceſſebant. Qui autem tantummodo XXI. *Perdiccae* aſſignabant, eum proinde ab *Ol.* 86. $\frac{2}{3}$. coepiſſe exiſtimabant. Nempe ante annum, in quo verſamur, *biennio*. Sic fuerit hoc *anno* in vtriusque Regni poſſeſſione *Perdiccas*, vt ſupponit illum fuiſſe *Thucydides*. Et vel inde intelligemus, quam *falſae* fuerint, de *Potidaeatarum* defectione, *Diodori* rationes. Tempore autem *medio* inter mortem *Alexandri Ol.* 81. $\frac{2}{3}$. et harum Epocharum *alteram*, iure ſuo potiti fuerint, tam *Philippus*, quam *Derdas*, vel *Derdae*, quicunque demum is fuerit, fortaſſe *pater*. Conueniunt certe cum temporum rationibus accuratiſſime. Quis autem horum Principum *prior* a *Perdicca* Regno ſuo fuerit exutus, ſtatuere difficile eſt, in tanta monumentorum, quae id teſtarentur, inopia. *Philippum* fortaſſe *priorem* fuiſſe innuunt noſtri Auctoris verba illa: Ὅ, τε γὰρ Περδίκκας αὐτῷ ὑποσχόμενος, εἰ Ἀθηναίοις τε διαλλαξειεν ἑαυτον ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ τῷ πολέμῳ πιεζόμενον, καὶ Φίλιππον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πολέμιον ὄντα μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ etc. II. 95. Ita quidem, ſi et *Philippum*, quamprimum Regno excluderetur, foverint *Athenienſes*, et per ἀρχὰς illas prima huius *Belli* exordia intelligantur.

Eodem quo defecit *Potidaea* anno coloniam *Letanum* in *Propontide* conditam ab *Athenienſibus* Auctor eſt *Diodorus Ol.* 86. 2. Arch. *Antilochide.*

ANN. I. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 428 $\frac{1}{4}$.	*Olymp.* LXXXVII.	1. 2. menſ. Arch. *Pythodoro.*	1. Ephoro *Aenefia.*
U. C. *Varr.* 32 $\frac{1}{4}$.		2. 9 menſ. Arch. *Euthydemo,*	2. Ephoro *Braſida,*
Ante *Chr.* 43 $\frac{1}{6}$.		a die *Iulii* Iulian. VI.	a die *Oct.* Iul. XIX.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 48.

Hoc ipſo Vrbis *Romanae* anno CCCXXIII. initium Belli *Peloponneſiaci* ſtatuit *Gellius* Noct. Attic. L. XVII. c. vlt. Pro calculo ſcilicet *Varroniano.*

Initium anni II. Belli *Peloponneſiaci*, qua quidem annos ſuos per *tempeſtates* Anni ſemeſtres cenſet *Thucydides*, a *primi* menſis *Vernalis Munychionis* die 10 deducitur, *Aprilis Iuliani* die VIII°. Qua autem ab initiis *Thebanorum* in *Plataeam* aeſtimatur, ſic a *Munychionis* eiusdem die coepit vltimo, *Maii* autem *Iuliani* die VII°. *Thucyd.* II. 2. Male hoc *initium Diodorus* ad Archontem poſteriorem retulit *Euthydemum.* Cauſam erroris iam oſtendimus in Apparat §. 17. Qua denique ab irruptione *Peloponneſiorum* in *Atticam* procedit calculus, die ſcilicet ab initiis in *Plataeam* LXXX°. ita *Iulii Iuliani* die iniuit XXVI°. *Hecatombaeonis* autem *Attici* die XXI°. pro *Tabulis* noſtris. *Thucyd.* II. 19. V. 20. Vid. *Apparat. ad Annal.* §. 12. 13. 14. 15.

II. 28. Firmant calculos noſtros egregie, quae de huius aeſtatis *Eclipſi Solari* legimus hoc in loco verba *Thucydidis.* Incidit *Eclipſis* illa in diem *Auguſti Iuliani* III^m. qui idem, pro noſtris *Tabulis*, reſpondet *Hecatombaeonis Attici* diei *vltimo* in Cyclo *Metonico.* Idque ſenſiſſe puto *Thucydidem*, cum ait *Neomeniam* illam fuiſſe κατὰ σελήνην. Innuit nimirum aliam fuiſſe *veram* illam κατὰ σελήνην *Neomeniam* a *Ciuili Neomenia*, quae in vſu erat, *Metonica*, quanquam et illa ad *Lunarium* menſium rationes exprimendas a *Metone* Cycli artifice fuiſſet excogitata. Idque inde vincit *Thucydides*, quod *Solis* Eclipſes nullae eſſe potuerint praeterquam in *veris* κατὰ σελήνην *Neomeniis.* Nempe haec eo fine obſeruauit vt oſtenderet tam *breui* Cycli ſui parte, anno ſcilicet Cycli *ſui* II°. decurrente, erraſſe tamen a *vera* Lunae Neomenia *Metonem.* Supponit ergo Obſeruatio illa *Thucydidis*, vt dixi, diem illum *Auguſti Iuliani* III^m. non *primum* tamen numeratum fuiſſe *menſis*, quicunque demum is fuerit, *Attici.* Caeterum *plerumque* cum *veris* Lunae rationibus conſenſiſſe *menſes* Athenienſium *Ciuiles*, id quoque docet etiam ipſe *Thucydides.* Id ſane indicat, cum *obſcuritatem*, qua *Plataea* occupata eſt, exinde colligit quod *menſe*, *Ciuili* ſcilicet, *exeunte* illa contigerit occupatio. II. 3. 4. Idem etiam exinde colligitur, quod teſtis ille falſi conuictus fuerit, qui, Ciuili menſe *ineunte*, *Alcibiadem* ſe agnouiſſe

profitebatur ſtatuas Mercuriales *nocte* confringentem. Nempe menſis Ciuilis ἔνη καὶ νέα. Ita *Plutarchus* in *Alcibiade*. Ergo vt a vera *Lunae* Neomenia alia fuerit Neomenia *Ciuilis*, non tamen plus quam *vnius diei* ſpatium illud fuiſſe veriſimile eſt. Nec illud profitebantur Cyclorum conditores vt ſemper ad amuſſim veris *Lunae* rationibus *Ciuiles* conuenirent *Neomeniae*, ſed ſatis ſe officio ſuo ſatisfeciſſe arbitrabantur, ſi ad illas accederent quam proxime. Hoc nos docet *Geminus*, et nos in *Apparatu* iam monuimus §. 8. Interim vel ex hoc exemplo intelligimus quam accurate conueniant cum Anni *Attici* tunc recepti ſupputationibus *noſtrae* Cycli Metonici *Tabulae*. Aliam habet *Thucydides* Solis *Eclipſim* anno Belli VIIIIo. *ineunte*, quae in ipſam inciderit *Neomeniam*, non κατὰ σελήνην tantummodo, verum etiam *Ciuilem*. IV. 52. Vt proinde merito *k*) *Diodorus* hoc etiam nomine *Metonis* Cyclum laudarit, quod *Coeli* ipſius rationibus reſponderit. Quod tamen hoc anno *Eclipſis* in *Neomeniam* ipſam *non* incurrerit, *Athenienſes* irridet etiam *l*) *Ariſtophanes*. Ex illo conſtat non temere hoc obſeruaſſe *Thucydidem*, cum fuerit etiam vulgo exploratum. Vid. quae diximus Diſſ. I. 13. 20. Recte autem *Aeſtati* conueniet haec, de qua agimus impraeſentiarum, *Eclipſis*, quae menſe *Aeſtiuo primo exeunte* contigit. Ita quidem ſi *Aeſtatis* nomine pars Anni *quarta* intelligatur. Sed *mediam* Anni partem *ſemeſtrem* intelligit *Thucydides*, quae *Vernos* pariter *Aeſtiuosque* menſes complectebatur. Sic autem poſt *Aeſtatis* ἀκμὴν contigerit *Eclipſis* menſi *Aeſtiuo quarto*, et quidem *definenti*, aſſignanda.

II. 31. Φθινόπωρον τοῦ θέρους memorat *Thucydides* Aeſtatique *ſemeſtri* accenſet. Aliter χειμῶνι potius quam θέρει accenſurus. Idem tamen, cum *Aeſtate* ſua *ſemeſtri*, *Vernam* quoque tempeſtatem complectitur, proinde *Autumnum*, qua Anni partem *quartam* denotat, *ſemeſtris* ſuae *Hyemis* ambitu concludit. Inde intelligimus menſes ὀπωρινοὺς, ſiue *Autumnales* ita fuiſſe diſtributos, vt non omnem tamen *Autumnum* proprie ſic dictum amplecterentur. Imo vt *Ruſticorum Autumnus Aeſtati* conueniat, eiusque *finem* praecedat. Nam poſtea meminit θέρους τελευτῶντος §. 32. Conuenit, quod, *Aeſtatis*, vt iam vidimus, ἀκμῇ maturuerint *meſſes triticeae* quas χρόνον πολὺν ἐμμείναντας dicit ſecuiſſe *Lacedaemonios*. §. 19. Ἀκμὴ illa *Aeſtatis* vltra *Hecatombaeonem* Aeſtatis *ſemeſtris* menſem *quartum* pertingere non potuit. Supererant ergo menſes *Aeſtiui duo*. Sed vero ferias *meſſiuas Iulio Romano* aſſignabant *Romani*, *Vindemiales* autem menſi, qui *Iulium* proxime excipiebat, *Auguſto*. Sic, vt *initium* duntaxat *Vindemiae feriis Vindemialibus* celebrarint *Romani* ne quidem ita ad *Aeſtatis finem* Vindemia *tota* pertigerit. Ita pars longe maxima *Autumni veri*, hoc tamen anno, in *Aeſtatem* inciderit, non in *menſes Autumnales*, ſi ſaltem aliqua vel *parua* ſuperſuerit ad *Hyemem* referenda. Conueniunt etiam, ex hac parte, cum *Thucydide* noſtrae *Tabulae*. In illis enim *tertii* menſis *Attici* Aeſtiui *Boëdromionis* dies *vltimus* cum *Octobris Iuliani primo* concurrit, quo die maximam *Autumni Ruſtici* partem elapſam eſſe conſtat. Non me quidem fugit *Aeſtiuo* hoc *Autumno* iam reuerſam eſſe claſſem *Athenienſium* quae *Peloponneſum* circumnauigauerat, et res geſſerat in *Acarnania*. Nec fugit etiam, *Atticam* etiamnum vaſtantibus *Lacedaemoniis*, Expeditionem illam claſſis *Athenienſis* eſſe ſuſceptam. Sic enim docet ipſe *Thucydides* §. 23. Itaque poſt *Hecatombaeonis* diem, quem dixi, XXIm. Supererant inde ad finem *Aeſtatis ſemeſtris* dies plusquam LX. quod ſpatium ſatis amplum erat rebus in illa *circumnauigatione* gerendis. Ad *Pylum* certe, quae pars erat huius circuitus plusquam dimidia, Expeditionem ſuſcepit *Cleo*, captiuosque inde intra diem XXm. duxit *Lacedaemonios*, hoc noſtro eodem teſte *Thucydide* L. IV. 28. 39. Et res geſſit memoria dignas, nec *dierum* admodum *paucorum*. Nec tamen partem dierum *tertiam* geſtis a ſe rebus inſumſit. Reſtabant partes praeterea *duae* Expeditioni *longinquiori*, et rebus in *Acarnania* gerendis ſatis amplae, vt ante finem *Aeſtatis Megarenſi* Expeditioni intereſſent. Ita non incommode *Autumnum* illum *Aeſtiuum* ad *Septembrem Iulianum* retulimus, qui fere omnis cum *Boëdromione* concurrebat menſe *ſemeſtris* Aeſtatis *vltimo*, vt e noſtris *Tabulis* apparet.

II. 32. Θέρος τελευτῶν de fine *Septembris Iuliani Boëdromionisque Attici* intelligendum. Erat enim, vt dixi, *Boëdromion Aeſtatis ſemeſtris* menſis *vltimus*. Addit autem ſimiles fuiſſe *Athenienſium* in agrum *Megarenſem* Expeditiones κατὰ ἔτος ἕκαστον dum expugnaretur nauale *Megarenſium Niſaea*, quod factum anno huius Belli VIIIIo. Vid. L. IV. 69.

II. 33. *Hyemis* initium *Octob.* Iul. II. conſtituimus. Nempe quia diem illum Im. *Maemacterionis* repraeſentant Tabulae noſtrae, qui primus erat menſis Hyemis *Thucydideae* ſemeſtris. Haec tempeſtas eſt rebus *Bello* gerendis aduerſiſſima, de qua proinde pauciſſima *Thucydides*. Hac autem tempeſtate reſtitutus eſt tyrannidi *Aſtacenae Euarchus Acarnan* poſt claſſis *Atticae*, quae illum inde fugauerat, diſceſſum. Proinde non abſurde *fugam* illius ad menſem *Aeſtatis* vltimum *ineuntem*, vel penultimum *definentem*. retulerimus.

k) *Diodor.* L. XII. *Ol.* 86. 4. *l*) *Ariſtoph.* Nub.

ANN. II. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 248 $\frac{4}{7}$.	*Olymp.*	LXXXVII. 2. menſ. 3. Arch. *Euthydemo.*	1. Ephoro *Braſida.*
U. C. *Varr.* 32 $\frac{4}{7}$.		3. menſ. 9. Arch. *Apollodoro.*	2. Eph. *Iſanore.*
Ant. *Chr.* 4 $\frac{30}{29}$.		a die *Iunii* Iuliani XXV.	a die *Oct.* Iul. VIII.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Arginae* anno 49.

II. 47. Τοῦ δὲ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου. *Hunc* annum Belli, et *deinceps*, non a menſis primi Verni *exitu*, vt *priorem;* ſed ab illius menſis *initio*, inchoat *Thucydides*. Non me quidem fugit, ſimili forma vſum in deſignando anni ſuperioris *initio*, ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, quae tamen ibi menſis *finem*, non *principium* indicabat. Hoc tamen proinde fecit, quod res geſtae illius anni ab occupata *Plataea*, quae menſe *deſinente* occupata eſt, inciperent. *Sequentium* autem annorum *exordia* ab hyemis *fine*, et a menſis adeo primi Vernalis *exordio*, deducit. Illum enim annum, quo *praeibant* ſemeſtres *Aeſtates*, ſequebantur autem *Hyemes*, ipſae quoque ſimiliter ſemeſtres, pro norma Annalium noſtro fuiſſe in *Apparatu* iam oſtendimus. *Aeſtati* autem non aliud certe *initium* rectius aſſignabitur quam, quod modo diximus, *primi* menſis Vernalis *ineuntis*. Is erat, hoc anno, *Munychion Atticus*, qui inibat *Martii Iuliani* die XXVIII. anno *Varroniano* 324. pro noſtris *Tabulis*. Res autem hac tempeſtate geſtae ita ſe habebant: *Peloponneſii* cum ſociis *Atticam* ſecunda vice populantur. Et quidem eodem, quo antea, duce Rege *Lacedaemoniorum Archidamo*. Sequitur *Peſtis*, ὄντων αὐτῶν οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ. Primum in *Piraeo*, tum in *Vrbe* etiam *ſuperiori*. II. 48. Anno alioqui ſalubri. II. 49. Ἐσβεβληκότων τῶν Πελοποννησίων, ἡ νόσος ἤρξατο εὐθύς. II. 54. Hucusque *Peloponneſii* in πεδίῳ. Poſtea ad παράλον γῆν migrant. II. 55. Antea tamen *Pericles* cum centum nauium claſſe in *Peloponneſum* ſoluit, cum *Chiis* etiam atque *Leſbiis*. Cum diſcederet claſſis *Attica*, Πελοποννησίους κατέλιπον τῆς Ἀττικῆς ἐν τῇ παραλίᾳ. *Athenienſes* oras *Epidauri* vaſtant, et *Halienſem* et *Hermionenſem*. Inde *Praſias* ipſius *Laconicae*. Tum demum reuertuntur, reuerſis iam ex *Attica Peloponneſiis*. II. 56. Nempe *morbi* metu, qui *Vrbe* pariter ac *claſſe Athenienſium* graſſatus eſt. Erant *Peloponneſii* in *Attica* πλεῖον χρόνον. Nempe prae *ſuperioris* anni incurſione, quae proinde *non* fuerit ita *diutina*. Mora erat *dierum* τεσσαράκοντα μάλιστα. Ergo *ſuperiori* anno *breuior*. Ita fiet vt menſe *Attico Thargelione* μεσοῦντι, et *Maio* proinde *Iuliano* non admodum affecto, redierint *Peloponneſii*. II. 57. Nec multo poſt domum e *Peloponneſo* redierunt *Athenienſes*, qui reuerſi *Peloponneſios* in *Attica* non repererint. II. 56. Haec ergo omnia *priori* huius anni *parte* geſta, et ſub *priori*, vt videtur, *Archonte*.

II. 58. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, eodem, quo vſus fuerat *Pericles*, exercitu *Agnon* et *Cleopompus* in *Chalcidenſes*, et *Potidaeam*, iam antea obſeſſam, Expeditionem ſuſcipiunt. Sed erumpente in caſtris *morbo* diſcedere coacti ſunt, amiſſis XL. *dierum* ſpatio, ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις, ex morbo militibus 1050. Non aderat *Potidaeae* cum ſuis *Phormio*. Sed qui aderat *Agnon* obſeſſores *peſtis* contagione afflauit. Inde *rario* cur diſceſſerit. Haec etiam, vt videtur, ante finem *Scirophorionis*, ſub anni ſuperioris *Archonte*, ante *Iunii* Iuliani *diem* XXVm. *Duo* enim hi dierum *quadragenarii* in vnam ſummam collati *dies* conficiunt tantummodo LXXX. Deerunt ergo dies nonnulli ad *Ver trimeſtre* abſoluendum neceſſarii, qui concedi poterunt *morae* inter *reditum* claſſis *Atticae* e *Peloponneſo* nouamque illam *Expeditionem*. Ita certe fuiſſe neceſſe eſt niſi *maior* illa fuerit *mora* quam neceſſe erat, qualem fuiſſe nihil video in Hiſtoria quod ſuadeat.

II. 59. Μετὰ τὴν δευτέραν ἐσβολὴν τῶν Πελοποννησίων, *Legationes* ad *Lacedaemonios* de *Pace* irritae. Tum oratio *Periclis* ad ciues ſuos in ſe irritatos. Multa pecuniaria ab illis punitus ita demum illorum iram leniuit. Haec etiam, vt puto, *priori* huius anni *parte*. Ἔτι δ' ἐστρατήγει. Innuit, ni fallor, *ſuperioris* anni ab *Hecatombaeone* iam decurrentis στρατηγίαν *nondum* elapſam. Addit poſtea: Τὸ ὕστερον δ' αὖθις οὐ πολλῷ στρατηγὸν εἵλοντο. II. 65. In annum nempe *ſequentem*, qui *poſteriori* huius anni *parte* inibat. Crediderim ergo *legationes* illas ad *Lacedaemonios* fuiſſe in agro *Attico*, non autem in *Sparta*. Si ita, ante Expeditionem *Periclis* in *Peloponneſios*. Nam reuerſus illos *diſceſſiſſe* comperit.

II. 66. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, Expeditio *Lacedaemoniorum*, duce *Cnemo*, in *Zacynthum*. Poſt *reditum* certe ſui ab *Attica* exercitus *pedeſtris*. *Maio* fortaſſe *exeunte*, et menſe *Attico* vel *Thargelione* exeunte, vel ineunte *Scirophorione*. Rediiſſe autem puto a *Zacyntho* anno *Attico* nouo, et nouo etiam *Archonte*. Proinde huius anni parte *poſteriori*. Inde proxima mentio iam *deſinentis*.

II. 67. *Ol.* 87. 3. Τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, legati *Lacedaemoniorum* per *Thraciam Aſiam* petentes cum *Ariſteo* etiam *Corinthio*, a *Sitalce Thraciae* Rege, opera *Sadoci* filii (qui ciuis *Athenienſis* factus fuerat) capti, tra-

ditique *Athenienſibus*, atque interfecti. Aeſtatis *ſemeſtris* pariter atque *trimeſtris* finis die *vltimo* menſis *Attici Boëdromionis*, qui idem (pro noſtris *Tabulis*) *Septembris* erit *Iuliani* dies XXIus. Itaque paulo *ante* diem illum illa contigiſſe neceſſe erat. Horum legatorum captorum meminit etiam *Herodotus*, quem proinde *poſt* haec tempora ſcripſiſſe vel inde vincitur.

Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τοῦ θέρους τελευτῶντος, *Ambraciotarum* Expeditio in *Argos Amphilochicum*, eiusque expugnatio. Tum dedunt ſe *Athenienſibus Acarnanes*. Miſſus ergo *Athenis Phocion*, *Ambraciotis* ſub haſta venditis, vrbem dat *Acarnanibus* et *Amphilochis* incolendam. Fruſtra rurſus oppugnatur ab *Ambraciotis*. Τοσαῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει ἐγένετο. II. 68. Proinde ante diem *Boëdromionis Attici* vltimum, *Septembris* autem *Iuliani* XXIm. qui dies erat vltimus *Aeſtatis Thucydideae*.

II. 69. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, *Phormio* cum XX. nauium claſſe circa *Peloponneſum* miſſus *Naupactum* cuſtodit, vt *Corinthios* ſinus *Criſſaei* exitu prohiberet. Simul miſſae in *Cariam Lyciamque* naues aliae ſex, duce *Melanidro*, vt pecunias exigeret, et maria illa praedonibus *Peloponneſiis* liberaret. Victus ille tamen, et occiſus. Forma illa, ἐπιγιγνομένου *hyemis*, ni fallor, *initium* deſignat. Sic enim vocem ſuperius *Ol.* 75. 3. vſurpaſſe obſeruauimus *Herodotum*. Dubium tamen an de Hyeme *trimeſtri* loquatur Auctor, an *ſemeſtri*. Si quidem Hyemem *trimeſtrem* intellexerit; ita hoc anno (qui *Embolimus* erat) poſt *Poſideonis* primi finem illa contigerint, *Decembris* nimirum *Iuliani* diem XVIIIm. anni U. C. *Varr.* 324i. Et *ſaepe* quidem, fateor, *Autumnum* ille ab *Hyeme trimeſtri* diſtinguit, cum de rebus agit *priori* Hyemis ſemeſtris *parte* geſtis. Non tamen *ſemper*. Hic autem ne ita illum feciſſe ſuſpicemur, facit incommoda *maritimis* rebus anni tempeſtas, cum eſſet *Malcae* Promontorium, naufragiis infame, circumnauigandum. Quare potius exitum Hyemis ſemeſtris *initio*, quod idem erat initium *Autumni*, haec eſſe tribuenda, menſi ſcilicet *Attico Maemacterioni*, poſt *Septembris Iuliani* diem quem dixi XXIm.

II. 70. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Potidaea* dedita *Athenienſibus*, et colonia noua eo deducta. Certe poſt ſuperiora *Hyemis initio* geſta. Imo *hyeme* etiam *ſemeſtri* admodum *affecta*, vt opinor. Coactus enim Auctor ad deditionem illam conditionibus ſatis *commodis* accipiendam teſtatur *Athenienſes* propter ταλαιπωρίαν exercitus ἐν χωρίῳ χειμερινῷ. Additque in fine: Ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο. Vltima proinde anni quadrante quae *Antheſterionis Attici* die vltimo terminabatur, *Martii* autem *Iuliani* XVIo anno *Varroniano Iuliano* nouo 325. Menſes autem *Hyemales* hoc anno, qui *Intercalaris* erat, etiam *Poſideonem ſecundum* intercalarem complectebantur. Hyemem intelligo *trimeſtrem*. Sic menſes huius anni Hyemales *Poſideon* fuerint *ſecundus Gamelion* atque *Antheſterion*. Proinde ad *ſequentis* anni rationes accedet *Elaphebolion*. Ita certe cenſere *Thucydidem* infra oſtendemus. Cauſa eſſe potuit, quod annum ille a *Vere* incipit, in *Hyeme* autem concludit. *Medium* ergo menſem pro *Intercalari* habuit qui Hyemem *exactam* proxime *ſequebatur*, et *ſequenti* potius anno, quam *praecedenti* accenſuit. Sic enim neceſſe erat ſi, qui, ſuperiori anno *expleto* ſequebatur menſis, is fuerit ſuperioris anni rationibus *excludendus*. Non tamen illum propterea neſciuiſſe crediderim quis fuerit menſis pro illius, qui Cyclum conderat, *mente* reuera *Intercalaris*. Erat autem plane *arbitrarium* vt quo loco annum concludebant, eum, qui *proxime* ſequebatur, menſem pro *inſititio* haberent. Nec *alieno* a conditoris mente *conſilio*. Propterea enim Cycli vetuſtiſſimi conditor poſt *Poſideonem* intercalabat, quod Ciuilis anni vltimus *tum* numeratus fuerit *Poſideon*. Sed *aliud* iam Ciuilis anni *initium* erat ab *Hecatombaeone*, cum ſcriberet *Thucydides*. Et tamen aliud ſibi conſtituit Auctor noſter a *Vere*. Menſem ergo ante *Vernam* tempeſtatem *proximum* in anno Intercalari, quocunque nomine appellaretur, pro *Intercalari* habendum cenſuit. Fierique poteſt, vt hoc etiam publico aliquo *Ciuitatis* exemplo, quod neſcimus, fecerit, cum nouum annum exordiretur ab *Hecatombaeone*. Hoc ſi verum, ſic fuerit in annis *Intercalaribus* primus anni menſis *Scirophorion*. Hoc autem verumne fuerit ſagacioribus expendendum relinquo.

ANN. III. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 428	Olymp.	LXXXVII. ¾. 3. mens. 4. Arch. *Apollodoro.*	1. Eph. *Isanore.*
U. C. *Varr.* 32		4. mens. 9. Arch. *Aminia,*	2. Eph. *Softratida.*
Ant. *Chr.* 42		vel *Epaminonda,* vel *Epaminone.*	a die *Oct.* Iul. VIII.
		a die *Iulii* Iuliani XIII.	

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 50.

II. 71. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, nulla *Peloponneſiorum* in *Atticam* Expeditio. Erat tamen in *Plataeam,* duce *Archidamo.* Eam vallo duplici cingunt. *Aeſtas Thucydidea,* ſeu *prior* potius pars illius *Vernalis,* hoc anno, qui menſem *Embolimum* ſequebatur, non a *Munychione* coepit, ſed ab *Elaphebolione,* cuius Nouilunium dies erat *Martii* Iuliani XVII. anni U. C. *Varroniani* 325. Sed *Vere* hoc, etiam *quadrimeſtri,* admodum *affecto, Plataeam* venerunt *Peloponneſii.* Et tamen *Aeſtatis* ſemeſtris *priorem* partem deſignauit ἐπιγιγνομένου θέρους nomine *Thucydides.* Hoc ita colligimus: Pauci die *Plataeenſibus* conceſſi *induciarum,* mittendis ad *Athenienſes* de Pace legatis. Acceſſerunt poſtea *dies* aliquot in Vrbe oppugnanda fruſtra abſumti antea quam ad Vrbem *circumuallandum* ſe accingerent. Haec tamen omnia ante diem *Scirophorionis Attici* XXIV^m. *Iulii* autem diem VI^m. vt mox probabimus. Proinde menſe *Scirophorione ineunte,* et menſe, vt videtur, Iuliano *Iunio Plataeam Peloponneſii* aggreſſi ſunt.

II. 78. Περὶ Ἀρκτούρου ἐπιτολάς, relicto valli *praeſidio,* rediere *Peloponneſii.* Poſt diem *Septembris* Iuliani XIII. cum ἐπιτολὰς illas tribuebant *Romana* Kalendaria. Proinde poſt diem *Boëdromionis Attici* IV^m. vt e noſtris conſtat *Tabulis.* In *vallo* laborarunt ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ νύκτας ξυνεχῶς. II. 75. Ita *Plataeam* vallare coeperint *Iulii* Iuliani die VI°. qui idem erat *Scirophorionis Attici* dies XXIV^us. Haec certe *vera,* vel veris *proxima,* quibus contenti eſſe debemus in rebus a memoria noſtra adeo remotis. Mirum autem quod *Arcturi* ortum *Octobri* tribuat *Thucydidis* in locum *Scholiaſtes.* Niſi forte *Graecum* fefellerit mos *Romanus* numerandi Kalendas *Octobris* retrorſum in menſe *Septembri* XV. Kal. *Octob.* aſſignat *Columella* XI. 2. diei ſcilicet *Septembris* XVII°. Biduo *maturiorem* ortum eundem cenſuere fratres *Quintilii* apud *Conſtantinum* in *Geoponicis* L. I. Vt nempe fuerit *Septembris* die XV°. Commiſit accuratius *Galenus,* qui ſiderum ortus occaſusque *Hippocrateos* cum forma commiſit *Iuliana.* Vt enim *Aequinoctium,* pro ſententia apud *Romanos* receptiſſima, in VIII. Kalendas *Octobres* confert; ſic etiam *Arcturi* ortum in *diem* ante *Aequinoctium* XII^m. Hic non alius eſt quam *dies* a nobis deſignatus *Septembris* Iuliani XIII^us. *Plinius* ad diem retulit ante *Aequinoctium* XI^m. Nec tamen pugnat, vt opinor. *Vegetius* poſt Idus *Septembres* ponit, diem nimirum, ſi *Aequinoctii* dies ipſe numeretur, XII^m; ſin minus, XI^m Sic enim formulis illis, *poſt diem,* et *ante diem,* diem *ipſum* Veteres, de quo loquuntur, intelligunt. Hic certe, quo minus aliter *Vegetium* intelligamus, vetat praedictus teſtis vterque, tam *Plinius* quam etiam Galenus. Sic facile inuicem conciliabuntur omnes, alioqui pugnaturi. Nec eſt profecto cur dubitemus, quin *diem certum* in *Parapegmate Attico* deſignarit *Arcturi* ortu *Thucydides.* Pro eodem ſcilicet exemplo quo dies in re *Medica* inſignes non *mobilibus* menſium Lunarium *Ciuilium* diebus, ſed *notis* potius *Parapegmaticis* deſignauit ſimiliter *Hippocrates.* Hanc autem *notam Parapegmaticam* potiſſime, ni fallor, intelligemus e loco illo quem *poſtea* obtinebat ortus *Arcturi* in *Parapegmate* Solari *Iuliano.* Tum ſcilicet cum ad formam anni *Iuliani* exigerentur aliarum gentium quaecunque *Parapegmata,* vt docet *Plinius.* Monet enim, ſi quae fuiſſent in hypotheſibus diuerſis *Parapegmatum,* obſervata *diſcrimina.* Id cum *non* monuerit *hac* in *cauſa Plinius,* innuit profecto in hoc ortu *diſcrimen* plane *nullum.* Et quidem ita *notas* in *Hippocrate Parapegmaticas* intellexit etiam *Galenus.* Reditus ergo *Archontis* fuerit *Aminia.*

II. 79. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, καὶ ἅμα τῇ τῶν Πλαταιέων ἐπιστρατείᾳ, *Athenienſes* bellum inferunt *Chalcidenſibus Thraciae* et *Bottiaeis,* duce *Xenophonte Euripidis* filio. *Chalcidenſes Thraciae* opponit Auctor *Chalcidenſibus Euboeae.* Victi tamen fugatique ad *Spartolum* vrbem *Botticam,* inde *Potidaeam* ſeſe receperunt *Athenienſes.* Notanda hic verba: Ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, et Σίτου διέφθειραν. *Feriae meſſiuae Romanis* menſe *Iulio* Iuliano agi ſolebant, et quidem *affecto.* Proinde *Vere exeunte,* et *ineunte* menſe *Hecatombaeone,* nouoque *Archonte Aminia, Ol.* 87. 4. Tumque aderant *Plataeae Peloponneſii.*

II. 80. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων, *Ambraciotarum* et *Chaonum* Expeditio in *Acarnaniam,* faventibus *Lacedaemoniis,* duce *Cnemo. Peloponneſii Limnaeam* villam moenibus nudam diripiunt. Tum *Stratum* veniunt vrbem *Acarnaniae* maximam. Fuſi a *Stratiis Chaones.* Περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τῆς ἐν Στράτῳ μάχης, II. 83. victi ad *Naupactum* cum claſſe nauium XLVII. *Peloponneſii* ab *Athenienſibus,* duce *Phormione,* cum naues XX.

tantummodo haberet ipſe *Phormio*. Tropaeum in Promontorio *Rhio*, *Molycrico* ſcilicet, non *Achaico*. Tum discedunt *Athenienſes* ad *Naupactum*, *Cnemus* ad *Cyllenen*, μετὰ τὴν ἐν Στράτῳ μάχην. II. 84. Tum praelium navale *ſecundum* eiusdem *Phormionis* cum *Peloponneſiis*. Ἐπὶ μὲν ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέρας ἀνεθώρμησαν ἀλλήλοις. II. 86. Poſt praelium vtrique *tropaea* ſtatuunt, ſed *victoria* tandem *Athenienſium*. Poſtea veniunt nouae *Athenienſium* naues obiter in *Sicilia* moratae, οὐ πολλῷ ὕστερον discеſſu *Peloponneſiorum*. Denique ſubiungit: καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. II. 12. Haec omnia geſta crediderim limitibus *Aeſtatis* proprie ſic dictae, nempe *ſemeſtris*. Initio non multo poſt obſidionem *Plataeae*, quam cum *Vere exeunte* ſuſceptam probauerimus, proinde haec obſidionem ſecuta *Hecatombaeone* antiquiora eſſe vix poterant, qui die *Iulii* Iuliani XIIIo. coeperit pro noſtris *Tabulis*, qui dies proinde fuerit *Aeſtatis* trimeſtris *primus*. Finis item ante *Aeſtatis Thucydideae* ſemeſtris *finem* qui idem finis erat *Aeſtatis* etiam *trimeſtris*. Proinde ante diem *Boëdromionis Attici* vltimum, qui idem dies erat *Octobris Iuliani* VIIIus. Menſe ergo, vt videtur, praecipue *Septembri*.

Ad hoc etiam interuallum *Periclis* mortem referendam arbitror, quam tamen Auctor *ſuperiori* anno narrarit. *Archonte* certe *Aminia* exſtinctum non modo *Athenaeus* agnouit V. 13. ſed alii quique qui Archontis *Pericli* fatalis meminerint. Proinde anni huius parte *poſteriori* deceſſiſſe neceſſe eſt. Addit noſter *Thucydides* quousque vixerit ab *initio* huius, in quo verſamur, *Belli*: Ἐπεβίω δὲ δύο ἔτη, καὶ ἓξ μῆνας. II. 65. Hoc vnum difficile eſt, a quo *initio* Thucydides hoc loco ſupputarit, cum *tria* invicem diuerſa eiusdem initia a *Thucydide* poſita oſtenderimus in *Apparatu*. Primum a *Veris exordio* proceſſit, quod primo Belli anno *trimeſtre* erat, coepitque a *Munychione*; hoc autem, qui *Embolimaeum* proxime ſequebatur, *quadrimeſtre*, ab *Elaphebolione* proinde arceſſendum. Sic ergo VIus. huius anni menſis *Atticus* erit *Metageitnion*, quo proinde *Pericles* deceſſerit. Secundum initium erat a re geſta ad *Plataeam* menſis *Munychionis* die *vltimo*, a quo VIus. menſis in Kalendario *Attico* numeratur *Maemacterion*. Tertium a *Lacedaemoniorum* impreſſione in *Atticam*, a quo VIus. menſis erat *Gamelion*. Nam *Hecatombaeone* illam fuiſſe probauimus. Ergo *primum initium* hoc loco *Thucydidi* ob oculos fuiſſe arbitror. *Diem* autem *ſexti* menſis nullum deſignauit *Thucydides*, ne ſit proinde a nobis exſpectandus. Menſes *Iulianos*, qui his tribus menſibus reſponderint, facile Lector e noſtris *Tabulis* intelliget.

II. 93. Πρὶν διαλῦσαι τὸ ἐς Κόρινθόν τε καὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον, et ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος, conſilium *Peloponneſiorum* in portum *Atheniensium Piraeeum*, ſed irritum, et nullo plane ſucceſſu, metu periculi in *Salaminem* inſulam conuerſis, mox tamen inde fugatis, cum rem ſenſiſſent *Athenienſes*. Menſe ſcilicet *Attico Maemacterione*, qui ab *Octobris Iuliani* die inibat IX. Proinde *Octobri ineunte* haec contigiſſe veriſimillimum eſt.

II. 95. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου, Expeditio *Sitalcis Thraciae* Regis in *Perdiccam* Regem *Macedoniae*. Cum *Macedonia* etiam *Chalcidicum* agrum *Botticumque* vaſtauit, *diebus* in vniuerſum XXX, quorum VIII. in *Chalcidenſibus* moratus. Tunc ipſe ſe, auctore *Seuthe*, domum recepit, propter χειμῶνος ταλαιπωρίας. II. 101. Exordium huius Expeditionis menſe *Attico Maemacterione*, qui ab *Octobris Iuliani* die coepit IX. Finis *Attico Pyanepſione*, qui inibat *Nouembris Iuliani* die VIII. Tempeſtas eſt *hibernae* aëris inclementiae ſatis obnoxia.

II. 102. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, ἐπειδὴ τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν διελύθη, *Athenienſes* duce *Phormione*, maritimam oram legentes, *Aſtacum* primum, tum (*exſcenſu* facto) *mediterranea Acarnaniae inuadunt*. Non autem licuit *Oeniadis*, qui ſoli *Acarnanum* perpetui fuerant *Athenienſium* hoſtes, χειμῶνος ὄντος, bellum inferre. Nempe propter *hibernas Acheloi* inundationes. Diſceſſus *Peloponneſiorum* coepta iam *Hyeme*, vt ſupra vidimus. *Maemacterione* ſcilicet *Attico*, et *Octobri Iuliano* affectis. Finis autem huius Expeditionis *Hyeme* fuerit ad *exitum* iam vergente. *Naupacti* enim quod *reliquum* erat *Hyemis* exegerunt *Athenienſes*, nec *Athenas* ſeſe ante Veris *ſequentis* initium receperunt. Inde fortaſſe non abſurde colligemus, iam *elapſam* eſſe *nauigandi* tempeſtatem cum ex *Acarnania Naupactum* redirent *Athenienſes*, ſi quidem στρατηγίᾳ *annua* elapſa *primam* quamque *Athenas* redeundi captarint opportunitatem. Sic erunt haec ad annum *Iulianum* ſequentem U. C. 326. referenda. Et *brevis* adeo fuerit illorum in *Naupacto* mora, interque *Mare Clauſum* proximique *Veris* initium concludenda. Imo *initio* fortaſſe *propior*. Non tamen poterat ita vel poſtremis menſis *Elaphebolionis Dionyſiis* intereſſe *Phormio* vt σπονδὰς praeſtaret *νενομισμένας* de felici e Prouincia *reditu*, quarum ſupra *Plutarchum* meminiſſe vidimus in *Cimone*. Veris *ſequentis* initium idem cum initio *Munychionis Attici*, cuius dies *primus* idem erat *Aprilis Iuliani* VIus. Itaque coepto *Ianuario Iuliano* illos ſeſe in portum *Naupactiacum* recepiſſe veriſimillimum eſt.

ANN. IV. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*		Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 428 $\frac{6}{7}$.	Olymp.	$\frac{87}{88}$. $\frac{4}{1}$.		
U. C. *Varr.* 32 $\frac{6}{7}$.		LXXXVII. 4. mens. 3.	Arch. *Aminia.*	I. Eph. *Softratida.*
Ant. *Chr.* 42 $\frac{8}{7}$.		LXXXVIII. 1. m. 9.	Arch. *Diotimo.*	2. Eph. *Exarcho.*
		a die *Iulii* Iuliani 110.		a die *Sept.* Iul. XXVII.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 51.

II. 103. Ἅμα ἦρι κατέπλευσαν ἐς τὰς Ἀθήνας *Phormio* cum ſuis *Athenienſibus* a Naupacto, rebus tamen *ſuperiori* anno geſtis in *Acarnania*. Hoc nempe *anno* illius *reditus*, poſt initium *Munychionis Attici*. Proinde poſt *Aprilis Iuliani* diem V^m.

III. 78. *Peſtis* ab initio ad huius anni *initium* anni δύο. Tum διακωχὴ, ſiue *induciae*. Hoc enim ſignificat vox a re *militari* deſumta. *Pacem* enim ab ea nullam fuiſſe indicant Auctoris verba ibidem: ἐκλιποῦσα μὲν οὐδένα χρόνον παντάπασιν. Coeperint ergo *induciae* illae ab huius anni *Vere quo biennium* peſtis abſoluerit.

III. 1. Ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι, *Peloponneſii*, duce *Archidamo*, *Atticam* praedantur. *Serius* proinde quam ſolebant. *Aeſtatis* nimirum *ſemeſtris* ea parte quae in *trimeſtrem*, proprieque ſic dictam, incidit. Tum enim erat meſſis *triticeae maturitas*, quae *Aeſtatis* ἀκμὴ eſt, et σίτου ἐκβολῇ alibi opponitur a *Thucydide*, quae *Aeſtatis* erat *ineuntis* et *ſemiplenae*, cum primo *fruges extra* terram exſtarent. Hoc enim fine in *Atticam* irruperant vt *meſſis* ſpem *Athenienſibus* praeciderent. Nec diutius *morati* ſunt quam ſuppeteret *commeatus* quem ipſi *domo* ſecum attulerant, quae certe *mora* admodum *magna* eſſe vix potuit. Vel inde colligitur *frugum* eam *maturitatem* nondum fuiſſe quae illas *vſibus humanis* idoneas praeſtiterit. Alioqui ſuis *abſumtis* licuiſſet exercitum ſuum terrae *Atticae* prouentibus ſuſtentare, vt *diutius* in terra *Attica* morarentur. *Maturitatem* illam *Iulio exeunte* fuiſſe iam oſtendimus *Hecatombaeone* ſcilicet *exeunte*, qui hoc anno coepit *Iulii Iuliani* die 110. Proinde *Ol.* 88. 1. *Archonte Diotimo*. Ita nempe, ſi *annum* Olympiadicum ab eodem *initio* arceſſamus, quo annum *Atticum*, a *menſe* ſcilicet *Lunari* Ciuili *ineunte*. Quod ſane neceſſarium videtur ad annos *Atticos Ciuiles* cum annis *Olympiadum Ciuilibus* committendos. Nec enim alioqui me fugit, *Olympiades* non a *Nouiluniis*, ſed a *Pleniluniis*, iniire ſolitas; *mediisque* adeo menſium *Lunarium* Ciuilium. Sed *longe* abfuiſſe a *plena* maturitate *fruges* exinde colligitur, quod nec adhuc allatarum e *Peloponneſo* vſum ſuppleuerint; et quod *ſecunda* demum huius eiusdem anni *Expeditione* fruges *maturas* repererint; et quod *ſerior* ſit apud *Thucydidem* eorum, quae hoc anno acta ſunt, *Olympiorum* mentio. Proinde merito dubitandum eſſe cenſeo verumne ſit quod in editi *Thucydidis* margine repoſueram. Iamque eo potius propendeo, vt prior haec, de qua iam agimus, Expeditio ad annum potius *Olympicum* priorem fuerit referenda, *Ol.* 87. 4. *exeuntem*. Imo ita rem fuiſſe ſequentia, ni fallor, oſtendunt. Sic *Iulii* 11^m. praeceſſerint.

III. 2. Μετὰ τὴν ἐσβολὴν τῶν Πελοποννησίων, εὐθὺς, *Lesbii*, *excepta Methymna*, deficiunt ab *Athenienſibus*. Mox ab *Athenienſibus* oppugnati. *Antea* nimirum quam legati *Lacedaemoniorum* et *Thebanorum* προαποσταλέντες τῆς ἀποστάσεως, *ante defectionem* miſſi *Mitylenen* appellerent. III. 5. Inde intelligimus inter defectionem oppugnationemque *moram* fuiſſe *breuiſſimam*. Incertum autem eſt duorum ſenſuum vtrum maluerit *Thucydides*: Num ſcilicet tantummodo poſt *aduentum Peloponneſiorum* in terram Atticam, an item poſt eorundem *diſceſſum*, illa contigerint. Hanc porro defectionem ait *Athenienſibus* indicaſſe hoſpites *Athenienſium Mitylenaeos*. Tum miſſi nuncii, qui ſuaderent *Pacem*, et ne *Belli* apparatus illi procederent. Illi, cum nihil proficerent, tandem de opprimendis in *Apollinis Maloëntis* feſto, qui extra Vrbem colli ſolebat, *Mitylenaeis* conſilium capiunt *Athenienſes*; miſſaeque, quae id efficerent, naues *Atticae* quadraginta. Sed moniti a proditore quodam, *tertio* a conſilio capto, *die*, *Mitylenaei* antea quam appellerent naues *Athenienſes*. Tum ad *apertam* vim conuerſi *Athenienſes* vincunt *Mitylenaeos*. Victi ſuis viribus non fidentes, ſimul ad *Athenas* de *Pace*, ſimulque clam ad *Spartam* de *auxiliis*, nuncios mittunt. His Auctores erant *Lacedaemonii* Ὀλυμπίαζε παρεῖναι, vt caeteri quoque *Socii* illis auditis conſultarent, *Ludorum* ſcilicet *occaſione* in vnum coacti. Ἦν δὲ (inquit) Ὀλυμπιὰς ἡ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. III. 8. Haec certiſſima nota eſt *huius*, in quo verſamur, *anni*. Itemque nota praedicta omnia ad *priorem* anni *partem*, quae *Iulii* Iuliani diem 11^m. praeceſſit, eſſe referenda.

III. 7. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους τούτου, *Athenienſes* claſſem nauium XXX. duce *Phormionis* filio *Aſopio*, mittunt rogatu *Acarnanum*. Is oram *Laconicae* maritimam praedatus, reliquis domum remiſſis, cum XII. nauibus ſolis *Naupactum* venit. *Oeniadas* oppugnat, ſed fruſtra. Tandem ad *Nericum* victus occumbit *Aſopius*. Tempus e praedictis manifeſtum eſt. *Vere* ſcilicet *affecto* necdum tamen coepta *Aeſtate ſemeſtri*, vel *coepta* tantummodo.

III. 8. *Ol.* 88. 1. Ἦν δὲ Ὀλυμπιὰς etc. Dies Ludorum *Olympicorum* IIus. idem menſis *Olympici* erat XIIus. Hoc ergo anno, qui coepit *Iul.* Iuliani *die* $\frac{2}{3}$ IIus. proinde Ludorum *dies* fuerit *Iul.* $\frac{13}{17}$. Iulian. Μετὰ τὴν ἑορτὴν oratio legatorum *Mitylenaeorum* ad *Peloponneſios* de auxilio. Κρίσις *Olympiorum* die menſis *Olympici* XVI. Proinde *oratio* non ante diem ſequentem menſis *Olympici* XVII. a Ludorum *initio* VIm. Nempe *Iulii* Iuliani $\frac{12}{20}$. *Hoc* certe *die*, vel *praecedenti*, ſi et *Ludis elapſis*, et tamen *antea* quam *redirent* Ludorum ſpectatores. Hinc ergo corrigenda calculi vitia in margine *Thucydidis*.

III. 15. Tum ſecunda in *Atticam* Expeditio pedeſtris pariter naualiſque decreta, conueniuntque in *Iſthmum* primi omnium *Lacedaemonii*, ſociis *ſequi* iuſſis. Spe nempe illa freti abſumtos *peſte* pariter ac *Bello Athenienſes* tuendae patriae minime ſuffecturos. Non eo tamen, quem ſperabant, euentu, *ſociis*, Belli taedio, *lente* conuenientibus, et in καρποῦ ξυγκομιδῇ occupatis. III. 15. Repererunt etiam *Peloponneſii* paratiores, quam e *Lesbiorum* fide ſperauerant, *Athenienſes*. Καρποῦ ξυγκομιδή, poſt meſſem cuius feriae *Romani* erant *Iulii* exeuntis, *Romani* proinde fuerit *Auguſti*. Praeſertim *vindemiae*, cuius ferias *Auguſto* ſuo celebrabant etiam *Romani*. *Attici* autem menſis *Metageitnionis* qui cum *Auguſto Romano* inibat pro *Tabulis* noſtris. Eodem tempore *Peloponneſum* claſſe praedatur *Athenienſes*. Fecit hoc vt redirent *Peloponneſii*, quibus reuerſis ipſi quoque redeunt *Athenienſes*.

III. 17. Κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ὃν αἱ νῆες ἔπλεον, bellum gerunt *Athenienſes* nauibus CCL. III 17. Ita *theſauros* initio Belli locupletiſſimos abſumunt. Loquitur, vt puto, de claſſe quae *Peloponneſum* praedabatur eo conſilio, vt ex *Atticae* finibus *Peloponneſios* elicerent. *Tempus* iam deſignatum eſt.

III. 81. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι περὶ τὸν ἰσθμὸν ἦσαν, *Mitylenaei* fruſtra *Methymnam* adoriuntur. Illis *reuerſis*, et ipſi quoque *Antiſſam* fruſtra oppugnant *Methymnaei*, victi ſcilicet fugatique III. 18. Haec *Metageitnione Attico* et *Auguſto Iuliano* coepiſſe ſuperius oſtenſum eſt, cum illo menſe *Iſthmo* adfuiſſe probauerimus *Lacedaemonios*. Ad *Boëdromionem* autem *Atticum Septembremque Iulianum* affectum pertigiſſe veriſimile eſt, cum *proximo* loco occurrat mentio *Autumni* inchoati.

III. 18. Περὶ τὸ Φθινόπωρον ἤδη ἀρχόμενον, *Pachetem Epicuri* filium in *Lesbios* mittunt *Athenienſes*. Is *Mitylenen* terra marique obſidet Καὶ ὁ χειμὼν ἤρχετο γίγνεσθαι. III. 18. Haec inter *Maemacterionis Attici* initium, qui die coepit *Septembris Iuliani* XXIX. et *Poſideonis prioris* diem vltimum, qui cum *Decembris Iuliani* die XXVo. concurrebat. Hac tempeſtate contingere ſolent *procellae hibernae* obſidentibus moleſtae. Id ergo voluit *Thucydides*, vt nempe tempeſtatis hyemalis *incommoda* in *Autumni* illius Hyemalis *initium* incidiſſe ſignificaret. Recte illud, pro noſtris hiſce Cycli *Metonici* hypotheſibus. *Nauigationem ab Arcturi ortu* (quem *Septembris* XIIIo. *Romani* olim aſſignabant) *minus ſecuram*, *et discrimini propiorem*, deducit *Vegetius*, qui *Arcturum* ipſum *ſidus vehementiſſimum* appellat. Tum ipſo Aequinoctio Septembris die XXIVo. pro forma anni Iuliana, *euenit* inquit) *acerba tempeſtas*. Haec ſigna *tempeſtatum Hyemalium* erant ante initium illius, quem dixi, menſis Hyemalis *primi*. Sequebantur mox die *Octobris* VIIIo. *haedi*, pro *Vegetii* ſententia, *pluuiales*. *Taurus* deinde die eiusdem XIo. Ab XIo. autem *Nouembris*, *Maria clauduntur*, inquit *Vegetius*. Haec ille, pro recepta, Seculo ſuo, de anni *tempeſtatibus*, ſententia *Romanorum*. Nec longe abeunt, qui aëris varias mutationes e veterum Aſtronomorum *Parapegmatibus* ad formam anni *Iulianam* accommodarunt. Collegit illorum ſententias, exegitque ad annum pariter *Macedonicum* atque *Iulianum* maximus *Vſſerius*. Inde intelligimus menſes *Atticos Autumnales* a *Veri Autumni fine*, potius quam *initio*, coepiſſe. *Feriae* enim nullae *frugum* collectioni celebrandae deſignatae, ſeu *Meſſuae*, ſeu *Vindemiales* in *Romanis* Kalendariis occurrunt Ruſticis Autumni illo *initio Thucydideo* recentiores. Et tamen illa *frugum* erat ὀπώρα vnde Anni *quadrans* denominabatur ὀπωρινή. Et profecto hoc ipſo anno καρποῦ ξυγκομιδὴν ante hunc ſuum, de quo agimus, *Autumnum* ſtatuit tamen ipſe *Thucydides*. Ne ſit propterea cur metuamus, ne forte ab illius mente, hac in cauſa aberrauerimus. Sic erat varia apud Veteres *quatuor* Anni *tempeſtatum* illa diſtributio, vt a *verarum* tempeſtatum nunc *initiis*, nunc *mediis*, nunc etiam (vt dixi) *finibus*, arceſſendae ſint. Sed ad puncta Zodiaci *Cardinalia Solſtitia* nimirum, atque *Aequinoctia*, tempeſtates ſuas fere exigere ſolebant *Athenienſes*. Qua nempe licuit per formam Ciuilis anni *Lunarem*. Ab illis videlicet *menſibus* quorum *Nouilunia* ad puncta Zodiaci *Cardinalia* Cycli *initio* proxime acceſſerunt. Etiam aliud ex his *Thucydidis* notis huius, in quo verſamur, temporis *Chronologicis* diſcimus, in hac omni *Chronologia Thucydidea* vtiliſſimum, *Autumnum Hyemi* ſuae *ſemeſtri* accenſere *Thucydidem*, et in illius adeo *initio Hyemis* ſuae *initium* ſtatuere.

Eiusdem interualli fuiſſe videtur quod de *Lyſicle* habet *Thucydides*. Hunc enim miſſum fuiſſe refert a ſuis *Athenienſibus* in *Aſiam*, vt *pecunias* a ſociis exigeret; et dum munere illo defungeretur, oppreſſum occiſumque a *Caribus* ac *Anacitis*. III. 19.

III. 20. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Plataeenſium* CCXX. erumpunt. Νυκτὶ ἀσελήνῳ et aqua *glacie* concreta. III. 22 Hae certe notae *Hyemis* proprie ſic dictae *quadrantem* deſignare videntur; et menſis *Lunaris* vel *finem*, vel *initium* noctibus ἀσελήνοις. Ita certe ſub Cyclo *Metonico* qui fecit vt ne vnquam longe a Nouiluniis *Coeleſtibus* Ciuilia Nouilunia aberrarent. Coepit autem *Hyems*, hoc anno *Intercalari*, a *Poſideone* IIo cuius dies primus erat *Decembris* Iuliani XXVIus. Sed *Hyemis initium* non deſignat Auctor, cuius ſuperius illum meminiſſe vidimus. Proinde *Interlunium* illud vel *Gamelionis* fuerit *Attici*, qui a *Ianuarii* Iuliani die coepit XXV. vel

Anthesterionis, qui a *Februarii* Iuliani die iniuit XXIIIIo. Vtroque calculo in annum Vrbis Conditae *Varronianum* Iulianum conueniet 327.

III. 25. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος, *Salaethus Lacedaemonius Mitylenen* missus nuncius de irruptione in *Atticam* mox futura, deque classe nauium XL. in *Mitylenaeorum* subsidium mittenda. Mense nimirum *Hyemali* vltimo *Anthesterione*, qui a *Februarii* Iuliani die coepit XXIIIIo. desiit autem *Martii* Iuliani die XXIV. Admodum opportune de rebus primo *Vere* gerendis. Proinde anno *Varroniano Iuliano* eodem quo et spatium superius. Nempe U. C. 327. Paulo tamen, quam superiora, *serius*.

ANN. v. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 428 7/8.	*Olymp.*	LXXXVIII.	1. mens. 4. Arch. *Diotimo.*	1. Eph. *Exarcho.*
U. C. *Varr.* 32 7/8.			2. mens. 9. Arch. *Euclide.*	2. Eph. *Agesistrato.*
Ant. *Chr.* 42 7/8.			a die *Iulii* Iuliani XXI.	a die *Sept.* Iul. XVI.

Chrysidis Sacerdotiae *Argiuae* anno 52.

III. 26. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, missus *Alcidas* a *Lacedaemoniis* cum classe nauium XLII. ad *Mitylenaeos*. Tum ipsi *Atticam* populantur, duce *Cleomene* Regis *Pausaniae* pupilli *patruo*. Iam supra vidimus, non *mortuum*, sed *exsulem* fuisse *Pausaniae* patrem *Pleistoanactem*, eamque causam fuisse, cur *Rex* fuerit hoc anno *Pausanias*. Χαλεπωτάτη erat haec *Peloponnesiorum* ἐσβολὴ *Atheniensibus* μετὰ τὴν δευτέραν. Innuit his verbis *Thucydides* post *secundam plures* vna fuisse irruptiones, quam tamen *nullam* tertio Belli anno fuisse ipse testis disertissimus est. *Secunda* autem illa, de qua loquitur, irruptio in annum Belli conuenit itidem *secundum*. Sic numerat illam ibi *Diodorus Ol.* 87. 3. Illo anno ergo *Notium* oportet occupasse *Colophonios*, quod *secunda* demum *Peloponnesiorum* irruptione factum testatur noster alibi *Thucydides*: Ἔφαλλω δὲ μάλιστα (inquit) ὅτε ἡ δευτέρα Πελοποννησίων ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐγίγνετο. III. 34. Sic *tertius* fuerit hic *annus*, ex quo illam occupauerant, quo *Colophonios* in illius possessione confirmarit *Paches*. Proxima ergo a secunda irruptio anni fuerit *superioris*, qua *duplicem* fuisse iam obseruauimus, aliam *ante* Olympia, aliam *postea*, neutram tamen admodum *diutinam*. Hoc ergo volebat superioris anni irruptionibus *binis* duriorem hanc fuisse quae hoc anno erat duntaxat *vnica*. Sic autem loquitur de *posteriori* superioris anni irruptione *Thucydides*, vt reliquerit in incerto num vltra *Isthmum* illa processerit. Poterat ergo cum *ambabus* simul sumtis institui comparatio. Nec erat tamen acerba haec irruptio, vt videtur admodum *diutina*. Absumto enim *viatico* e *Peloponneso* secum allato redierunt. Quod sane viaticum *multorum dierum* fuisse non est verisimile. Illud praeterea exinde colligimus, nondum *maturas* fuisse, quas corruperint *Peloponnesii*, fruges, cum *moram* populantibus nullam *adiecerint*. Et sane partem Veris *intio* propiorem designat forma illa *Thucydidis* ἐπιγιγνομένου θέρους. *Coepit* autem *Ver* hoc anno *Intercalari*, a mense *Attico Elaphebolione*, et a *Martii* proinde *Iuliani* die XXVo. quem, ineunte *Elaphebolione* exhibent nostrae *Tabulae*. Inde mora erat tam *brevis* vt a tardante *Alcida* nuncium *nullum* acceperint. Recepta *Mitylene*, *Antissam* recepit *Paches* in fidem Populi *Atheniensis* III. 28.

III. 27. Ἐν τούτῳ *Mitylenaei* deditionem faciunt, *Alcidae* classe non vltra *Myconum* prouecta. III. 29. Inde sese ad *Embatum Erythraeae* confert *Alcidas* quo pertigit VIIIo. a deditione *die*. ib. Hic auctor est *Alcidae* classis praefecto *Teutiaplus*, vt *nuper* captam, *securamque* propterea, *Mitylenen* aggrederentur. Sed non persuadet *Alcidae*. Et ne quidem *Ioniae Lesbique* exsules eum in *Ioniam* inuitantes ea spe, fore vt *Pissuthnes* sese illis adiungeret. Ita futurum vt *Atheniensium* reditus maximos in suos vsus conuerterent. III. 30 31. Soluit ergo *Embato* domum reuersurus. Ad *Teiorum Myonesum* multos e captiuis interficit. *Teiorum Myonesum* dicit vt ab *Insula Myonnesso* secerneret. *Ephesi* de hac caede reprehensus a *Samiorum*, qui ex *Aenaeis* erant, legatis, *Chios* quotquot habebat, aliorumque nonnullos dimittit. III. 32. Tum *Epheso* fugit, a *Salaminia* nimirum et *Paralo*, dum in *Clari* portu versaretur, nauibus conspectus. Persequitur illum *Paches* ad *Latmum* Insulam III. 33. Reuersus *Paches* obiter *Notium* occupat, *Colophoniisque* colonis concedit. III. 34. Quod addit noster de colonis *Atheniensium* eo deducta, id *alterius temporis* fuisse vix est cur dubitemus. *Mitylenen* reuersus *Paches*, *Pyrrham* et *Eresum* in fidem *Atheniensium* recepit, captumque *Salaethum* cum *Mitylenaeis* defectionis auctoribus *Athenas* mittit, itemque partem *copiarum* maximam. III. 35. *Salaethum* e vestigio, vbi appulisset, occidunt *Atheniensis*, decretumque condunt in *Mitylenaeos* saeuissimum, missusque eum in finem ad *Pachetem* nuncius. III. 36. *Postridie* decretum illud reuocant, idque diligentia sua efficiunt, vt decretum *prius* a *Pachete* receptum, obstiterit tamen nauis *posterior* quo minus exsecutioni mandaretur. III. 49. Caeli nihilomi-

nus *Athenas* missi a *Pachete Mitylenaeorum* captiui. *Moenibus* nudata *Mitylene* ipsa. Exceptaque *Methymna*, missi in *Lesbum* reliquam noui *Athenienſium* coloni. *Vrbes* praeterea *Mitylenaeorum* in continenti *Athenienſium* imperio deinde paruerunt. III. 50. Horum *initium* idem quod supra; Ab *Elaphebolione Attico*, *Martii* autem *Iuliani* die XXV. Idem nempe quo fuit *Peloponneſiorum* in *Atticam* Expeditio. Ea autem ne vltra *dilata* fuerit, vetabat, quod missus fuerit, ante superioris *Hyemis* finem, illius nuncius ad *Mitylenaeos Salaethus*. Plane classis *mox* adfuturae sequentis *veris initio*. *Finis* autem vltra reditum *Peloponneſiorum* pertigit, propter moram *Alcidae*. Cum enim redirent *Peloponneſii*, nuncium nullum de rebus ab *Alcida* gestis acceperant. Fecitque nimia illa illius *mora* vt spem omnem auxilii nuncius ipse auxilii mittendi *Salaethus* abiecerit. Serius ergo, quam *Peloponneſii*, redierit *Alcidas*. Sed ne quidem ita, vt videtur, *Vere* admodum *affecto*.

III. 51. Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν, *Nicias Nicerati* filius *Athenienſis Minoam* occupat insulam *Megaris* adiacentem ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, praesidiumque imponit, vt classis *praesidiariae* et *speculatoriae* stationem faceret. Meminit *Plutarchus* in *Nicia*. Tempus e praedictis colligitur. *Lesbum* enim receptam *Vere* admodum *affecto* ostendimus. Haec ergo *Vere* ad *exitum* vergente.

III. 52. *Ol.* 88 1. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου, dediti *Plataeenſes*, ea quidem conditione vt noxii *punirentur*. Non tamen *indicta causa*. Caesi ergo *Plataeenſium* ad ducentos, *Athenienſium* etiam viginti quinque, foeminae autem in *seruitutem* abductae Vrbs ipsa profugis *Megarenſibus* per *annum* data; tum funditus diruta, agro in *decem annos* locato. III. 68. Haec post reditum *Peloponneſiorum* ex *Attica*; post *Lesbi* deditionem, quam *Vere affecto* fuisse iam ostendimus. Ante mentionem θέρους, quae proxima occurrit, τελευτῶντος. III. 86. Inde suspicio est ad vm. *femeſtris* θέρους mensem *deditionem* fuisse dilatam, vel saltem IVm. Τελευτῶντος enim θέρους mensis erat *Aeſtatis femeſtris* VIus. Nec enim quanto interuallo *Lesbi* deditione serior fuerit deditio *Plataeae Thucydides* indicauit. Haec si vera, ad novum *Archontem*, *secundumque* huius Olympiadis *annum*, referenda erit deditio *Plataeae*. Hic annus XCIIIus. erat a societate *Plataeenſium* cum *Athenienſibus*. III. 68. Proinde *Ol.* $\frac{64}{65}$ $\frac{4}{1}$. inita illa est societas. Et sub illius anni *Archonte*, quicunque demum is fuerit. Deest enim illius *nomen* in Fastis hodiernis. Ita certe, si a *Vere* vtrobique Anni *initium* censeat *Thucydides*, tam in annis Bellum *Peloponneſiacum* praecedentibus, quam etiam in *sequentibus*. *Xerxe* profecto *Graeciam* populante, ab *Athenienſibus* sensisse *Plataeenſes*, agnoscunt apud nostrum *Thebani*. III. 64. Imo *decennio* antea, in ipso proelio *Marathonio*, *Athenienſium* socios fuisse *Plataeenſes*, constat ex *Herodoto*. VI. 108. etc. Etiam ante hoc ipsum proelium frequentes *Athenienſium* pro *Plataeenſibus* labores ibidem memorat *Herodotus*: πόνους, inquit, ὑπὲρ αὐτέων οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο. Ita conueniunt cum hac Epocha Societatis *Thucydidea*, experimenta quotquot habemus in *Hiſtoria*.

III. 69. *Alcidas*, *Lesbiis* ad officium redactis, *Athenienſes* fugiens, πρὸς τῇ Κρήτῃ χειμασθείς. Sed de *procella*, non de *hyemali* tempestate verba illa intelligenda esse mox constabit, quicquid innuat in contrarium *Scholiastes*. Reuersus *Alcidas*, non certe ex *hibernis*, cum *Brasida*, ad *Corcyraeos* seditione laborantes consilia conuertunt, eoque veniunt cum classe nauium LIII. post diem seditionis VIIIm. vel XIm. III. 72. 73. 74. 75. 76. Hinc vincunt *Corcyraeos* cum nauibus *Atticis* XII. duce *Nicoſtrato*. III. 77. 78. Veniente autem cum nauium LX. classe *Attica Eurymedonte*, fugiunt *Peloponneſii*. Tum per VII. dies quibus mansit apud *Corcyraeos Eurymedon*, in suos saeviunt *Corcyraei*. III. 80. 81. 82. etc. Reuerso postea *Eurymedonte* nouos motus concitant *exsules*. Haec omnia post deditam *Mitylenen*, eorundem tamen *initia* ante deditionem *Plataeae*. Fecit enim mora *Alcidae* vt in hostium manus veniret *Salaethus*, captus in *Mitylene*, dum in itinere esset *Alcidas*. Spondebat autem captus *Salaethus*, saluos fore *Plataeenſes*, si sibi pepercissent *Athenienſes*. III. 37. Itaque *Aprili Iuliano* coeperint illa quae diximus. Desierint autem *Vere* absoluto, affecta etiam *Aeſtate* proprie sic dicta, vt e nota sequenti facile intelligitur. Proinde anno *Ol.* 88. 2. *Vrbis* autem 327o.

III. 86. Τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, *Athenienſes* naues XX. mittunt in *Siciliam* ducibus *Lachete* et *Charaeade*, in auxilium *Leontinorum*, *Chalcidicarumque* Ciuitatum, et *Camarinae*, *Rheginorumque* in *Italia*. *Rhegium* cum appulissent, iam bellum gerere coeperunt, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. *Finis Aeſtatis* vltimo *Boëdromionis*, *Octobris* nimirum Iuliani die XVIIo. Ante *Mare* clausum Nou. Iuliani XI.

III. 87. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, recruduit *pestilentia*, nunquam penitus *sedata*. Tenuitque haec vice οὐκ ἔλασσον ἐνιαυτοῦ. Proinde vsque ad sequentis *Hyemis* initium. Coepit *Maemacterion* primus *femeſtris Huemis* mensis *Octob. Iul.* XVIII. Sequenti autem anno *Oct. Iul.* VII. His ergo limitibus praeter propter, pestilentia illa *annua* excludenda est. Cum peste frequentes erant etiam *terraemotus* ipsis *Athenis*, et in *Boeotia*, et in Boeotiae *Orchomeno*.

III. 88. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, Bellum *Athenienſium Rheginorumque* in insulas *Aeolias*. Θέρους δ' ἀνυδρίαν ἀδύνατα ἦν ἐπιστρατεύειν. Proinde post *Nouembris* imbrem, de quo e *Xenophonte* et *Cicerone Plinius* XVIII. 25. Vastatis *Aeoliis*, nec tamen ad *deditionem* coactis, *Rhegium* reuertuntur *Athenienſes*, καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ πέμπτον ἔτος etc. *Reditus* ergo sub Hyemis *finem*, quae Belli annum vm. terminabat, proinde *femeſtris*. Finis autem *Elaphebolionis* Attici sequentis *Aprilis Iuliani* die XII. Diebus nempe post *Aequinoctium* crescentibus, et humidam aëris solique temperiem minuentibus, quae tamen erat ad rem in *Aeoliis* gerendam, teste *Thucydide*, plane necessaria.

ANN. VI. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 4288.	Olymp. LXXXVIII.	2. menſ. 3. Arch. *Euclide.*	1. Eph *Ageſiſtrato.*
U. C. *Varr.* 328.		3. menſ. 9. Arch. *Euthydemo.*	2. Eph. *Argenida.*
Ant. *Chr.* 424.		a die *Iulii* Iuliani XO.	a die *Octob.* Iul. V.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 53.

Locum poſterioris *Archontis* ex *Ariſtophane* eiusque *Scholiaſte* diſceremus, ſi quidem licuiſſet per *Librarios*. Legatos *Athenienſium* ad Regem *Perſarum* miſſos ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος, ipſe memorat *Ariſtophanes* in *Acharnenſib* Act I. Scen. II. Hunc *Euthymenem* Fabula *Acharnenſium* XII. annis antiquiorem cenſet ibidem *Scholiaſtes*. Πρὸ ιβ' ἐτῶν ἦρχεν ὁ Εὐθυμένης, inquit, Ἀθήνησι. Illumque intelligit *Euthymenem*, qui deceſſores habuit *Theodorum*, *Epiginum*, *Morychidem*. *Numerus* atque *ordo* cum *Diodoro* conuenit. Quem tamen *Epiginum* Scholiaſtes appellat, eundem *Diodorus Glaucidem*. Eſtque ſane veriſimile in *partem* nominis acceſſiſſe particulam ἐπὶ, vt in *Archonte* factum *Aminia* Belli *Peloponneſiaci* III°. ſub quo res geſtas ἐπ' Ἀμεινίᾳ alii *Archonte Epaminone*, alii etiam *Epaminonda* geſtas exiſtimabant. *Ordo* tamen *numerusque* deceſſorum non alium illum *Euthymenem* eſſe vincit quam quem Nos *Ol.* 85. 3. aſſignauimus, ſed *Ol.* 85. 4 *Diodorus*. Et tamen *Euthymene Archonte* ipſam illam *Acharnenſium* Fabulam actam volunt in Fabulae Argumento Grammatici. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου. Nempe illo ipſo *Archonte* quem Fabula *multis annis* antiquiorem ipſe fuiſſe innuit *Ariſtophanes*, quem XII. *annis* antiquiorem fuiſſe obſeruauit in illum ipſum Comici locum *Scholiaſtes*. Situm autem a *nobis* aſſignatum *Euthymeni*, ex *hoc* ipſo probamus (ſi quidem *vnicus* ſit) *Scholiaſte*. Si tamen *ſententiam* Auctorum, quorum ipſe fidem ſecutus eſt, maioris faciamus quam ipſius *Ratiocinia*. Sententiam enim receptam de *Pericle* Bellum *Peloponneſiacum* mouente ne *Phidiae* damnatione contagium reatus ipſe contraheret, ita refellit *Scholiaſtes*: Ἄλογος δὲ φαίνεται ἡ Περικλέους ὑπόνοια, ἑπτὰ ἔτεσι πρότερον τῆς τοῦ πολέμου ἀρχῆς, τῶν περὶ Φειδίαν γενομένων. Ita ad *Pacem* p. 667. *Epocha* huius *ſeptennii* ante Bellum *Peloponneſiacum* ab illo ipſo *Euthymenis* Archontis Magiſtratu ſurgit. Illo enim *Archonte Propylaea* coepta docet *Harpocration*, et quidem Auctore optime *Philochoro*. En verba: Περὶ δὲ τῶν Προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοι τε ἱστορήκασι, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. Sed nulla hic mentio occurrit, inquies, *Phidiae*. Occurrit tamen in *Plutarchi Pericle* diſertiſſima tanquam omnium *Periclis* operum praefecti. Πάντα δὲ διεῖπε, καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας, καίτοι μεγάλους ἀρχιτέκτονας ἐχόντων καὶ τεχνίτας τῶν ἔργων. Non eſt ergo excludendus ab hoc opere *Phidias*, quod alium dederit *Harpocration* illius Architectum *Mneſiclem*. Imo haec ipſa *Propylaea* Architecti *Mneſiclis* inter opera *Periclis* recenſet *Plutarchus*, in quibus partem habuerit *Phidias*. Subiungit enim: Ὁ δὲ Φειδίας εἰργάζετο μὲν τῆς θεοῦ, *Mineruae* ad quam ſpectabant illa *Propylaea*. τὸ χρυσοῦν ἔδος, καὶ τούτου δημιουργὸς ἐν τῇ σκλῃ εἶναι γέγραπται· πάντα δ' ἦν σχεδὸν ἐπ' αὐτῷ, καὶ πᾶσιν, (ὡς εἰρήκαμεν) verbis nimirum iam ſupra deſcriptis, ἐπεξάτει τοῖς τεχνίταις διὰ Φιλίαν Περικλέους. Vera ergo *Epocha* huius *ſeptennii Archon* ille eſt, quem dixi, *Euthymenes*. Finis autem in *Archonte Pythodoro* ſtatuendus eſt ſub quo Bellum *Peloponneſiacum* coepiſſe noſter Auctor eſt *Thucydides*. Nam ſub illo certe periit *Phidias*. Ita fuiſſe docet idem in Comici *Pacem* Scholiaſtes, et quidem eodem Faſtorum *Archonticorum* Auctore *Philochoro* Sic enim habet: Φειδίας, ὡς Φιλόχορος φησὶν, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς κατασκευάσας, ὠφείλετο τὸ χρυσίον ἐκ τῶν δρακόντων τῆς χρυσελεφαντίνης Ἀθηνᾶς, ἐφ' ᾧ καταγνωσθεὶς ὑπο αὐτῶν ὡς νοσφισάμενος ἀνῃρέθη. Archon *Pythodorus* ad caedem *Phidiae* referendus eſt. Non certe ad *puluinar Mineruae*, eiusdemque *ſignum*, quae tum elaborabat *Phidias* ipſe *ſtatuarius* cum operariis reliquis qui *Propylaea* exſtruebant, curam ille omnibus communem impenderet. Sed operibus publicis penitus *conſummatis*, tum demum operam dabant δοκιμασαὶ, quos *Romani Probatores* appellabant. Quaeſituri nimirum num pro locantium ἐργεπιςατῶν *pactis* operam a ſe ſuſceptam praeſtitiſſent operum publicorum *conductores* ſiue ἐργολάβοι. Recepturi nimirum *reliquam* pretii *partem*, ſi *promiſſis* ſatisfeciſſent; at quod *deerat* operibus, pro ſententia *probatorum*, impleturi; aut, ſi qua *mala fide* fuiſſent in operibus verſati, Reipublicae nomine etiam puniendi. Hoc ergo anno *redditis* quinquennium operum *rationibus*, fraudem illam, ſi qua fuerit reuera, *Phidiae* deprehenderint δοκιμασαί. *Quinto* certe poſt *Euthymenem* anno finem *Propylaeis* impoſitum teſtatur, vbi ſupra, *Harpocration*. Et *quinquennes* erant pleraeque *Cenſorum* apud *Romanos locationes*. Mox carcere receptus *Phidias*, nec multo poſt *morbo* vel *veneficio* exſtinctus. Sic enim varias de morte illius ſententias recenſuit, vbi dixi, *Plutarchus*. Vtcunque tamen Bellum *Peloponneſiacum* non potuit videre *Phidias*, cum metum *Periclis* ab euentu *Phidiae* contractum *cauſis* Belli *Peloponneſiaci* praecipuis accenſeant Hiſtorici. Nam *Periclem* magis quam *Phidiam* ob oculos habebant *Phidiae accuſatores*. Eoque exemplo *Populum* tentabant quō eſſet in *Periclem* ipſum animo, et quam facile *nomen* illius effet, ſi *deferretur*, in reorum album recepturus. Recepto ergo

nomine *Phidiae*, ipsoque in *carcere* exstincto, et Accusatore *praemiis* affecto; et cum conscio consentienteque *Pericle*, admissam esse constaret, cuius accusatus fuerat *Phidias*, fraudem; nec *Populi* furorem *Phidiae* morte fuisse satiatum: tum sane erat cur metueret sibi *Pericles* ne thesauri publici a se expensi *rationes* exigerentur. Tum ergo opportunum erat nepotis *Alcibiadis* e sorore consilium de δίκῃ illa *fugienda*, potius quam *effugienda*. Huic certe *causae* Bellum illud imputat coaeuus ipse *Aristophanes* Εἰρήνῃ p. 666.

Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἤρξε Φειδίας πράξας κακῶς,
Εἶτα Περικλέης Φοβηθείς, μὴ μετάσχῃ τῆς τύχης.
Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς, καὶ τὸν αὐτοδαξ τρόπον,
Πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν,
Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος.

Causa fuerit *Belli*, necne, nec laboro admodum; nec causae meae interest vt laborem. Mihi satis est vt is fuerit horum euentuum *ordo*, vt nihil *pugnaris* quo *minus* causa Belli vera esse *potuerit*, quod sane verissimum fuisse ex hoc *coaeui* Auctoris testimonio discimus. Primo ergo loco praecesserit *Phidiae* illa calamitas. Tum deinde decretum *Athenienſium* in *Megarenſes*. Denique ea decreti illius occasione excitatum *Bellum* cum *Peloponnesiis*. Non me quidem fugit de *exsilio Phidiae*, non de *morte* haec, in praecedentibus intelligere *Scholiastem*. Fingit enim illum *Athenis* fugisse ad *Elin*, ibi autem *Iouis Olympii* Signum ἐργολαβοῦντα, et simili fraude vsum, tum demum ab *Eleensibus* occisum, Archonte *Scythodoro*, quem VIIIm. numerat a *Pythodoro*, sub quo *Bellum* coeperit *Peloponnesiacum*. Ita etiam Cl. *Meursius*: fefellit, vt fictitium illum *Scythodorum* eundem crederet cum *huius* anni Archonte *Euthydemo*. Fefellit etiam Max. *Scaligerum* in *Eusebianis*, vt is quoque crediderit in *Pythodori* mortui locum *Euthydemum* saltem fuisse *suffectum*. Maior enim horum nominum *discrepantia* est quam vt facile *alterum* pro *altero* acciperetur. Sed facessant *Archontes suffecti* quorum ne vnum quidem legimus in probis monumentis exemplum. Hic autem sane nihil est necesse cur quippiam nouemus. Sunt enim illa omnia *Grammaticorum* a quibus vetustissima habemus *Scholia*, *ratiocinii* oriunda, multis ab *Aristophane* Seculis viuentium, potius quam *Historicis* coaeuorum *testimoniis*. Is certe *Scythodorus* non alius est a *Pythodoro*, sub quo *coepit* Bellum *Peloponnesiacum*, et sub quo *Phidiam* mortuum probauimus. Idque res ipsa verisimillimum ostendit. Est enim nominis *Scythodori* cum *Pythodoro* similitudo maxima, quae nulla prorsus apparet cum *Euthydemo*. Facile potuit *nomen* illud a coaevis Comoediae *antiquae* Poëtis emanare qui *Scythodorum* eum pro *Pythodoro* appellarint, si propter genus *mixtum*, exercitia habuerit in Κυνοσάργει, vt habuit *Themistocles*, genere saltem *materno* Barbarus. Erat enim apud *Athenienses Barbari* nomen infame, et prae *reliquis* Barbaris nomen *Scythae*, *seruis* etiam designandis frequenter vsurpatum, vt *Daui* nomen atque *Syri*, quod frequentissima haberent ex illis gentibus *mancipia*. Multa certe istiusmodi *nominum* opprobria e *Comoedis* illorum temporum passim exhibet *Plutarchus*. Simili lusu nomen *Archontis Aminiae* in nomen Ἀμύνιαν a *nostro* quoque *Comico* mutatum obseruauit idem *Scholiastes*, in Νεφέλ. Act. I. Scen. I. p. 124. 167. in Ἱππ. p. 122. in ΣΦῆκ. p. 436. 461. 521. Nempe fortasse quod *poenis* videretur plus aequo deditus. Qua scilicet ἀμύνειν *Graecis* idem valet quod *Romanis punire*. Sic potuit in tanta Fastorum Archonticorum *discrepantia*, pro vero nomine *Pythodori* (quod seruauit coaeuus Auctor noster *Thucydides*) in nonnullis Fastis obtinere probosum nomen *Scythodori*; atque inde euenire vt *duplex* eiusdem Archontis *nomen* pro *duobus Archontibus* haberent iuniores atque imperitiores. *Septennii* Epocham non a *Pythodoro incipere*, sed in eodem *desinere*, iam probauimus; incipere autem ab *Euthymene*. Et falsa sunt omnia quibus aliam illam sententiam suam ex aliis *Grammaticis* haustam tuetur idem *Scholiastes*. Falsum inprimis quod poenam fraudis a *Phidia*, vt credebatur, admissae statuerit *exsilium*. Nam *Sacrilegii* crimen *Pericli* intentatum, quod *Phidiae* consenserit, docet *Plutarchus*. Poenam autem Sacrilegii *capitalem* fuisse, etiam apud *Athenienses*, constat ex exemplo *Alcibiadis*. Idque sui oblitus agnouit ipse *Scholiastes*, saltem apud *Eleos*, cum hanc eandem *fraudem* in causa *statuae* Iouis *Olympii* ab *Eleis* in eodem *Phidia capite* multatam fatetur. Nec causam tamen vllam profert cur *crimen* simile dissimili *poena* punierint *Athenienses*. Erat autem, vt vidimus, in carcere *Phidias*, ne poenam *euitasse* suspicemur a Lege constitutam. Falsum et illud, *fraudem* a Phidia *vllam* admissam esse in statua *Iouis Olympii*. *Inscriptionem* enim in ipsa illa statua qua se Auctorem profitebatur *Phidias*, vidit *Pausanias* El. I. 10. *Inducendam* vtique, vel *eradendam*, si se *piaculo* tanto in ipso opere contaminasset. Nec illud modo. Gratum sibi acceptumque opus *Iupiter* ipse testatus esse fertur. ib. 11. Imo perpetuo Φαιδρυντῶν honore ornati sunt *Phidiae* etiam *posteri*, vt *Signum* ab eo elaboratum *sordibus* purum praestarent. ib. c. 19. Tam longe aberat a *doli mali* vel *suspicione*, in ea causa, *Phidias*. Denique et illud falsum est, quod tamen pro *vero* supponit sententia illa falsa *Scholiastis*, *post* signum *Minervae* Atticae *Iouis* Olympii signum a *Phidia* esse fabricatum. Signum enim *Iouis* Olympii e manubiis victorum a se *Pisaeorum Eleos* dedicasse Auctor est *Pausanias* El. I. 10. Et victos ab *Eleis Pisaeos* opera *Lacedaemoniorum* Bello *Messeniaco* vltimo peracto docet *Strabo*. Χρόνοις δ' ὕσερον, inquit, μεταπεσούσης πάλιν τῆς Πισάτιδος εἰς τοὺς Ἠλείους, μετέπεσε πάλιν εἰς αὐτοὺς καὶ ἡ ἀγωνοθεσία. Συνέπραξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐσχάτην καταλυσιν τῶν Μεσσηνίων, συμμαχήσασιν αὐτοῖς, τἀναντία τῶν Νέσορος ἀπογόνων, καὶ τῶν Ἀρκάδων, συμπολεμησάντων τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε συνέπραξαν, ὥσε τὴν χώραν ἅπασαν τὴν μέχρι Μεσσήνης Ἠλείαν ἐσθῆναι· καὶ διαμεῖναι μέχρι καὶ νῦν· Πισατῶν δὲ, καὶ Τριφυλίων, καὶ Καυκώνων μηδ' ὄνομα λειφθῆναι. VIII. p. 355. Haec illa procul dubio *Pisaeorum* clades qua ἀναστάτους factos tradit *Pausanias* El. II. 22. *Tempus* autem hic consignatum habemus post Bellum *Messeniacum tertium* decennale

ſuperius a nobis conſtitutum paulo, quam conſtitui ſolebat, accuratius. Nec longe abeſt *tempus* deſignatum a *m*) *Plinio*, quo loco agit de ſtatuariis: *Ante omnes tamen* (inquit) *Phidias Athenienſis, Ioue Olympiae facto, ex ebore quidem et auro: ſed et ex aere ſigna fecit. Floruit autem Olympiade* LXXXIII. *circiter* CCC. *noſtrae Vrbis anno. Quo eodem tempore aemuli eius fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegias. Et deinde Olympiade* LXXXVII. *Agelades, Callon*, etc. Quis non hic *prima Phidiae*, quibus inclaruerit, *vltimaque* deſignari videt? Et cum *primis* necti operam illius in *Ioue Olympio* collocatam? In *Olympiade* conuenit *Plinius* alibi XXXVI. 5. Committit autem *Vrbis* anno CCCXXXIIO. Propius acceſſeris, vt opinor, et ad ſententiam *Plinii*, (qui Epocham *Varronianam* ſequi ſolet) ſi CCCVII. reponas. Conuenit profecto *haec illius* aetas cum aetate *fratris Panaei*, quem ſimiliter ad *Olympiadem* XXXXIII. idem refert *Plinius*. XXXV. 8. Ita certe loquitur ſuperiori illo loco *Plinius* quaſi ab illa *Iouis Olympii* ſtatua *Epocham* ducendam cenſuiſſet artis ipſius *ſtatuariae*. Recte ergo *poſtea*, cum *Phidiae* opera recenſeret, *priorem* locum *Ioui* eius tribuit *Olympio* poſteriorem autem *Minervae Atticae*. *Phidias*, ait, *praeter Iouem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit et ex ebore Mineruam Athenis, quae eſt in Parthenone adſtans.* Conuenit certe, quod ad *Ol.* 85. 2. *Mineruam Phidiae* retulerit *Euſebius*. Non longe abit Epocha illa a tempore locatorum a *Pericle* Mineruae *Propylaeorum*, quod nos docuit *Harpocration*. Exinde autem operibus publicis a *Pericle* deſignatis *Phidiam* praefectum eſſe conſtat. Et *ſignum* Deae cum eiusdem *Propylaeis* ſusceptum eſſe veriſimillimum eſt. Sic fama *Iouis Olympii* a ſe accurati illuſtrem *iam* antea *Phidiam* operibus patriae ornandae inſtitutis admouerit *Pericles*, quod ſane *Temporis* rationibus conſentientiſſimum eſt. Ita vndequaque falſa ſunt *Grammaticorum* illa omnia, de *Phidia* poſt Bellum *Peloponneſiacum* ſuperſtite, ratiocinia. Et certum adeo, *ſeptennii* e bonis monumentis hauſti *limites* illos fuiſſe, quos diximus, ab Archonte *Euthymene* ad *Pythodorum*. Ab *Ol.* 85. $\frac{3}{4}$. ad *Ol.* 87. $\frac{1}{2}$. ſcilicet pro noſtro Archontis *Euthymenis* ſitu, et ad illam Archontis *Pythodori partem*, qua coepit Bellum *Peloponneſiacum*. Recte omnino, pro recepta his temporibus calculi methodo quae *verumque* complectebatur *extremum*. Erit enim Archon *Pythodorus* ab *Euthymene* VIIUS. ſi ita procedat numerus: 1. *Euthymenes*. 2. *Bion*. 3. *Lyſimachus*. 4. *Antilochides*. 5. *Chares*. 6. *Apſeudes*. 7. *Pythodorus*. Erit et IUS. Belli annus *Ol.* 87. $\frac{1}{2}$. VIIUS ſi IUS. ſeptenarii numeretur *Ol.* 85. $\frac{3}{4}$. Non autem ſi excludatur hoc loco *Bion*, aut ſi proinde ad annum *inferiorem* redigatur *Euthymenes*. Non certe ſi *Ol.* 85. 4. inierit *Euthymenes*, vt volebat *Diodorus*. Ita nec *Archon* erit *Pythodorus* VIIUS. ab *Euthymene*, nec VIIUS. ab *Euthymene* Archonte *annus* quo erupit Bellum *Peloponneſiacum*. Caeterum *loca* vtriusque *Archontis* ex eodem Auctore *Philochoro* probaui. Quid ergo eſt cur dubitemus, quin et *ſpatium* illud *ſeptenne* fluxerit e Faſtis *Philochori*, quem ſequitur ſaepiſſime *Scholiaſtes?* Sic locum illum habuerit in Faſtis *Philochori Bion*, qui ipſe *Philochorus* paulo iunior erat *Eratoſthene*, nec multum remotus a *Demetrio Phalereo*, qui Faſtos *Archonticos* ex ipſis ediderit *Athenienſium Archiuis*. Hoc tamen obiter. Caeterum ab hoc Archonte *Euthymene* XIIUS. erat annus, quo acta eſt Comici Fabula *Acharnenſium*. Verba *Scholiaſtae* ſunt: Πρὸ ιβ' ἐτῶν ἦρχεν ὁ Εὐθυμένης Ἀθήνησι. p. 373. *Annum*, inquam, inde potius, quam *Archontem*, numerat XIIIM. Quod ſcilicet e Διδασκαλίαις haec deſumſerit. et ab eiusdem generis *Dionyſiis* ad eiusdem generis *Dionyſia* numerarit. *Archontum* ergo non aliam rationem habuit quam qua praeſederint *Dionyſiis*. Vt proinde in Διδασκαλίαις is XIIUS. fuerit *Archon* qui XIIUS. praeſederit *Dionyſiis*, quamuis alioqui (accenſito *ſemeſtri Archonte*, qui hoc ſpatio occurrebat) fuiſſet reuera XIIIUS. Acta autem eſt Fabula *Acharnenſium Lenaeis* menſe *Antheſterione*. Ergo ſupputationis *exordium* capiamus ab illo *Antheſterione* qui menſis erat *Euthymenis* IIUS. cum *initium* anni *Archontici* procederet a *Gamelione*. Illius ſcilicet anni *Iuliani* qui reſpondebat *Ol.* 85. $\frac{3}{4}$. XIIUS. inde *Antheſterion* is erit qui reſponderit *Ol.* 88. $\frac{3}{4}$. Conuenietque in *finem* noſtri huius, qui hoc Belli *Peloponneſiaci* anno iniuit, *Euthydemi*. Hinc ergo corrigenda verba *Scholiaſtis*, in Argumento Fabulae, hodierna: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος. Pro Εὐθυμένους reſcribendum Εὐθυδήμου. Error facillimus eſt, longeque (pro *noſtris* hypotheſibus) facilior quam ſi in Faſtis, quos ipſe vſurpauit, Auctor pro nomine *Euthydemi* nomen reperiſſet *Scythodori*, quod volebant *Scaliger* atque *Meurſius*. Feſtis, praeterea huius anni *Dionyſiorum* κατ' ἀγροὺς VIM. Belli annum numerat Poëta Act. II. Scen. I. p. 384. Sic etiam verba illius interpretante Scholiaſte. *Dionyſia* illa κατ' ἀγροὺς menſis erant *Poſideonis*. Et proinde huius anni *Belli* VII. ad *exitum* vergentis. *Munychione* enim proximo inibat annus *Belli* VIIUS. pro forma anni *Thucydidei*. Et anni etiam *Iuliani* itidem *exeuntis*. Inibat enim *Gamelion* proximus die *Ianuarii* Iuliani IIIO. Ita inuicem haec cohaerent vt *alium*, quam, quem dixi, locum *Euthydemus* Archon habere non *potuerit* in his, de quibus agimus, Faſtis *Philochori*. Hinc etiam colligimus *inferendum* eſſe *loco*, quem deſignauimus, *Bionem*. Male ergo (vt hoc obiter aduertam) poenam *Cleonis* ad annum, quo Ἱππέας edidit celeberrimus Poëta, conferunt Eruditi. Quaſi nimirum propter *illam* Fabulam a *Cleone* fuiſſet accuſatus. Lacerauit ille, fateor, etiam in *Equitibus Cleonem*; et cum nemo *Perſonam Cleonis* auderet ſuſtinere, *Poëta* Populo illum deridendum propinauit. Poſt aliquot nimirum *annos*, inueteratisque, propter *Cleonis* accuſationem, iam olim ſimultatibus. *Equites* enim *Stratocle* Archonte *Lenaeis* docuit Poëta. Quae quidem *Lenaea* ad *Autumnum* refert Scholiaſtes p. 390. Recte quidem ille ſi vuarum in *torculari* calcatarum illae fuerint *feriae*, eaedemque cum feriis *Romanorum* menſe *Auguſto Vindemialibus*. Ita videndum rectene *Seldenus Lenaea* ad *Antheſterionem* retulerit. Idem *Scholiaſtes* ad *hyemem* refert alibi p. 395. Et quidem *ſemeſtris Hyems* etiam complectebatur *Autumnum*. *Archon* ille erat *Ol.* 88. 4. *Proximus* illi, in quo verſamur, *Archonti*, ſub quo acta eſt Fabula *Acharnenſium*. *Ol.* 88. 3. Hac tamen ipſa Fabula

m) Nat. Hiſt. XXXIV. 8.

Acharnenſium propter fabulam *ſuperiori* anno editam, διὰ τὴν πέρυσι Κωμῳδίαν, conflatum ſibi Poeta ipſe teſtatur a *Cleone* periculum. Et *Babyloniorum* illam Fabulam fuiſſe docet in locum Poëtae *Scholiaſtes*. p. 390. Ita *Babyloniorum* Fabulam docuerit Archonte *Euclide Ol.* 88. 2. *biennio* ante *Equites*. Indeque coeperint *Poëtae* inimicitiae in *Cleonem*. Haec tamen, vt dixi, duntaxat obiter.

III. 89. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Peloponneſii*, duce *Agide Archidami* filio, (defuncto iam nimirum ipſo *Archidamo,*) ad *Iſthmum* vsque progreſſi, crebris *terraemotibus* impediti ne irruptionem in *Atticam* facerent. Coepit huius anni *Ver* a menſe *Munychione*, dieque *Aprilis* Iuliani XIII. Deſiit autem *Scirrophoriouis* vltimo, *Iulii* XXIo. Inde iniuit *Aeſtas* proprie ſic dicta, ſi forte illam *Aeſtatis ſemeſtris* partem intellexerit *Thucydides frugibus* corrumpendis idoneam. Niſi forte *ſpem* potius frugum, quam *fruges* ipſas fuerint corrupturi.

III. 89. Περὶ τούτους τοὺς χρόνους τῶν σεισμῶν κατεχόντων, inundatio Maris in *Orobiis Euboeae*. Similis etiam inundatio *Atalantae* inſulae apud *Locros Opuntios*. In *Peparetho* Maris *receſſus*, non *inundatio*, terraemotus tamen. *Tempus* in anno *Iuliano* idem quod ſupra.

III. 90. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, in *Sicilia Charoeades Athenienſium* dux caeſus. *Laches* dux alter *Mylas Meſſaniorum* aggreditur, cogitque ad *Bellum* in ſuos *Meſſanios*. Μετὰ τοῦτο dediti ipſi quoque *Meſſanii*. Res geſtas a *Lachete* priori huius anni *Archonti*, et *Ol.* 88. 2. tribuit *Diodorus*. Hoc ſi recte, ante *Iul.* XXI. et tamen *poſt* ſuperiora geſta fuiſſe neceſſe erit. Menſe, vt videtur, *Vernali* vltimo *Scirrophorione*, qui iniuit *Iunii* Iuliani die XXI.

III. 91. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, claſſem XXX. nauium circa *Peloponneſum*, *Demoſthene* et *Procle* ducibus, mittunt *Athenienſes*. Item in *Melios* aliam, nauium LX, duce *Nicia*. A *Melo Nicias* ad *Oropum* milites exponit, qui iuncti nouis ex Vrbe *Athenienſi* militibus *Tanagraeos* vincunt, tropaeumque de illis ſtatuunt. Tum *Locridis* maritima ἔτεμε, domumque redit *Nicias*. Tempus *frugum* indicat vox ἔτεμε vel *maturarum*, vel *matureſcentium*.

III. 92. Ἀπὸ τὸν χρόνον τοῦτον, *Heracleam Trachiniorum* coloniam mittunt *Lacedaemonii*. *Trachinii* illi a *Melienſibus*. Adiuti etiam a *Lacedaemoniis Dorienſes* metropolis ſuae incolae in *Oetaeos*. Triumuiri coloniae huius in *Heracleam* deducendae, *Leon*, *Alcidas* et *Damagon*. III. 93. Sed oppreſſi a *Theſſalis Oetaeisque*, ipſisque etiam *Lacedaemoniorum* Magiſtratibus, noui illi coloni. *Tempus* idem quod ſupra. Archonte *Euthydemo*, *Ol.* 88. 3. *Diodor.*

III. 49. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ὃν ἐν τῇ Μήλῳ οἱ Ἀθηναῖοι κατείχοντο, claſſis *Attica*, quae *Peloponneſum* circumnauigabat, *Ellomeni Leucadiae* quosdam e praeſidiariis interficiunt. Tum iuncti reliquis, praeter *Oeniadas*, *Acarnanibus*, et *Zacynthiis* et *Cephalleniis Corcyraeisque*, *Leucadem* circumuallare detrectant, quanquam Auctores eſſent, vt circumuallaretur, *Acarnanes*. Sed *Meſſeniorum* conſilio ceſſit *Demoſthenes*, bellumque intulit *Aetoliae* ex *Oeneone Locridis*, deferentibus illum, in hac expeditione, *Acarnanibus*. III. 95. Primo impetu *Potidaniam* occupat, *Crocylium*, *Tichium*, ſingulis diebus ſingulas. III. 96. Tum *Aegitium*. III. 97. Tandem caeſus ab *Aetolis Procles*, fugatusque *Demoſthenes*. III. 98. *Tempus* quo *Meli* erat *Nicias* iam ſupra deſignauimus. *Frugum* ſcilicet vel *maturarum*, vel (vt dixi) *matureſcentium*.

III. 99. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *Peripolium* in *Locride* ad flumen *Halecem* expugnant *Athenienſes* qui erant in *Sicilia*. *Tempus* idem.

III. 100. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, rogant *Aetoli* vt ſibi copias in *Naupactum* mitterent *Lacedaemonii*. Mittunt illi, περὶ τὸ Φθινόπωρον, ter mille grauis armaturae milites, duce *Eurylocho*. III. 101. Iter illi *Naupactum* verſus inſtituunt per *Locros Ozolas*, receptis tamen antea *Locrorum* obſidibus. III. 102. Ad *Naupactum* adſunt *Aetoli*, et *Molycrion* capiunt. *Rhium* ſcilicet quod *Achaico* opponit *Thucydides*, vel *Antirrhio*. Sed *Leucadem* ingreſſi, *Demoſthenis* conſilio, 1000 *Acarnanes Peloponneſios* ab *obſidionis* conſilio diuertunt. Itaque in *Aeolidem* ſeſe recipit *Eurylochus*, *Ambraciotis* adfuturus *Argos Amphilochicum*, et reliquam *Amphilochiam Acarnaniamque* aggreſſurus. Dumque *Ambraciotas* exſpectat, τὸ θέρος ἐτελεύτα. Hinc intelligimus *verum* illum anni naturalis *Autumnum* antea fuiſſe quam inirent anni *Attici* menſes *Autumnales*, quos *Hyemis ſemeſtris* ambitu complectebatur, cum ſuis *Athenienſibus Thucydides*. Si quidem a *feriis meſſuis Iulii*, aut *vindemialibus Auguſti* Iuliani, *Autumnus* aeſtimandus eſſet, ſic magnam partem *Aeſtatis* etiam *trimeſtris Autumnus* occuparet. Minus tamen fortaſſis errabimus a mente *Thucydidis* ſi illum de initio *Autumni Parapegmatici* intelligamus, qui ab *Aequinoctio* inibat, quod propterea *Autumnale* appellatur. Sic ſpatium inter *Autumnum Aeſtatisque finem* illud erit, quod inter *Aequinoctium* interceſſit *proximumque* ab Aequinoctio Ciuile *Nouilunium*, quod menſis *Attici* erat *Maemacterionis* qui *Octobris* Iuliani die coepit VIIo. Sic *vltimo Aeſtatis menſe* concludentur haec omnia.

III. 103. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, cladem accipiunt *Athenienſes* in *Sicilia* ad *Neſſam*. Poſt *initium*, vt dixi, *Maemacterionis*, *Octobriſque*, quem dixi, diem VIIm. Μετὰ τοῦτο, exſcenſum facit in *Locridem Laches Athenienſis*, nec infeliciter. Hoc ergo *Octobri* Iuliano iam affecto.

III. 104. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Delum* vniuerſam luſtrant *Athenienſes*, ludosque inſtituunt *Deliacos* quinquennales. *Maemacterione Attico*, vt videtur, *affecto*, et proinde *Octobri* etiam Iuliano fortaſſe *definente*. Vit. *Thucydidis* Ἀδεσπ. Belli *Pelop.* ann. VII. περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἐπὶ Εὐθύνου (leg. Εὐθυδήμου) Ἄρχοντος. Nempe quia *Euthydemus* Archon a *Pythodoro* VIIus. Haec etiam *Diodorus Ol.* 88. 3. Propter *peſtem*.

III. 105. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, adſunt *Eurylocho Ambraciotae*, *Olpaeque* capiunt in agro *Argiuo Amphilochico*. *Argos Amphilochicum* appellat vt a multis aliis cognominibus *Argis* ſecerneret. Praecipue vero ab *Argis Peloponneſiacis*. Haec enim *Vrbs*, vel forte *regio* tota *Peloponneſi Homero* Ἄργος Ἀχαϊκὸν *Odyſſ.* Γ. 251. Eo venit arceſſitus *Eurylochus*. Adeſt etiam cum *Acarnanibus Demoſthenes*. Pugnatumque *ſexto*, poſtquam veniſſet, *die*.

III. 107. Victique *Peloponnesii*, et caesus *Eurylochus*. III. 109. Postridie in *Eurylochi* locum succedit *Menedaeus*, qui pactus cum *Demosthene* discedit. Rursus profligati a *Demosthene Ambraciotae* die sequenti ἅμα ἕῳθρῳ. III. 112. Τῇ ὑςεραίᾳ caduceator de mortuis. Parcunt tamen vrbi *Ambraciae* socii *Demosthenis Acarnanes* et *Amphilochii*. III. 113. Imo *foedus* cum illis centum annorum ineunt. Μετὰ ταῦτα, mittunt *Corinthii Ambraciam* praesidium grauis armaturae militum trecentorum duce *Xenocle*. III. 114. Post mensem *Maemacterionem*, anno *Iuliano* exeunte, vel *sequenti* ineunte.

III. 115. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, exscensum faciunt *Athenienses* in *Sicilia* in *Himeraeos*. Eorundem ad insulas *Aeolias* Expeditio. Reuersi *Pythodorum* nuper *Athenis* missum *Lacheti* successorem inueniunt. Haec post mensem *Atticum Gamelionem*, *Ianuariumque Iulianum*, vt videtur. Proinde ad annum *Varr. Iulianum* 329. referenda.

III. 115. Τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, victus a *Locris Pythodorus*. Hoc anno *Varroniano* 329. mense *Attico Elaphebolione*, *Martio* autem *Iuliano*.

III. 116. Περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο, Ignis riuus ex *Aetna* effluxit, vastauitque partem agri *Catanaeorum*. Sequitur mox: Ταῦτα μὲν κατὰ χειμῶνα τοῦτον ἐγένετο, καὶ ἔκτου ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε. Manifestum hic habemus exemplum, quo *Veris* principium *Hyemi* accensetur, vt modo vidimus alibi *Autumni* etiam *veri* initium *Aestati* accenseri. Poterit etiam hoc intelligi, vt supra explicuimus, de *Veris initio Parapegmatico*, a *Verno* nempe *Aequinoctio*. Sic etiam intelligetur, *hoc* saltem *anno*, primi *Lunaris* mensis *Munychionis* Ciuili *Nouilunio* prius fuisse *Aequinoctium Parapegmaticum*; et paucorum illorum *dierum* spario contigisse quae his limitibus complexus est *Thucydides*. Ita erunt fini *Elaphebolionis* Attici assignanda, *Martiique* Iuliani, et *quinque sexue* dierum ambitu concludenda. Ait praeterea *Thucydides* anno post priorem aliam *Aetnae* eruptionem *quinquagesimo* hanc fuisse eruptionem. Is erat *Ol.* $\frac{75}{76}$. $\frac{4}{4}$. Ibi ergo videnda quae de ea diximus. Et in *Apparat.* §. 26.

ANN. VII. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Astic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul* 42 $\frac{83}{96}$	*Olymp.* LXXXVIII.	3. mens. 3. Arch. *Euthydemo*,	1. Ephoro *Argenida*.
U. C. *Varr* 3 $\frac{329}{330}$		4. mens. 9. Arch. *Stratocle*	2 Ephoro *Onomacle*.
Ante *Chr.* 42 $\frac{5}{4}$.		a die *Iunii* Iuliani XXIX.	a die *Sep.* Iul. XXIII.

Chrysidis Sacerdotissae *Argiuae* anno 54.

IV. 1. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, περὶ σίτου ἐκβολήν, occupata a *Syracusanis* et *Locris Messina*, vastatique a *Locris* agri *Rheginorum*. Coepit huius anni *Ver* a mense Attico *Munychione*, cuius diei primo respondit dies *Aprilis* Iuliani etiam *primus*. Sed σίτου ἐκβολὴν de prima *spicarum* emissione interpretatur, rectèque, vt existimo, *Scholiastes*: Σιτου ἐκβολὴν, τὴν τῶν ἀςαχύων (inquit) ἐκ τῶν καλύκων γένεσίν φησιν. Opponitur enim, vt mox constabit, ἀκμῇ IV. 2. Nec ἀκμῇ tantummodo illi quae *falci* esset matura, sed quae etiam *prope* ad maturitatem spectabat. Dicitur σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. IV. 6. Et quidem ea *viriditate* quae *victui* triticum reddiderit prorsus *inutile*. Inde enim factum vt praedantium in *Attica Peloponnesiorum* multus commeatus *defuerit*, quamuis *frumentum* agri *Attici* omne fuerit penes *Peloponnesios*. Dicitur ibidem πρωΐ, IV. 6. *Metaphora* sumta a *diei* diluculo, vt supra locorum obseruauimus *Herodotum*. Nec tamen vel ita anni *Thucydidei* ipsum *initium* designant hae loquendi formae Hoc *Thucydidi*, ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, vel θέρους εὐθὺς ἐπιγιγνομένου Et tamen *initium* laxius intellectum denotat vox πρωΐ, qua scilicet *meridiei* et *vespero* opponitur. Mense ergo *Vernali primo*, *Munychione*, et *Aprili* proinde Iuliano, haec gesta fuerint, sed *affecto*. Saltem *Ver*, qua ab *Aestate* proprie sic dicta distinguitur, voce θέρους hoc in loco intelligemus. Sic enim proxima temporis nota appellat ipse *Thucydides*.

IV. 2. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι, *Peloponnesii* in *Atticam* irrumpunt, duce *Agide* Rege. Missae in *Siciliam* ab *Athenienfibus* naves XL ducibus *Eurymedonte* et *Sophocle*, *Pythodori*, qui iam erat in *Sicilia*, in huius anni στρατηγίᾳ collegis. Hinc verisimile est, στρατηγοὺς *annuos* iam quoque, cum mutatum esset anni Ciuilis *initium* a *Gamelione* ad *Hecatombaeonem*, iam tamen (inquam) vt olim iniuisse a *Gamelione*, etiam ante annum *Thucydideum*, qui iniuit a *Munychione*. Iam enim *superiori* anno Belli vidimus in *Lachetis* locum suffectum esse in *Sicilia Pythodorum*. Sed anno tamen illo *exeunte*. Erat enim *initium* a *Gamelione* rebus *militiae foris*que gerendis commodissimum, etiam cum *Hecatombaeone* inirent *Archontes* Eponymi, quorum munus *Ciuile* erat, potius quam *militare*; rebus certe *extra* patriam gerendis ne quidem designatum. Ita notat *temporis* lucrabimur quo venerit in *Siciliam Pythodorus*, post mensem scilicet Atticum *Gamelionem*, et *semestris* proinde *Hyemis*

parte *posteriori*. Obiter, dum in *Siciliam* nauigant noui *Athenienſium* duces, viſum eſt iuuandos eſſe *Corcyraeos*, apud quos iam antea *Peloponneſiorum* naues erant LX. Huius *claſſis* vſus permiſſus *Demoſtheni*, ſi quid videretur, in *Peloponneſios*. Ergo *Pylum* munit, *ſex* dierum ſpatio, *Demoſthenes*. IV. 5. *feſtum* agentibus interea *Lacedaemoniis*. Audita *Pyli* munitione, redeunt, κατὰ τάχος, ex *Attica*, poſt XV. dierum moram, *Peloponneſii*. IV. 6. Hinc *nexum* intelligimus inter *Pyli* munitionem impreſſionemque *Peloponneſiorum* in *Atticam*. Vt fuerit etiam *Pyli* munitio menſe Attico *Munychione*, et *Aprili* Iuliano. Sic enim potius iam opinor quam, vt ad *marginem* annotaueram, menſe illa contigiſſe *Maio* Iuliano, et *Thargelione* proinde Attico. Sed profecto ad *exitum* vergente. Sequitur enim inter cauſas quae *Peloponneſios* ad *reditum* impulerint: χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεσηκυῖαν ὥραν. Sic enim habet Editio. Sed pro παρὰ legit *Scholiaſtes* περί. Non erat ergo lectio illa ad *Marginem* relegenda. Si enim παρὰ ſcripſiſſet *Thucydides*, et quidem ſenſu illo quo illum intellexit Cl. *Interpres*, debuit etiam poſt μείζων ſubiunxiſſe ἤ. Id cum non fecerit, crediderim hoc potius voluiſſe *Thucydidem*, medio iam *Vere* ineunte, *auctam* eſſe potius, quam *minutam*, aëris inclementiam *Hyemalem*. Ὥραν enim *Graeci quadrantem* anni appellant, quam *tempeſtatem* Romani. Simpliciter tempeſtatem anni *Vernalem*. Inde ad *aetatem* hominis transfertur illam, quae *flos aetatis* habetur, vt *Veris* indiciis accenſeri ſolent etiam *flores*, ſeu *Pubertatis* illa ſit, ſeu *primae barbae* atque *Adoleſcentiae*. Haec enim ὥρα cenſetur, vt proinde qui illam *nondum* attigerint, ἄωροι, qui *multo* ſuperarint, ἔξωροι habeantur. Eſt ergo in illa *aetate* ἡλικίᾳ καθεζῶσα, reſpondens vtique huic, in qua verſamur, ὥρᾳ καθεσηκυίᾳ, *certa* iam et *manifeſta* ſigna iam *dubiae* ἡλικίας omnia ſuperans, et proinde omni prorſus dubitatione *ſuperior*. Erant enim ἡλικίας ſigna alia *maturiora*, alia *ſeriora*. Et *prima* ſimiliter *ſigna Veris* memorat *Liuius*. Fuiſſe itaque ſupponit etiam *vltima*. Sic ergo in ἡλικίᾳ καθεζώσῃ, erat illa *media* in ſupremum *Adoleſcentiae* ſignum *primae barbae* et primum *exoletae* aetatis ſignum, *foetorem* illum quem *hircoſum* veteres *Romani* appellabant. Ita S. *Iuſtino* Martyri, quem *tricenarium* agnoſcit, ἡλικίαν καθεζῶσαν tribuit *Epiphanius*. Pertigit fortaſſis ἡλικίᾳ illa καθεζῶσα ab anno XXV. ad XXXV. Ab anno enim XXV. *Curatoribus* pariter ac *Tutoribus* liberi erant, per Leges *Romanas*, haeredes. Et ab anno XXXV. Centurias *ſeniorum* incipiebat Diſciplina militiae *Romanae*. Nec ea aetate *maiorem* legimus, vt opinor, *Principem Iuuentutis*. Sic ergo Ὥρας καθεσηκυίας *initium* ponendum erit inter *prima dubiaque* quadrantis *vernalis* ſigna, atque *vltima* de quibus nulla potuerit ſubeſſe *dubitatio*. Quae nota ſatis commode *Aprili* Iuliano *exeunti* quadrabit. Magis tamen fortaſſis pro cycli *Attici* diſciplina ὥραν καθεσηκυῖαν deſignabimus, ſi illam ab illo *Parapegmatis* Solaris *die* auſpicabimur qui *primo* poſt Aequinoctium Vernale *Nouilunio* illi *Ciuili*, quod Cycli *Meronici* vniuerſi *remotiſſimum* fuerit ab ipſo *Aequinoctio*, reſponderit. Ita quoque *initium* ὥρας καθεσηκυίας, pro noſtris Tabulis, *Aprili* Iuliano *deſinenti* conueniet. *Terminus* autem in *ſecundo* poſt Aequinoctium *remotiſſimo* ſimiliter *Nouilunio*, ſi quidem trium menſium Vernalium in Cyclo Lunari menſium *primum* tantummodo ὥρας καθεσηκυίας nomine Veteres deſignarint.

IV. 7. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, *Eionem Mendaeorum* in *Thracia* coloniam cepit amiſitque *Simonides Athenienſis*. Dum adhuc eſſent in *Attica Peloponneſii*, vt colligitur e proxime ſequentibus.

IV. 8. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς Πελοποννησίων, *Exercitus* eorum, itemque *claſſis Corcyram* verſus miſſa *Demoſthenem* in *Pylo* terra marique obſident, munita etiam praeſidio inſula *Sphacteria*. Repulſi autem per *biduum Lacedaemonii*. *Tertio* die naues *Aſinam* mittunt *Lacedaemonii*. Ἐν τούτῳ, adeſt claſſis *Athenienſium* e *Zacyntho*. Τῇ ὑστεραίᾳ ad *praelium* ſe accingunt. IV. 13. Vincuntque *Lacedaemonios*, et praelidium *Sphacteriae* intercipiunt. Tum *induciae* ad *Pylum* dictae. IV. 16. *dierum* XX. mittendis ad *Athenas* legatis. IV. 39. *Renerſis* legatis, re infecta, et XX. induciarum diebus *elapſis*, Bellum de nouo inſtauratur. IV. 23. 39. Nouae obſidentibus accedunt *Athenienſium* naues XX. IV. 23. *Renerſi*, vt vidimus, ex *Attica Peloponneſii Aprili* Iuliano *exeunte*, et *Munychione* Attico pariter ad *exitum* vergente. Poſtea paulo tardius conuenerunt ad *Pylum Lacedaemonii*, βραδυτέρα (inquit) ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος. IV. 8. Quot fuerit *dierum* mora illa non conſtat. Poſtquam conueniſſent. IVo. die praelium *nauale* quo victi ſunt *Lacedaemonii*. Inde XXo. die inducis *elapſis*, rurſus *Bellum*. Affecto proinde *Thargelione Attico* et *Maio* Iuliano.

IV. 24. 25. Ἐν τούτῳ, victi ad *Meſſanam* ab *Athenienſibus Rheginisque* praelio maritimo *Syracuſii* atque *Locri*. Μετὰ τοῦτο, *bis* iterum victi *Syracuſani Meſſanam* ſe recipiunt. *Camarinam* inde nauigant *Athenienſes*. Tum *Meſſanenſes Naxum Chalcidicam* oppugnantes profligantur. Victi iterum ab *Athenienſibus Meſſanenſes*. *Rhegium* reverſi *Athenienſes*. Μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἕλληνες, ἄνευ τῶν Ἀθηναίων, κατὰ γῆν ἐστράτευον ἐπ' ἀλλήλους. *Soli* nimirum, quia viribus tantummodo *maritimis* inſtructi erant *Athenienſes*. Haec eodem *tempore* quo ſuperiora, *Aprili* ſcilicet atque *Maio* Iulianis, vt videtur, affectis.

IV. 26. *Ol.* 88. 4. *Lacedaemonios* in inſula *Sphacteria* obſeſſos Ἔτι vrgebant *Athenienſes*. Tandem de euentu fere deſpondentibus, recepit in ſe *Cleon*, fore, ſi ipſe dux eligeretur, vt *Lacedaemonios* ibi obſeſſos vel *interficeret*, vel ſecum intra diem ab ea iactatione XXm captiuos ſecum *Athenas* adduceret. Idque praeter ſpem exſpectationemque felix, reuera praeſtitit. A praelio *maritimo*, quo incluſi ſunt in *Sphacteria Lacedaemonii*, ad praelium in ipſa *inſula* quo ad *deditionem* ſunt coacti, dies *Thucydides* numerat LXXII. Ita nimirum, vt XX. *induciarum* dies qui hanc *posteriorem* oppugnationem praeceſſerint, hoc numero fuerit *complexus*. IV. 39. Proinde LII. dierum *mora* poſterioris huius *oppugnationis* fuerit oportet *vniuerſa*, quae effecerit vt ſpem paene omnem obſeſſos ante *Hyemem* expugnandi abiecerint *Athenienſes*. *Secundus* autem a *Cleonis* aduentu *dies* idem erat praelii *Lacedaemoniis* fatalis. Proinde LXXIIus. a praelio *maritimo*, LIIus. ab

elapſis xx. dierum induciis. Nec multo antea *taedium* erat obſeſſorum quod *Cleon* in ducum contumeliam conuerterat. Hi dies additi *Thargelioni* affecto in *Hecatombaeone* Attico deſinent ſimiliter affecto, et *Iulio* proinde Iuliano. Tum nouus inierat magiſtratum *Archon*, quam cauſam fuiſſe arbitror cur deinde metueretur ne in *Hyemem* protraheretur obſidio. Nam alioqui *Aeſtiuam* ſaltem quadrantem non admodum *affectam* fuiſſe docent quae hoc eodem anno, etiam receptis *Sphacteriae* captiuis, *Aeſtate* tamen geſta memorantur a *Thucydide*. Τῇ ὑςεραίᾳ *Athenienſes* διεσκευάζοντο ὡς ἐς πλοῦν. IV. 38. Inde *reditus* moram non admodum magnam fuiſſe colligitur. Quod ſane neceſſarium erat vt promiſſis ſtaret *Cleon* de captiuis intra diem ex quo diſceſſerat *Athenis* xx^m. adducendis. *Reditus* ergo dies ſuperioribus additi efficient vt fine *Hecatombaeonis* Iuliique *captiuos* adduxerit, vel initio *Metageitnionis* et *Auguſti*, vt in editi *Thucydidis* margine obſeruaueram. Iam vero eo potius propendeo vt *Iulio* potius exeunte *Cleon* captiuos ſuos *Athenas* adduxerit. Sic fiet vt ad *Auguſtum* ineuntem referenda fuerint quae proxima Epocha ſtatuuntur a *Thucydide*. Nempe ad diem a praelio *nauali* ſaltem LXXX^m.

IV. 42. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, μετὰ ταῦτα εὐθύς, *Athenienſium* Expeditio in *Corinthios*, duce *Nicia*, ad *Solygium* collem, et victoria. IV. 44. *Dierum* certe, ſaltem *paucorum*. Inde αὐθήμερον ad *Crommyonem Corinthii* agri ſe recipiunt *Athenienſes*. IV. 45. Τῇ ὑςεραίᾳ oram legentes in agrum *Epidaurium* exſcenſum faciunt. nde *Methonem* veniunt, et *Cherrhoneſi Iſthmum*, in quo *Methone* eſt, muro cingunt. Inde ἐπειδὴ ἐξετείχισαν, poſtquam εἰς τέλος ἤγαγον τὸ τεῖχος τοῦ χωρίου, inquit *Scholiaſtes*, domum nauigant. Vix potuit Expeditio haec pauciorum fuiſſe *dierum* quam *decem* ad minimum. Qui dies ſuperioribus additi XC. conficient a *praelio*, quod dixi, *nauali*. Proinde *tres* paene *menſes* Atticos *Lunares* ab affecto *Thargelione* Attico. Adeoque deſinent *Metageitnione* Attico etiam affecto. *Auguſto* nempe Iuliano ſimiliter *affecto*.

IV. 46. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καθ' ὃν ταῦτα ἐγίγνετο, *Eurymedon* et *Sophocles* a *Pylo Corcyram* petunt. Poſt diem a praelio *nauali*, vt vidimus, LXX^m. Et proinde menſe Attico *Hecatombaeone*, *Iulioque* adeo Iuliano. Hic ſecedentes in montem *Iſtonem Corcyraeos* expugnant. Inde *Siciliam* veniunt, et cum *ſociis* bellum adminiſtrant. IV. 48. Nempe *Hecatombaeone exeunte* vel ineunte *Metageitnione*. Proinde *Iulio* Iuliano *exeunte*, vel *ineunte Auguſto*.

IV. 49. Καὶ οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι καὶ Ἀκαρνᾶνες, ἅμα τελευτῶντος τοῦ θέρους, *Anactorium Corinthiorum* vrbem capiunt. Ejectis autem inde *Corinthiis*, coloniam eiuium ſuorum eo deducunt *Acarnanes*. Καὶ τὸ θέρος, inquit, ἐτελεύτα. E particula Καὶ colligimus haec *poſterius* eſſe geſta quae *Aeſtati exeunti* tribuit. Exiit *Aeſtas Thucydidea* menſe Attico *Boëdromione* ſimiliter *exeunte*, cuius dies *vltimus* idem erat *Septembris* Iuliani dies XXIV^us. Itaque *Septembri* Iuliano haec geſta fuiſſe veriſimillimum eſt. Detrahuntur inde dies a *nauali* praelio XC. Retro ſupputati definent in diem *Iunii* Iuliani XXVII. Ita ſcilicet vt is ipſe dies *Iunii* fuerit a praelio I^us. Ita limites lucrabimur intra quos tempora ſuperiora omnino ſtatuenda ſint. *Praelium* illud *Maio affecto* ſuperius conſtituimus. Hinc autem didicimus Iunii die XXVII. ſerius eſſe ne quidem potuiſſe. Et ſane ſpatium aliquod inter *diem a praelio* XC^m. et *Septembris* illum *diem* fuiſſe, quem diximus, ex hac ipſa formula Θέρους τελευτῶντος colligimus, quae innuit ſuperiora non *menſis* fuiſſe *aeſtiui vltimi*, qui vere fuerit Θέρους τελευτῶντος. Nos autem *menſi* Aeſtiuo *penultimo Metageitnioni*, ſaltem *ineunti* illa aſſignauimus. Error, ſi quis fuerit, magnus eſſe non potuit. Hinc certe apparet, propter metum illum ne obſidio *Lacedaemoniorum* in *Sphacteria* protraheretur in *Hyemem*, ipſam *obſidionem* non eſſe propterea nimium differendam. Nec adeo Nos, vt videri alioqui poſſit, incommode ad menſem Atticum *Hecatombaeonem* verba illa retuliſſe.

IV. 50. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, *Ariſtides Archippi* filius ad ſocios *Athenienſium* in *Aſia*, pecuniae cogendae cauſa, miſſus, *Artaphernem* literas a Rege *Artaxerxe* ad *Lacedaemonios* deferentem capit. Captum vna cum literis *Athenas* mittit. Illum *Artaphernem Athenienſes* cum ſuis ad *Regem* eundem legatis, *Epheſum* remittunt. Sed ὕστερον. Sed vero *Epheſi Artaxerxem* Regem deceſſiſſe audientes legati *Athenienſium* domum redeunt. Et quidem exceſſerat ille νεωστί. *Hyemis* huius, vt videtur, *initio*. Conuenit *Diodorus*, imo etiam *Euſebius*. Vterque mortem *Artaxerxis Longimani* aſſignat *Ol.* 88. 4. *Diodorus* etiam mortem ſtatuit ſub huius anni Archonte *Stratocle*. Conuenit Canon Chronicus *Aſtronomorum* accuratiſſimus a *Nabonaſſari* initio arceſſitus. In eo *Thoth Xerxis* XXI. idem cenſetur cum eo quo iniuit annus *Nabonaſſareus* CCLXXXII. Concurrebatque cum *Ol.* 88. ¾. *Artaxerxi* autem accenſet *Thoth* XLI. quo ſcilicet inierit annus *Nabonaſſareus* CCCXXIV. reſpondens ſcilicet *Ol.* $\frac{88}{89}$. $\frac{4}{1}$. Sic tamen vt anno *Olympiadico* priori e viuis exceſſerit. Superſtes ergo fuerit oportet poſt *Iun.* XXIX. vt huius *Olympiadis* annum 4^m. attingeret. Superſtes poſt *Sept.* XXIV. vt *Hyemis Thucydideae* partem aliquam videre poſſet. Superſtes poſt *Decembris* diem VIII^m. vt *Thoth* anni *Nabonaſſarei* CCCXXIV. aſſequeretur. Nec tamen vltra *Martii* ſequentis *diem* XXI. ſuperſtes eſſe potuit, ſi quidem *Belli* anno VII°. exſtinctus fuerit, pro ſententia *Thucydidis*. Is enim *dies* erat *Elapheholionis* I^us. qui primus erat menſis *Vernalis* hoc ſaltem anno qui proxime *Embolimaeum* ſequebatur. Ita *ſpatium*, intra quod defunctus fuerit *Artaxerxes Longimanus*, in anguſtum contraximus. Certe poſt *Sept.* XXVII. quo coepit Ephorus *Alexippidas* anno *Belli* XX°. *Pax* enim illo *Belli* anno inita. ad annum *Darii Nothi* XIII^m. ab ipſo *Thucydide* refertur. VII. 7. 58. Hic erat *Ol.* $\frac{21}{22}$ $\frac{4}{1}$. ad annum *Darii Nothi* XIV^m. referendus, ſi ante diem XXVII. defunctus fuiſſet *Artaxerxes*. Medium annum *Xerxi* alteri tribuendum nullum agnoſcit Canon *Aſtronomorum*, vel *Thucydides*. Adhuc anguſtior erit huius mortis *Epocha*, ſi recte *inducias* anno *Belli* XX° cum *Dario Nothо* initas ad *Februarium* Iulianum *exeuntem* retulerimus. Sic enim neceſſe erit vt ad menſem *hyemalem* huius anni *penultimum* peruenerit *Artaxerxes*, ſi, cum illae ſanciretur induciae, nondum *Darius* Nothus annum regni XIII^m. abſoluiſſet. Videnda ergo quae ibi dicemus. Nihil inte-

rim hic occurrit quod impediat quo minus id quoque verum esse potuerit. Vnica enim sequitur tempestatis *Hyemalis* nota, quam claudit *Thucydides*, pro more suo, his verbis, καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Innuens nimirum, ad *Hyemem exeuntem* illa spectare. Poterant ergo non incommode ad *penultimum* Hyemis *mensem* ineuntem referri, quae verbis narrauerat Epochae proxime *praecedentis*. Et spatium forte aliquod inter captum remissumque *Artaphernem* innuit vox ὕστερον, vt modo obseruabamus. Et sane foederatorum stipendia anno, vt plurimum *exeunte*, colligi solebant, *Athenas* adducenda ad *Dionysia* mensis *Elaphebolionis*. Captumque indicat *Thucydides* a nauibus ἀργυρολόγοις *Artaphernem*. Ita commode omnia quadrabunt, si hac *Hyeme Attica* exeunte exstinctum existimemus *Artaxerxem*. Ergo haec nouo anno *Iuliano* 330.

IV. 51. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Chii Athenienſibus* ſuſpecti (iubentibus proinde *Athenienſibus*) nouum murum diruunt, καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἕβδομον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε etc. Anno ergo *Thucydideo* ad *finem* vergente, et nouo adeo anno *Iuliano Varroniano* 330. Nec diu ante *Martii* Iuliani diem XXI^m. vt mox videbimus.

ANN. VIII. BELLI PELOPONNESIACI.

	Olymp.	Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{9}{7}$.	$\frac{88}{89}$. $\frac{4}{1}$.		
U. C. *Varr.* 33 $\frac{0}{1}$.	LXXXVIII.	4. menſ. 4. Arch. *Stratocle.*	1. Eph. *Onomacle.*
Ant. *Chr.* 42 $\frac{4}{3}$.	LXXXIX.	1. menſ. 9. Arch. *Iſarcho.*	2. Eph. *Zeuxippo.*
		a die *Iulii* Iuliani XVII.	a die *Oct.* Iul. XII.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 55.

IV. 52. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς τοῦ ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν. Non addit, hoc in loco, *Thucydides*, κατὰ σελήνην, vt antea illum addidiſſe obſeruabamus, cum a *recepta* Neomenia Ciuili *Metonica* discreparet *Neomenia* per calculos *Aſtronomicos* ad *Eclipſim* neceſſaria. Proinde innuit a Neomenia Metonica *Ciuili* non aliam fuiſſe huius *Eclipſis Neomeniam*. Indicat praeterea menſem *Atticum Metonicum* cuius haec fuerit *Neomenia*. Illum nimirum qui primus numerari ſolebat in quadrante anni *Vernali*, quae quidem quadrans Vernalis *prior* erat in *ſemeſtri* Thucydidis *Aeſtate*. Hinc ergo colligimus, *recte* Nos, et pro *mente* certe *Thucydidis*, et pro more olim apud *Athenienſes* recepto, *tempeſtatum* anni *Ciuilium* initia a menſium *primorum initiis* arceſſiviſſe. Sic, hoc in loco, *Eclipſim* dicit fuiſſe τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς, quae in primam θέρους (quae eadem *Veris* erat) *Neomeniam* incidebat. Haec adeo accurate cum *noſtris* Cycli *Metonici* Tabulis conueniunt, vt locum fere nullum reliquum faciant cur dubitemus, fuerintne *Tabulae* illae vere *Metonicae*, et Belli *Peloponneſiaci* aetate apud *Athenienſes* receptae. *Eclipſin* hanc *Martii* Iuliani *die* XXI°. hora poſt mediam noctem VIII^a. anno Periodi *Iulianae* 4290 ſtatuunt *Chronologi*. Idem ille dies *primus* erat *Elaphebolionis Attici* in *noſtris* Cycli Metonici *Tabulis*. Inde etiam illa in colligimus, et *recte* Nos annum hunc *Embolimaeum* feciſſe; et morem fuiſſe *Athenienſium*, vt quadrantem *Archontis* ſuperioris *vltimam*, eandemque *primam* anni *Thucydidei*, poſt annos *Embolimaeos* vno menſe facerent *auctiorem*. Sic annis *Embolimaeis Ver* ſemper menſibus conſtabat *Atticis quatuor*, quod reliquis annis *trium* eſſe ſolebat, *primo* et a.n *Belli* anno duorum tantummodo, ſi a re geſta ad *Plataeam* Belli initium arceſſatur. Hanc autem *Eclipſim*, in quam *veram Eclipſim*, in animo habuit *Scholiaſtes Ariſtophanis* in *Nubes*, ad verba, Ἡ σελήνη δ' ἐξέλιπεν] ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο Σελήνης τῷ πρότερῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους Βοηδρομιῶνι. Iam alibi oſtendimus, *Eclipſim*, de qua loquitur Poëta, fuiſſe plane *nullam*. Diſſ. I. 21. Nec vulgo tum exploratas fuiſſe Eclipſium *Cauſas*, praeſertim *Lunarium*. Ortum tamen plerumque ducunt e *veris Hiſtoriis* etiam *fabellae*. Haec ſi *fabula* talem *ortum* habuerit, crediderim ex hac *vera* huius Archontis *Eclipſi Solari*, neſcio quo Interpretis falſo ratiocinio, profluxiſſe fabulam de *Eclipſi Lunari*. Erit enim *Neomeniae* haec, qualiscunque fuerit, *vtriusuis* Luminaris, ἔκλειψις, vt alibi indicat ipſe Comicus. In eam autem *Solaris Eclipſis* nulla conuenire potuit, ſed tantummodo *Lunaris*. Sub hoc praeſertim *Metonis* Cyclo quo non *procul* a *veritate* aberrabant *recepti* Lunarium motuum, etiam in *Ciuili* anno, calculi. Sic erit pro Βοηδρομιῶνι reſcribendum Ἐλαφηβολιῶνι. Pergit Auctor:

IV. 52. Τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἑσταμένου (proinde ante diem *Elaphebolionis* Attici X^m. *Martii* autem Iuliani XXX^m.) *terraemotus*. Occupant deinde *Mitylenaei*, aliique exſules *Lesbii Rhoetium*; mox illaeſum, accepto pretio, reddunt. Μετὰ τοῦτο, *Antandrum* capiunt, eo conſilio vt in *libertatem* aſſererent, cum reliquis orae *maritimae* Ciuitatibus, quae fuerant antea ſub *Mitylenaeis*. Inde *Lesbum* ſuam infeſtant, et *Aeolicas* in *continente* Ciuitates. *Vere* haec omnia, vt videtur, *ineunte*.

IV. 53. Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, *Athenienſes Cytheram*, duce *Nicia*, occupant, incolas in *alias* ſedes transferunt. Tum loca maritima *Aſinem* et *Helos* per dies VII infeſtant. IV. 54. Etiam *Corcyram* et *Aphrodiſiam*. Inde ſe *Cytherа* recipiunt. Tum *Epidaurum Limeram* (aliam ſcilicet ab *Iſthmica*) et *Thyream* nuper *Aeginetis* exſulibus conceſſam

laceſſunt *Athenienſes*, *Aeginetas* captos interficiunt, *Tantalum* praefidii ducem *Lacedaemonium* vulneratum *captiuum* abducunt. Tum *Athenas* redeunt. *Diodorus* haec *Ol.* 89. 1. Ita poſt *Iulii* diem XVIIm. Si ita, corrigenda quae ad *marginem* obſeruauerimus.

IV. 58. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *inducias* inter *Camarinaeos* et *Geloos* in *Sicilia*, primo inter ſe. Tum deinde *Gelae* iidem et alii quoque *Siculi* de *Pace* agunt, et *Hermocrate* auctore conueniunt. Dimiſſi deinde *Athenienſium* duces domum reuerſi multantur. Haec *alio* quidem a prioribus *tempore*, et θέρους, vt videtur, parte poſteriori *ineunte*, quia nulla legimus horum ducum *Eurymedontis* et *Sophoclis* in *Sicilia* geſta. Proinde anno *Olympiadis* 89. 1. poſt *Iulii*, quem dixi, diem XVIIm. Perpetuam ergo res hucusque in *Sicilia* geſtas *Ol.* 88. 2. concludit *Diodorus*.

IV. 66. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Athenienſes Megarenſes* antea binis *quotannis* Expeditionibus praedari ſoliti, tandem μακρὰ τείχη capiunt, ipſis *Megarenſibus* prodentibus. *Megarenſem* vrbem ipſam ſeruauit *Braſidas* cum ſuis *Peloponneſiis* et *Thebanis*. Haec quoque *Diodorus* ſub Archonte *Iſarcho*, *Ol.* 89. 1.

IV. 75. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Antandrum* muniri coeptam extorquent iterum *Athenienſes* ab exſulibus *Mitylenaeis*. Claſſem amittit *Lamachus* aquis coelitus delapſis et ſubita vi torrentis deuoluti, ad *Calecis* fluuii ripam, in agro *Heracleenſi*. Inde ergo ſe cum exercitu, itinere pedeſtri, *Chalcedonem* confert, *Megarenſium* coloniam. Eodem tempore, quo ſuperiora, vt opinor. Quae enim ſequuntur, ea ſtatim a diſceſſu *Athenienſium* ex agro *Megarenſi* geſta teſtatur *Thucydides*. Tum ſcilicet cum *Braſidas* in *Thraciam* moueret. Quam ſcilicet Prouinciam *ipſe* meditabatur cum et ipſe *Megaris Corinthum* rediret.

IV. 76. Ἐν τῷ θέρει, et εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκ Μεγαρίδος ἀναχώρησιν, *Demoſthenes* ſe cum XL. nauibus *Naupactum* confert. Ipſe cum *Hippocrate* de rebus in *Boeotia* ad Reipublicae formam nouandis agit, inuitante exſule *Thebano Procodoro*. Hic *Oeniadas* a reliquis *Acarnanibus* in *Athenienſium* ſocietatem adactos reperit. Mouet ergo primum in *Sulynthium* et *Agraeos*. IV. 77. *Tempus* e praedictis colligitur.

IV. 78. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους, venit *Braſidas Heracleam Trachinienſem*. Hic viae in *Thraciam* duces arceſſit *Theſſalos*, qui illum ad *Melitiam Achaiae* conueniunt. Mouet ergo primo die a *Militia Pharſalum*. Inde *Phacium*. Tum *Peraebiam*. Inde, *Peraebis* ducibus, *Dium Macedoniae*. Tum *Helotas* nomen militiae dantes ad duo millia caedunt *Lacedaemonii*. Alios *Braſidae* in ſubſidium mittunt. *Perdiccae* bellum indicunt *Athenienſes*. *Perdiccas* ergo cum *Braſida Arrhibaeum Lynceſtarum Macedonum* Regem impetit. Deſerit autem *Perdiccam Braſidas Arrhibaei* cauſam magis probans. *Tempus* idem quod ſupra. *Ineunte*, vt videtur, *Auguſto*. Proinde *exeunte* Attico *Hecatombaeone*.

IV. 84. Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει εὐθὺς, mox ſcilicet a praedictis, ὀλίγον πρὸ τρυγητοῦ, et τοῦ καρποῦ ἔτι ἔξω ὄντος, mouet *Braſidas* in *Acanthum Andriorum* coloniam. Hanc in ſocietatem, *libertate* propoſita, *volentem* recipit, καρποῦ φόβῳ. IV. 88. Mox etiam *Stagirum*. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ θέρει τούτῳ ἐγένετο. *Vindemiam* menſe *Septembri* locis *tepidis maritimisque celebrandam*, *frigidis apparandam*, ſcribit *Palladius*. L. x. tit. XI. Diſtinctius autem *Columella*, poſt III. *Id. Septembres*, dicit: *His diebus*, *locis maritimis et calidis vindemia*. Poſt IV. autem *Kal. Octobres*: *His diebus Vindemiae pluribus regionibus fiunt*. Sic nulla erit hoc *menſe* recentior *Vindemia*. Imo *Auguſto* exeunte in *Boeotiae* maritimis, et in *Africa*, vindemiam confici ſolitam, teſtatur *Columella*. Et e feriis *Vindemialibus*, ortuque ſideris *Vindemiatoris* in Kalendario veteri *Romano Ruſtico* idem conſtat. Haec autem geſta paulo ante *Vindemiam*, fructibus nondum ex agro deportatis, teſtatur *Thucydides*. Proinde tempore feriarum *meſſiuarum*, menſe *Auguſto*, quo tempore ſuperiora omnia *antiquiora* fuiſſe neceſſe eſt. De *fine* horum *Braſidae* geſtorum ita *Thucydides*: Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ θέρει τούτῳ ἐγένετο. Proinde ante diem *Boëdromionis* vltimum, *Octobris* autem Iuliani XIIIm. His ergo *limitibus* haec *Braſidae* Acta concludenda ſunt. Nempe inter tempora *ſeriſſimae Vindemiae* menſe *Septembri* peragendae *Aeſtatisque Thucydideae ſemeſtris* finem. Quae tamen ſi vera, rectius forſaſſe, vt in editi *Thucydidis* margine fecimus, pleraque horum *Aeſtiuorum* geſtorum ad *Vernam* potius tempeſtatem, quae hoc anno *quadrimeſtris* erat, retulerimus, quam ad quadrantem *Aeſtiuam* proprie ſic dictam, cum *Diodoro*. E multis tamen experimentis didicimus quam fuerit imperitus in *temporum* commiſſione *Diodorus*. Teſtimonium tamen vetus *qualecunque*, vti *coniecturis* agitur, dignum cenſeo quod expendatur.

IV. 89. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς ἀρχομένου, cum proditoribus *Boeotis* agunt duces *Athenienſes*. Detecta proditione *Siphas* et *Chaeroneam* tuentur *Boeoti* aduerſus *Demoſthenem*. *Delium* occupat *Hippocrates* poſtquam reuerſi eſſent a *Siphis Boeoti*, munitque *quinque dicrum* ſpatio. Die *quinto* redituros *Athenienſes* aggrediuntur, auctore *Boeotarcha Pagonda*, *Thebani*. Pugna ad *Delium* qua victi *Athenienſes*. Exeunte, vt videtur, *Maemacterione* Attico, ſub initium Iuliani *Nouembris*. Die *ſequenti*, ſexto nimirum a munito *Delio*, domum reuerſi *Athenienſes* tam ex *Oropo*, quam *Delio*, relicto tamen *Delii* praeſidio. Hoc praelio pugnauit fortiſſime *Socrates*, ſi fides *Platoni*. Negat tamen *Athenaeus*. L. V. vlt. Expoſtulatio *Thebanorum* cum *Athenienſibus* de violato ab *Athenienſibus Delii* Sanctuario. Ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τοῖς ἐπὶ Δηλίῳ, mortuus *Sitalces* Rex *Thraciae*, cui ſucceſſit *Seuthes*. IV. 101. Tum *Delium* expugnant *Thebani* die a praelio XVIIo. menſeque vtique *Pyanepſione* Attico, *Nouembri* autem Iuliano. Reddunt deinde occiſorum in praelio *Athenienſium* cadauera *Boeoti*. *Demoſthenes*, exſcenſu facto, vincitur a *Sicyoniis*.

IV. 102. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Braſidas*, propter *Hyenem*, ὑπονίφοντος, *Amphipolim* aggreditur, quam etiam conditionibus aequis, *morante* hoc ipſo noſtro *Thucydide*, in fidem recipit. *Eionem* tamen tuetur *Thucydides*. Adiungit ſe *Braſidae* etiam *Myrcinus* ciuitas *Edonenſis*, caeſo per inſidias *Pittaco Edonorum* Rege. *Galepſus* etiam et *Oeſyme*, *Thaſiorum* coloniae, οὐ πολλῷ ὕστερον. Idem moliuntur et aliae *Athenienſium* ſociae ciuitates, Ἀθηναίων

ἐν τοῖς Βοιωτοῖς νεωστὶ πεπληγυένων. His auditis, *Athenienſes*, ὡς ἐξ ὀλίγου καὶ ἐν χειμῶνι, mittunt ad Vrbes illas ſuſpectas auxilia. Et *Braſidas* ad naues *Strymone* fluuio compingendas ſe accingit, agitque etiam ipſe cum ſuis ciuibus de nouis *auxiliis*. Proinde haec omnia huius anni *Iuliani* ambitu, et *priori* adeo Hyemis Thucydideae *parte*, geſta crediderim. De cladibus *Amphipolis*, hoc anno a *Braſida* occupatae, ſupra egimus.

IV. 109. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Megarenſes* longos muros ab *Athenienſibus* occupatos diruunt. *Braſidas* poſt captam *Amphipolim* in *Acten* mouet, cuius vrbes pleraeque ad eum deficiunt. *Sanes* et *Dii*, quae repugnabant, agros vaſtabat, ἐμμείνας, paulo ſcilicet, quam decreuerat, diutius. Illis in ſententia perſiſtentibus, *Toronam Chalcidicam* aggreditur, quam etiam prodiram vna nocte capit. Inde *Lecythum* quo ſe receperant *Athenienſes*. His *inducias* biduum concedit. *Tertio* die defenſam, *quarto* tandem die expugnat. Reliquam *Hyemis* partem locis, quae tenebat, formandis, nouisque in alia conſiliis, inſumſit. Proinde *Hyeme exeunte*, poſtrema nimirum Hyemis ſemeſtris *parte*, haec contigiſſe cenſeo, annoque adeo *Varroniano* 331. Ante *Aprilis* tamen diem IX. quo *coepit* proximus *Munychion*, et proinde *Ver* ſequentis *Aeſtatis Thucydideae ſemeſtris*.

ANN. IX. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 249 1/2.	Olymp. LXXXIX.	1. menſ. 4. Arch. *Iſarcho.*	1. Ephoro *Zeuxippo.*
U. C. *Varr.* 33 1/2.		2. menſ. 9. Arch. *Aminia.*	2. Ephoro *Pitya.*
Ant. *Chr.* 42 3/4.		a die *Iulii* Iuliani VII.	a die *Oct.* Iul. 1.

Chryſidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 56.

Phacinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 10. a fine *Boëdromionis* Attici, *Septembrisque* Iuliani.

IV. 117. Ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς, *Induciae annuae* inter *Athenienſes* et *Lacedaemonios*. Certe μέχρι Πυθίων anni ſequentis pertigiſſe Libro ſequenti teſtatur ipſe *Thucydides*. V. 1. quae etiam ipſa *Vernalia* fuiſſe docet *Dionyſius* Periegetes. Sic tamen loqui in ſuo ψηφίσματι videntur *Athenienſes*, quaſi ab *Elaphebolionis* Attici die XIVo idae coeperint inducie. Ὡμολόγησαν (inquiunt) ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι, ἐνιαυτόν· ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Easdem *inducias* paciſcuntur *Lacedaemonii* die menſis *Laconici Geraſtii* XIIo. Non tamen indicant an ab illo *die* induciae fuerint inchoandae. Proinde incertum forteſſe videbitur, idemne fuerit *dies* ille menſis praedicti *Laconici* cum die *Elaphebolionis* Attici XIVo. Ita cenſuit Cl. *Petitus*. Num ergo ῥητὰς fuerit, ſeu *Decreti*, non item *inducianum*, dies ille *Lacedaemonius?* Sed *diem eundem* vtrobique deſignari veriſimilius eſſe probauimus quo *coeperunt* induciae. *Numeris* tamen *transpoſitis*. Vt ſcilicet *Elaphebolionis* Attici numerandus fuerit XIIIus. *Geraſtii* autem Laconici XIVus. Vid. *Diſſ.* VIII. 10. Ita conueniet *Martii* Iuliani diei 22/23. Male ergo *Portus* interpres cum *Februario* commiſit Iuliano. Quaſi vero cum *vno* aliquo menſe *Iuliano* certo ſemper concurrerit mensis *Atticus Lunaris*. Is autem error in iunioribus Interpretibus occurrit frequentiſſimus, qui vnum ſequuntur *Gazam*. Erat autem menſis *Hyemalis*, pro cenſu *Thucydidis*, hoc praeſertim anno *communi*, Atticus *Elaphebolion*. Proinde *Veri* ſequentis *Aeſtatis* non potuit *inducias annuas* aſſignare Thucydides, ſi a menſe coepiſſent *Elaphebolione*. Poterat fortaſſe menſium *Vernalium* primus apud *Lacedaemonios* haberi *Geraſtius*. Sed credibile non eſt aliter de anni *tempeſtatibus* loqui *Thucydidem* quam pro more ciuium ſuorum *Athenienſium*. Aliter ergo mens illius explicanda erit. *Duas* memorat *Thucydides*, ni fallor, *inducias*, priores alias, alias poſteriores. *Priores*, inquam, *nondum* ipſas *annuas*, mox a ſuscepto inducianum *conſilio*, ad mittendos vltro citroque *legatos* eam inprimis operam daturos, vt, *partium* omnium *conſenſu*, induciae ſtabilirentur *annuae*. *Poſteriores annuas*, quibus etiam ipſis agendum conſtituerant, vt *induciae* mutarentur in *pacem*. Haec enim innuunt *inducianum* ipſa *verba*: IV 118. *Priorum* ergo *inducianum* initium erat *dies* ille, quem diximus, *Elaphebolionis*. Poſteriores a menſis ſequentis *Vernalis*, et, pro *Thucydidis* calculo, *Aeſtualis*, *Nouilunio* potius arceſſendas eſſe cenſeo. Nec enim alioqui poterant in *Pythia* deſinere, ni *menſe* eodem, eodemque menſis *die*, initium accepiſſent, quo ſolebant inire *Pythia*. Sed illa certe *Veris initio*, non *Hyemis fini*, aſſignanda iam probauimus, et menſi adeo *Vernali*, non *Hyemali*: Ἀρχομένου γλυκεροῦ νέον εἴαρος. Sic enim loquitur *Dionyſius*. Itaque et *menſi Vernali primo* et menſis illius ipſo etiam *initio*. Diſſ. V. 2. Reſpondebant enim *Lunae* rationibus *Ludi* illorum plerique publici, qua nempe a *veris* Lunae rationibus *parum* admodum discedebant *menſes Lunares* in vſum publicum *recepti*, pro iure Cycli *Meconici*. Imo hoc ipſo conſilio menſes Lunares *integros* intercalabant; non autem, vt antea, *dies* duntaxat *Epagomenas* vltra modum menſium vel *tricenariorum*, vel *Lunarium*, ne vnquam *Nouilunia* a menſium Ciuilium *initiis*, aut *Pleniluniа* a *mediis* multum aberrarent. Quo ſcilicet *Sacra Pleniluniis*

Nouiluniisue celebranda, *diebus* menſium *Ciuilium* affixa, rite peragerentur. Itaque, vt *Pleniluniis* Ludi *Olympici*, ſic menſis primi Vernalis *Nouiluniis* Ludos *Pythicos* fuiſſe neceſſe eſt, ſi vera ſcripſerit *Dionyſius*. Menſe ſcilicet proinde Ciuili *ineunte*. Ita *Munychionis* 1°. (qui idem erat, hoc anno, *Aprilis* Iuliani IX^us.) *annuae* illae coeperint *induciae*. Ab *Elaphebolionis* die ſeu XIV°. ſeu XII°. (quorum neuter *Plenilunium* erat *Ciuile*, vel *Nouilunium*) *Pythia* iniiſſe nullo modo veriſimile eſt. Ita certe locum *Thucydidis* intellexit Interpres, cum ita poſtea ſcribit: *Et primo quoque tempore legatos, qui aderunt, factis induciis apud populum ſpondere, ſe annum integrum induciarum conuentis ſtaturos.* Non ſcilicet tempore *praeſenti*, ſed primo quoque (*futuro* vtique) tempore; nec illos, qui *aderant*, legatos, ſed qui *adfuturi* erant, inducias illas *ſponſuros* indicat Interpres. Aliter ipſe *Thucydides*. Nullam legimus, apud ipſum, temporis *futuri* notam. Pro *primo quoque tempore* Thucydides αὐτίκα μάλα, *confeſtim* ſcilicet, vel e *veſtigio*. Nec enim *moram* vllam particulae illae prae ſe ferunt. Pro *legatis qui aderunt*, Thucydides ipſe πρεσβείας παρούσας. Et pro *ſpondere* σπείσασθαι, ſenſu a *futuri* ſignificatione ſatis alieno. Nec ſane ſibi conſtat Interpres. Locum enim ſuperiorem ita vertit: *Et inducias annuas eſſe coram populo ſpoponderunt. Harum autem initium fieri ab hoc die, qui eſt decimus quartus Elaphebolionis menſis.* Hic *inducias* iam hactenus *ſponſas*, earumque *initium* hunc ipſum *Elaphebolionis diem* agnoſcit. Alia ergo quaerenda reſponſio eſt. Nec erit illa, vt crediderim, abſurda, ſi dicamus, in *annuis* conſtitutionibus non ſemper *initium fini* ad amuſſim reſpondere. *Triumuiratum* iniuit *Auguſtus quinquennem* cum *Antonio* et *Lepido* anno U. C. *Varroniano* 711°. V. Kalend. *Decembres*, ad prid. Kalendas *Ian.* ſextas depoſiturus. Spatio poſt finem quinquennii plusquam *menſtruo*. Pro eodem exemplo, ipſum iam probauimus *Thucydidem* primo *Belli* anno *duos* tantummodo *menſes Vernales* aſſignare, reliquos deinde omnes annos *vno* ſaltem menſe auctiores facere, *Embolimaeos* etiam *duobus*. Ita ergo *die*, vt correximus *Elaphebolionis* XII°. *coeperint* induciae, vt tamen anno *ſequenti*, non *eodem* illo *Elaphebolionis* die, ſed 1°. potius *Munychionis*, quo *Pythia* celebranda erant, fuerint exiturae. Recteque adeo, *ineunte* anni *Vere*, *inducias* factas tradit *Thucydides*, quod *Vere* anni *ſequentis* ſimiliter *ineunte*, fuerint *terminandae*. Recte enim et illud pro *initio* habetur, quod *annorum* inducirum *fini* accurate reſpondebat. Nihil ſane alienum a more *Thucydidis* occurrit in hac, quam dedimus, illius interpretatione. Cum enim res geſtae *primae* Belli *Peloponneſiaci* vel in *Munychionem* inciderint *definentem*, vel affectum *Hecatombaeonem*, *annos* tamen Belli a *Munychione ineunte* numerat, vel annis *Embolimaeis*, ab *Elaphebolione*. Si menſis *integri* poſt Veris *initium* rationem non habuerit; quid, quaeſo, erit cur miremur ſi paucorum ſaltem ante Veris initium *dierum* rationem ſimiliter non habuerit, quo minus calculum *rotundum* vtrobique a *Veris initio* arceſſiuerit? Iam autem ad res *geſtas* hac temporis *nota* a *Thucydide* deſignatas nos conuertimus.

IV. 120. Defecit hoc interuallo, ad *Braſidam* ab *Athenienſibus Scione*, ab eo recepta, et praeſidio munita περὶ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπήρχοντο. Illis nimirum *diebus* quibus conuentum fuerat de *legatis* vtrinque mittendis qui de *Pace* acturi eſſent. Huius *pacti* mentio in ipſa forma *Lacedaemoniorum* occurrit quam die *Elaphebolionis* praedicto ratam habebant *Athenienſes*, et ab illo ipſo *die* commercii illius per legatos *initium* inſtituunt. Inde ibant inuicem redibantque *legati*, quod voce ἐπήρχοντο denotat *Thucydides*. Imo *diem* ipſum deſignauit, quo in *Braſidae* poteſtatem venere *Scionaei*: δύο ἡμέραις ὕστερον. Proinde die *Elaphebolionis* XIV°. et *Martii* Iuliani die XXIII°. Ita Belli *Peloponneſiaci* anni ſuperioris VIII^i. *fine* facta illa fuerit deditio. Nondum ſcilicet *expleta* anni illius *Hyeme*. Eo quidem libenter retulerim verba Auctoris noſtri ſub Anni ſuperioris *finem*, illa: Ὁ μὲν τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἄ, τε εἶχε τῶν χωρίων καθίζατο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεβούλευε. Hae enim erant ipſae illae, ni fallor, ἐπιβουλαί, quod *Athenienſium* ſocias ciuitates, *inſidiis* potius quam *Bello* palam denunciato, a *fide* perverterit. Sic inde etiam et illud euincitur, primum harum induciarum *initium*, non ab anni IX^i. *initio*, ſed ab anni potius VIII^i. *fine*, eſſe repetendum.

IV. 122. Poſt proditam *Scionem*, et *Mendam* quoque atque *Potidaeam* ad defectionem ſolicitauit idem *Braſidas*. Ἀποπειράσαι, et προδοσίας πέρι, verba ſunt *Thucydidis* plane ad illas anni ſuperioris ἐπιβουλὰς ſpectantia. Antea tamen quam ciuitates illas in fidem ſuam reciperet *Braſidas*, monuerunt illum de *induciis* legati. Haec certe eodem menſe Attico *Elaphebolione*, et ſuperioris anni proinde *fine*. Paucorum enim erat *dierum* iter ab *Athenis* ad *Braſidam*. Caeterum *Athenienſibus*, *Cleone* auctore, vindictam in *Scionaeos* meditantibus, defecerunt *Mendaei*, ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ φανερῶς. Et ἐν τούτῳ. IV. 123. Nempe *Braſida* pactas *inducias* non iam *ignorante* (vt cum *Scionem* reciperet, *ignorabat*) ſed a legatis *monito*. Imo *fidem* induciarum ab *Athenienſibus* ipſis cauſante violatam. Defecerat *Scione* ipſa intra *inducias*, vt volebant *Athenienſes*, ἐκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν. IV. 122. Poſt diem *Elaphebolionis* praedictum quo *Athenis* ſancitae ſunt. Antea tamen quam *Braſidae* quippiam de ſancitis innoteſceret. *Negauit* enim illos poſt *inducias* defeciſſe *Braſidas*. Harum *defectionum* nexus oſtendunt moram a ſtabilitis praedicto *Elaphebolionis* die induciis fuiſſe *breuiſſimam*, vt *menſe* proinde *annoque* eodem contigerint, non *huius*, in quo verſamur, anni, ſed *ſuperioris*.

IV. 124. *Braſidas* iterum cum *Perdicca Arrhibaeum* Lynceſtarum *Macedonum* Regem *ſecundo* Bello impetunt. Victo illo, duos tresue dies *Illyrios* exſpectant, qui, cum adeſſent, deficientes a *Perdicca Arrhibaeo* ſe coniungunt. Ita factum, vt fugarentur tam *Perdiccas* quam ipſe quoque *Braſidas*. *Braſidas*, cum hoſtes anguſtis faucibus, qua patebat aditus in *Arrhibaei* fines, pepuliſſet, eodem die *Arniſſam* venit, quae *Perdiccae* parebat. Reverſus e *Macedonia Braſidas Mendam* ab *Athenienſibus* occupatam deprehendit, de qua fuerat, mox a *victoria* in *Arrhibaeum*, ſolicitus. *Tempus* idem quod *ſequentis Epochae*.

IV. 129. Τὸ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῖς ἐν τῇ Λύγκῳ, *Menden* et *Scionen* ad officium redigunt *Athenienſes*. Ita quidem, vt poſt victoriam in *Arrhibaeum* de *Mende* ſolicitus fuerit *Braſidas*, reuerſus autem eam iam *receptam* inuenerit, ſpemque omnem illius recuperandae abiecerit. Dum autem *muro* circumuallaretur *Scione*, veniunt ad *Athenienſes Perdiccae* legati de *Pace*, propter recentes illius cum *Braſida* ſimultates. Haec poſt *triduum* in *Mende* recipienda abſumtum. Mox autem a *praedationibus Peloponneſiorum* in *Macedonia*, quo ſe recepit a *Lyncеſtarum* finibus elapſus *Braſidas*. Eodem proinde *tempore* quo et *Braſidas* ad ſuos eſt reuerſus. Tum ergo impedit *Perdiccas*, eadem de cauſa, *venturos* ad auxilium *Braſidae Peloponneſios*. Docent nos haec omnia, ſic eidem *tempori*, vtriusque notae *geſta* eſſe aſſignanda, vt initia *initiis*, fines autem *finibus* reſpondeant. Hoc certe, vt videtur, *Belli* anno, exacto *Elaphebolione* Attico, coepto autem *Munychione*, qui (hoc anno) coepit ab *Aprilis* Iuliani die IX°. Ante finem tamen *Boëdromionis* qui *Octobris* Iuliani diei II°. reſpondebat, in forma *Iuliana*, Archonte iam nouo *Aminia*. Erant enim hi limites *Aeſtatis Thucydideae*. Nec ſane longe ab *Aeſtatis fine* abfuiſſe horum geſtorum *fixem*, exinde colligo, quod *Scionem* Auctor τοῦ θέρους ἤδη τελευτῶντος, penitus circumuallatam fuiſſe teſtetur. IV. 133. Quae *nondum* penitus *circumuallata* erat, cum *legatos* ad *Athenienſes* circumuallationis operae intentos mitteret *Perdiccas*. Nec enim moram *circumuallationis* admodum *longam* fuiſſe veriſimile eſt. Exinde etiam [illegible] et ἐπιόντι χειμῶνι idem *Athenienſes Lacedaemoniique quieviſſe* dicat. IV. 134. Non ita nempe dicturus, ni *Aeſtatis* ſuae *ſemeſtris* (quam tamen *totam* complectebantur *annuae* illae *induciae*) partem ſaltem *maximam* triuiſſent *inſidiae* illae Pacis perturbatrices a *Braſida* concitatae. Nec tamen *Aeſtatem vniuerſam* abſumſiſſe exinde ſuſpicio eſt, quod *alia* poſtea *hac* Aeſtate *geſta* retulerit *Thucydides*, his vtique geſtis contemporaneis *recentiora*. Horum ergo *contemporaneorum* finem *Auguſto* Iuliano *exeunti*, vel *ineunti Septembri*, ego aſſignandum eſſe crediderim.

IV. 133. Τῷ αὐτῷ θέρει, *Thebani* muros *Theſpienſium* diruerunt, quod cum *Athenienſibus* ſentirent. Ea ſcilicet occaſione captata, quod *Theſpienſium* iuuentus, pugna ad *Delium* commiſſa, periiſſet. Quae clades, vti vidimus, *ſuperiori anno* contigit. Imo *ordo* ipſe loci, quo hoc memorat *Thucydides*, poſt *priora* illa quae *contemporanea* fuiſſe monuimus, euincit, menſi haec Attico *Boëdromioni*, *Septembri* autem Iuliano, eſſe tribuenda.

IV. 133. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, templum *Iunonis Argiuae* conflagrauit. Proinde *Chryſis* fugata. Ἔτη δὲ Χρυσὶς τοῦ πολέμου τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ, καὶ ἔνατον ἐν μέσου, ὅτε ἐπεφεύγει. *Medius* hic *annus* ab *vltimo* Belli *initio*, quo irruperint in *Atticam Peloponneſii*, repeti non poteſt, cum huius Belli anni IXI *Aeſtate* terminetur. Nam irruptionem illam menſi *Attico Hecatombaeoni* tribuendam eſſe probauimus, a quo VIus. menſis eſt *Gamelion*. Plane extra oleas *Aeſtatis Thucydideae*, ſeu *ſemeſtris* intelligatur *Aeſtas*, ſeu etiam *trimeſtris*. Ergo ab initiorum aliorum *altero* proceſſerit oportet illa ſupputatio: vel ſcilicet ab *Attici Munychionis initio*, ſi quidem ab *Aeſtatis Thucydideae* ſemeſtris *initio* calculum duxerit Auctor accuratiſſimus; vel ab eiusdem *Munychionis* die *vltimo*, ſi a *re* potius ad *Plataeam* geſta ſupputandum eſſe potius exiſtimarit. Vtrouis initio *Chryſidis* annos arceſſamus, *menſis vnius* ambitu discrepantia vniuerſa claudetur, vel *ineuntis* ſcilicet vel *exeuntis*, qui menſium *Vernalium* Ciuilium *primus* numerabatur. Eſt tamen fortaſſe cur a *poſteriori* potius Epocha occupatae *Plataeae* calculum credamus duxiſſe *Thucydidem*, quod *primum* ab hac Epocha Belli *annum* huius ipſius *Chryſidis Argiuae* Sacerdotiſſae *anno* deſignarit. Sic ergo in eiusdem *exſilio* feciſſe videbitur, ſi, pro illo *exemplo*, hoc etiam loco *fugam* illius conſtituerit. Ita ſe ſi res habuerit, *Boëdromionis* die *vltimo* Templi *incendium* contigiſſe oportebit, et, quae inde ſequebatur, *Sacerdotiſſae fugam*. *Medius* enim *annus* Belli IXus. ad VIm. ſaltem pertigerit neceſſe eſt eiusdem Belli *menſem*, qui ipſo *Boëdromionis* die *vltimo* inibat ſi a *Munychionis vltimo* procedat ſupputatio. Idem *Aeſtatis Thucydideae* ſemeſtris *dies* erat *vltimus*. Vt proinde, *incendium*, ſi vel *vno die* ſerius fuiſſet, ne quidem fuerit *Aeſtati* tribuendum, quod falſum tamen fuiſſe docet ipſe *Thucydides*. Is enim ita θέρει fuiſſe monet, vt munita *Scione* antiquius incendium fuiſſe innuat, quae θέρους erat τελευτῶντος. Hoc ergo vt *incommodum* vitemus, rectius fortaſſe *Thucydidem* intelligemus de *exordio* ab ipſo primi menſis Vernalis *Munychionis initio*, quod ſane *exordium* apud illum occurrit frequentiſſime, vt anno *Belli* XIo. probabimus. Sic ergo a *Munychionis initio* VIus. menſis erat *Boëdromion*, qui *Octobris* Iuliani die IIo. terminabatur, coepit autem *Septembris* Iuliani die IVo. *Medio* ergo, inter hos, *die* aliquo *incendium* fuiſſe veriſimillimum eſt. Sic anno *Sacerdotii* ſui LVIo. exeunte vel LVIIo. *coepto* exſularit *Chryſis*. Inierit ergo *Ol.* LXXV. $\frac{1}{2}$. Certe *poſt* illius anni *Munychionem*. Alioqui annum *Sacerdotii* XLVIIIm. ipſo Belli *ortu* impleuiſſet. Suffecta eſt in *Chryſidis* exſulantis locum *Phaeinis*. Eius proinde anni a *fine Boëdromionis Septembriſque* arceſſendi ſunt. Tenuit autem, ni fallor, ſaltem ad annum Belli XXIm. quousque progreſſus eſt *Thucydides*. Vix enim dubito quin ſi alia aliqua hoc ſpatio ſucceſſiſſet, de ea quoque Lectorem noſter fuiſſet moniturus. Nempe vt Succeſſionem Sacerdotum *Argiuarum* ad *ſua* vsque *tempora* continuam perduceret.

IV. 133. Τοῦ θέρους ἤδη τελευτῶντος, *Scione* penitus *circumuallata* eſt, et *praeſidio* in ea relicto, cum reliquis copiis *Athenienſes* domum redierunt. Ante diem *Octobris* Iuliani IIIm. quo coepit *Maemacterion* Atticus, et cum eo *Hyems Thucydidea*. Et poſt *Chryſidis exſilium* quae VIo. huius anni *menſe* exſulauit. Vult autem *Clemens Alexandrinus*, vna cum *Templo*, ipſam quoque periiſſe *Chryſidem*.

IV. 134. Ἐν τῷ ἐπιόντι χειμῶνι, Pax *Athenienſibus* atque *Lacedaemoniis*. Praelium *Mantinaeorum* atque *Tegeatum*, euentu *dubio*. Poſt diem *Octobris* Iuliani IIIm. quo coepit *Maemacterion* Atticus, et *Hyems Thucydidea*. Hoc tamen, vt videtur, anno *Iuliano* ad *exitum* vergente. Nempe U. C. *Varr.* 331.

IV. 135. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος τελευτῶντος, καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη, *Braſidas Potidaeam* per *inſidias* tentauit. Sed fruſtra. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Coepit *Ver* huius anni *Thucydideum Munychionis* Attici die 10. *Martii* autem *Iuliani* die XXIXo. Itaque paulo *antea* hae *Braſidae* inſidiae, menſe *Attico Elaphebolione* exeunte, *Martio* autem *Iuliano* ſimiliter *affecto*. Proinde anno *Varroniano*, qua a Ianuario cenſetur, iam 3320.

ANN. x. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 4293.	*Olymp.*	LXXXIX.	2. menſ. 3. Arch. *Aminia.*	1. Ephoro *Pitya.*
U. C. *Varr.* 333.			3. menſ. 9. Arch. *Alcaeo.*	2. Ephoro *Pliſtola.*
Ant. *Chr.* 422.			a die *Iunii* Iuliani XXVIo.	a die *Sept.* Iul. XX.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 2. a fine *Boëdromionis* Attici, affecto autem *Octobri* Iuliano.

V. 1. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *inducias*, ad *Pythia* vsque factae, ſolutae. Nec male ex hoc ipſo *Thucydidis* loco collegit *Petauius*, *Pythia ſecundis* potius Olympiadum *annis exeuntibus*, tribuenda eſſe, quam *tertiis ineuntibus*. Illud certum menſes *Vernales* anni *Attici* (qui ab *Hecatombaeone* inire ſolebat) *fini*, non *initio*, conuenire. Id quoque iam Nos docuit *Dionyſius* Περιηγητὴς, *Vere* certe, et quidem Veris *initio*, ludos fuiſſe *Pythicos*. Non me fugit IIIo. *Ol.* XLIXae. anno *Pythiorum* initia aſſignari in *Chronico Euſebiano*. Sed variorum *Regnorum* tempora vt commiſit inuicem in ſuo Canone *Euſebius*; ſic et formas *annorum* varias, nec ſibi inuicem in *initio* et *fine* reſpondentes. Itaque vna aliqua anni *forma* pro reliquorum *norma* ſtatuenda eſt. Ut ſcilicet reliquorum annorum *initia*, non *fines*, illi reſpondeant. Sed vero ratio nulla prorſus erat cur *Chronicon* ſuum ad formam anni *Olympici* exigeret *Euſebius*. Nec enim illa iam obtinebat in *Syria* vbi vixit *Euſebius*. Sed nec apud *Romanos*, ſub quorum vixit *Imperio*. Nec denique in receptis illorum temporum *Annalibus*. Potuit fortaſſe pro *norma* habere *Romanorum* formam, quae a *Ianuario* inibat, *Iulianam*. Sic anno primo *Euſebiano medio* inceperit annus primus *Olympiadis*; ſecundo item et tertio, ſimiliter *mediis*, inceperint anni *Olympiadis* ſecundus atque tertius. Proinde *tertii* anni *Euſebiani* pars *media prior* non *tertii* adhuc erit anni *Olympici*, ſed tantummodo *ſecundi*. Nec dubium eſt quin ad partem illam *priorem* pertinuerint menſes *Vernales*, et *ſecundi* cuiusque *Olympiadis* anni *fines*. Sed *Iudaeorum* annum in *Sacra Chronologia* diſponenda, qui a *Tiſri* exordium capiebat, creditur ob oculos habuiſſe potius *Euſebium*. Nec illud forſan immerito, quod a *Syro Macedonum* forma, quae in *Palaeſtina* vigebat non admodum diſceſſerit. Imo illi ipſi *formae* olim, ante *Euſebium*, aſſueuerant *Syri*, aſſueuerant *Iudaei*; cum et ipſi ſub *Macedonum* Imperio eſſent, et ad Epocham *Seleucidarum* ſua quoque *tempora* ſupputarent, quod in *Maccabaeorum* Libris, et *Ioſepho*, ab illis receptum plerumque obſeruauimus. Sed *anni*, in hac ipſa *Seleucidarum* Epocha, *Iudaici*, duplex erat in duobus *Maccabaeorum* Libris *initium*: a *Niſan* aliud, aliud a *Tiſri*. Fauetque *Ioſephus* illis potius qui a *Niſan* annum inchoarent, qui patrem *Niſani* menſem *Macedonicum Xanthicum* primum anni numerat. Sic ab ipſis fere *Pythiis* inierit annus etiam *Iudaicus*. Et ad 2m. *Olympiadis* annum ſpectarit pars illa *prior* anni *Euſebiani*, quo *coeperit* annus *Olympiadis* 3us. Anni enim *Ruſtici*, potius quam *Ciuilis*, initium fuiſſe videtur a *Tiſri*, poſt *meſſem* ſcilicet et *vindemiam* laborum annuorum Ruſticorum *vltimos*. Annorum ergo *Sabbaticorum* potius atque *Iubilaeorum*, initium erat a *Tiſri*, quod ab illo demum menſe *terra* Sancta *Sabbata* ſua celebraret. Sic enim loqui ſolent *Sacrae Literae*. Sed hac ipſa de cauſa hoc anni *Euſebiani* initium fuiſſe ſuſpicio eſſe poteſt, quod annos *Iubilaeos* in hodierno *Chronico Euſebiano* numerari videam ſis. Vtinam Exemplar haberemus, non dico quale ab *Euſebio* ipſo, ſed quale ab Interprete prodiit *Hieronymo*. Mihi ſane *Iubilaeos* illos ſuſpectos eſſe fateor, ne forte fuerint a *iuniorum* interpolatorum manu, qui *Euſebium* pro Cycli *Paſchalis* conditore venditabant. Ab his enim emanauit exemplum *Chronicos Canones* ad Cyclos *Paſchales* aptandi. Et praeter *menſem primum*, cuius vſus erat in *Paſchate*, Ieiunium *magnum* menſis VIIi. cui numero reſpondebat *Tiſri*, a primo menſe *Niſan* conſtituendum eſſe conſuerunt, quo accuratius de *primi* menſis *Paſchalis* ſitu ex Hiſtoriae vniuerſae in Canonum formam redactae ſerie conſtaret. Hinc enim huius quoque *menſis* reperiendi Regulas praecipiunt iuniores de Cyclorum *Paſchalium* Argumento Scriptores. Maxime propter Natalem S. *Ioannis* Baptiſtae, de quo monitum credebant *patrem* illius *Zachariam*, ipſo illo menſis VIIi. magno *Ieiunio* Crediderant enim templum quo ingreſſus eſt *Zacharias Sanctum* fuiſſe *Sanctorum*, quo nemini patebat aditus praeterquam *Pontifici ſummo* ſemel in *anno* Ebr. IX. 7. Hoc ipſo ſcilicet *Magnae Propitiationis* die. Inde falliſſimis *ratiocinis* colligebant in *ſummo Pontificatu* fuiſſe hunc ipſum *Zachariam* Baptiſtae patrem. Itaque ex illo *Feſti* die diem colligebant Chriſt *Natalem*, de quo agebant recentiores illi *Cyclorum Paſchalium* Scriptores. Auctoresque huius, quo vixit *Euſebius*, Seculi a *Chriſto*

quarti, plerumque venditant; et inter illos ipſum *Euſebium*. *Iubilaeorum* certe obſeruandorum conſilium nullum memorat vel *Hieronymus*. *Euſebius* autem hoc vno fine *Chronicos Canones* conditos fuiſſe teſtatur, vt *Moſis* antiquitatem *minorem* quidem affereret quam *Chriſtiani deceſſores*, qui *Inacho* parem fecerant, *maiorem* tamen quam crediderant *Gentiles*. De *Paſchate* nihil, nec de *Iubilaeo*. Demus tamen, quae probari facile non poterunt, ab *Euſebio* hos etiam fuiſſe *Iubilacos*. Demus proinde *Sacri* potius quam *Ciuilis* initii rationem habuiſſe in condendis *Chronicis Canonibus*. Ne quidem ita conſequetur quod volebat Magnus *Scaliger*. Sic enim annus *Euſebianus*, quo coeperit *Olympias*, partem anni primi *Olympici* longe minimam complexus fuerit. Partem nimirum illam quae inter *Iunium* Iulianum exeuntem, *Septembremque* pariter exeuntem plerumque interceſſit, quae aegre anni vniuerſi *quadrantem* explebat, ſaepe ne explebat *quidem*. Ita tertii inde anni *Euſebiani* menſes *priores* ferme *nouem* ad *ſecundum* ſpectarint annum *Olympiadis*. In illis *Pythia* fuiſſe probauimus e *Thucydide*. Ita certe ſe habere neceſſe erat, cum menſe *Vernali* primo *Pythia* agi ſolita probauerimus. Nam ab illo anni exordio *Euſebiano*, *Vere* peracto ſequebatur *initium* anni *Olympici*. Recte ergo ſe habet diſpoſitio *Euſebii*, et *Thucydidi* magis adſtipulatur quam *Scaligero*. *Diodorus* praeterea nobis teſtis opponitur, qui *Iaſonis Pheraei* mortem *Ol.* CIIae. anno 3o. tribuit. Hunc enim *Iaſonem ἐπιόντων* Πυθίων periiſſe teſtatur *Xenophon* in *Hellenic.* VI. Sed experimentis, vt exiſtimo, ſatis multis euicimus, quam fuerit in Annalibus *Graecis Romanisque* committendis a ſe varius imperitusque *Diodorus*. Certe *Thucydidi* conferendus non eſt etiamſi adſtipularetur *Euſebius*, quod tamen illum non feciſſe probauimus. Sed *Diodoro* teſtem opponimus meliorem quam ſit *Diodorus* ipſe, nempe *Xenophontem*. Nam *Pythiis* illis quae praelium *Leuctricum* ſequebantur proxime *Iaſonem* interfectum eſſe narrat *Xenophon*. Imo *Vere* poſt praelium *proximo*, cum *Pythia* ipſa fuerint, vt vidimus, *Vernalia*. Cum ergo certum ſit, anno *Olympiadis* CIIae. 2o. ineunte *Leuctris* depugnatum eſſe, *Ver* ſane illud *Pythiorum Iaſoni* fatalium aliud eſſe non potuit, quam quod eiusdem Archontis *Attici* 2i. fuerit *definentis*. Sic enim 3o. *Olympiadis* anno occiſus fuiſſet *Iaſon* deſinente, vt volebat *Diodorus*; ita caedes illa 2o. fuiſſet a praelio *Leuctrico Vere*, non *primo*, vt docet *Xenophon* coaeuus Auctor atque exceptione maior. Itaque in eo recte *Petauius*, quod *Pythia* anno *Olympiadis* 2o. pro ſententia *Thucydidis*, aſſignauerit. Illud non recte, quod ad *menſem* retulerit, quo ſuperioris anni coeperint induciae, *Elaphebolionem*. Iam ſupra oſtendimus, id ſi fuiſſet verum, nec *Veri* potuiſſe, nec *Aeſtati Thucydideae* aſſignari. Nec enim menſis *Vernalis* erat *Elaphebolion*, hoc praeſertim anno, quo nullus praeceſſit menſis *Embolimus*. Nec vero *annum* ſuperiorem *Embolimaeum* fuiſſe mox ex ipſo *Thucydide* euincemus, cum oſtendemus hunc ipſum, in quo verſamur, annum fuiſſe, pro ſententia *Thucydidis*, *Embolimaeum*. Illud enim certum, in nullo vnquam Cyclo annos duos inuicem *continuos* ambos fuiſſe *Embolimaeos*. Potuit hoc ex ipſis *Thucydidis* verbis collegiſſe, ſi attendiſſet ipſe *Petauius*. Cum enim *inducias* illas *μέχρι* Πυθίων perſtitiſſe docet Auctor noſter; illud ſane innuit, paulo *plus quam annuas* fuiſſe, quae anno proxime *ſequenti*, non eo, quo coeperint, tempore deſierint, ſed ad *Pythia* vsque fuerint productae. Incluſis nimirum perpetuis *Pythiorum* ipſorum, inter Graecos, *induciis*. Vid. *Differt.* V. 1.

v. 1. Etiam aliud a dictis obſeruamus, ne quidem *primi* menſis *Vernalis initio* fuiſſe *Pythia*. Hoc innuere videtur Auctor, cum ait, *ἐπιγιγνομένου θέρους μέχρι* Πυθίων ſolutas fuiſſe *inducias*. Sic enim loquitur, quaſi illa ipſa *Aeſtate* (quae a menſe *Vernali primo* inibat *ſemeſtris*) alia fuerit pars quae *μέχρι* Πυθίων pertigerit; alia, maiorque multo, quae *Pythia ſecuta* fuerit. Manifeſtius autem illud oſtendit, cum *Delum* hoc ipſo interuallo iterum expiatam fuiſſe docet, translatis in *Atramyttium Aſiae* illius incolis. Hoc ille huius anni *initio* memorat, adhuc tamen manentibus *induciis*, quas ante *Pythia* nondum ſolutas fuiſſe docuerat. Ita certe, niſi fortaſſe *ſuperioris* anni *fine* geſta *huius* anni *initio* recenſuerit, vt ſupra illum feciſſe obſeruauimus. Quod ſi huius anni initio *Delum Athenienſes* luſtrauerint; ſic *Munychione* medio, menſis nimirum *Plenilunio* (quod a die menſis XVo. *Aprilis* autem Iuliani die XIIo. multum diſtare non potuit) iam facta illa fuerit *Expiatio*. Et tamen poſt diem eiusdem *Munychionis* Im. qui idem *Martii* Iuliani dies erat XXIXus. anno huius *Olympiadis* 2o. adhuc Archonte *Aminia*. Ne enim vltra *primum* noui *Veris* Plenilunium differri potuerint *Pythia*, vetat *Dionyſii* prolatum a nobis *ſuperiori anno* teſtimonium Proximum enim *Plenilunium Veris μεσοῦντος* erat, non *ἀρχομένου*. Erat certe *dies* menſis illius VIIus. *Natalitii* nomine facer *Apollini*, quod commune erat *diebus* menſium ſingulorum *ſeptenis*. Situs erat ſatis commodus ſi non longe ab illo abfuerint *Pythia*. Media nimirum ipſa inter *inducias Pythiorum* cauſa receptas et ſolennes, vt tuti irent redirentque quorum intererat vt *Pythiis* adeſſent. *Pythia* ergo ipſa cum *initio* menſis *recentiora* fuerint, facient profecto vt ante *Plenilunium* exire vix potuerint *Pythiorum* cauſa inſtitutae, receptaeque apud *Graecos induciae*.

v. 2. Μετὰ *τὴν ἐκεχειρίαν*, poſt *Aprilis* Iuliani diem praedictum XIIm. *mari* iam *libero*, et nauigationibus opportuno, *Cleon* cum claſſe *Athenienſi* in *Thraciam* nauigat. *Scione* adhuc obſeſſa *Toronem* capit. Ὑπὸ *τὸν αὐτὸν χρόνον*, *Panactum* in *Athenienſium μεθορίοις*, per proditionem recipiunt *Bocoti*. v. 3. Adhuc menſe Attico *Boëdromione*, et *Aprili* Iuliano.

v. 4. Ὑπὸ *τὸν αὐτὸν χρόνον*, quo *Torone* verſus *Amphipolim* diceſſit *Cleon*, *Phaeax* Athenienſis miſſus in *Siciliam*, cum duabus nauibus, vt nouas in *Sicilia* turbas, occaſione e *Leontinorum* ſeditione captata, concitaret. Is *Camarinaeos* et *Agrigentinos* in ſuam ſententiam deduxit. Cum res ad *Gelam* non ſuccederet, per *Siculos* in *Catanam* reuerſus; et *Leontinos* in *Bricinniis* agentes obiter cohortatus, rediit. Cum nonnullis *Italiae* ciuitatibus, et cum *Locris* in coloniam miſſis, egit de *Pace* cum *Athenienſibus* ineunda, *ἐν τῇ παρακομιδῇ τῇ ἐς τὴν Σικελίαν, καὶ πάλιν ἀναχωρήσει, καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ*. Rediit autem *Phaeax χρόνῳ ὕστερον*. v. 5. Inde intelligimus,

initium duntaxat profectionis idem fuisse, *Phaeaci* in Siciliam, *Cleoni* autem versus *Amphipolim; reditum* autem *Phaeacis* aliquanto *recentiorem* fuisse. Sub anni, vt videtur, *exitum;* et tamen ante *Mare clausum*, et siderum *ortus* navigantibus incommodos.

v. 6. *Ol.* 89. 3. Pergit deinde *Cleon*, motisque ab *Eione* castris, quo circumvectus *Amphipolim* appulerat, *Stagirum* primo coloniam *Andriorum* parum feliciter aggressus, *Galepsum* tamen *Thasiorum* coloniam expugnat. Dum *Eione* auxilia a *Perdicca Macedonum*, et *Polle Odomantum*, Regibus, exspectat; *Brasidas* ad *Cerdylium* castra metatur. Mouet deinde *Cleon* ad *Amphipolim*, vbi a *Brasida* deceptus superatur. Ita tamen, vt vtrinque duces, tam *Brasidas* ipse quam *Cleon*, in pugna ceciderint. Porro *annum* huius Praelii incertum fecere Grammaticorum veterum qui in vetustissimos *Poëtas*, multis tamen *post* Poëtas ipsos Seculis, scripserant, hallucinationes. Meminit *Cleonis* insultauitque mortuo *Eupolis* in *Marica*, teste *Aristophane* in *Nubibus*. p. 158. Quam tamen Fabulam actam Archonte *Isarcho* [*Ol.* 89. 1.] docet e *veteribus Didascaliis* Comici Scholiastes in Nubium *Argumento*. Sed *meliores* tamen *Didascaliae* seriorem *Aristophanae* fecerant *Eupolidem*. Ita discimus ex hodiernis *Aristophanis* Scholiis. Et quidem testibus grauissimis *Eratosthene* et *Callimacho*. Sic enim habent: Ἐρατοσθένης δέ Φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι Φέρουσιν ὕςερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν. Recte autem se habebant illae *Didascaliae*. Est enim ab *Isarcho*, sub quo actae *Nubes*, reuera *tertius Alcaeus*, sub quo scripsisse necesse erat, qui *Cleoni caeso* insultauit, *Eupolidem*. Medio nimirum duntaxat *Aminia*. Non me quidem fugit, id negare *Eratosthenem*, tale quid a se repertum in *primariis Didascaliis*. Sic enim de *Callimacho* loquitur *Scholiastes* in Persona *Eratosthenis:* Λανθάνει δ' αὐτόν Φησιν, ὅτι ἐν μὲν διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν. Ἐν δὲ ταῖς ὕςερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδέν ἄτοπον. Αἱ διδασκαλίαι δὲ, δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας Φέρουσι. Distinguit nimirum διδασκαλίας διδαχθείσας a διδασκαλίαις ὕςερον διασκευασθείσαις. Forma antiquissima in Διδασκαλίαις erat ἐδιδάχθη. Cum nempe *prima* vice Fabula quaeque ageretur. Multae autem Fabulae *secundis* cogitationibus auctae emendataeque rursus Populo repraesentabantur, sub forma διεσκευάσθη. Vt proinde Διδασκαλίαι his instructae διασκευασθείσαι appellarentur. Prioribus Διδασκαλίαις id solum obseruatum, sub quo *Archonte* Fabula quaeque acta fuisset, n) vt in monumentis publicis consignatas repeterent. *Primae* vero an *secundae* essent agendi vices, de eo *nihil* adhuc obseruatum. Nec proinde *primi ene*, an *recentioris* actionis *Archontes* fuissent, *annique* in his primis antiquissimisque Διδασκαλίαις consignati. Inde multos necesse erat oriri *Chronologiae* errores, dum scilicet inuicem conferrentur *primi* aliarum Fabularum *anni* atque *Archontes* cum aliarum Fabularum *posterioribus annis* et *Archontibus*. Exemplum in his ipsis habemus *Aristophanis* Νεφέλαις Cum enim *Isarcho* Archonti Comoediam illam tribuit *Scholiastes*, de Νεφέλαις se interpretatur, quas πρώτας appellat, et proinde *priori* Νεφελῶν ἐκδόσει. Sic enim ille ex *Androtione:* Ἴσαρχος δέ Φησιν ἀΦ' [scribe ἐΦ'] οὗ αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν. p. 158. Idque docet vox ipsa ἐδιδάχθη, quam adhibuit tam hoc in loco, quam etiam in Argumento, *Scholiastes*. In his autem *antiquissimis* Διδασκαλίαις locus erat Fabularum earundem διασκευαῖς plane nullus, nec proinde *Archontibus* sub quibus actae sunt Fabulae eaedem iam denuo διασκευασθεῖσαι. Nullae saltem *duarum* Nubium: Οὐ Φέρονται, inquit, αἱ Διδασκαλίαι τῶν δυο Νεφελῶν. Nomine autem Διδασκαλιῶν simpliciter non alias intellexit quam has primi generis Διδασκαλίας. Sic ille: Αἱ Διδασκαλίαι δὲ, δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας Φέρουσι. Inde intelligimus quam fuerit necessarium vt veteres illae Διδασκαλίαι διδαχθεῖσαι nouo διασκευασθεισῶν Auctario locupletarentur. Ad rem certe praesertim *Chronologicam*. Nam si de his, quas habemus, Νεφέλαις e *veteribus* illis Διδασκαλίαις statuendum esset; ita *Isarcho* Archontis anno hae quoque assignandae essent Νεφέλαι. Sed vero his Νεφέλαις *antiquiorem* fuisse *Eupolidis* Μαρικᾶν exinde manifestum est, quod illius in hac ipsa Fabula *meminerit Aristophanes*. Sic Archonte *Isarchi* non potuit *ferior* esse Μαρικᾶς *Eupolidis*. Nec proinde mors *Cleonis* si *mortuum* in illa Fabula perstrinxerit *Eupolis*, quod verum fuisse docet *Aristophanes*. Erant ergo qui hoc loco *Cleonis* tanquam *viui* meminisse volebant *Aristophanem* Scholiastes: Ὥσπερ ζῶντος αὐτοῦ διαλέγεται ἐν οἷς Φησι Κλέωνα τὸν λάρον. Non satis attenti verbis Poëtae: οὐκ ἐπεπήδασά γ' αὐτῷ κειμένῳ. *Mortuis* enim insultare ἀνόσιον censuit *Homerus*, et ex eo *Aristophanes*. Iidem scilicet *Aristophani κείμενοι* qui *Homero* Φθίμενοι, vt multis probari posset, si necesse esset, veterum exemplis. Dubitabant alii, εἰ Εὔπολις ἐπλάσατο τὴν Κλέωνος τελευτὴν ἐν Μαρικᾷ. Sed facilia erunt omnia si Διδασκαλίας sequamur διασκευασθείσας potius quam διδαχθείσας. Nam *secundae* certe sunt, non *primae*, *Aristophanis* Νεφέλαι quae *Eupolidis* meminerint, eiusque Μαρικᾶ. Ita pro sententia nonnullorum, quos excerpsit, *Grammaticorum* veterum ipse *Scholiastes;* Δῆλον δέ, inquit, ὅτι πρῶτος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Idque vel e morte *Cleonis* vtrobique memorata verum fuisse vincitur. Nam *Alcaeo* demum Archonte caesum *Cleonem* docet ex *Androtione* Scholiastes. Conuenit accuratissime quod hunc *secundum* annum fuisse dicit ab Archonte *Isarcho* sub quo *primas Nubes* docuit *Aristophanes*. Nec minus conuenit quod in Διδασκαλίαις διασκευασθείσαις reprehendebat *Callimachus*, teste *Eratosthene*, ὅτι Φέρουσιν ὕςερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν. Conuenit, inquam, hoc quoque accuratissime, si *tertius* ille *annus* de *tertio* intelligatur *Archonte*, vtroque termino *incluso*. Conuenit praeterea *Diodorus*, qui *Cleonis* caedem ad Archontem retulit similiter *Alcaeum*. Et quidem, quod ad mortem *Cleonis* attinet, adstipulatorem nostrum *Thucydidem* habent Διδασκαλίαι, de quibus agimus, διασκευασθεῖσαι. Testem omni prorsus exceptione maiorem, nec superiorum

n) Vid. Cl. *Is. Casaub.* ad *Athen.* l. 23. III. 26.

Διδασκαλιῶν διδαχθεισῶν Auctoritate inferiorem. Hic mortem *Cleonis* hoc ipso *anno* memorat. Imo ita anni huius *parte* quae Archonti respondebat *Alcaeo*, vt mox ostendemus. Denique *Archontem* ipsum agnoscit *Alcaeum* mense huius anni *Elaphebolione*. v. 19. 25. cum *initium* anni Archontici ab *Hecatombaeone* praecedente procederet, rarus alioqui in Magistratibus *annuis* designandis. *Thucydidi* suffragatur Fragmentum veteris in *Aeschinem* Scholiastis a nobis supra editum, quo cladem *Cleonis Amphipolitanam* sub hoc ipso Archonte *Alcaeo* statui videmus. Recte ergo se habebant hoc loco Διδασκαλίαι ὕστερον διασκευασθεῖσαι. Et tamen magnos fuisse *Grammaticos* docet Scholiastes *Aristophanis* qui ad *Ijarchum* potius Archontem mortem *Cleonis* referendam existimarent. Hoc nempe fretos, quod dixi, de Archonte Διδασκαλίας διδαχθείσης *ratiocinio*, quod falsissimum fuisse, nisi fallimur, euicimus. Erant porro qui sub *Aminia Cleonem* cecidisse crediderint. Scholiastes: Κλέων ἀποθνήσκει ἐπὶ Ἀμινίου. Non edito tamen illius, qui ita senserit, *nomine*. Archon ille fuit sub quo fatalem sibi στρατηγίαν *susrepit Cleon*, quem parum cautus Auctor cum *Archonte* confuderit, sub quo victus a *Brasida Cleon occubuit*. Nescius, vt videtur, cum *duobus Archontibus* communes fuisse *annuas* illorum temporum στρατηγίας. Haec obiter, vt locum *Scholiastis* admodum perplexum interpretaremur, quae tamen faciunt ad hanc, in qua versamur, *Chronologiam*. E quibus hoc saltem constat, coepto iam *Hecatombaeone*, periisse *Cleonem*, et proinde post diem *Iunii* Iuliani XXVm. Hinc autem non constat, *quousque* fuerit postea superstes. Hoc ipsi debemus *Thucydidi*, vt e mox dicendis constabit.

v. 12. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τελευτῶντος, *Ramphias*, *Autocharidas*, et *Epicydidas*, *Lacedaemonii*, suppetias ad *Brasidam* laturi, *Heracleae Trachinienſi* morati. Ἐνδιατριβόντων δὲ αὐτῶν, ἔτυχεν ἡ μάχη αὕτη γενομένη, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Itaque *Aestate desinente* praelium contigerit. Ita tamen *fini* proxima, vt cum *Heraclea* discederent, τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθύς, nondum tamen *Brasidae* mortem exploratam haberent. *Boëdromionis Attici*, idemque *Aestatis Thucydideae*, dies *vltimus*, idem erat *Septembris* Iuliani dies XXIus. Proinde vel hoc ipso *die* praelium erat, vel paulo *antea*.

v. 13. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθύς, *Rhamphias* cum sociis *Pierium* vsque *Thessaliae* progressi, deinde a *Thessalis* prohibiti, καὶ ἅμα Βρασίδου τεθνεῶτος, ὥπερ ἦγον τὴν στρατιὰν, domum redeunt. *Maemacterionis* Attici die 10. et *Septembris* Iuliani *die* XXIIo. vel non diu *postea*.

v. 14. Εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει μάχην, καὶ τὴν Ῥαμφίου ἀναχώρησιν, de *Pace* cogitant vtique, tam *Athenienses*, quam etiam *Lacedaemonii*. Hinc etiam constat inter proelium *Amphipolitanum* reditumque *Rhamphiae* paruam admodum fuisse *moram*. Alioqui consilia reditu *recentiora* non potuissent proelium reditu *antiquius* εὐθὺς consequi. *Moram* enim particula illa *magnam* pati omnino non potest.

Triennale foedus *Lacedaemoniorum* cum *Argiuis* iam in *exitu*. Nempe anno, qui imminebat, sequenti. Nam illo anno rursus ἐπ' ἐξόδῳ hae eaedem σπονδαὶ fuisse dicuntur, et *Bellum* illis a *Lacedaemoniis* impendere. v. 28. Hinc intelligimus verba illa de *Pace* hac *Hyeme* inita: καὶ πρὸς τὸ ἔαρ ἤδη παρασκευή τε προεπανεσείσθη ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, περιαγγελλομένη κατὰ πόλεις ὡς ἐπιτειχισμὸν, ὅπως οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον ἐσακούσιεν. v. 17. Ita nimirum de *Pace* actum vt nihilominus in *Ver* proxime futurum Bellum indiceretur. Hoc, vt videtur, *consilio*, vt *Athenienses* ad *Pacis* studium, metu *Vernalis* irruptionis per tot annos antea factae, terrerent; quam vt ad *nouum* cum *Argiuis* Bellum, *Pacis* negotio cum *Athenienſibus* feliciter confecto, essent paratiores. Proinde anno proximo *tricennalium* induciarum cum *Argiuis finem* fuisse verisimillimum est. *Vere* autem exierint, an *tempestate* alia quae Vernam *sequebatur*, incertum est. Annus proximus erat *Ol.* 89. $\frac{3}{4}$. Sic *Ol.* 82. $\frac{1}{2}$. illae *coeperint* induciae. Non incommode. Certe Bello decennali *Lacedaemoniorum* cum *Messeniis*, hostes *Lacedaemoniorum* erant *Argiui*; vt nos docet *Thucydides* ipse, I. 102. Sed *Pacem Graecis* inuicem conciliauerat *Cimon* antea quam *Persas* secundo Bello adoriretur. Si etiam hae *Lacedaemoniorum*, quibus fauebat *Cimon*, cum *Argiuis* induciae *Cimonem* sequestrem habuerint, praedicto anno *seriores* esse vix poterant. *Proximo* enim *anno* rem gessit in *Persas* felicissime, dissidiis *Graecorum* procul dubio antea sopitis. *Hyemem* autem hanc *Paci* transigendae insumtam innuunt verba Auctoris, v. 17. Mox ergo a *Septembris* Iuliani die praedicta XXII. de *Pace* actum existimo.

ANN. IV. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 3/4.	Olymp.	LXXXIX.	3. mens. 4. Arch. *Alcaeo.*	1. Ephoro *Pliſtola.*
U. C. *Varr.* 33 3/4.			4. mens. 9. Arch. *Ariſtione.*	2. Ephoro *Clinomacho.*
Ant. *Chr.* 42 1/2.			a die *Iulii* Iuliani XIV.	a die *Octob.* Iuliani VIII.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 3. a fine *Boëdromionis* Attici, initio autem *Octobris* Iuliani.

V. 20. Hoc tandem anno de *Pace* ad annos L. inter *Athenienſes Lacedaemoniosque* conuentum eſt, quanquam illam ſub *ſuperioris* anni *finem* videatur recenſere *Thucydides*. Propterea, vt videtur, quod de ea *ſuperioris* anni praeſertim *fine actum* fuerit. Vtcunque tamen, hoc *Belli* anno certe XI°, pro *Thucydidis* mente, conſtituenda eſt. Nempe τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι. Qua forma, non menſium *Hyemalium finem*, ſed *Vernalium initium*, ſolet deſignare *Thucydides*. Addit praeterea et aliam *temporis* notam his verbis: αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν, ἡ ὡς τοπρῶτον ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου τοῦδε ἐγένετο. De *integro decennio* illum intellexit *Interpres*. Imo etiam *Scholiaſtes*: Αὐτοδεκαετῶν (inquit) ὁλοκλήρων. Quaſi nimirum ipſa illa voce αὐτοδεκαετῶν, ὁλοκληρία illa eſſet intelligenda. Nec illud, vt opinor, abſurde. Sic enim loqui ſolent, quoties *pronomen* illud adhibent, Sacrae quoque literae, vt tempus elapſum *integrum* ſoleant indicare. Imo aliquot *vltra* decennium *dies* ad *Pacem* fuiſſe teſtis ipſe eſt *Thucydides*. Facile hoc e particula καὶ, et voce παρενεγκουσῶν colligimus, *addendos* nimirum intelligi *dies*, non *demendos*. Sic enim certe alibi vocem παρενεγκουσῶν vſurpat Auctor. Εὑρήσει τὶς τοσαῦτα ἔτη, λογιζόμενος κατὰ τοὺς χρόνους, καὶ ἡμέρας οὐ πολλὰς παρενεγκούσας. V. 26. *Heſychius*: Παρενεγκεῖν, παραθεῖναι, παραβαλεῖν. Itaque ad annum *Belli* XI^m. Pax illa pertinuerit oportet, quae *decennio integro* elapſo contigit, et nonnullis praeterea *diebus*.

Haec de *Pacis anno*. Docet praeterea *Thucydides* anni *menſem*, ipſumque menſis *diem*, et quidem in forma *Attica*. Ne proinde dubitemus, de anni *Attici*, a *Belli* initio, XII. haec intelligere *Thucydidem*. Nec ſane vllibi *formam* anni *aliam* pro ſuae *Chronologiae* norma habet diſertiſſimus Hiſtoricus. Menſis ergo *Elaphebolionis* ἕκτη φθίνοντος, percuſſum fuiſſe foedus e foederis ipſis *Tabulis* apparet. V. 19. Eaedem *Tabulae* teſtantur *Archontem* tunc fuiſſe *Athenienſium Alcaeum*, *Ephorum* autem *Lacedaemoniorum Pliſtolam*, quae ſane faciunt ne alius ille fuerit quam anni *huius Elaphebolion*. Menſis ille *hoc* anno *cauus* erat propter diem menſis IX^m. *exemtilem*. Ita ἕκτη φθίνοντος idem fuerit dies *Elaphebolionis* XXIV^us. *Aprilis* autem *Iuliani* dies XII^us. Conueniunt verba illa *Thucydidis*: ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν. V. 20. Erant enim ſane *Bacchanalia* illa *Vrbana* menſe *Elaphebolione*. Ita optimus, ineditus tamen, *Aeſchinis Scholiaſtes*: Διονυσίων ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἦγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δ' ἐν ἄστει, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος. ad *Aeſchin.* orat. in *Timarchum*. Suffragatur *Heſychius* verbis paene numeratis. Quaſi his ipſis in *Aeſchinem Scholiis* ſua debuiſſet *Heſychius*, quod ſane incredibile non eſt. Medio ergo Menſe *Elaphebolione*, circa *Plenilunium Ciuile*, *Vrbana* haec *Dionyſia* fuiſſe veriſimillimum eſt, quae accenſitis *Feſti diebus*, et *ſacris* etiam Feſti *induciis*, effecerint, vt ad diem *menſis* fere XXIV^um. pertigerint. Itaque ab illo *Belli initio*, quo prima facta eſt in *Atticam* ἐσβολὴ, *decennium integrum* ſupputat *Thucydides*, cum *diebus* praeterea *additiciis*.

Fecit *irruptionem* illam, vti ſupra vidimus, *Archidamus Iulii* Iuliani die XXVI°. *Hecatombaeonis* nimirum, cuius dies XVIII^us. *exemtilis* erat, die proinde XXII°. Inde ſi ad *Elaphebolionis* diem XXIV^m. ſupputatio inſtituatur; tantum abeſt vt ſint, *praeter* decennium, *addendi dies*, vt ne quidem *iuſtum* ſit *decennium*. Imo decennio implendo *deerunt* non *dies* modo, ſed *iuſti* etiam praeterea *menſes*. *Quartus* enim ab *Elaphebolione* menſis *Hecatombaeon* eſt. Et ne *Vernus* quidem, ſed *Aeſtiuus*, vt ne quidem in *quadrantem* anni *eandem* conueniat. Sed quo pacto ſit intelligendus, ipſe Nos docebit *Thucydides*. Monet enim, hoc ipſo in loco, per anni non *quadrantes*, ſed partes *dimidias*, *Aeſtates* ſcilicet *Hyemesque ſemeſtres*, decennium illud ſe numeraſſe, vt ſcilicet *decem* iſtiusmodi *Aeſtates Hyemesque*, δέκα μὲν θέρη, ἴσους δὲ χειμῶνας, ante hanc, de qua loquimur, *Pacem* Bellum illud impleuerit. Sic recte eius conſilio reſpondebit, ſi XII^ae. fuerit *Aeſtatis* hic *Pacis Elaphebolion*. Nec enim perpetua *ſingulorum* annorum *exordia*, ab *vno* aliquo Belli *Facto*, quod primum Belli fuerit, eiusque tempore, arceſſit *Thucydides*. Idem enim ille, qui, hoc in loco, Belli *initium* a prima *Lacedaemoniorum* in *Atticam* impreſſione deducit, eiusdem tamen Belli *initium* ab inſidiis in *Plataeam*, *Archonte* Atheniensium *alio*, et ante *diem* ſaltem *octogeſimum*, alibi deducendum cenſuit, vt in *Apparatu* iam oſtendimus. Ita *incertum* feciſſet ab *vero* horum factorum annos *ſingulos* cenſuiſſet, ſi ab ipſorum *Factorum tempore* ſingulorum annorum calculus proceſſiſſet. Et quidem ratio nulla erat cur *prior* illa rei ad *Plataeam* geſtae Epocha per *ſingulos* Belli *Peloponneſiaci* annos decurrerit. Nam *Thebanorum* illae erant in *Plataeam* inſidiae, non *Lacedaemoniorum*, nedum *Corporis Peloponneſiaci*. Imo *vigente* adhuc *foedere*, nec *Bello* adhuc *denunciato*, illas *inſidias* fuiſſe monet ipſe *Thucydides*: ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε, καὶ τοῦ πολέμου μήπω φανεροῦ καθεστῶτος. II. 2. Hac de cauſa *alios* plerosque, praeter *Thucydidem*, Auctores *initium* Belli

ad *Archontem* potius *Euthydemum*, sub quo prima *Peloponnesiorum* erat *irruptio* retulisse crediderim potius quam ad *Pythodorum*, propter insidias *Plataeenses*. Satis autem aperte consilium suum exponit *Thucydides Annales* suos per *tempestates semestres* distribuendi. Et quidem ita vt *praecedant* Aestates, *sequantur* autem Hyemes. Sic ergo conciliandus erit sibi, si pro *Aestatis semestris* notis habeantur *alia* illa *initia* a *Thucydide* memorata. Vt nempe *primam* Belli *Aestatem*, qua patebat, *vniuersam* designarint *ambae* illae notae. *Vernam* enim *Aestatis* semestris *partem* designabant *insidiae* in *Plataeam*. Partem autem *posteriorem*, quae *Aestas* erat proprie sic dicta, *Peloponnesiorum* in *Attica* ipsa depraedatio. *Initium* autem *sequentium Aestatum* a *neutro* praedictorum *Factorum* repetendum erat, pro mente *Thucydidis*, cum certe ab *vtroque* repeti non potuerit. Itaque non aliunde quam ab *Aestiui mensis primi* (qui hic *Vernus* erat *primus*) *primo die*. Coepit *Aestas* illa *prima* anno *Metonico primo*, qui *communis* erat, a mense *Attico Munychione*, a *die* etiam *Aprilis Iuliani* VIIIO. Sic *duae* fuissent vltra *decennium* ad hanc *Pacem* vsque *dies* παρενεγκοῦσαι, saltem in forma *Iuliana*. Nempe ad diem *Elaphebolionis* XXIV. ad *initium* autem *Elaphebolionis* plane *nullae*. Sed in anno *Attico* prior *Munychione* erat *Elaphebolion*. Ita fieret, vt *defuturi* essent iusto *decennio* complendo *dies*, ad *finem Elaphebolionis*, *initium* autem *Munychionis*, saltem ad diem *Munychionis*, qui XXIV. *Elaphebolionis* respondurus erat, XXIVm. iustus erat *mensis*, non *dies* tantummodo, discrepantes, vt volebat *Thucydides*. Plus adhuc si ad diem *Munychionis vltimum*, quo *insidiae* erant in *Plataeam*, processisset supputatio. Plane non constaret sibi *Thucydides*, si quidem esset ab eodem *mense* ad eundem *mensem* instituenda supputatio, a *Munychione* scilicet ad *Munychionem*. Iam autem vidimus, annis *Intercalaribus* ab *Elaphebolione Aestates* suas, quales diximus, *semestres* arcessere *Thucydidem*. Ita manifestum erit, *Aestatis* XIae. (pro censu *Thucydidis*) hunc fuisse *Elaphebolionem*. Et respondebunt adeo, pro sententia nostri Auctoris, omnia. Erunt enim ab initio *Belli* ad *Pacem*, ἡμέραι duntaxat, vt loquitur, ὀλίγαι παρενεγκοῦσαι, quas etiam, cum *paucas* fuisse testatur, *mensi* complendo non sufficisse innuit. Hinc etiam elicimus annorum *Intercalarium* indicia in illo *Metonis* Cyclo nondum, quod sciam, a *Chronologis* obseruata: Illos nimirum *annos* pro *Intercalaribus* habentes, quorum *Elaphebolienes* annorum sequentium *Aestatibus* accenset praestantissimus Historicus. Inde et illud intelligimus, recte Nos Cycli *Metonici* menses *Embolimos* in *Tabulis* nostris disposuisse, cum quos adeo frequenter ipse *Thucydides* agnoscit *Embolimos*, illos omnes *Embolimos* nostrae etiam agnoscant *Tabulae*. Hoc certe *secundum* est *Embolimi* mensis exemplum in ipso quoque *Thucydide*, conuenitque examussim cum *Tabulis* nostris.

v. 25. Εὐθὺς, post *inducias*, motus *Corinthiorum*. Ciuitatumque in *Peloponneso* inductis *aduersarum*. Post *Mart.* XVIII. quo coepit *Elaphebolion*, annusque *Belli* XIIus. Imo post *Aprilis* diem XIIm. *Elaphebolionis* Attici XXIVm. quo factae sunt *inducine*. Mense adhuc *Iuliano Aprili* Περσίνιος τοῦ χρόνου, suspecti *Athenienſibus Lacedaemonii*, quod quaedam non praestitissent e conuentis. *Hoc* vtique *anno* quo promissorum fides *soluenda* erat. *Aucta* tamen suspicio per *sexennium* et *decem menses* sequentes. Tum demum in *apertam* hostilitatem eruperunt. Περσῶν χρόνος cum εὐθὺς nectendus, ne *moram* aliquam magnam intercessisse existimemus. *Sex* autem *anni* et *menses* pacis *decem*, quomodo intelligendi sint, explicandum infra erit, anno *Belli* XVIIIo.

v. 26. *Boeoti* ἐκεχειρίαν δεχήμερον ἦγον. Sed post *quinquaginta* annorum σπονδὰς, οὐ πολλῷ ὕστερον. v. 32. *Postea* ergo, licet non *multo* postea. *Mense* ergo, vt videtur, *Munychione*, et proinde *post* diem *Aprilis* Iuliani XVI. vel paulo *antea*. Postea rogant *Corinthii decem* dierum *inducias*, similes illis quae concessae fuerant *Boeotis*, et quidem intercedentibus *Boeotis*. Nec tamen impetrant ab *Athenienſibus*. Aegre mihi persuadeo, *decem* tantummodo *dierum* has fuisse *inducias*. Audiuerant *Corinthii* de induciis *Boeotorum* cum *Athenienſibus*. Tum mittendi erant *legati* qui a *Boeotis* impetrarent, vt vna secum *Athenienses* solicitarent de *similibus inductis* sibi concedendis. His moris *dies* aliquot insumi necesse erat. Nec tamen *Boeoti* quicquam de *induciis* ad *nouum* terminum prorogandis, vt a *pari* cum *induciis Corinthiacis* initio procederent. Suspicor ergo *decem dierum* inducias ita intelligendas vt pro *elapsis* haberentur ni singulis *denorum dierum* spatiis *nouae* concederentur. Vel ita fortasse, vt eousque obtinerent, dum pars altera, post totidem *dierum* spatium *renunciaturam* induciis *palam* indicaret. Sic poterant *induciae* diutius protrahi ad *Aestatem* etiam *affectam*. Sic δεχημέρους σπονδὰς memorat noster *Thucydides* in persona *Alcibiadis* VI. 10. Anno *Belli* XVIIIo. easdem, vt videtur, cum illis, quarum meminit VI. 7. Anno *Belli* XVIo. Nec sane quicquam legimus cur existimemus, tam *breui* spatio elapso, iterum illos ad *arma* redisse. *Pace* constituta, reuersi domum a *Sparta Corinthii* noua ineunt foedera cum *Argiuis*, quorum *priores* cum *Lacedaemoniis* induciae iam ad *exitum* spectabant, vt *superiori* anno obseruauimus. *Corinthiorum* exemplum mox sequuti sunt etiam *Mantinei*. Mox *aliae* quoque *Lacedaemoniorum* sociae Ciuitates, quaesitis e foederis nuper initi verbis praetextibus. Εὐθὺς *Elei*. v 31. Μετ' ἐκείνους εὐθὺς *Corinthii* et *Thraciae Chalcidenses*. *Corinthii* foederis cum *Argiuis* primi Auctores, foedus tamen ipsum post *Eleos* ineunt *Defectiones* has omnes *sociorum* a *Lacedaemoniis* ad Archontem *Aristonem*, huius *anni posteriorem* refert *Diodorus*. Fretus aliquo fortasse, quem nescimus, *Auctore*. Pleraque ita contigisse e *Thucydide* ipso suspicio est, quod *Aestate* sui *semestri* adeo pauca post illa memorarit; et quae habet, *recentiora* esse vix potuerint;

v. 32. Περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου, *Scionem* expugnatam, caesis ἡβῶσιν, *pueris*, et *mulieribus* in seruitutem redactis, *Plataeenſibus* colendam dederunt *Athenienses*. Reducti rursus ab *Athenienſibus* in *Delum Delii* Bellum inter *Phocenses* et *Locros*. *Tegeatas* frustra ad *defectionem* a *Lacedaemoniis* solicitant *Corinthii* et *Argiui*, ἤδη ξύμμαχοι ὄντες. Itaque paulo *post* superiora.

Rogant deinde *Corinthii*, interpellantibus *Boeotis*, vt *decem dierum* inducias cum *Athenienſibus* communes ipſi cum *Boeotis* haberent. Nec tamen impetrant. Δεχήμεροι ἐπίσπονδαι hic appellantur, quas tamen mox σπονδὰς appellat. Vox ipſa illa indicat σπονδὰς illas fuiſſe ἐπὶ σπονδὰς, quarum nimirum aliae alias ſequerentur, inde *incipientes* vbi aliae *definerent*. Sic ἐπισπορίαν *Heſiodus* cum reliquis Auctoribus Ruſticis ſemina appellat in alia ſemina incidentia. Et notiſſimo illo verſu Ὀχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, nuſpiam *intermiſſam* denotat frugum frequentiam. Certe *inducias* vnis *plures* vox illa neceſſario indicare videtur. Et profecto anni ſequentis initio σπονδῶν meminit *Thucydides Boeotorum* cum *Athenienſibus*. v. 40. Recte ergo, ni fallor, de *denorum* dierum *Cyclo* inducias illas interpretati ſumus. Ita ſcilicet, vt *poſt* decimum quemque diem induciis renunciare licuerit, perſeueraturis alioqui, ni renunciaretur. Certe *Diodorus* expugnatos *Scionaeos* ſub *ſecundo* huius *anni* narrat *Archonte*. Et nexus tamen cum *induciis* moram ne quidem *patitur* admodum diutinam. *Delios* in patriam reſtitutos *Ol.* 90. 1. narrat *Diodorus*.

v. 33. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, non, vt in ſuperiori nota, περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους. Itaque *poſt* ſuperiora. *Parrhaſios Arcadiae* a *Mantineorum* ditione in libertatem aſſerunt, *Pliſtoanacte* Rege duce, *Lacedaemonii*. Simulque *Mantineorum* murum in *Cypſelis* diruunt. Iam ſcilicet apertam cum *Lacedaemoniis* inimicitiam profeſſis *Mantineis*. Vrbis *Parrhaſiorum* cuſtodiam *Argiuis* credunt *Mantinei*. Elapſis forte *tricennalibus*, quarum ſupra meminerat, *induciis Lacedaemoniorum* cum *Argiuis*. Violatas tamen *inducias Ol.* 90. 2. narrat *Diodorus*. Incertum tamen eſt, num de his *tricennalibus* loquatur *induciis*; an de aliis *breuioribus*, quae alio aliquo, ſed breui, *Bello* interpoſito, inierint.

v. 34. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, reuerſis iam e *Thracia Braſidae* militibus, *Helotis*, qui ſub eo meruerant, *libertatem* concedunt *Lacedaemonii*, ereptamque *Eleis Lepreum* cum *aliis* nouis *ciuibus* habitandam. Captos ab *Athenienſibus* in *Pylo* ciues ſuos ἀτίμους faciunt; ὕστερον χρόνῳ, nempe temporis aliquo *ſpatio* elapſo, faciunt ἐπιτίμους, vt *honores capeſſerent*, et *emendi vendendique* poteſtatem haberent. Nec multo poſtea *Aeſtatis finem* fuiſſe indicant ſequentia.

v. 35. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Thyſſon* in *Atho* ſitam *Athenienſium* ſociam vrbem occupant *Dicidienſes*. Pax hac Aeſtate *Athenienſibus* atque *Peloponneſiis*. Suſpecti *Athenienſibus Lacedaemonii*, quod *moras* necterent in reddenda *Amphipoli*. Proinde *Pylum* nec ipſi reddiderunt. *Meſſenios* tamen *perfugasque* e *Laconica Helotas* e *Pylo* in *Cranium* vrbem *Cephalleniae* transtulerunt. Caeterum ad finem *Aeſtatis* Pax *ſeruata* eſt, deque *Pace confirmanda* actum. Finis *Boëdromionis* Attici idem *Octobris* Iuliani dies VIIIus.

v. 36. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, alii iam *Ephori* ab iis, quibus Magiſtratum gerentibus, *foedus* initum eſt. Hinc anni *Laconici* initium elicuimus Diſſ. VIII. 5. Inibat hoc anno menſis Atticus *Maemacterion Octobris* Iuliani die x. *Laconicus* autem qui *Maemacterioni* reſponderit, *Octobris* eiusdem die VIII. Poſt hunc diem, non, vt in *margine* legitur editi *Thucydidis*, *Octob.* XIIm. *noui* inibant *Ephori*. Eponymum *Clinomachum Pliſtolae* ſucceſſorem fuiſſe docet *Xenophon*. Collegas habuit ille *Cleobulum* et *Xenarem* induciis conſtitutis aduerſiſſimos. Hi nouas res in *Athenienſes* moliuntur. Vt ſcilicet primo *Boeoti Argivis*, tum deinde vtrique *Lacedaemoniis* in *foedus* coirent. Sed errore quodam *Boeotarcharum* conſiliis excidunt. Nempe propterea quod *Pylum* non reddiderint *Athenienſes*, ideo ad *inducIarum* fidem violandam propendebant *Lacedaemonii*. Haec *Diodorus* ſub Archonte *Ol.* 90. 1. Forte ex *Horographo* aliquo *Annaliſta*, qui annum a *Vere* vel ab inito *Attico* antiquo *Gamelione* inchoauit. *Archontes* autem annis *illis* aſſignauerit quibus *inibant*, nec obſeruauerit annorum *ſuorum* initiis *alios* fuiſſe *Archontes* ab iis qui *mediis* annis *inituri* erant. Ita enim partes annorum ſuorum *priores* aliis reuera *Archontibus* tribuendas Auctor *Diodori* ſecuturis *medio* quoque anno ſuo *Archontibus* fuiſſet aſſignaturus. Hoc quidem neceſſe erat ſi cum *Thucydide Diodorum* conciliare velimus, vel *Auctorem* (quicunque demum is fuerit) cuius fidem ſecutus fuerit *Diodorus*: Ita dicendum eſſet, *Gamelione*, vel etiam fortaſſe *Munychione*, recentiora illa fuiſſe nouorum *Ephororum* conſilia *Paci* aduerſantia. Ita ann. *Varr.* 334.

v. 39. Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι τούτῳ, *Mecybernam Athenienſibus* eripiunt *Olynthii*. Hoc etiam *Diodorus Ol.* 90. 1. ſimiliter, vt modo illum interpretati ſumus, intelligendus. Ita contigerit etiam hoc anno *Varroniano* 334. Qua quidem annus *Romanus* inire cenſetur a *Ianuario* Iuliano.

v. 39. Μετὰ ταῦτα, de *Panacto* ſibi tradendo a *Boeotis* agunt *Lacedaemonii*, quo *Pylum* ipſi eius vice ab *Athenienſibus* reciperent. Tandem cum *Boeotis* foedus ineunt. Mox tamen *Panactum* diutum (a *Boeotis*, vt vult *Scholiaſtes*) τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη, καὶ πρὸς ἔαρ. Prope finem *Hyemis*, et propinquo iam *Vere*. Proinde menſe Attico *Elaphebolione exeunte*, ante initium *Munychionis*. Itaque paulo ante diem *Aprilis* Iuliani VIm. anno U. C. *Varroniano* 334.

ANN. XII. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{4}{5}$.	*Olymp.*	LXXXIX. 4. mens. 3. Arch. *Aristione.*	1. Ephoro *Clinomache.*
U. C. *Varr.* 33 $\frac{4}{5}$.		XC. 1. mens. 9. Arch. *Astyphilo.*	2. Ephoro *Isarcho.*
Ant. *Chr.* 4 $\frac{20}{75}$.		a die *Iulii* Iuliani IIIo.	a die *Sept.* Iul. XXVIII.

Phaeinidis Sacerdotissae *Argiuae* anno 4. a fine *Boëdromionis* Attici, et *Septembris* Iuliani.

v. 40. Ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Argiui* foedus ineunt cum *Lacedaemoniis* annorum *quinquaginta*. Haec mense *Munychione*, qui iniuit *Aprilis* Iuliani die Vo. Reuersus domum *Argiuorum* legatos, et re cum Populo *Argiuo* communicata, redire oportebat *Spartam* ad *Hyacinthia*, quae Nos in *Annalibus Thucydideis* Ante-Peloponnesiacis *Thargelianis* Attici fuisse probauimus. Coepit ille hoc, quo versamur, anno *Maii* Iuliani die Vo.

v. 42. Ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ᾧ οἱ Ἀργεῖοι ταῦτα ἔπρασσον, *medio* nimirum tempore inter *April.* Vm. et *Hyacinthia*, *Lacedaemoniorum* legati, cum tradendum *Panactum* exspectarent, *dirutum* a *Boeotis* offendunt, *captivos* autem apud *Boeotos Athenienses* accipiunt a *Boeotis*, redduntque *Athenienſibus*. Irati ergo ob *Panacti* excidium *Athenienses* consilium de foedere *soluendo* ineunt quod fuerat cum *Lacedaemoniis*. Auctore huius consilii praecipuo *Alcibiade*. Foedus ergo ineunt *Athenienses* cum *Argiuis*, *Eleis* et *Mantineis*, ab *Athenienſibus* legatis *Elim*, *Mantineam* et *Argos* mittendis renouandum τριάκοντα ἡμέραις πρὸ Ὀλυμπίων, ab *Argiuis* autem *Eleis* et *Mantineis* legatis similiter mittendis *Athenas* δέκα ἡμέραις πρὸ Παναθηναίων τῶν μεγάλων, *cippo* etiam inscribendum *aeneo* κοινῇ Ὀλυμπίοις τοῖς νυνί v. 47. Hinc sane constat, anno, de quo agimus, *Olympia* fuisse (id quod ipse rursus mox agnoscit) et recte adeo se habere nostram omnem, ex hac parte, *Thucydidis Chronologiam*. Et quidem, si *dies* idem vtrobique designetur (quod sane verisimillimum est) xx. diebus *Olympiis* priora fuerint *Panathenaea* illa, de quibus hoc in loco loquitur *Thucydides Magna*. Haec *Magna Panathenaea Pentaëterica* fuisse consentiunt Eruditi. *Graecorum* autem *Pentaëterides quatuor* duntaxat *annorum* integrorum ambitu redibant. Ita semper redierint eodem ab *Olympiis* interuallo, cum et *Olympia Graeci* habeant pro *Pentaëtericis*. Ita certe si ad eiusdem *Cycli* atque *Calendarii* normam vtraque acta fuerint tam *Athenienſium Panathenaea* quam *Eleorum Olympia*. Inibant ludi *Olympici Hecatombaeonis* Attici *die* XI. *Mensis* nimirum *Elei*, qui *Hecatombaeoni* Attico respondebat, die XI. Ita *Scirophorionis* Attici die XXo. inierint *Panathenaea*. Hoc nempe anno *Iunii* Iuliani die XXIIIo. Hinc certi erroris vincitur *Proclus* in *Timaeum*, qui *Panathenaea Magna* diei XXIIIIo. tribuit *Hecatombaeonis*. Sic enim *Olympiis posteriora* fuisse illa *Panathenaea*, quae tamen *Olympiis priora* fuisse ex hoc certiori *Thucydidis* testimonio discimus. Mihi certe suspicio ex aliquo *iuniorum* Kalendario haec sumsisse *Proclum*, quo *situm*, quem in *Calendario Attico* olim habuerunt, *iam* mutauerant nomina *mensium* etiam *Atticorum*. Ita scilicet vt *posterioris* cuiusque *mensis* nomine is *mensis* insigniretur, qui reuera praeesset in *Kalendario Attico* antiquo. Ita quem *Hecatombaeonem* appellat *Proclus*, is fuerit reuera *Atticus Scirophorion*. Fieri potest vt mensem *Romanum Solarem* dierum XXXI. *Hecatombaeonis* nomine designarint coaeui *Proclo Graeci*. Fecisse credit *Petauius* qui ἑνδεκάτην numerabant Φθίοντος, quorum meminit *Scholiastes Aristophanis*. Huc spectant verba *Marini* in vita *Procli*, quam nuper integram edidit Cl. *Fabricius*. Mortem enim *Procli* assignat diei *Munychionis Attici* XVIIo. qui idem dies fuerit XVIIus. *Aprilis* etiam *Iuliani*. Occurrit, fateor, aliquoties in *nostris* Cycli *Calippici Tabulis Munychion Atticus*, ab *eodem*, quo et *Aprilis Iulianus*, *initio* procedens. Sed non *hoc* Cycli *anno* quo decessit *Proclus*. Potius ergo ex hoc *Marini* loco collegerim, *Aprilem Iulianum* eundem fuisse *mensem*, quem hoc *Procli* seculo *Munychionem* appellarint *Athenienses*. Hoc si verum sit, non erit certe absurdum si et *reliquos* Kalendarii *Iuliani* menses vetustioribus mensium *Atticorum nominibus* similiter insignierint. Haec si vera, *Scirophorionis Attici* die XIo. *Iunii* autem *Iuliani* die XIIIo. Iuraiuranda fuissent renouanda. Sed vero futuram illam *renouationem* ex interuallo supponunt illa *Pacta*, proinde *diebus* aliquot *Iuribus iurandis* ipsis *antiquiora*. Itaque *Thargelione desinente*, vel *ineunte Scirophorione*. Ita *Maio Iuliano ineunte* fuisse verisimillimum erit. Vix enim est cur dubitemus quin eodem die partis vtriusque legati fidem renouarint.

v. 49. *Ol.* 90. 1. Ὀλύμπια δ' ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τοπρῶτον ἐνίκα. Coeperunt mensis *Elei*, qui *Hecatombaeoni Attico* respondebat, *die* XIo. Coepit *Hecatombaeon Iulii Iuliani* die IIIIo. Proinde *Olympia Iulii Iuliani* die XIVo. inierint. Nouo iam *Athenienſium Archonte Astyphilo*, et *nouo* iam *anno* etiam *Olympico*, primo nimirum *Olympiadis* XCae. Iam alibi saepe obseruauimus nec *numerari* a *Thucydide Olympiades*, sed *Olympionicis* designari; nec *Stadionicis*, vt postea, *Olympionicis*, sed *Pancratiastis*. Et *iuniorum* fuisse inuenta, tam vt *numerarentur*, quam vt *Stadionicis* designarentur *Olympiades*. Causam enim plane nullam video cur *Pancratiaste*, ne quidem *Athenienſi*, *Olympiades* designaret *Thucydides*, si mos tum fuisset *Olympiadum Eponymos* alios *Olympionicas* censendi praeterquam *Pancratiastas*. Nec sane temere hoc fecisse putandus est, qui *bis* eodem exemplo *Olympiades* designauit.

Toties nimirum quoties *Epocham* adhibendam esse censuit *Olympiadum*. Iam *Lacedaemonii* Sacris *Olympicis* ab *Eleis* interdicti, quod *mulctam* non soluissent *lege Olympica* irrogatam. Lacessiti praeterea poena *Lichae Lacedaemonii* virgis a lictoribus in stadio castigati. Inde *metus* et *praesidia* ludos agentibus.

v. 50. Μετὰ τὰ Ὀλύμπια, *Corinthi* conueniunt *Argiui* eorumque *socii*. Aderant etiam *Lacedaemoniorum* legati. Sed nihil peractum. Facto autem *terraemotu* in suam quique vrbem discesserunt. *Omine*, vt videtur, conuentu *soluto*. Quod legimus in illius temporis Historiis saepissime. Finis *Olympiorum Hecatombaeonis* die XVI°. *Iulii Iuliani* die XVIII°. Finis *Aestatis* die *Boëdromionis* vltimo, *Septembris* XXIX°. His *limitibus* omnis illa consultatio concludenda est. Sequitur: Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

v. 51. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, victi *Heracleotae Trachinienses* ab *Aenianibus*, *Dolopibus*, *Melienſibus* et *Thessalis*. Caesus dux *Xenares*, alius, vt videtur, a cognomine *Ephoro* Belli concitatore. Hic enim qui *Heracleae* cecidit Ξενάρης ὁ Κνίδιος Λακεδαιμονιος appellatur. Erant enim *Cnidii Dorum* coloni. *Herodot.* II. 178. Sed *colonum Ephorum* fuisse non est verisimile. Subiungitur: καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Itaque forte paulo *ante* finem *Hyemis* pugnatum. Nempe paulo ante *Martii* XXV^m^, anno *Varroniano* 335°.

ANN. XIII. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*		Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{5}{6}$.	*Olymp.*	XC.	1. menſ. 4.	Arch. *Astyphilo.*	1. Eph. *Isarcho.*
U. C. *Varr.* 33 $\frac{5}{6}$.			2. menſ. 9.	Arch. *Archia*,	2. Eph. *Leone.*
Ant. *Chr.* 4 $\frac{10}{18}$.			a die *Iulii* Iuliani XXII.		a die *Sept.* Iul. XVII.

Phaeinidis Sacerdotissae *Argiuae* anno 5°. a fine *Boëdromionis* Attici, ante *Octobris* Iuliani diem XVIII^m^.

IV. 52. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς ἀρχομένου, *Heracleam Boeoti*, post superioris anni cladem, admodum debilitatam, ipsi occuparunt, ne in *Athenienſium* potestatem veniret, pulso *Hegesippida* duce *Lacedaemonio*. Quod male habuit *Lacedaemonios*. Mox a die *Martii* XXVI°. 1°. *Elaphebolionis*

v. 52. *Alcibiades* στρατηγὸς cum manu *Athenienſium* venit in *Peloponnesum*. *Argiuis* eorumque sociis eum, vt videtur, inuitantibus. *Patrenſibus* auctor erat, vt *muros* suos vsque ad mare perducerent. Ipse *muros* alios ad *Rhium Achaicum* molitus est, quos tamen quo minus perficeret, obstitere *Corinthii* atque *Sicyonii*, metuentes, vt videtur, ne sinus *Naupactiaci* aditum intercluderet. Haec mense, vt videtur, *Aprili* Iuliano, Attico autem fortassis *Elaphebolione*.

Haec *prima* fuisse videtur *Alcibiadis* στρατηγία. *Superiori* autem anno prima eiusdem πολιτεία, qua ciues suos *Athenienses* concitauit ad *Bellum* in *Lacedaemonios*. Inde fortasse tempora illius aliquatenus eruemus. Si quidem annus πολιτείας *aetatis* fuerit XXX^us^. non admodum, opinor, aberrabimus in *aetate* illius constituenda. Sic *natus* fuerit *Ol* LXXXII $\frac{2}{3}$. Cum *Periclis* auunculo consilium daret de vitandis aerarii a se profligati rationibus, παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν dicitur *Diodoro Ol.* 87 1 Consilium illud datum *Olympiadis* illius, et anni *initio*. Tum enim *Phidiae* diem dictum iam superius ostendimus. Hoc ipso nempe fine, vt per *Phidiam Pericles* opprimeretur. Hic, si accurate Auctoris sui verbum seruauit *Diodorus*, nondum absoluerit oportet *Alcibiades aetatis* annum XVIII^m^. *Pueritiae* finem p[illegible] in *Athenienſium*. Absoluerat autem ipso illo anno *Iuliano desinente*, mense Attico *Pyanepsione*, nempe ante finem *Munychionis* VI°. *Nouembri* Iuliano, vel *Decembri* etiam *inunte*. Tum enim eum μειράκιον censet *Plutarchus*, qua *Puerili* aetati opponitur aetas μειρακίου. Verbis enim paulo superioribus τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παραλλάσσων dicitur. Μειρακίου *aetatem* a tertio, fateor, septenario censet *Pollux*. Sed, pro more Romanorum, qui opus inscripsit *Commodo Caesari* Principi *Romano*. Sed *veteris Pueritiae* fines a *Seruio Tullio* praescriptos, etiam apud *Romanos* a fine anni XVI i. coepisse alibi probauimus. Ita certe apud veteres *Graecos*. Ita apud *Lacedaemonios* fuisse docet *Plutarchus* in *Lycurgo*. Ita apud *Eleos* in *Olympionicis* a *Puerorum* censu exclusis. Ita certe *Athenienses*, qui primum militiae *tirocinium* in περιπόλοις illis assignabant quos ἀποδιετεῖς appellabant, intra *secundum* a *completa Pueritia* annum, *biennio* anno aetatis XX°. *minores*, etiam *coepto*. Inde annos *militiae* numerabant XLII. ad annum aetatis LX^m^. etiam *coeptum* militiae *finem*. Conueniunt haec accuratissime cum *initio* πολιτείας a nobis assignato, anno aetatis XXX°. Nec sane erat cur dubitemus quin *primo* quoque tempore *legitimo* honores petiturus fuerit *Alcibiades*, indole praeter modum arroganti. Nec vicissim, quin repulsam nullam fuerit passurus *nobilitate* tanto maiorum, et *Populi* gratiam captandi tantus artifex. *Caesus* est *Ol* $\frac{83}{84}$ $\frac{4}{7}$ *annos circiter quadraginta natus*, inquit *Nepos* c 10. Saltem quinquagenario *minor*. Numerum enim *rotundum* esse potius quam accuratum, innuit vox *circiter*. Is annus erat illius XLVI. pro nostris hisce rationibus. Facile fieri potuit vt *posterior* ille numerus per *Librarium* excederit. Alia *Alcibiadis* aetatem spectantia quaerenda infra anno huius *Belli* XVII°.

v. 53. Ol. 90. 2. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, Bellum *Argiuis*, adiuuante *Alcibiade*, in *Epidaurios*. Vel potius παρασκευή. Menſe Attico *Hecatombaeone*. Proinde poſt *Iulii* Iuliani diem XXIIIm. *Rationem* melius in proxima *Epocha*, quae *eiusdem* temporis eſt, trademus.

v. 54. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *Lacedaemonii* ad *Leuctra* agro ſuo finitima *Lycaeum* vsque progrediuntur, duce *Agide* Rege *Archidami* filio. Sed, non procedentibus auſpiciis, domum reuertuntur. Reditus autem erat ante menſis *Laconici*, qui *Carnium* praeceſſit, diem XXVIIIm. Haec erat τετρὰς Φθίνοντος. Dies nempe *Hecatombaeonis* Attici XXVII. vel forte XXVI. propter diem, qui praeceſſerat, *exemtilem*. *Auguſti* ſcilicet Iuliani XVI. *Retrorſum* enim agenda ſupputatio eſt. Hinc editi *Thucydidis* marginem Lector emendabit. *Menſem* illum fuiſſe, quem dixi, e *proxima* Epocha colligemus.

v. 54. Ἀναχωρησάντων αὐτῶν, reuerſis nempe *Lacedaemoniis*, *Argini* ad feſtum celebrandum die menſis, qui *Carnium* praeceſſit, praedicto, conueniunt, impreſſio nemque illo ipſo *die* faciunt in *Epidaurios*. Obſtitit autem *Feſti* Religio, quo minus ex vtrauis parte quicquam deinceps gereretur. Horum *tempus* a *ſuperiori* pendet, vt mox fuerint ſecuta. Hinc autem intelligimus *Carniorum* ſanctimoniam in *menſem praecedentem* redundaſſe, quippe quae coeperit a *die* menſis *praecedentis* XXVII. Loquuntur quidem de his *ſacris induciis* ita Scriptores, ac ſi fuiſſent plerumque *menſtruae*. Tantundem apud illos valent σπονδὰς et μῆνας ὑποφέρειν, vt alibi obſeruauimus atque explicauimus. Diſſ. VII. 8. Inde veriſimile eſt ad ſpatium paene *menſtruum* plerasque pertigiſſe. Sic tamen vt *menſibus*, in quos inciderint, *Calendariorum* non reſponderint. Imo reſpondere vix poterant praeterquam in *Feſtis* quae menſes *medios* occuparent, et *Ciuilia* ſaltem *Plenilunia*. Si enim *initio* menſis fuiſſent Sacra, pars erat e *praecedenti* menſe demenda, qua tuta eſſent adeuntium itinera. Si viceuerſa menſibus fuiſſent *exeuntibus*, e menſibus *ſequentibus* erant eximendi dies quibus ſalua eſſent itinera redeuntium. Et quo *latius* patebant Sacra, eo *plures* erant concedendi dies vltro citroque commeaturis, vt *omnibus*, quorum intererat, Sacris, quorum Religione tenebantur, intereſſe liceret. Et quidem *Dorum* omnium communia erant haec, de quibus agimus, *Carnia*. Tam *Argiuos*, quam *Argiuorum hoſtes*, eorum Religione coërceri videmus quo minus, ante elapſus *inducias Sacras*, inuicem concurrerint. Et Dorum *coloniis*, tam *Siculis*, quam *Africanis*, *Sacrorum* eorumdem *menſiumque* vſum fuiſſe conſtat. Erant equidem *induciae* illae *Sacrorum* cauſa *indictae* non certo alicui menſis *diei*, vt videtur, *affixae*, ſed pro indicentium placitis *arbitrariae*. Hoc erat in Sacris *indictitiis* receptiſſimum. Et ex *Argiuorum* artificiis idem intelligimus qu bus *Bellum* ſibi a *Lacedaemoniis* inferendum eluſerint a *Xenophonte* noſtro commemoratis. Non erit itaque fortaſſe cur ſi *vno* aliquo *anno* ſacras *inducias* exploratas haberemus, exinde colligeremus, *perpetuo* illas *eisdem diebus* fuiſſe celebratas. *Longe* tamen illas ab illo exemplo variaſſe vnquam non eſt profecto veriſimile. Cauebant enim induciarum *indictores*, ne *longe* vnquam *feriae* ipſae a tempore *legitimo* discederent, cum ne *Diis* quidem gratas exiſtimarent ſi *tempore* alio celebrarentur quam *legitimo*. Nec ratio erat vlla cur *longe* inuicem diſtarent *induciae* etiam *indictitiae* feriarum ipſarum cauſa conſtitutae. Hoc ergo ſaltem lucrabimur, vt vel ex vno exemplo diſcamus, quo fuerint ſpatio proxime rediturae. Quod ſane rei *Chronologicae* intererit. Et ſane horum, de quibus agimus, *Carniorum inducias* vel *veras* explorare licebit, vel ſaltem certe *veriſimillimas*. Die menſis *Carnii* VIIo. *Carnia* ipſa coepiſſe volunt Eruditi. Neſcio quo freti teſtimonio VIIo. menſis *Carnii Carnia* ipſa coepiſſe docuerint Eruditi. Vtcunque tamen veriſimile eſt diem illum delectum eſſe Sacris *Apollinis Carnii* Ludis inchoandis, cum dies menſium omnium *Septeni* eidem *Numini* ſacrati fuerint, vt alibi ipſi obſeruauimus. Hoc ſi verum, ſic *induciarum* dies, qui *Feſtum* praeceſſerint, ex hoc ipſo exemplo colligemus. Nam, inter ſacros *inducіarum* nomine dies, hunc ipſum fuiſſe menſis *praecedentis* XXVIIIm. Hiſtoria ipſa Auctoris noſtri docet. Eſto ergo IUS Ita *decem* fuerint *induciarum* dies quae Feſtum *praeceſſerint*, ſi vel *plenus* menſis fuiſſet, vel ſi menſis *excavatio* loco illo facta fuerit quo occurrit in noſtris *Tabulis* dies pro Cycli lege *exemtilis*. *Nouem* autem, ſi die menſis *penultimo* fuerit mutilatio, vt pro *die* menſis XXIXo. τριακὰς fuerit numeranda. Sed vero in feſtis ipſis *Carniorum nouem* fuiſſe *dies* docet *Athenaeus*. IV. 4. Ita dies *Feſti* vltimus idem fuiſſet *menſis* XVus. Concedantur ergo *redituris* a feſto *pares* induciae illis quas *acceſſuris* conceſſas euicimus. Sic *induciarum* dies *vltimus* ad *menſis* diem pertigerit vel XXIVm. vel XXVm. et ſpatium *menſtruum* expleuerit paene vniuerſum, quod ſupponunt praedictae voces a *Xenophonte* vſurpatae. Hoc ergo ſpatio concludendae erunt hae *Argiuorum* induciae atque *Epidauriorum*. Omnium enim paene *Peloponneſiorum* communes fuiſſe *Thucydides* ipſe ſupponit. *Celebratae* enim pariter ab *Argiuis* eorumque *ſociis*, atque *violatae* ſunt. *Menſisque* Religionem cauſabantur ſocii etiam *Epidauriorum*, quo minus cum praedantibus *Argiuis* congrederentur. *Feſti* etiam *menſisque* cauſa in Concilio *Mantineenſi* conuentum, vt exercitus vtrinque dimitterentur. *Lacedaemoniis* certe *vtrumque* ſacrum fuiſſe, vel exinde colligitur, quod poſt *menſem* illum ſociis militiam indiceret. Hinc ſane ſuſpicamur, *Dorienſibus* omnibus *Peloponneſiis*, vt vna erant eadem *Sacra*, ſic vnam fuiſſe eandemque *Anni* formam atque *Menſium*; vnumque adeo annorum *Cyclum* eo fine inſtitutum, vt ſuo *tempore legitimo* Sacra redirent. Tam Deus *Apollo Carnius* omnium communis erat, quam et *vates* a quo nomen *menſis* et *Sacrorum* originem arceſſunt. Nam in *Peloponneſum* vates ille cum *Dorienſibus Heraclidis* veniſſe o) traditur; et *Peloponneſum*, qua patebat, vniuerſam ab *Heraclidis* occupatam fuiſſe volunt. Vix poterant alioqui ad Sacra *menſtrua* tot ab *Heraclidis* oriundae gentes ita commode conuenire, niſi menſium *initia* communia, *Cycli* communis beneficio, habuiſſent. Sic *Epochae* etiam *Olympicae* inſeruiet annus

o) *Pauſan.* Laconic. 13. *Euſeb.* V. Praep. Euang. c. 20. *Apollod.* II. et alii.

Lacedaemonius, si quidem idem fuerit illis *Cyclus* cum *Eleis*. *Carnius* autem quem situm habuerit, e *Plutarcho* discimus. *Carnium* enim ille in vita *Niciae* pro eodem habet mense qui *Athenienſibus Metageitnion* audiebat. Ita se res habuit apud *Syracusanos*, *Dorienses* etiam ipsos, non tamen *Lacedaemoniorum*, sed *Corinthiorum*, colonos. Imo sic cum *Metageitnione Carnium* componit *Plutarchus*, vt eundem diem *Carnii* apud *Syracusanos* numeratum fuisse innuat, qui numerabatur *Metageitnionis* apud *Athenienses*. Vid. Diss. VI. 6. Ita ergo si dies *induciarum* supputemus pro calculo *Athenienſium*, diei *Metageitnionis* Attici XXIV. et XXV. cum *Septembris* Iuliani diebus concurrent XII. et XIII. Quorum proinde altero *mensis* de quo agimus *sacer* exierit. Vno autem *die* citius, si quis malit haec ad Kalendarium exigere *Laconicum*, et pro nostris tamen mensis *Laconici* Tabulis. Discrimen modicum est vtrouis modo calculus ponatur.

v. 55. Κατ' ὃν χρόνον ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ Ἀργεῖοι ἦσαν, conuen us *Mantineae*, *Athenienſium* hortatu, legatorum a *ſociis* vtriusque partis ciuitatibus, quo, *Ephamida Corinthio* auctore, dimissi exercitus tam *Argiuorum*, quam *Epidauriorum*. *Argiui* ex *Epidauriorum* agro abducti. Post diem *Auguſti* Iuliani XVIm. vt supra vidimus. Et tamen ante mensis sacri *finem Septemb.* XII. vel XIII. si propter *illum* dimissi fuerint exercitus. Propius, vt videtur, ad extremum *posterius*, vt tempus concedatur *Athenienſibus* mittendi legatos ad *ſocias* vtriusque partis *ciuitates*, vt *Mantineae* demum conuenirent *de Pace* conciliauda acturi.

v. 55. Τρεῖς ἐς τὸ αὐτὸ ξυνελθόντες, οὐδ' ὡς ἐδυνήθησαν συμβῆναι. Hinc rursus est cur existimemus, *mensi* potius *sacro*, quam *Paci*, tribuendum, quod ab *armis* vtrinque discederetur, tam ab *Argiuis*, quam ab *Epidauriis*. Proinde mense *sacro* exacto, post *Sept.* XIII. *nouus* hic *fecundusque* fuerit conuentus, de *Pace* iam acturus ex professo. Tum dies aliqui concedendi consilius de Pace *frustra* susceptis antea quam ad *arma* redirent *Argiui*. et *secundam* impressionem facerent in agrum *Epidaurium*. Proinde *Septembri* admodum *affecto* noua illa fuerit impressio. Tum Expeditionem in *Caryas* suscipiunt *Lacedaemonii*. Nempe, vt videtur, vt *Argiuos* suis iam *finibus* metuentes elicerent ex agro *Epidaurio*. Si ita, paulo *serior* fuerit Expeditio *Lacedaemoniorum*, quam fuerit *Argiuorum* quae *Lacedaemoniis* occasionem noui consilii suggesserit. Sed cum sacrificiis διαβατηρίοις non litarent, domum redeunt *Lacedaemonii*. Pergunt ergo, nullo iam obstante, *Argiui*, tertiamque agri *Epidaurii* partem praedantur. Audita autem expeditione *Lacedaemoniorum*, auxilia mittunt *Athenienses Argiuis* duce *Alcibiade*. Sed reuersis *Lacedaemoniis* ipsi quoque domum redeunt. Καὶ τὸ θέρος οὕτω διῆλθε. Haec ergo omnia ante diem *Boedromionis* Attici vltimum, *Octobris* autem Iuliani diem XVIIm. *Moram* aliquam exigebant mittendi *Athenas* nuncii de Expeditione *Lacedaemoniorum*, tum apparatus *Alcibiadis*, eiusdemque *aduentus* atque *reditus* hoc termino, quem dixi, concludendus. Sed spatium est, pro nostris rationibus, satis laxum. Sic autem cohaerent omnia vt *situm* quem Nos dedimus mensi *Dorienſi Carnio* parem *Attico Metageitnioni* adunde vincant.

v. 56. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, *Lacedaemonii*, nescientibus *Athenienſibus*, praelium, cum duce *Agesippida*, in *Epidaurum* immittunt. Hoc *Athenienſibus* obiectant *Argiui* quasi *foederi* contrarium, quod hostes mari, cuius potiebantur *Athenienses*, transire permisissent. Proinde se iniuria affici querebantur nisi hostes *Lacedaemoniorum Messenios* in *Pylum Athenienses* similiter reducerent. Itaque, hortante *Alcibiade*, cippo foederis, quem penes se habebant, *Laconici* inscribendum decernunt, fidem iurisiurandi a *Lacedaemoniis* violatam. Etiam perfugas *Lacedaemoniorum* e *Cranii Helotas* in *Pylum* reducunt vt latrocinarentur. Caeteris vero in rebus *Pacem* seruant. Haec post initium *Maemacterionis* Attici, *Octobris* autem Iuliani diem XVIIIm.

v. 56. Τὸν χειμῶνα τοῦτον, *velitationes* et *insidiae* frequentes inter *Argiuos* atque *Epidaurios*. *Praelium* autem *nullum*. Hoc anno *Iuliano* 335. exeunte, ineunte autem 336.

v. 56. Τελευτῶντος χειμῶνος πρὸς ἔαρ ἤδη, scalas *Argiui Epidauro* inferunt quasi διὰ τὸν πόλεμον defensoribus nudatae. Sed re infecta redeunt. Hinc intelligimus hucusque pertigisse illud, cuius supra meminerat Auctor, sine *praelio* Bellum. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. *Paulo* ergo ante finem *Hyemis* haec, et *Veris initio* iam *propinquo*. Proinde anno *Varroniano Iuliano* 335. ante finem *Elaphebolionis Attici*, diemque ad o *Aprilis Iuliani* XIIIm. Is enim erat vltimus *Elaphebolionis*.

ANN. XIV. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*		Epoch. *Lacouic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{6}{7}$.			2. menſ. 3.	Arch. *Archia.*	1. Ephoro *Leone*
U. C. *Varr.* 33 $\frac{6}{7}$.	*Olymp.*	XC.	3. menſ. 9.	Arch. *Antiphonte.*	2. Ephoro *Chaerida.*
Ant. *Chr.* 41 $\frac{8}{7}$.			a die *Iulii* Iuliani XI.		a die *Octob.* Iul. VI.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 60. a fine *Boëdromionis* Attici, initio autem *Octobris* Iuliani.

V. 57. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους μεσοῦντος, *Lacedaemoniorum* Expeditio in *Argiuos*, duce *Agide* Rege. Ad *Methydrium Arcadiae* occurrunt *Argiui*. Sed nocte *Lacedaemonii* ad ſocios ſe recipiunt. Tum rurſus *Argiuos* aggrediuntur. Sequitur velitatio. Deinde ſe vtrinque ad *praelium* parantibus, *induciae* factae ſunt in *quatuor menſes*, vtrisque duces eo nomine improbantibus. Noua haec forma eſt. Proinde paulo accuratius explicanda quam licuit in *Editione Thucydidis*.

Horum omnium initium *Aeſtati mediae* aſſignatur. Sed quae demum *Aeſtas media* eſt a *Thucydide* deſignata? Formam, ni fallor, accepit *Thucydides* a receptiſſima menſium *Atticorum* in *tres* dierum *decades* partitione, ἰσαμένου, μεσοῦντος et φθίνοντος vel ἀπιόντος. His enim reſpondent partes in *tempeſtatibus Thucydideis* tam *Aeſtiuis* quam *Hibernis* ſimiliter *ternae*, ἀρχομένου, μεσοῦντος et τελευτῶντος. *Primae* vocis *vltimaeque* vſus eſt in *Thucydide* frequentiſſimus. Μεσοῦντος vſus rarior eſt. Duplex autem erat apud *Veteres* Aeſtas, *trimeſtris* alia, alia *ſemeſtris*. Trimeſtris Aeſtatis pars *tertia* erat *Ciuilis Menſis*. Sic ergo *menſis primus* θέρει ἀρχομένῳ tribuendus erat, *ſecundus* μεσοῦντι, *tertius* denique vltimusque τελευτῶντι. Hunc vocis vſum habet *Plutarchus*, ſed pro menſium *ſingulorum* ternariis, paulo, quam *Thucydides*, accuratiorem. Sic enim ſcribit in *Timoleonte*: Τὸ μὲν οὖν ἔτος ἰσαμένου θέρους εἶχεν ὥρην, καὶ λήγοντι μηνὶ Θαργηλιῶνι, πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆπτεν τὸν καιρόν. Hic vocem ipſam ἰσαμένου vſurpauit in *Aeſtiuae tempeſtatis* partitione, quae tamen occurrit in *menſis* partitione frequentior. Sed *tempeſtatum* eam diſtributionem eſt ſecutus, non quae a punctis ipſis *Cardinalibus* arceſſitur, ſed quae a *mediis* potius inter puncta Cardinalia ſpatiis. Sic enim *Romani* ſub quorum *Imperio* floruit *Plutarchus*. Ita μεσοῦντος θέρους is menſis habendus erat, quo *Sol* κέντρον tenebat θερινὸν *Solſtitii*, τελευτῶντος, quo *proximum* a Solſtitio occurrere credebatur *Nouilunium* ἰσαμένου vero, quo fuit *Nouilunium* proximum *ante* Solſtitium. Quae nota *Cycli* Lilem *initio* menſi nulli conueniebat praeterquam *Thargelioni*. Tempeſtates autem *Thucydideae* cum *binae* totum annum exhauiant, proinde *ſenis* conſtabant menſibus. Sic fiet vt *bini* fuerint in θέρει μεσοῦντι menſes, *Scirrhophorion* et *Hecatombaeon*, et primus e *bini* fere menſes *Iuliani*. Atque ita fortaſſe intelligendus erit *Thucydides* quoties de θέρει loquitur ἀρχομένῳ vel τελευτῶντι, vt ſcilicet binos Aeſtatis ſemeſtris *primos vltimo* ue menſes deſigner. *Bis* tamen eodem anno nunquam θέρους memi.nit vel χειμῶνος ἀρχομένου vel τελευτῶντος, cum nihilominus *bimeſtri* ſpatio multa atque inuicem diuerſiſſima, potuerint contingere. *Mediae* autem *tempeſtatis* rariſſime, etiam *Aeſtiuae*, quae rebus *gerendis* maxime erat idonea. Fieri ergo poteſt vt ſpatium etiam menſtruo *arctius* hoc ſermone deſignarit. Nec pugnaret, quo minus ita faceret, mos receptus loquendi de *medio menſe*. Nec enim *media* dierum *decas* tantummodo ita deſignari ſolebat, verum etiam *ciuile plenilunium*, aut ſi quis *dies* proxime *Plenilunium* attigiſſet. Sic *media Aeſtas* in *finem* inciderit *Scirrhophorionis*, vel *initium Hecatombaeonis*. *Iulio* nempe Iuliano *ineunte*. Nos autem menſem *Scirrhophorionem* integrum ad marginem *Thucydidis* editi deſignauimus. Pertigit enim ille a *Iunii* Iuliani die XII. ad *Iul.* XI. Quod ſi arctius *media Aeſtas* intelligatur, ita erit ambiguum, quo *anno* Olympiadis, aut quo *Archonte*, induciae *quadrimeſtres* initae fuerint. Erunt enim in duorum annorum Archontumque *confinio*. *Tertio* tamen potius Olympiadis *anno* et ſub *ſecundo Archonte*, foedus initum fuiſſe ver ſimilius erit, ſi *Aeſtati mediae* horum *initia* adſcribantur. Moram enim ad *inducias*, vtcunque breuem, aliquam ſaltem, interceſſiſſe conſentaneum eſt. Haec tamen omnia cum multis ſequentibus *anno* Olympiadis *ſecundo* recenſet *Diodorus*. Inde recte fortaſſe colligemus, *initia* ſaltem ad hunc *priorem* Olympiadis *annum* eſſe referenda. Caeterum in *priori* quoque Olympiadis *anno*, et ſub *priori* etiam *Archonte*, rem geſtam infra obſeruabimus, quam hac eadem forma θέρους μεσοῦντος deſignarit *Thucydides* anno *Belli* XVII.

V. 61. *Ol.* 90. 3. Μετὰ τοῦτο, Reuerſis nempe *Lacedaemoniis* veniant *Athenienſes*. Foedus initum conuellit *Alcibiades* iam *legatus*, renitentibus primum, tandem aſſentientibus, *Argiuis*. Aderant *Athenienſes* ἐν καιρῷ, tempore nimirum anni ſatis *maturo* ad rem gerendam. Εὐθὺς ergo *Orchomenum Arcadicam* aggrediuntur, deditioneque in fidem recipiunt. *Mora*, vt videtur, admodum *modica*. Audita *Orchomeni* deditione, in *Agidem* inducirum auctorem accenduntur *Lacedaemonii*. Tandem rei bene in futurum gerendae promiſſione, decemque ei conſtitutis conſiliariis, noxam hanc remittunt. v. 63. Tum *Tegeam* petunt *Argiui*. v. 62. Et *Spartam* nuncii de *Tegea* veniunt ἐν τούτῳ, cum ſe purgaret *Agis*. v. 64. Mittitur ergo rurſus in *Argiuos Agis*, qui collectis ex *Arcadia* ſociis *Tegeam* venit Καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον οἱ ξύμμαχοι ἀπ' Ἀρκάδων παρῆσαν. Arceſſunt etiam *Lacedaemonii* ſocios e *Corintho*, *Boeotia*, *Phocaea* et *Locris*, qui feſtinabant quidem, ſed temporis angustiis,

et hostium interpositione excludebantur quo minus adessent. Itaque cum sociis qui aderant in *Mantineam* irrumpunt, eamque praedantur. Tum deinde in agrum *Tegeaticum* vt aquis in agrum *Mantinicum* immissis *Argiuos* elicerent e castris, quae tenuerant antea, aditu difficilioribus. Ita praelii facta copia, qua vincunt *Lacedaemonii*. Mox a *victoria* sese ad *Carnia* celebranda conuertunt. Coeptis, vt videtur, *Carniorum induciis*, quibus *Bellum* prosequi Religio erat. v. 75. Coeperunt, vt supra vidimus, *Carniorum induciae* die *Hecatombaeonis* XXVII. *Augusti* proinde *Iuliani* die VI°. Proinde paulo antea, *Hecatombaeone Attico* exeunte, ineunte autem *Augusto Iuliano* victoria. Satis commode, pro praedictis nostris rationibus.

v. 75. Εὐθὺς, ἕως Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον, *Eleorum* tria millia, et *Athenienſium* mille noui praeter priores cum *Mantineis Epidaurum* circumuallant, relictoque valli praesidio domum redeunt. Nempe, vt vlciscerentur irruptionem *Epidauriorum* in agrum *Argiuum* προτεραίᾳ τῆς μάχης ἡμέρᾳ. Videmus quam arcto *nexu* haec sequantur inuicem. Proinde sacrorum *Carniorum* initio *Epidaurum* circumuallare coeperint, et *mense* ipso *sacro* vallum absoluerint et munierint, domumque, relicto praesidio, redierint. *Mox* enim a pugna redierunt *Lacedaemonii*, dimissis, qui aderant, sociis, aliisque monitis ne vltra progrederentur. Ergo *sacri mensis* ambitu haec omnia concludenda sunt. Nempe inter *Augusti* Iuliani diem VIII. et *Septembris* diem IVM. Ita scilicet, si, praeter *Sacrorum* ipsorum dies IX. *deni* vtrinque dies *inducias* numerentur Sacra *adeuntibus* quam ab iisdem iam peractis domum *reuersuris*.

v. 76. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἀρχομένου, εὐθὺς ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἦγαγον, *Lacedaemonii* rursus *Tegeam* veniunt, et *Pacis* conditiones offerunt, quas accipiunt *Argiui*. Tum domum redeunt. Nota haec temporis admodum difficilis est. Illud manifestum est, ἦγαγον de *elapsis Carniis* intelligendum esse, non autem de *labentibus* cum redirent ad *Tegeam Lacedaemonii*. Nam dum *Carniis* vacarent, ἕως οἱ Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον, v. 75. ita demum factum vt *Epidaurum*, nullo hoste prohibente, *circumuallarent*, et vallum *praesidio* munirent. Hoc enim indicat particula ἕως, non *eodem* duntaxat *tempore*, quo *Carnia* agebantur, *Epidaurum* esse circumuallatam, verum etiam tantisper occupatos in circumuallatione *Argiuorum* fuisse *foederatos*, dum *Carniorum* induciae ad exitum perducerentur. Saltem tantisper valli *praesidium* ab *hostibus* fuisse securum. Sed quis demum *nexus* est *Carniorum excuntium* cum *Hyemis initio?* Nempe si *Carnia* mensi *Metageitnioni Attico* respondebant, qui *secundus* erat tantummodo *mensis* quadrantis *Aestiuae*, et penultimus *Aestatis* etiam *Thucydideae semestris?* Sic enim *mensis* saltem *vnus* integer intercesserit inter *Carnia Hyemisque exordium*. Imo nonnulli praeterea *dies* cum ne quidem vltimae *Carniorum induciae* ad finem *Metageitnionis Attici* pertigerint. Et tamen sic loquitur *Thucydides*, quasi nullum fuisset inter *Carnia Hyemenque* spatium intermedium. Potest quidem fortasse particula εὐθὺς tam commode ad χειμῶνα referri, quam ad Κάρνεια. Ita tempus indicabit, non *proximum* peractis *Carniis*, sed *coeptae Hyemi*, quocunque demum interuallo *Hyems Carniis* fuisset posterior. Sed nexum *proximum* denotare videtur particula ἐπειδή. Hoc enim innuit, cur non citius *Epidauriis* subuenerint *Lacedaemonii*, causam aliam fuisse nullam praeterquam *Carniorum* religionem. Hoc si verum, *elapsis Carniis*, mora alia *nulla* nectenda erat, quo minus *Epidauriis* primo quoque tempore subueniretur. Et tamen *superioris* anni *Carnia* cum *Metageitnione Attico* non incommode contulimus. Hic cum proximo post *Metageitnionem* mense in Kalendario *Attico* confetenda erunt, si, pro more solito, *Hyemis* initium censuerit *Thucydides*. Ego *Lacedaemonias* anni *tempestates* ob oculos habuisse crediderim, dum de rebus *gestis* agit *Lacedaemoniorum*. Has certe, non alias, intellexisse credendi sunt *Lacedaemonii* ipsi, a quibus se res *Lacedaemoniorum* patrias didicisse testatur. Illas proinde volebat *ipse*, si sententiam illorum *fide*, qua oportebat, ipse retulerit. Sic autem satis accurate respondebunt omnia, si, pro *Cycli*, quem secuti sunt *Lacedaemonii*, diuersitate expendantur. Est enim annus hic *Ol.* 90. $\frac{3}{4}$ (vt e nostris *Tabulis* apparet) *Embolimaeus*. Et mensis *Embolimi* locus erat in ipso *Carnio*. Itaque *duo* erant hoc anno *Carnii: communis* alius, alius *Embolimus*. Interest autem *vtro* horum mensium *Carniis* vacarint *Lacedaemonii*, priore scilicet, an posteriore. Si quidem *priori*, sic *medius* fuisset, inter *Lacedaemoniorum Carnia Aestatemque Thucydideam*, quae a *Maemacterione Attico* inibat, mensis, *secundus* nempe *Lacedaemoniorum Carnius*. Sin *posteriore*, ita recte procedent omnia, vt e nostris *Tabulis* ad oculum constabit. *Carnius* enim *prior*, qui XIIUS. erat anni *Laconici* mensis, *Ol.* 90. $\frac{3}{4}$. iniuit *Augusti* Iuliani die VIIIO. Et eiusdem *Augusti* Iuliani die XO. coepit *Ol.* 90. 3. *Atticus Metageitnion*. *Posterior Carnius Sept. Iul.* die incheatur VIIO. Et *Sept.* VIIIO. *Atticus Boëdromion*. Hoc ergo peracto sequitur *Maemacterion Atticus Octob.* VIIIO. Et nouus annus *Laconicus Oct.* VIO. solo illo *dierum* discrimine quod *Cyclorum* diuersitati tribuendum ostendimus. Recte pro nostris hisce *Thucydidis* rationibus. Recte ergo, et pro mente *Thucydidis*, ad *secundum posteriorem*que *Carnium* Sacra *Carnia* retulerimus. Idque ita fuisse aliunde verisimilius est. *Sacra* enim *Carnia annua* fuisse e *Thucydide* ipso constat. Proinde *mense* illo obseruanda qui *quotannis* redibat, non autem *illo* qui *annis* tantummodo redibat *Embolimaeis*. Sed vero duorum *cognominum* mensium *priorem* duntaxat *intercalarem* fuisse, iam quoque olim ante Nos obseruauit *Petauius*. Idque e voce *Graeca* collegit, quod is *mensis* proprie ἐμβάλλεσθαι censeretur, qui *medius* erat inter alios menses; non item ille qui mensium erat *postremus*, nec alium post se habebat eodem *anno* mensem. Itaque vel hoc exemplo discimus recte a *nobis* dispositos esse *menses* vtriusque Cycli *intercalares*, tam *Attici*, quam *Laconici*. Nec enim, praeterquam in anno *Laconico*, *Embolimaeo*, fieri potuit, vt post mensem *Laconicum Carnium* proximus ordine succederet *Atticus Maemacterion*. Sic fiet vt noua haec *Lacedaemoniorum* in *Argiuos* Expeditio post *Octobris Iuliani* diem VIM. contigerit, si pro stylo supputetur *Laconico;*

poſt *Octobris* autem diem VIIIm. ſi ad Kalendarium potius *Atticum* exigenda eſſet *Aeſtas Thucydidea*. Sic potius rem fuiſſe crediderim, quam vt, *Carneis priore Carneio* celebratis, a *ſecundo* demum *Carneio Aeſtatem* coeperint *Lacedaemonii*. Sic enim *menſis integri* diſcrimen fuiſſet inter *Aeſtatem Atticam* atque *Laconicam*, quod maximam confuſionem pareret in *Thucydideis* vtriusque gentis communibus *Annalibus*. Imo *magis* conuenit cum rationibus *Thucydidis*, vt nunc *Aeſtatem Carneia* menſe *integro* praeceſſerint, nunc cum *Aeſtate* nexum *continuum* habuerint. Plane vt, pro his, quas dedimus, *Cycli Laconici* rationibus, erat neceſſarium. Denique hinc *normam* lucrabimur, vnde colligamus qui fuerint in *Cyclo Laconico* anni *Embolimaei*. Tales enim erunt habendi in quibus *Carneia Aeſtatem* proxime praeceſſerint. Praeſertim ſi cum illis *Hiſtoricis* conferantur res geſtae *Lacedaemoniorum*, qui *Aeſtatis* limites eosdem cum noſtro agnoſcunt *Thucydide*. Quod erit forte vtiliſſimum, ſi quae *nouae* in lucem prodierint *Hiſtoriae*.

v. 78. Μετὰ τοῦτο, οὐ πολλῷ ὕςερον, *foedus* et *ſocietatem* cum *Argiuis* et ſociis in annos *quinquaginta* ineunt *Lacedaemonii*. Tum *Athenienſes* cogunt e *Peloponneſo* diſcedere. Cum *Perdicca Macedonum* Rege de *Pace* agunt, qui tamen non εὐθὺς ab *Athenienſibus* deficit. v. 80. Mittunt etiam ad *Athenienſes Argiui* de praeſidio e vallo *Epidauri* ſubducendo, quod factum a *Demoſthene*. Foedere ergo cum *Epidauriis* renouato, vallum praeſidio vacuum *Demoſthenes* ipſis tradidit. Poſt *Argiuos Mantinei* cum *Lacedaemoniis* pacem ineunt. Menſe adhuc fortaſſe *Maemacterione* Attico, et *Octobri* Iuliano.

v. 81. *Lacedaemonii* cum *Argiuis* iuncti, primo *Sicyone*, tum ipſis *Argis*, Popularem ſtatum in *Ariſtocratiam* mutant. Haec noui, vt videtur, anni *Iuliani* initio, tempore ςρατείαις opportuna, πρὸς ἔαρ ἤδη, τοῦ χειμῶνος λήγοντος. Itaque poſt initium *Ianuarii*, et ante diem *Aprilis* Iuliani IIm. quo coepit proximus *Munychion*. Proinde anno *Varroniano Iuliano* iam 337. Haec *Ol.* 90. 3. etiam *Diodorus*. Menſe, vt videtur, *Gamelione*. Nam *menſibus* VIII. tenuiſſe *Optimates Argis* teſtatur *Diodorus*. Διακατασχόντες δὲ ταύτην τὴν πολιτείαν μῆνας ὀκτὼ, κατελύθησαν, τοῦ δήμου συςάντος ἐπ' αὐτούς. VIIIus. a *Gamelione* menſis eſt anni ſequentis *Boëdromion*, quo reſtituta fuerit *Argis Democratia*, quam ſequenti *Aeſtate* reſtituram teſtis eſt *Thucydides*. Multo ante *Gamelionem* Optimates *Argis* obtinere ne quidem potuiſſe, vincunt dicta ſuperius.

ANN. XV. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{7}{8}$.	*Olymp.*	XC.	3. menſ. 3. Arch. *Antiphonte.*	1. Ephoro *Chaerida.*
U. C. *Varr.* 33 $\frac{7}{8}$.			4. menſ. 9. Arch. *Euthemo*,	2 Ephoro *Pateſiada*,
Ante *Chr.* 41 $\frac{1}{8}$.			a die *lunii* Iuliani XXIXo.	a die *Sept.* Iul. XXV.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 7o. a fine *Boëdromionis* Attici, ante *Sept.* Iuliani diem XXV.

v. 82. *Ol.* 90. 4. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Dictidienſes* in *Atho* deficiunt ab *Athenienſibus* ad *Chalcidenſes*. *Lacedaemonii* in *Achaia* factionem ſuam confirmant *Ariſtocratiam* nuper a *Lacedaemoniis* conſtitutam rurſus, reſtituta *Republica* tollunt *Argiui*. Pulſi *Argis Ariſtocratici Lacedaemonios* arceſſunt, qui tamen non venerunt ἐκ πλείονος. Nempe πρὸ πλείονος χρόνου, vt recte locum interpretatur *Scholiaſtes*. Erat quidem *mora* illa *diuturnior* quam rei bene gerendae ferebat occaſio. *Admodum* tamen *diutina*, poſtquam arceſſerentur, *mora* illa *Lacedaemoniorum* eſſe non potuit. Cum enim eſſent in *itinere*, tum primum audiunt *pulſos* ſe illos qui ſe acciuerant. Sed vero ἀναβαλλόμενοι τὰς γυμνοπαιδίας, ἐβοήθουν. Quae verba ita intellexit *Interpres*, quaſi, *dilato Puerorum nudorum curſu*, ſe in viam dediſſent. Haec interpretatio, ſi vera fuiſſet, *nondum* celebrata fuiſſet γυμνοπαιδία, cum ea pompa ferrent *Lacedaemonii*. Atqui idem obſeruauit *Thucydides*, hoc ipſum *tempus* captaſſe, rebus ſuis nouandis, *Argiuos*, quo *Puerorum* ludos faciebant *Lacedaemonii*. Itaque *ludis* illis *mediis* Ariſtocratiam mutabant *Argiui*. Vt proinde *finis* ludorum potius, quam *ludi ipſi* fuerint a *Lacedaemoniis* dilati. Sic *medio* inter ludorum initium finemque *tempore*, ſe liberarint *Argiui*. Et verba adeo illa ἐκ πλείονος recte interpretati ſumus de *mora*, quam *par* erat, *longiori*, quae tamen neutiquam, niſi pro rei gerendae exigentia, *longa* fuerit. Sed redierunt hac prima vice, et γυμνοπαιδίας ἦγον, *finem* ſcilicet *ludis* illis impoſuerunt. Haec *ludorum* illorum *menſe* acta fuiſſe conſtat. Sed *quis* menſis ille fuerit, aut quo *nomine* appellaretur, nondum habemus exploratum. Ne quidem illud, qua *parte* Aeſtatis fuerit, *primane*, an *media*, an *vltima*. Reuerſi deinde *Lacedaemonii*, vrgentibus amicis, *damnant* quidem quae nouauerant *Argiui*; ſed, in auxilio ſuis ferendo, *moras* nectunt. Poſtea *Argiui*, inita cum *Athenienſibus* ξυμμαχίᾳ, *mare* verſus *muros longos* ducunt, quo opportunius *Athenienſium* maritimis auxiliis, ſi opus eſſet, ſubleuarentur. Talia μακρὰ τείχη ab ipſis *Vrbibus* ad *portus Vrbium* maritimos habebant *Athenienſes* et *Megarenſes*. In hoc opere τὸ θέρος, inquit noſter, ἐτελεύτα, cum paucae adhuc *Peloponneſi* ciuitates eſſent *murorum* illorum conſciae. *Termini* huius *Aeſtatis Thucydideae ſemeſtris* erant *Aprilis* Iuliani IIus

et *Septembris* Iuliani dies xxv^us. Hoc ſpatio haec omnia concludi neceſſe erat. Ego etiam *Aeſtate trimeſtri*, proprieque ſic dicta, concludenda arbitror, quae a die *Iunii* Iuliani coepit xxix^o. Sic enim *continuus* eſt nexus inter geſta praedicta vt moram *magnam* nullibi interpolatam ſupponant vel patiantur. Et ne quidem *ipſa* moram *magnam* exigunt ſeorſim conſiderata. Deſinunt certe cum *Aeſtate trimeſtri*, nec tamen *trimeſtre* ſpatium a principio ad finem exigunt. Proinde omnia ad *Archontem ſecundum*, et *annum Ol.* 90. 4^m. referenda eſſe veriſimillimum eſt. Imo hac Aeſtate *exeunte* reſtitutam *Argis Democratiam* iam *ſuperiori* anno probauimus.

v. 83. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, noua *Lacedaemoniorum* in *Arginos* Expeditio, qua μακρὰ τείχη diruta, itemque *Hyſiae*. Poſt *Septembris* Iuliani diem xxvi^m. quo coepit cum *Maemacterione* Attico *Hyems Thucydidea*. Nec tamen vlla hic, quae ſaepe occurrit, mentio *Hyemis incipientis*. Proinde Hyeme aliquatenus *prouecta*. Menſe ſaltem, vt videtur, *Octobri* Iuliano *Lacedaemoniorum* reditus. Et quidem ipſo quoque, vt videtur, *affecto*. Hanc *Lacedaemoniorum* Expeditionem in *Arginos* ad *Ol.* 90. 4. narrat *Diodorus*. Nec incommode.

v. 83. Μετὰ τοῦτο, *Argiuorum* Expeditio in *Phliaſiam*. Nempe poſt *Lacedaemoniorum* reditum. Menſe proinde Iuliano fortaſſe *Nouembri*.

v. 83. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, propter *foedus* a *Perdicca* initum cum *Argiuis* et *Lacedaemoniis*, portus illius aditusque intercludunt *Athenienſes*; et quia *fidem*, in cauſa *Niciae*, datam fefellerat. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὕτω. Hac *Hyeme exeunte*, inter *Ianuarium* Iulianum et ſequentis *Elaphebolionis* initium, *Martii* nempe Iuliani diem xxii^m. Proinde anno Vrbis Conditae *Varroniano* 338.

ANN. xvi. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 429 $\frac{8}{9}$.	*Olympiad.*	xc. 4. menſ. 4. Arch. *Euphemo.* Ann. *Belli* xv. *Diodor.*	1. Ephoro *Paſiade.*
U. C. *Varr.* 33 $\frac{8}{9}$.		xci. 1. menſ. 9. Arch. *Ariſtomneſto*, Ann. *Belli* xvi. *Diodor.*	2. Ephoro *Cleoſthene*,
Ant. *Chr.* 42 $\frac{6}{7}$.		a die *Iulii* Iuliani xviii.	a die *Oct.* Iul. xiii.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 80. a fine *Boëdromionis* Attici, ante diem *Octobris* Iuliani xiv.

v. 84. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Arginos Lacedaemoniis* fauentes in *inſulas* abducit *Alcibiades*. Mox, vt videtur, ab initio *Elaphebolionis*, *Martii* autem Iuliani die xxii^o. Ad *Ol.* 90. 4. refertur etiam a *Diodoro*. Expeditio in *Melios Athenienſium*, quos quidem *Melios* muro circumuallatos obſident *Athenienſes*. Tempore, fortaſſis, *eodem*.

v. 115. Κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν, *Argini* a *Phliaſiis* victi. *Athenienſium* in *Pylo* praeſidiarii *Lacedaemonios* praedantur, quos tamen *Bello* non vlciſcuntur *Lacedaemonii*, ſed *edicto*, vt ſuis etiam liceret viciſſim *Athenienſes* praedari. *Corinthii* etiam *Athenienſibus* Bellum inferunt, reliquis *Peloponneſiis* quieſcentibus. *Melii* partem munitionis irrumpunt, ſed *commeatu* illato quieſcunt. Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Horum *initium* idem cum *tempore* quo, *Meliis* circumuallatis, redierint *Athenienſes*. *Finis* ante diem *Boëdromionis* Attici vltimum, *Octobris* autem Iuliani xiv^m.

v. 116. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, *Lacedaemonii* auſpiciis deterriti quo minus in *Argiuam* irrumperent. *Argiui* ſuſpectos comprehendunt. Hoc, vt videtur, anno *Iuliano* 338. *nondum* elapſo, nec multo poſt *Octob.* diem xv^m. quo coepit Atticus *Maemacterion*, vnaque *Hyems Thucydidea ſemeſtris*.

v. 116. Περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *Melii* in aliam munitionis *Athenienſium* partem irrumpunt. Sed nouo *Athenienſium* exercitu veniente, ſeſe dedunt. Male habiti ab *Athenienſibus*. Nouam *coloniam* in eorum locum deducunt *Athenienſes*. *Tempus* idem. Annus hic erat a *colonia Meliorum* ſeptingenteſimus. v. 112. Conditi ergo a *Lacedaemoniis* anno Per. *Iul.* 3598. Male *Meliorum* cladem ad *Ol.* 90. 3. retulit *Diodorus*.

vi. 1. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, nouo *Athenienſium* in *Siciliam* legatio, accerſentibus *Egeſtaeis*. Haec *Ol.* 91. 1. *Diodorus*.

vi. 7. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Lacedaemonii* cum ſociis, *Corinthiis* exceptis, agrum *Argiuum* depraedantur, τῆς τε γῆς ἔτεμον, καὶ σῖτον ἀνεκόμισαν. *Argiuorum* deinde *exſules* in *Orneis* collocant, factoque *foedere*, ne ſe inuicem, vsque ad certum tempus, laederent, ſeu *Orneatae*, ſeu *Argiui*, domum redeunt *Lacedaemonii*. Haec *Ol.* 90. 4. *Diodorus*. Addit praeterea annum fuiſſe *Belli* xv^m. Hoc quoque ſatis accurate pro ſuis hypotheſibus. Eſt enim reuera xv^us. *Archon Euphemus* ab *Euthydemo* quem pro *primo* Belli *Archonte* habet *Diodorus*. Faciunt hae *notae* adeo ſibi inuicem ambae conſentaneae, ne facile *Diodorum* erraſſe ſuſpicemur. Haec tamen, ſi vera habeantur, efficient, vt *priori* anni *Iuliani* parte contigerint; non *poſteriori*, non *coepte Hyeme Thucydidea*, non *inchoato* Attico *Maemacterione* (qui *primus* erat menſis *Hyemalis* pro calculo *Thucydidis*) vt tamen neceſſe eſt pro *hodierna* diſpoſitione *Thucydidis*. Sunt tamen, etiam

in ipso *Thucydide*, latentis veritatis vestigia quaedam faventia *Diodoro*. Quod enim habet de agri *depraedatione*, de *frumenti* comportatione, *messem* indicat, *maturitatemque frugum triticearum*, *tempori* a *Diodoro* assignato magis fauet, quam ei quo disponitur ab ipso *Thucydide*. Haec certe nemo prudens *Hyemi Thucydideae* tribuerit, nemo *Maemacterioni* Attico, nemo *post* diem *Octobris* Iuliani XVm exspectaret qui dies erat *primus* illius *Maemacterionis*. Rectissime autem notas a *Thucydide* ipso datas ad *tempus* a *Diodoro* designatum retulerimus, ad partem scilicet huius anni *priorem*, quae *Hecatombaeonem* Atticum *praecesserit*. Coepit enim huius anni *Hecatombaeon* die *Iulii* Iuliani XVIII. Ipsique illi mensi *Iulio* ferias *messiuas* assignabant *Romani*. Hoc itaque *Scirrhophorione* recte *frumenta* colligunt humanis vsibus idonea. Sic nempe *matura*, vt *nondum* fuerint ab agricolis *collecta* cum in agrum *Argiuum* venirent *Lacedaemonii*. Itaque si *Thucydidi Diodorum*, hoc saltem in loco, antetulerimus, *re*, vt a *Thucydide* narratur, ipsa suffragante, non tamen hoc facturi videbimur immerito. *Diodorum* sequemur sibi consentientem. *Thucydidem* suspectum habebimus ita sibi dissimilem atque contrarium, vt *ambae* certe temporis notae, tam *Hyemis* quam *Messis*, ab eodem nequiverint esse *Thucydide*. Non ergo hic *Thucydidi Diodorum* opponemus, sed *parem* vndequaque *Thucydidi* testem, *ipsum* nempe *Thucydidem Diodoro* consentanea tradentem. Qua in re quid, quaeso, erit absurdi? Nec enim hic de fide *Thucydidis* laboramus, sed illud potius, *contrariarum* sententiarum, quae *ambae* eiusdem esse non possint, *vtra* magis illi reuera tribuenda sit. Certe in operis *partitione*, quam *duplicem* fecerunt, multa sibi indulserunt *remotiores* a *Thucydidis* aetate *Grammatici*. Ipsa enim illa partitionis *diuersitas*, quam agnoscit in *Thucydidis* vita *Marcellinus*, neutram ab *Auctore* prodiisse satis, vt opinor, euincit. Opus ergo, cum *continuum* repererint; fieri potest, vt quod vnus *suo* loco *Librarius* omiserat, id *Margini* adscriptum ab *emendatore*, vt insereretur, loco *alieno* inseruerit iunior aliquis imperitiorque *Librarius*. Rectene autem haec se habeant, iudicent peritiores. Si quidem recte, hinc emendanda erunt quae ad *marginem* editi *Thucydidis* apposuimus. Saltem in iis quae ad praedationes *Lacedaemoniorum* attinent. Nam *coloniam* perfugarum *Argiuorum* a *Lacedaemoniis* in *Orneas* deductam τούτου τοῦ ἔτους λήγοντος, suffragatur etiam *Diodorus*. Imo *Expeditionem* ipsam qua *frumenta* comportata fuerint sub eadem nota refert, pariter ac ipse *Thucydides*. Cum tamen *finis* anni, qua a rebus annuis *Bello* gerendis *annus* censetur, nec eiusdem fuerit *Archontis*, nec eiusdem *anni* etiam *Olympici*. Sic ergo vtrumque *sibi*, atque *inuicem*, conciliabimus, tam *Thucydidem*, quam etiam *Diodorum*, si dicamus, (quod sane verisimillimum est,) inter *frumenta Orneis* repolita, et *coloniam* eo deductam aliquot *mensium* fuisse spatium: *Coloniae* autem, non comportati *frumenti* tempus his notis vtrobique designari, χειμῶνος apud *Thucydidem*, ἔτους autem λήγοντος apud *Diodorum*: Temporis autem quo collectum fuerit *frumentum* neutri rationem habitam, quod illius duntaxat *obiter* meminerint, non *sui* causa, sed propter *coloniam*. Ita omnia expedita erunt, nec vis inferetur vlla *Textui* ipsius *Thucydidis*. Hoc ergo mihi magis placere fateor. Hac tamen ἔτους λήγοντος nota *colonia* ad *hunc* quidem annum *Iulianum*, se *exeuntem* referetur 338. ad *mensem* autem Atticum fortasse *Posideonem*.

VI. 7. Οὐ πολλῷ ὕστερον, veniunt cum classe *Athenienses*, qui *Argiuis* iuncti biduo *Orneas* ab incolis desertas expugnant diruuntque. Tum redeunt *Argiui*, et ὕστερον *Athenienses*. Haec, *induciis* elapsis, ne inuicem sese laederent *Orneatae* et *Argiui*. Proinde rectius fortassis ad annum *Iulianum* sequentem *U. C.* 339. (quam, vt Nos olim, ad 338.) referenda.

VI. 7. Post reditum, vt videtur, *Athenienses* per *Methonem* Vrbem maritimam *Macedoniae* finitimam, illatis *colonis* suis et *Macedonum* exsulibus *Perdiccae* subditos infestant. Hac fortasse occasione ad *Chalcidenses Thraciae*, quibus *induciae* erant δεκήμεροι cum *Athenienſibus*, mittunt *Lacedaemonii*, vt *Perdiccae* auxilium ferrent. Nec tamen, quod volebant, assecuti sunt. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, etc. Haec etiam anno *Varroniano* sequenti 339. ante *Aprilis* Iuliani diem IXm.

ANN. XVII. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 4 $\frac{209}{300}$.	*Olymp.* XCI.	1. mens. 3. Arch. *Aristomnesto.*	1. Ephoro *Cleostheue.*
U. C. *Varr.* 3 $\frac{39}{40}$.		2. mens. 9. Arch. *Chabria*,	2. Ephoro *Lycario*,
Ant. *Chr.* 4 $\frac{1}{14}$.		a die *Iunii* Iuliani VII.	a die *Oct.* Iul. III.

Phaeinidis Sacerdotissae *Argiuae* anno 9o. a fine *Boëdromionis* Attici, ante diem *Octobris* Iuliani III.

VI. 8. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα ἦρι, redeunt a *Sicilia Athenienſium* legati, cum quibus veniunt *Egestaei*. *Athenienses* decernunt naues 60. ducibus *Alcibiade*, *Nicia* et *Lamacho*, in *Siciliam* mittendas. Haec certe post initium *Munychionis* Attici qui iniuit *Aprilis* Iuliani die xo. Non *magno* tamen, vt opinor, post illud *interuallo*.

VI. 8. Μετὰ τοῦτο ἡμέρᾳ πέμπτῃ, nempe a *decreto Bello*, alia ἐκκλησία de *classe* apparanda, in qua vincit

ſententia *Alcibiadis.* Poſtea duces αὐτοκράτορες facti *apparatuum.* Haec eodem, vt videtur, menſe Attico *Munychione.*

VI 27. Ἐν τούτῳ, dum ſcilicet fierent *apparatus*, exciſa ſigna *Mercurialia.* Et quidem menſis Ἔνη καὶ νέᾳ, vt docet *Plutarchus* in *Alcibiade.* Νουμηνίᾳ autem vt vult *Diodorus.* Proinde menſis, quicunque demum is fuerit, *Ciuili Nouilunio.* Certe *Thargelionis* vel *Scirrhophorionis.* Vtrius fuerit, e notis poſterioribus rectiſſime colligemus, quae hoc praeſertim loco proinde explicandae ſunt. Disceſſum *Alcibiadis* θέρους μεσοῦντος ἤδη ſtatuit *Thucydides.* Medio nimirum *Aeſtatis ſemeſtris* iam *coepto.* Sed *nuper* admodum. Id enim ſibi velle videtur vox ἤδη. Atqui multum intereſt *vtra* praedictarum ſignificationum *media Aeſtas* intelligatur: An ſcilicet *duos* integros complectatur Aeſtatis ſemeſtris *menſes;* An *mediorum* illorum *menſium* terminum tantummodo deſignet atque *confinium.* Si quidem *duos* complectatur *menſes;* ita *priori* mediorum Aeſtiuorum *menſium* disceſſiſſe intelligetur *Alcibiades*, et ne quidem illo admodum *affecto.* Ita *Scirrhophorione* Attico disceſſerit. Et quidem illo menſe disceſſiſſe exinde colligi videtur, quod *Adonia* tunc fuiſſe doceat *Plutarchus* tam in *Nicia*, quam in *Alcibiade* feſta nimirum *Veneris Adonim* ſuum lugentis memoria funeſta atque infauſta. Inde *male* ominabantur de hac *Sicula* Expeditione. Sed vero hoc ipſo menſe Attico *Scirrophorione* obſeruari ſolebant, vt videtur, *Adonia.* Certe menſi *Iudaeorum Thamuz Adonia* tribuit *p*) *Hieronymus*, quem quidem menſem cum *Iunio* Iuliano committendum cenſet. Perperam autem pro *Iunio* alii *Iulium* reponunt, nulla *Codicum* fide freti, ſed ſuis tantummodo coniecturis *Tekupham Iudaei Thamuz* ſuo afferunt, nempe *Solſtitium*, quae nota eſt *Iunii*, non *Iulii*, Iuliani. *Iunio* enim Iuliano *Solſtitium* obſeruauit ipſe *Meton.* Et ne quidem adhuc menſem illum egreditur propter πρόληψιν, quam tamen *pauci* admodum *veterum* exploratam habebant, praeter *Hipparchum.* Et *Iunio* menſi pro maxima ſui parte reſpondet *Iudaeorum Thamuz* in noſtris quoque *Tabulis.* Sic et in Kalendario *Attico* cum *Iunio* Iuliano potiſſimum concurrit Atticus *Scirrhophorion* menſis ipſe *Solſtitii*, cum a *proximo* poſt *ſolſtitium* Nouilunio *Hecatombaeonem* arceſſeret *Meton*, primum deinceps *anni* Attici *menſem* Ciuilem. Sic autem loquitur *Macrobius*, quaſi ipſo *Solſtitio* acta fuerint *Adonia.* *Mortem* enim *Adonidis* ab *Hyeme* cenſet; *Hyemem* autem illam cenſet quae *lucem* nobis *minuit.* Sat I. 21. Quae certe *Hyems* non ab *Aequinoctio Autumnali* incipit, ſed a *Solſtitio.* Idque innuit fortaſſe *Marcellinus* L. XXII. 10. cum *annuo curſu completo Adonia* fuiſſe teſtatur. Punctum *Cardinale* fuiſſe veriſimillimum eſt, vnde cenſitus fuerit *annuus* ille *curſus.* Solſtitium *Metonis* erat *Iun.* Iuliani dies XXVII. Nec erat adhuc ſuſpicio aliqua de προλήψει. Sic die *Scirrhophorionis* XX. fuerint, pro noſtris *Tabulis*, *Adonia*, et proinde disceſſus *Alcibiadis.* Certe praeter propter. Nec longe aberit ab *Aeſtatis* ſemeſtris *medio* etiam *confinio.* Ad *Oſiridis* potius quam *Adonidis* luctum ſpectant Sacra illa, de quibus in *Iſide et Oſiride Plutarchus*, nec quicquam commune habent cum *Thucydidis* noſtri *Atticis Adoniis.* Ad *Athyr Aegyptiacum* referuntur illa, qui anno *Aegyptiaco fixo* cum *Iuliano* fere concurrebat *Nouembri Attico* autem *Pyanepſione*, extra oleas *Aeſtatis Thucydideae vniuerſae*, nedum *mediae.* Ne quidem vnquam illa ab ipſa vsque Epocha *Nabonaſſari* ſitum habebant quem ſuis *Atticis Adoniis* tribuit hoc in loco *Thucydides*, quicquid innuat in contrarium Cl. *Seldenus* Haec itaque ſi vera ſint, *Scirrhophorione* non admodum *prouecto* disceſſerit in *Siciliam Alcibiades.* Ita *Thargelionis Neomenia* fuerit qua *violata* fuerint ſigna *Mercurialia*, *medii* nimirum menſis *Vernalis.* *Munychione* enim res alias narrat *Thucydides* quae *Sacrilegium* illud praeceſſerint. Proinde *menſis*, qui *Thargelionem* praeceſſerit, *Neomenia* illa eſſe ne quidem potuit. Et ne quidem illius, qui *Thargelionem* proxime ſequebatur, *Scirrhophorionis.* ſi quidem illo nec admodum *affecto*, disceſſerint. Nec enim *paucorum dierum* fuiſſe videntur illa quae inter *Sacrilegium disceſſumque* contigerint. Hinc ergo Argumentum habebimus (quod *Anno* XIV non occurrebat) hoc ſaltem in loco, trimeſtrium *confinium* in Aeſtate ſemeſtri, *Aeſtatis mediae* nomine intelligi ne quidem potuiſſe, quod *medio* illo ſpatio iam *elapſa* eſſent *Adonia*, ſi *menſis* fuerint *Solſtitialis.* Nam *commiſſionem* illam *Atticorum Romanorumque* menſium quae cum *Scirrhophorione* Attico Iulianum *Iunium* contenderit, ſupra iam Diſſ. II 23. *Plinianum* fuiſſe vidimus, *antiquiſſimamque*, proximamque illis ipſis temporibus quibus *menſes Lunares* vſurpabant *Athenienſes.* Sic ergo priori huius anni *Iuliani* anno *Olympico*, et ſub priori etiam *Archonte*, in *Siciliam* nauigarit *Alcibiades.* Hunc ſane *disceſſum* alibi anno tribuit XVIIIO μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολήν. VII. 28. Erat, vt ſupra oſtendimus *Peloponneſiorum* prima illa in *Atticam* ἐσβολὴ menſe *Hecatombaeone*, et quidem *definente.* Ita huius anni *Hecatombaeone exeunte* exierit annus XVIUS. coeperit autem XVIIUS. ab illa *Peloponneſiorum irruptione.* Sic fuiſſet neceſſe vt hoc ſaltem *Hecatombaeone definente* nauigarit *Alcibiades*, ſi anno XVIIO. illius Epochae vel *coepto* nauigarit. Sed iam ſupra oſtendimus. eriam cum ab aliis illis rerum primo Belli anno *geſtarum* Epochis ſupputat *Thucydides*, non tamen a *rebus* ipſis *geſtis* ſupputationis exordium ducere, ſed a *primae* potius *Aeſtatis*, qua geſtae fuerint, ſemeſtris *exordio.* Ita recte ſe habebunt omnia.

VI. 27. Ἐν τούτῳ, nempe dum fierent *apparatus*, Neomenia, vt dictum eſt, *Thargelionis*, *Maii* autem Iuliani die IX. confracta ſunt ſigna *Mercurialia.* Vel potius *Maii* Iuliani die X. *Nocte* enim *media* deſiit diei *Attici* dies *Iulianus* prior.

VI. 30. Μετὰ ταῦτα, θέρους μεσοῦντος ἤδη, disceſſio *Alcibiadis* in *Siciliam* feſto *Adoniorum.* Poſt fracta *ſimulacra*, tertio *Aeſtatis ſemeſtris* menſe, nempe *Scirrhophorione*, poſt *Iunii* proinde Iuliani diem VIIIM. quo coepit *Scirrophorion.* Tum deinde hoc ordine progrediuntur. Primum *Corcyrae* conueniunt VI. 32. 42. E *Corcyra* Μετὰ ταῦτα in *Siciliam* diſcedunt VI. 43. Sinum *Ionium* transmittunt ad Promontorium *Iapygiam* et *Tarentum.* Hinc oram *Italiae* legunt vsque ad *Rhegium.* VI. 44.

p) *Hieronym.* in Ezek. VIII.

Inde fama *certa* de eorum aduentu ad *Syracusas* emanauit. VI. 45. Hic naues πρόπλους e *Corcyra Egestam* missas VI. 42. exspectant VI. 44. recipiuntque VI. 46. Hinc iudicari poterit de spatio *temporis* ex quo *Corcyram* appulerant ad *discessum* a *Rhegio*. Fidem fefelliſſe *Egestaeos*, narrant naues illae praecursoriae de rei *pecuniariae* apparatu. Inde animos despondent *Athenienses*, et *societatem* recusant etiam *Rhegini*. VI. 46. Hic capiunt duces de Belli summa consilium. *Messanenses* frustra solicitat *Alcibiades*. A *Rhegio* *Naxum* veniunt nonnulli *Athenienſium*, reliquis ad *Rhegium* relictis. *Naxum* recipiunt, tum deinde *Catanam*. Ad *Naxum* reliqua exercitus pars a *Rhegio* arcessita. Tum versus *Syracusas* mouent, et *Camarinam*. Sed a *Camarinaeis* non recepti *Catanam* redeunt. VI 50. Tum appulit nauis *Salaminia*, qua reuocatus est *Alcibiades*. VI. 53. *Breui* autem reuocatum *Alcibiadem* fuisse docent Auctores: *Breui post tempore*, inquit e *Trogo*, Iustinus. IV. 4. *Postquam in Siciliam eum peruenisse crediderunt*. Verba sunt *Nepotis* in *Alcibiade* C. 4. Nempe temporis modo illo ei indulto quo, per res in itinere gerendas, venire liceret in *Siciliam*. Μετ' ὀλίγον χρόνον, *Plutarch*. Nicia. Μεταπεμπτος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ τὴν κρίσιν εὐθὺς γενομενος. *Plutarch*. Alcibiade. Nec sane cessatum in Expeditione *res* ipsae *gestae* palam faciunt, et *Syracusanorum* securitas. Prima Expeditionis fama *Syracusas* attigit, cum *Corcyrae* versarentur *Athenienses*. Sed *dubia* adhuc admodum et *incerta*, nec a plerisque *credita*. Certa autem non antea quam *Rhegium* attigissent *Athenienses*. Inde moram *breuem* fuisse manifestum est cum appelleret nauis *Salaminia* quae reuocarit *Alcibiadem*. *Mensem* fuisse demus ex quo discessit e *Piraeeo*, quo spatio *minus* esse vix potuit. Sic *Hecatombaeone* Attico et *Iulio* Iuliano *exeuntibus* fuerit reuocatus, annoque adeo *Olympiadis* 20. et *Archonte* huius anni itidem 20. Potius *augendum* spatium fortasse quam *minuendum*. Nam dum adhuc *Corcyrae* haereret classis *Athenienſis*, classem suorum *Syracusanorum* cibariis bimestribus instructam suffecturam arbitratur *Hermocrates*, vt re in *Hyemem* protracta *Athenienses Corcyrae* contineret, et *Italiae Siciliaeque* aditu prohiberet. VI. 34. Sed satis erat *Hyems* vel *propinqua* vt a rebus *mari* gerendis, quae *breui* absolui non possent, arcerentur *Athenienses*. Hoc enim metuebant cum clausos in *Sphacteria* insula *Lacedaemonios* obsiderent. IV. 26. 27. Et *paranda* erat, de qua loquitur, *classis*, et *commeatibus* instruenda, cum haec peroraret *Hermocrates*, quod certe opus *paucorum dierum* esse non potuit. Satis ergo commode respondet *tempus* a nobis assignatum, quo ne quidem discedentibus a *Piraeeo* ipso *Athenienſibus*, spatium *trimestri* multo *maius* conceditur, ad *Hyemis* initium quam adeo metuebant in rebus *maritimis*.

Pauca hic non admodum importune de temporibus *Alcibiadis* addenda illis quae anno huius *Belli* XIIIo. superius disseruimus. Duxit vxorem *Hipparetam Hipponici* filiam, περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, quibus *equis alendis* animum *Olympiorum* causa adiecit. Hoc nos docet *Isocrates* oratione de *bigis* sub persona *filii* ex illis nuptiis orivndi concepta. Nos quidem in *Olympionicarum* Catalogo victoriam eius ad *Ol.* XCII. retulimus. Sed ἱπποτροφίαν illam hoc ipso, quo versamur, anno exprobrat *Nicias*. VI. 12. Et *equorum* suorum vsum in ipsis *Olympiis* agnoscit *Responsoria* sua *Alcibiades*. VI. 16. Inde colligimus *Ol.* 91. recentiorem esse ne quidem potuisse *Olympiadem* illam, qua vicerit *Alcibiades*. Et ne quidem *Ol.* XC. esse potuit antiquior. Natus enim ex illo matrimonio *filius* ἔτι παῖς erat cum essent in Imperio XXX. *tyranni*, teste eodem ibidem *Isocrate*. Nempe annis XVII. *minor*. Nam ab *Ol.* 90. 1. ad *Ol.* 94. 1. *sedecim* anni sunt, *viginti* futuri si a *priori* aliqua supputetur *Olympiade*. Vel ergo *Ol.* XC. vel XCI. vicerit oportet *Alcibiades*. Non certe *Ol.* XC. Nam *filius* εὐθὺς γενόμενος *orphanus* factus est, vt ex eodem discimus *Isocrate*, acto in *exsilium* patre, matre autem e *viuis* excedente. *Praecedit* Patris *Alcibiadis exsilium*, hoc ipso, de quo agimus, *tempore*. Matris *obitum* tunc fuisse docet in *Alcibiadis* vita *Plutarchus* cum ad *Ephesum* nauigaret *Alcibiades*. Tum scilicet, vt videtur, cum socias *Asiae* ciuitates ab *Athenienſium* societate solicitaret *Alcibiades*. Sic fuerit *hic* ipse annus *Alcibiadis* filio *natalis*. *Priori* autem *nuptiae* paulo ante *Olympiadem*. Sic anno *aetatis* XXXIV. (pro nostris nempe rationibus) *vxorem* duxerit, XXXVo. autem *filium*, de quo loquimur, susceperit *Alcibiades*. Nec pugnat *Nicias* cum *hoc* ipso *anno* νεότητα ἐς τὸ ἄρχειν obiecit *Nicias*. VI. 12. Non certe intelligit *Iuuentutem* illam quae *Legibus* impar *Imperio* haberetur. Hoc illum velle ne quidem *potuisse* docent tot *Alcibiadis* ante illam *Niciae* orationem *Imperia*. Intelligit ergo *supremos* Iuuentutis *limites*, eamque proinde *Iuuentutem* quae *Senectuti*, qua quidem *Leges Senectutem* censebant, opponebatur. Qua scilicet in *Romanorum* disciplina *Centurias* legimus *Iuniorum* atque *Seniorum*, etiam in aetate *Militari*. Id enim volebat *Nicias*, quanquam *Leges Imperium*, quoties nullum occurrisset insolitum periculum, *Iunioribus* concederent, *hoc* tamen, quod *periculosae* plenum aleae probauerat, non esse concedendum praeterquam *senioribus*, ne quam grauiorem noxam caperet e *Iuuenili* temeritate Respublica. Ita certe *Niciam* criminatur, quasi ad διάσασιν τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους. VI. 18. Is ergo *Niciae* νέος erat qui nondum πρεσβύτερος. Sed vero *infima Senectutis Epocha* adhuc erat inferior *Alcibiades*. *Mediam* Aetatis *Militaris* partem capiamus, quae *integra* erat annorum XLII. Addita *Puericiae* annorum XVII. efficiet annum *aetatis* XXXVIII. Sed per *quinquennia* aetatem *Militarem Graecorum* illius *Seculi* distributam obseruaui apud *Xenophontem*. Sic anno *aetatis* XXXVo. *Iuuentutem* terminari consentaneum erat, qui iustis constat terminaturque *quinquenniis*. Estque illa *media*, qua aetas *Humana* vniuersa censetur annorum LXX. Nec erat *Mosis* tantummodo numerus ille *Psalm.* XC. 10. verum etiam *Solonis* apud *Herodotum* I. 32. et *Censorin.* C. 11. 14. et *versibus* q) in illam sententiam decantatissimis, *Ciuis* nimirum *Athenienſis*, et *Legislatoris*, ne sit proinde cur miremur si haec *aetas* fuerit apud *Athenienses media* inter *Iuuentutem Senectutemque* legitima. Imo *quinto septe-*

q) Ap. *Philon. Iud.* de Mund. Opif. p. 24. et *Cl. Alex.* Strom. VI.

nario ὥριον ἄνδρα ipſis illis verſibus deſcribit *Solon*. Sic fuerit quod ſequitur ὑπερώριον, *aetatisque* proinde iam ad finem *declinantis*. *Romanis* eundem fuiſſe *Iuuentutis* modum alibi obſeruauimus, tam in *Annalibus Statianeis*, quam in *Praelectionibus Camdenianis*. Sic ergo *nondum* abſoluerit *Alcibiades* annum *aetatis* XXXVm. vt illum (pro *Athenienſium* cenſu *legitimo*) *Iuuenibus* accenſere poſſet *Nicias*. Firmabunt haec quae ſupra diximus de *aetate Alcibiadis*, quem *minorem* non fuiſſe probant quae ſuperius adduximus, nec *maiorem* fuiſſe patitur haec *Niciae* exprobratio. Verba ſunt praeterea *Iſocratis* in Perſona eiusdem *filii Alcibiadis*: οὕπω τέτταρα ἔτη γεγονὼς διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φυγὴν, περὶ τοῦ σώματος εἰς κίνδυνον κατέςην. *Quarius* ab hoc, in quo verſamur, annus *Belli* erat XXus. Proximus nimirum poſt cladem *Siculam*, quo infenſiſſimos in memoriam *Alcibiadis* ciues eiusdem *Athenienſes* fuiſſe veriſimillimum eſt, qui et *Belli* auctor fuerat *antea* quam exſul erat, et mittendi poſtea in *Siciliam Gylippi*, et *munitae Decelcae*, et *defectionis* illius *Sociorum* a patrocinio *Athenienſium*, quae *hoc* maxime *anno*, e *recenti* cladis *memoria*, eluxit, ſolicitante potiſſimum *Alcibiade*. Tum ſane *proli* eius metuendum erat *Athenis*, vt videtur, a *matre* relictae, et *Populi* inſanientis furoribus obnoxiae. *Illo* nimirum anno *ineunte*, cum nondum *filius* annum *aetatis* IVm. expleuiſſet. Erat *annus* ille *filii* IVus. *Ol.* 92 $\frac{1}{2}$. *Patris* autem XXXIXus. Sed tempus *amiſſae matris* deſignauit, ni fallor, hoc in loco filius *Alcibiadis*. Deceſſit illa cum *Epheſum* peteret maritus *Alcibiades*. poſt defectionem a *Lacedaemoniis*, paulo *antea* quam 400. *tyrannis* crederetur Reſpublica. Huius enim conſilii auctorem *Alcibiadem* agnoſcit *Iuſtini Trogus* v. 2. 3. Tunc enim certe nondum erat *quadriennis* qui hoc tempore *matre* fuerit orbatus. Et tamen 4m. *agebat* aetatis annum. Haec *Ol.* 92. 1. menſe *Gamelione* Iulianoque *Ianuario* anni U. C. *Varroniani* 343. aſſignanda eſſe infra oſtendemus. Ἔτι δὲ παῖς ὢν ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσον. Idem inquit *filius Alcibiadis*. Poſt *Munychionem* anni *Ol.* 93. 4. conſtituti ſunt a *Lyſandro* XXX *tyranni*. Sub finem autem *Ol.* 94. 1. ſoluta illa, quae per illos facta eſt, *Anarchia*, *Archon* repoſitus eſt legitimus *Pythodorus*. Proinde *Ol.* $\frac{93}{94}$ $\frac{4}{1}$. obtinuit potiſſimum illa *Tyrannis*. Ita ſcilicet vt *exeunte Ol.* 94. 1. *Archon* legitimus creatus fuerit. Ita anno *aetatis* ſuae XI. vel XII. exſularit *puer* adhuc *filius Alcibiadis*. Patris nimirum *anno* XLVI. eodemque *vltimo*. Metus enim erat *Tyrannorum* a *Patre* qui illos redd derit in *filium* iniquiores, ne ſupereſſet *caedis paternae Tyrannorum Lacedaemoniorumque* opera perpetratae *vindex*. Ad *ſecundum* ſpectabat *ſeptenarium aetas* illa quam tunc agebat *filius Alcibiadis*, quae *Pubertatis* erat pro praedictis *Solonis* verſibus, et proinde pro moribus *Athenienſium* quibus *leges* dedit *Solon*. Ad *primam barbam* retulit ille *tertium Septenarium*, quae non *Pueritiae* erat, ſed *Adoleſcentiae*.

VI. 61. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, Expeditio *Lacedaemoniorum* in *Boeotos*, ξυνθήματι *Alcibiadis* ſociorumque eius de prodenda *Lacedaemonis* Vrbe ab *Athenienſibus* attributa quae etiam effecerit vt *violata* quoque ſimulacra *Mercurialia* et *Myſteria*, quorum accuſatus fuerat *Alcibiades*, eodem referrentur. Haec certe *poſt* diſceſſum *Alcibiadis* in *Siciliam*, cum iam iterum ab hoſtibus in patria relictis *reſtauraretur* illius *Accuſatio*. Nam *abſente* demum *Alcibiade*, receptus eſt in cuſtodiam *Andocides* Rhetor, deinde quicunque illius teſtimonio, aut alia quaque leuicula ſuſpicione, rei peragerentur, etiam *innocui*, ne nocentes *elaberentur*. Proinde enim *reuerſos* arbitrabantur *Lacedaemonios*, quod non amplius ſui iuris eſſent *proditores*, vt fidem *Lacedaemoniis* datam praeſtarent. Ita enim ſenſiſſe *Athenienſes* docent noſtri Auctoris verba illa: εἰ μὴ ἔφθασαν δὴ αὐτοὶ κατὰ τὸ μήνυμα ξυλλαβόντες τοὺς ἄνδρας, προδοθῆναι ἂν ἡ πόλις. Idem deſignat *tempus* verbis illis: ἐν ᾧ περὶ ταῦτα ἐθορυβοῦντο. Nam hic certe θορυβος erat *accuſantium* receptorumque in *cuſtodiam* ciuium *Athenienſium*. Haec autem omnia paulo *antea* contigiſſe puto, quam mitteretur nauis *Salaminia Alcibiadem* cum ſociis reis reuocatura. Proinde menſe Attico *Hecatombaeone*, Iuliano autem *Iulio*, non autem, vt ad marginem editi *Thucydidis* appoſueram, *Iunio*. Proinde anno *Ol.* 91. 2o. et *ſecundo* etiam *huius* anni *Archonte*

VI. 61. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, *Alcibiadis* hoſpites etiam *Argis* ſuſpecti atque interfecti. Poſt diſceſſum *Alcibiadis* ad *Siciliam* poſt reditum *Lacedaemoniorum* ab Expeditione in *Boeotos*. Et tamen antea quam mitteretur in *Siciliam* nauis *Salaminia*. Menſe ergo *Hecatombaeone* Attico, *Iulio* Iuliano *non* admodum *affectis*.

VI. 61. Οὐ πολλῷ ὕςερον, quam *Thuriis* diſceſſerat nauis *Salaminia*, fruſtra quaeſito cum ſociis *Alcibiade*, qui elapſi eousque latebant, *Alcibiades* cum ſuis e *Thuriis Peloponneſum* nauigat. Reuerſa naui *Salaminia*, *Alcibiadem* cum ſuis non comparentes *capitali* ſententia damnant *Athenienſes*. Horum initia *Hecatombaeone* Attico *exeunte*, ineunte autem *Auguſto* Iuliano. Finis autem Attico *Metageitnione*, et *Auguſto* Iuliano aliquatenus affecto.

VI. 62. Μετὰ ταῦτα, poſt *diſceſſum* ſcilicet *Alcibiadis*, reliqui duo *Athenienſium* duces, *Nicias* et *Lamachus*, bipertito copias ſuas diuiſerunt, et *Siciliae* oram a *ſiniſtra* legentes, *Himeram* veniunt *Graecam* ciuitatem. Non recepti *Hyccara* oppugnant ciuitatem *Sicanicam*, quam expugnant, *Egeſtaeique* tradunt. Inde exercitus *pedeſtri*, per *Siculos* itinere venit ad *Catanam*. *Nicias* εὐθὺς ἐξ Ὑκκάρων *Egeſtam* proficiſcitur, exactisque triginta, quae promiſerant, talentis ad exercitum redit, *Catanam*, vt videtur. Inde ad *ſocios* quibus copias imperat. Denique ad *Hyblam* minorem *hoſtilem*, quam tamen non expugnat. Καὶ τὸ θέρος ἐτέλευτα Haec inter finem *Hecatombaeonis* et *Boëdromionis*, ſpatio *bimeſtri*, praeter propter. Ab initio *Auguſti* Iuliani ad *Octobris* Iuliani diem IIIm.

VI. 63. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς, Expeditio *Athenienſium* e *Catana* in *Syracuſanos*, et *Syracuſanorum* in *Athenienſes*. Τοῦ θέρους διελθόντος, inquit etiam *Plutarchus* in *Nicia* Mox ab *Octobris* Iuliani die IVo. qui Ius. erat Attici *Maemacterionis*. Praelium denique prope *Olympieum* quo vincunt *Athenienſes*. Poſt *multos* tamen, vt videtur, a primo Expeditionis conſilio *dies*. Diem conſtituerant *Syracuſani* quo *Athenienſes Catanae* agentes aggreſſuri erant. Καὶ αἱ ἡμέραι ἐν αἷς ξυνέθεντο ἥξειν, ἐγγὺς ἦσαν, cum adeſſent *Syracuſani*. VI. 65.

Praelium τῇ ὑςεραίᾳ. VI. 67. In *praelio* ipſo βρονταὶ, ἀςραπαὶ καὶ ὑδωρ πολύ. Nempe propter ὥραν ἔτους. VI. 70. Menſe proinde, vt videtur, *Nouembri* Iuliano, vt e *Vegetio* colligimus, et veterum *Parapegmaſi*. Τῇ ὑςεραίᾳ cadauera *Syracuſanis*, fide publica concedunt, et ad *Catanam* redeunt. Χειμών τε γὰρ ἦν. VI. 71. Haec *ratio* cum redditur quo minus poſt victoriam maiores *progreſſus* facerent, eam plane *Hyemem* ſupponit, quae fuerit rebus *Bello* gerendis proſus *intempeſtiua*. Proinde *Naxum* et *Catanam* διαχειμάσοντες nauigant *Athenienſes*. VI. 72. Ὀλίγων ἡμερῶν διαγενομένων. *Plutarch. Nicia.* Hoc nempe conſilio vt rurſus εἰς τὸ ἔαρ *Syracuſanos* aggrederentur. VI. 71. Proinde ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ *Syracuſanis* etiam *noua* de *Bello* conſilia capienda eſſe monet *Hermocrates*. VI. 72. Quae Notae omnes *tempori Praelii* a nobis deſignato optime conueniunt. *Nouembri* nempe *Iuliano* affecto, et Attico *Pyanepſioni* ſimiliter *affecto*.

VI. 74. Στράτευμα *Athenienſium Catana* nauigauit εὐθὺς ad *Meſſanam*, ſpe Vrbis illius per proditionem occupandae. Sed fruſtra, *proditis* antea ab *Alcibiade* in exſilium ituro *proditoribus*. Proinde non *diu* antea redierat *Alcibiades*. Male autem haec, in Editione *Thucydidis*, ad *claſſem* retulimus quae redierit a *victoria* ad *Olympieum*, quae cauſa erat cur hanc tentatae *Meſſanae* Expeditionem ad *Decembrem* Iulianum retulerimus. Melius de *exercitu* intelligemus, qui captis *Hyccaris*, itinere *pedeſtri* redierit ad *Catanam*. VI. 62. Sic itaque poſt *reditum* ex *Hyccaris*, exercitus ille εὐθὺς ad *Meſſanam* nauigarit. Quid melius profecto conueniet cum tempore reuocati *Alcibiadis*. Fini enim *Hecatombaeonis*, initio autem *Auguſti* Iuliani, Expeditionem iam aſſignauimus. *Mox* item a diſceſſu *Alcibiadis* illam docet contigiſſe *Thucydides*. Potuit ergo ſatis commode *reditus* ab *Hyccaris* ad *Metageitnionem* Atticum referri, *Auguſtumque* Iulianum *affectum* cum *nuper* diceſſiſſet e locis *Meſſanae* vicinis *Alcibiades*. Certe ante *finem Aeſtatis* ab ipſo narratur *Thucydide*. Non eſt ergo *eousque* differendus. *Proditionem* illam exſpectabant *Athenienſes* per dies *tredecim*. Tandem, ὡς ἐχειμάζοντο, neceſſario *commeatu* deſtituti, triremem *Athenas* mittunt, de *Equitatu* et re *numaria* proximo *Vere* mittendis. Interim *Naxo hibernarunt*. Poſtrema haec de *Equitatu* arceſſendo, poſt reditum ab *Olympieo* contigiſſe credideram. Illa enim *victoria* did cerant quam neceſſarius eſſet ſibi *Equitatus*, ab *Equitatu Syracuſano* cohibiti quo minus victos *Syracuſinos* perſequerentur. Imo Illius ad *Olympieum* Expeditionis *initio*, quam fuerint *Syracuſanis* impares hoc ipſo nomine, quod *Equitatum* parem non haberent, intellexerant. Propterea *ſtratagemate* conſecuti ſunt, ne obeſſet, quo ſuperiores *Syracuſanos* agnouerant, *Equitatus*, dum locum occuparent prope *Olympieum*, quo tuti erant ab *Equitatu*. Ita rerum hac Sectione narratarum *vltimae* ſuperioribus omnibus *ſeriores* fuerint. Quae cauſa ſatis commoda eſſe potuit cur vniuerſae, propter *nexum* quem inuicem habebant, ſimul narrandae poſt ſuperiora narrentur. Is tamen ipſe *exercitus* qui ab *Hyccaris Catanam pedeſtri* itinere venit, *Meſſanam* profecto ante reditum *claſſis* mitti non potuit. Claſſem enim *Atticam* vniuerſam ſub *Nicia* et *Lamacho* bipertitam in *Hyccaris* expugnandis adfuiſſe docet *Thucydides*, quae tamen *ſerius* redierit quam *pedeſtris* exercitus. *Redit* autem etiam ipſa, *resque* geſſit, *poſt* reditum, multas eadem *Aeſtate* a *Thucydide* narratas. Proinde, vt poſt *reditum* claſſis εὐθὺς *Meſſanam* aggreſſi fuerint *Athenienſes*, ne quidem ita vltra *Aeſtatis* finem prorogari Expeditio illa potuit. Et certe conſiliis de prodenda *Meſſana* ante diceſſum *Alcibiadis* initis admodum nocituros fuiſſe conſtabat *Athenienſium* nimis *lentos* conatus. *Moram* ergo nimis magnam non fuiſſe veriſimillimum eſt. Menſe, vt videtur, *Metageitnione* Attico, *Auguſto* autem Iuliano.

VI. 75. Ἐν τῷ χειμῶνι ad *Epipolas* murum, qui *Temenitem* complecteretur, excitant *Syracuſani*. Praeſidia in *Megaris* et *Olympico* ponunt, et *vallis* Vrbem ſuam, qua a *mari* exſcenſus erant, muniunt. Haec poſt praelium ad *Olympieum*, *Nouembri* proinde Iuliano, *Pyanepſione* autem Attico. Certe hoc anno *Varroniano* U. C. vt videtur, adhuc 339.

VI. 75. Poſtquam relicta *Catana*, *Naxi hiberna* conſtituerant *Athenienſes*, agrum *Catanaeorum* vaſtant *Syracuſani*, incenſis *Athenienſium* tabernaculis atque caſtris. Haec ſi ſuperioribus *poſteriora* fuerint, hoc anno *Varroniano exeunte* contigiſſe veriſimillimum eſt. Nec ſane occurrunt hic notae *eiusdem temporis* apud *Thucydidem* frequentiſſimae: κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, etc. Crediderim potius fuiſſe *mox* vbi diceſſiſſent *Athenienſes* ab *Olympico*.

VI. 75. Legationes *Syracuſanorum Athenienſiumque* ad *Camarinaeos*, *Naxi Athenienſes* ſocios *Syracuſanorum* ad defectionem partim ſolicitant, partim cogunt. VI 88. Ipſa iam *Hyeme* a *Naxo* ad *Catanam* redeunt, et Caſtra ſua incenſa reſtaurant. Mittunt deinde *legatos* ad *Carthaginienſes* et *Etruſcos*, et ad *Siculos*, et *Egeſtam* de *auxiliis* parandis. Erant viciſſim legationes *Syracuſanorum* ad *Corinthum*, ad *Lacedaemonem*, obiterque ad *Italos*. *Corinthii* mox auxilia decernunt, legatosque mittunt *Lacedaemonem*, qui eodem tempore *Spartam* veniunt, quo elapſus e *Thuriis Alcibiades*. Itaque *Alcibiade* auctore *Lacedaemonii Deceleam* muniendam decernunt. *Gylippum* autem ducem ad *Syracuſanos* mittendum. *Gylippus* duas naues e veſtigio mittendas *Corinthiis* imperat, reliquas ὅταν καιρὸς ᾖ. Nauis praeterea *Attica* e *Sicilia Athenas* venit de *commeatu* et *equitibus*. Fitque in eam ſententiam decretum. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Si, quod *poſtremo loco* narratur, id *poſtremo* etiam *tempore* contigerit, in cauſa fuerit oportet, quod *Peloponneſo* vniuerſa circumnavigata *Athenas* appulerit. Recta enim a *Thuriis* ad *Cyllenen* agri *Elei* tranſiit *Alcibiades*, qui tamen tantiſper *Thuriis* latuit dum diceſſiſſet nauis *Salaminia*, poſt cuius *diceſſum* miſſa illa eſt *alia* e *Sicilia Athenienſibus*. Sed explorem us horum omnium geſtorum, pro virili, *limites*. Horum alterum docebit, ni fallor, ille *Gylippi* καιρός. Idem, vt videtur, cum *Maris liberi* termino, pro cenſu *Romanorum*. Fretum enim *Siculum*, pro illis quoque temporibus, per *quatuor menſes* clauſum, vt vel *nunciis* nauibus aegre transmitteretur, docent verba illa *Niciae* apud Auctorem noſtrum. Ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν ἄγγελον ἐξόδιον ἐλθεῖν. VI. 21. *Quinam*

illi *menſes Hiberni* fuerint in anno *Solari* docet nos, pro *Romana* Maris illius diſciplina, *Vegetius*. L. IV. c. 39. *Spatium* enim *Maris clauſi* concludit inter III. Id. *Novemb.* et VI. Id. *Martias*, a *Nouembris* nempe die XI. ad *Martii* Iuliani diem XM. Quo interuallo *quatuor menſes* continentur pro mente *Niciae*, accuratiſſime, et quidem *Iuliani*. Sed menſes ni fallor, *Atticos Lunares* intellexit *Nicias*, quales erant *Ciuiles* ſuorum *Athenienſium*, ſingulis proinde annis paulo inuicem diſſentientes, nec adeo cum *certis* in anno *Solari Iuliano* diebus perpetuo committendos. Menſes illi *Attici* ſunt, *Pyanepſion*, *Poſideon*, *Gamelion* et *Antheſterion*, qui, hoc anno, a die *Nouembris* Iuliani IIIO. ad diem *Februarii* Iuliani XXVIIIM. eundemque *vltimum* pertingunt. Ne quidem ita longe a praedictis *Maris clauſi* limitibus *Romanis*. Cycli autem *initio* (quo *ſitus* erat ad *Parapegmatis* rationes accuratiſſimus, pro mente *Metonis*) idem ſpatium ab initio *Pyanepſionis* ad finem *Antheſterionis*, a *Nouembris* Iuliani die incipit XII. definitque *Martii* die IX. ſimiliter Iuliani. Hoc ergo certe ſpatium in forma *Iuliana* videtur deſignaſſe *Nicias*. Nec obſtabant modicae illae annorum *Ciuilium Lunarium* a *Parapegmate Solari* discrepantiae, quo minus ita de ſuis *Ciuilibus menſibus* loquerentur *Cyclorum Lunarium* Obſervatores, ac ſi *Ciuiles* quoque Kalendarii ſui *menſes* ſedem fixam habuiſſent in *Zodiaco*. Hoc ergo anno καιρὸς *Gylippi* cum *Antheſterione* Attico et *Februario* Iuliano deſinebat. Vt in *Martium* proinde Iulianum *ineuntem* parandae fuerint reliquae *Corinthiorum* naues. *Securum* tamen nauigandi *tempus* (*Claſſibusque* adeo *Bellicis* aptiſſimum) ad *Maium* vsque profert idem, vbi ſupra, *Vegetius*. Hunc ſi καιρὸν intellexerit *Gylippus*, paulo adhuc *ferius* illa de ſequentis anni apparatu monere potuerit. Sententiam tamen ciuium ſuorum *Athenienſium* melius, ni fallor verbis *Niciae*, eiusque *quadrimeſtri* ſpatio, colligemus. *Citimus* ergo *clauſi Maris* terminus, hoc ſaltem anno, idem erat, quem dixi, *Februarii* Iuliani *dies* vltimus. Efficiet ille, vt ad ſuperioris anni Iuliani *finem*, potius quam huius *initium*, ſuperiora pleraque referendi fuerint. Ita certe neceſſe erat ſi ante *Mare claujum Nouembris* nempe Iuliani diem IIIM. fretum traiecerint, tam nauis illa *Syracuſana* miſſa ad *Corinthios*, quam et alia quoque illa quae e *Thuriis* ad *Cyllenen Alcibiadem* adduxerit. Nec enim itineris ſpatium, nec geſtae in itinere res, exigebant ſpatium plusquam *bimeſtre*. Nec *claſſibus* modo, ſed *nunciis* quoque nauibus *ſingulis*, iter illud difficile cenſebat *Nicias*. Multa quidem, fateor, pericula neceſſaria facivnt Belli exigentiae. Sed *primo* quoque illo cum *Syracuſanis* conflictu, experti fuerant *Athenienſes* quam neceſſarius eſſet *Equitatus* ad *Vrbis* ipſius obſidionem. Imo idem etiam *ante* conflictum ſenſerant, cum *ſtrategemate* aditum ſibi *maritimum* patefacerent. Itaque primo quoque tempore *Equites* arceſſendi erant. Et ne quidem *commeatus* patiebatur *moram*, qui *Siculis* nondum copia aliqua deficientibus, *parcus* admodum ſuppetebat. Nec enim multorum *menſium* commeatus vnquam *domo* exportabant.

ANN. XVIII. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 430 $\frac{9}{1}$.	*Olymp.*	XCI.	2. menſ. 3. Arch. *Chabria.*	1. Ephoro *Lycario.*
U. C. *Varr.* 34 $\frac{9}{1}$.			3. menſ. 9. Arch. *Piſandro*,	2. Ephoro *Eperato.*
Ant. *Chr.* 41 $\frac{4}{3}$.			a die *Iulii* Iuliani XXVII.	a die *Sept.* Iul. XXII.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno IOO. a fine *Boëdromionis* Attici, ante *Septembris* Iuliani diem XXII.

VI. 94. Αμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, *Athenienſes* agros *Megarenſium Siculorum* depraedantur, quos, pulſis ipſis *Megarenſibus*, occupauerant *Syracuſani*, ὥσπερ καὶ πρότερον μοι εἴρηται, inquit. Nempe VI. 4. (*Tempus* a nobis ſupra deſignatum eſt pro rationibus *Thucydidis*.) Ad munitionem quandam *Syracuſanorum* veniunt, nec expugnant. Inde ad *Teream* fluuium, et campeſtria populantur, et σῖτον incendunt, *Syracuſanorumque* paucos occidunt. Tum erecto *tropaeo*, ad *naves*, inde ad *Catanam*, reuertuntur. Geſta haec *dierum* omnino *paucorum*. Nempe vnius ἐπισιτισμοῦ, qui in Expeditionibus *dierum multorum* eſſe non ſolebat. Legimus tamen *Lacedaemoniorum* ſingulares ἐπισιτισμοὺς qui ſuffecerint ad *irruptiones* in *Atticam*, agrorumque populationes. Cum nempe tandem ipſa hac rei Annonariae *penuria* redire cogerentur. Coepit hoc anno Atticus *Munychion Martii* Iuliani die XXX. et cum illo *Ver Aeſtasque Thucydidea ſemeſtris*. Σῖτος tum corruptus nondum *vtilis*, cum hoc ipſo ἐπισιτισμοῦ nomine *Catanam* redierint. Proinde ϛάχυν appellat *Scholiaſtes* potius quam σῖτον. Imo ſequenti poſt ἐπισιτισμὸν Expeditione, rurſus σῖτον *incendunt*, ne quidem tum *falci* maturum, ſed maturum tamen *incendio*. Satis commode illa omnia cum *Aprili* Iuliano *ineunte* conueniunt, huius *prioris* Expeditionis *fine*.

VI. 94. *Catanae* ἐπισιτισάμενοι *Athenienſes* poſtea *Centoripa* in fidem recipiunt. *Ineſſaeorum* et *Hyblaeorum* σῖτον incendunt. Adhuc, vt videtur in *agris*, nec *vſibus* idoneum. Tum *Catanam* redeunt, vbi equites nouos ab *Athenis* 250 reperiunt, ſed ſine equis etc. Haec adhuc eodem menſe Attico *Munychione*, Iuliano autem *Aprili*.

VI. 95. Τοῦ αὐτοῦ ἦρος, *Lacedaemonii* in *Argolicam* ve-

que ad *Cleonas* penetrant. Sed *Terraemotus* omine edito redeunt. *Aprili* non admodum affecto, et proinde Attico *Munychione*.

VI. 95. Μετὰ ταῦτα, post *reditum* nempe *Lacedaemoniorum*, *Argiui Lacedaemonios* in agro *Thyreatico* praedantur. Mense forte *Thargelione* Attico, et *Maio* Iuliano.

VI. 95. Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, οὐ πολὺ ὕστερον, *Thespiensium* in *Magistratus* suos impetus ab *Athenientibus* repressi. Hoc etiam mense Attico *Thargelione*, et *Maio* Iuliano.

VI. 95 Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Syracusani*, audito *equitum Athenientium* nouorum appulsu (proinde post *secundam* Athenientium *Expeditionem*) *Epipolas* munire cogitant. Cum iam essent οἱ περὶ Ἑρμοκράτην στρατηγοὶ ἄρτι παρειληφότες τὴν ἀρχήν. Vox illa certe ἄρτι iam *nuper* in officio fuisse indicat huius anni στρατηγούς. *Superiori* nempe *anno* designati fuerant in locum ducum *quindecim* noui duces *tres*, quorum e numero vnus erat *Hermocrates*. VI. 72. 73. Hoc ergo loco forma illa, οἱ περὶ Ἑρμοκράτην, non *solum* designauit *Hermocratem*, verum etiam eiusdem in στρατηγίᾳ *collegas*. Num ergo *Vere* iniuit *annus Syracusanus?* vieri quidem potest vt, hoc saltem *Seculo*, ita se res habuerit. Saltem Magistratuum vel Imperiorum *ineundorum*. Recentioribus *temporibus* non *anni* modo *Cyclici*, verum etiam *Magistratuum*, exordia a *Boëdromione* Attico coepisse probauimus. *Diss.* VI. 10. Sed *Imperiorum*, seu στρατηγιῶν, *aliud initium* obseruauimus ab anni *Cyclici* initio atque *Ciuilis*. Praecipue vero eorum quae in rebus *extra patriam* gerendis versabantur. His certe *Verna* tempestas aptissima erat, quae res vnius *anni* continuo cursu gerendas, et *longinquas* praesertim, nec modico tempore absoluendas, *Expeditiones* solebat inchoare. Poterant ergo *Vere* inire στρατηγίαι etiam cum anni *Cyclici Ciuilisque* exordium decurreret a *Boëdromione*. Sed quo demum, inquies, *Vernae* tempestatis *mense?* Non alio certe quam *Scirrophorione*, qui *tertius* erat ante *Boëdromionem*, si liceat a *posteriori* illo *initio* coniecturam facere. Sic fuerint illa *Scirrophorioni* Attico assignanda, saltem *ineunti*. Et *Maio* proinde Iuliano *exeunti*, vel *Iunio* etiam Iuliano similiter *ineunti*. Caeterum *Epipolas* antea occupabant *Athenienses* quam munirent *Syracusani*. Tum occurrentes ad loci tutelam *Syracusanos* acie vincunt. Μετὰ τοῦτο tropaeum statuunt, et τῇ ὑστεραίᾳ *Labdalum* muniunt in ipsa *Epipolarum* crepidine. VI 97. Οὐ πολλῷ ὕστερον, accedunt ad *Athenienses* sociorum *auxilia*. VI. 98. Postea ad *Sycam* (vel *Tycam*) murum ducunt *Athenienses*, et territos operis celeritate *Syracusanos* rursus vincunt. Τῇ ὑστεραίᾳ, murum aduersus partem muri *Syracusani* borealem ad *Trogilum* proferunt, cui muro alium transuersum murum opponunt Syracusani. VI. 99. Sed diruitur murus transuersus ab *Athenientibus*. VI 100. Τῇ ὑστεραίᾳ, praecipitium paludi imminens muniunt *Athenienses*, vallum ducentibus e contra *Syracusanis* VI. 101. Hoc *vallum* expugnant *Athenienses*, ἅμα ἕῳ, victis rursus *Syracusanis* Cadit tamen hoc praelio *Lamachus*. Pulsi ab *Epipolis*, *Niciae* strategemate, *Syracusani*, spemque abiiciunt de impediendo hoste ne *murum* ad *mare* duceret VI 102. Μετὰ τοῦτο, *tropaeum* excitant *Athenienses*, mortuos *Syracusanos* dant, ipsique suos cum *Lamacho* recipiunt. Tum muro duplici *Syracusanos* a *mari* intercludunt. Deinde deficiunt ad eos multi e *Sicilia*, accedunt-que ex *Hetruria* naues tres, desperantibus iam *Syracusanis*. Itaque loco ducum suorum *tres* alios *duces* sufficiunt *Syracusani*. VI. 103. Ὀλίγῳ χρόνῳ circumuallatas *Syracusas* testatur *Plutarchus*, *Nicia*. Haec certe omnia si *Scirrhophorione* mense contigerint, cum *paucorum* fuerint *dierum*, eundem non *superasse* verisimillimum est, nec *Iunium* proinde Iulianum.

VI. 104. Ἐν τούτῳ, *Gylippus* cum nauibus *Corinthiis* duabus tantum, quas praesto fore superiori anno monuerat, et duabus similiter *Lacedaemoniis*, ad *Leucada* promontorium appellit. Hic audit *circumuallatas* esse *Syracusas*. Itaque spe *Siciliae* abiecta, *Italiae* subueniendum esse censuit, ne ipsa quoque ad *Athenienses* deficeret. His quatuor nauibus comitatus ad *Tarentum* contendit. Inde *Thurios*, quibus tamen, vt se ipsi adiungerent, suadere non potuit. Erant enim colonia *Attica*, necdum pulsi inde Ἀττικίζοντες ante cladem *Siculam*, vt e vita *Lysiae* oratoris manifestum est. Tum *Italiae* oram legit, sed vento abreptus in pelagus, rursus *Tarentum* delatus est. Parum cautus in illum *Nicias*. Has duas naues *Corinthias Gylippus Asinem* deferendas praeceperat. Illas ergo secum e *Lacedaemone* detulerat vna cum suis *Laconicis*. Sed *securam* nauigandi *tempestatem* in patria exspectant, quam *Maio* Iuliano tribuit *Vegetius*. Hoc ergo mense *Lacedaemone* discessit, vt ad *Leucadem* reliquas *Corinthiorum* naues promissas praestolaretur. Has tamen nondum paratas offendit. Dum illas exspectat, famam accipit, quam dixi, sinistram de rebus *Syracusanis*. Maturandum ergo censuit ne etiam *Italia* ad *Athenientium* partes accederet. *Scirrophorione* certe iam *affecto*, et proinde *Iunio* Iuliano, cum de *Pacis* conditionibus, Vrbisque *deditione*, cogitarent *Syracusani*. Haec satis hucusque commode.

VI. 105. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *Lacedaemonii Argolicam* populantur. Itaque cum *Argiuis* opem ferrent *Athenienses*, foedus cum *Lacedaemoniis* aperte violatum est. Hinc ergo εὐπροφάσιστος causa *Lacedaemoniis* Belli in *Athenienses* suscipiendi *Tempus* idem, de quo hic agitur, non cum profectione *Gylippi*, sed cum *nouis* eius in *Athenienses* consiliis. Innuit ergo *Thucydides*, causam *Lacedaemoniis* Belli in *Athenienses* nullam fuisse εὐπροφάσιστον, cum primum mitteretur *Gylippus*, quae tamen antea contigerit quam gestum aliquid effet in *Athenienses* a *Gylippo*. Vid. VII. 18. Vix tamen est quod dubitemus quin e missione *Gylippi* ansam ceperint *Athenienses*, cum *facta* tamen *hostilia* ipsi priores ederent. Haec si vera sint, hoc *ordine* contigisse verisimillimum existimo. Primo scilicet vt *Spartam* reliquerit *Gylippus Thargelione* Attico *exeunte* et *Maio* proinde Iuliano. Relato deinde *Athenas* nun io rerum a *Gylippo* designatarum, *Pacem* a *Gylippo* violatam iudicasse, ipsosque deinde *Athenienses* apertam iam deinde inimicitiam fuisse professos. Proinde cum *Argiuos Athenientium* socios Bello peterent *Lacedaemonii*, non iam pro more prisino *Argolicam* tueri contentos, etiam in *Laconicam* irrupisse, *foederis* initi cum *Lacedaemoniis* nulla iam amplius habita ratione. Haec nempe post discessum *Gylippi*, antea tamen quam *Leucadem* appulisset. Proinde *Scirrhophorione*,

vt videtur, *ineunte*, peractis iam *Thargelione* menſe *Hyacinthiis* et Hyacinthiorum *induciis*, quarum cultores erant obſeruantiſſimi *Lacedaemonii*. Antea *Religio* erat ne *Bellum* inferrent *Lacedaemonii*, *Graecorum* omnium *Religioſiſſimi*. Hoc interuallo *Syracuſas* circumuallabant *Athenienſes*, hoc ipſo tempore, quo inibant noui *Syracuſanorum* στρατηγοί, menſe nimirum Attico *Scirrhophorione* ſimiliter *ineunte*. Cum tandem *Leucadem* attigit *Gylippus*, famam accipit de *Syracuſanorum* anguſtiis, maiora omnia, quam erant reuera, mentientem. Inde *properaſſe* conſtat, quod ne quidem *claſſem* a *Corinthiis* promiſſam exſpectarit. Diſceſſit ergo *Leucade Scirrhophorione* iam *affecto* et *Iunio* proinde Iuliano.

Hinc noua iam procedit *Belli Epocha* omnino explicanda, ſi *Veteres* inuicem concihare velimus. Eſt enim admodum varia. Hoc *Bellum* eſt quod *Decelicum* Scriptores appellant. Et quidem ab hac huius Belli *parte* Bellum hoc *Peloponneſiacum* vniuerſum *Decelicum* vocat *Iſocrates*. Ita neceſſe eſt cum *Perſicis* hoc Bellum *Decelicum* opponit: r) Ποτερον τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἢ τοῖς πρὸ τοῦ πολέμου τοῦ Δεκελεικοῦ τὴν πόλιν διοικήσασιν. Qui ita loquebantur, iis idem erat Belli *Decelici* initium ac *Peloponneſiaci*. Sed ne quidem de hac Belli *Peloponneſiaci parte*, quae *Decelica* proprie appellabatur, conſentiunt Veteres. Annos huius *Belli* XII. ſupputat *Diodorus*. Haec ille *Ol.* 91. 3. Id ſi recte, ita *Bellum* tenuiſſet ad *Ol.* 94. 3. quod certe falſiſſimum erat. Si recte Auctoris, cuius eſt ſecutus fidem, verba deſcripſerit, ab *initio* Belli *Siculi*, Bellique huius *Peloponneſiaci* XVIII. proceſſit calculus. Et quidem ita, vt is ipſe annus IVS. Belli *Decelici* fuerit numeratus. Occaſio ita numerandi eſſe potuit, quod ſtudium partium in Bello *Siculo* id tandem effecerit, vt *Athenienſes* cum *Peloponneſiis* inuicem committerentur. Dum ſcilicet *Syracuſanos* oppugnarent *Athenienſes*, eosdemque communi gentis *Doricae* nomine tuerentur *Dores Peloponneſii*. Sed *decem* annos tantummodo numerauit *Iſocrates*, quos *continuos* in hoc *poſteriori* aduerſus *Athenienſes* Bello peregerint *Lacedaemonii*, δέκα ἔτη συνεχῶς ὑμῖν Λακεδαιμονίων πολεμησάντων. Sic enim habet *Exceptione* aduerſus *Callimachum*. Sic annus *proximus*, Belli vniuerſi XIXVS. idem fuerit Belli huius *Decelici* continui IVS. Recte omnino, cum IVS. fuerit *munitae* a *Lacedaemoniis Deceleae*. Idque fortaſſe habere potuit in animo Auctor *Diodori*, ſi pro δέκα non tam *Diodorus* ipſe δυοκαίδεκα repoſuerit, quam *Diodori* potius *Librarius*. Eſtque ſane cur ita rem fuiſſe ſuſpicemur, quod ab *Ol.* 91. 3. quo verba illa habet *Diodorus*, non anni *duodecim*, ſed *decem* fuerint ad *Anarchiam Ol.* 94. 1. Neutrum tamen horum calculorum ſequitur ipſe *Thucydides*. Verba illius haec ſunt: Καὶ ἐπὶ ἓξ ἔτη μὲν καὶ δέκα μῆνας ἀπέσχοντο μὴ ἐπὶ ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι, ἔξωθεν δὲ μετ' ἀνακωχῆς οὐ βεβαίου ἔβλαπτον ἀλλήλους ταμάλιξα. Ἔπειτα μέντοι καὶ ἀναγκασθέντες λῦσαι τὰς μετὰ τὰ δέκα ἔτη σπονδὰς, αὖθις ἐς πόλεμον φανερὸν κατέσησαν. V. 25. Hic ſane manifeſtum eſt *terminum* huius infidae *Pacis* haberi, cum alteri alterorum agrum infeſto agmine *popularentur*. Quod ſane *bis* factum, *hoc* et *ſequenti* anno nec vno eodemque anni vtriusque *menſe*. Hoc enim anno *menſe*, vt vidimus, *Scirrhophorione*, *Laconicam* cum *Argiuis* populabantur *Athenienſes*. Sequenti autem *Atticam* praedabantur *Lacedaemonii*, menſe *Elaphebolione*. Non tamen temere vſus eſt fortaſſe *Thucydides* voce ἑκατέρων. Hinc enim colligi datur, non a *priori Athenienſium* irruptione, ſed a *poſteriori* potius *Lacedaemoniorum*, finem *Pacis* eſſe aeſtimandum. Tunc enim verum erat ἑκατέρων γῆν vaſtatam eſſe, cum *mutua* eſſet, atque *vtriusque* partis, irruptio. Sed *neutri* harum irruptionum conueniunt *notae* modo e *Thucydide* recitatae. Saltem ſi a *Pace* illa, quae ab *Elaphebolionis* Attici *die* coepit XXIV. anno *Belli* XIO. *ineunte*, capiatur exordium. Ab *illo* enim anno ad *hunc*, in quo verſamur, annum, *anni* ſunt integri VII. et *menſes* praeterea tres ad huius anni *Scirrhophorionem*. Anni autem *iuſti* VIII. ad anni *ſequentis Elaphebolionem*. Nec melius procedet calculus ſi ab illius anni XII. *Elaphebolione* numeretur ad huius anni, non *Elaphebolionem*, ſed *Munychionem*, qui *primus* numerabatur menſis in hoc anno *communi*. Sic etiam anni erunt VII. et menſes *duo* ad *Scirrhophorionem* quo in *Laconicam* irruperint *Athenienſes*. Ita legendum fuiſſet: Καὶ ἑπτὰ ἔτη μὲν καὶ δύο μῆνας ἀπέσχοντο etc. Si quidem liceret non ab *irruptione* alterutra, ſed ab alio aperto potius *hoſtili* facto Belli noui *initium* arceſſere, *Pacis* finem potuit *Thucydides* in eo *tempore* ponere, quo miſſus eſt in *Siciliam* cum nouis auxiliis *Eurymedon*, huius anni *fine*, εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς, vt idem noſter Auctor eſt *Thucydides*. Opportune ſane incidit Expeditio illa noua *Demoſthenis* in menſem huius anni *Embolimaei Poſideonem* ſecundum, qui idem erat *Elaphebolione* ſuperiori XVS. Nempe *Decembri* Iuliano *exeunte*, cuius *finis* in *Poſideonem* illum *ſecundum*, cum *Solſtitio hiberno*, e *Tabulis* noſtris conferendus eſt. Nec alienum hoc a noſtri Auctoris more fuiſſe iam ſupra in *Apparatu* obſeruauimus. *Triplex* oſtendimus, pro illius mente, Belli *Peloponneſiaci exordium*. Non erit ergo cur miremur ſi *Pacis* huius, de qua agimus, agnouerit *plures* vno *fines*. Cur autem noua haec *Eurymedontis* et *Demoſthenis* Expeditio pro nouo *Belli* initio habeatur, facit, quod tum primum Lacedaemonios apparatus feciſſe, vt Atticam popularentur, teſtatur *Thucydides*. VII. 18. Tum ergo certe *Bellum* erat ex vtraque parte manifeſtum. Sed mihi fateor magis placere *ſuperiorem* illam, quam modo dedimus, huius loci *emendationem*. Certe in *annorum* numero pro ἓξ reponendum ἑπτὰ vidit ante nos *Acacius*, eſtque e *vero* interuallo manifeſtum. Nec erat ſane difficile vt vocem *vnicam* ἑπτὰ in ἐπὶ ἓξ corrumperent incauti *Librarii*. Nam pro ἐπὶ ἓξ potius ἐφ' ἓξ exigeret Analogia *Grammatica*. Itaque cum in *annorum* numerum vitium irrepſerit, inde intelligimus quam fuerit facile vt etiam in *menſium* numerum irreperet. Fuitque etiam hoc in *loco* facile, vt pro δύο Librarius δέκα repoſuerit, ſi literae poſtremae viſum ſcribentis effugerint. Sed viderint acutiores.

r) *Iſocr.* Orat. de Pace.

VI. 105. Post reditum *Athenienſium* ex agro *Argiuo*, *Argiui* ipſi agrum *Phliaſium* vaſtant, et nonnullis incolarum interfectis ita demum domum redeunt. Haec adhuc, ni fallor, eodem *Attico* menſe *Scirrhophorione*, et *Iunio* proinde *Iuliano*. Sed vero ante diem *Iunii* XXVIm. quo exiit *Scirrhophorion*. Itaque priore *Archonte*, et priore adeo anno etiam *Olympiadico*. Hanc cauſam fuiſſe ſuſpicor cur *Librum* hoc in loco terminarit, non quidem *Thucydides* ipſe, non *Xenophon*, ſed *vetus* ille, quicunque demum is fuerit, *Grammaticus*, qui continuum Hiſtorici elegantiſſimi opus in *Libros* diſtribuerit.

VII. 1. *Ol.* 91. 3. *Tarento* mouet *Gylippus* ad *Locros Epizephyrios*. Hic certior factus adhuc patere ad *Syracuſas* aditum per *Epipolas*. Inde *Rhegium* venit, et (traiecto freto) *Meſſanam*. Vnde *Himeram*, cuius incolas *ſibi* ad Belli ſocietatem adiungit. Hic *naues* ſubducit. Tum *Selinuntios* adſciſcit, et *Geloos*, et *Siculorum* nonnullos, quorum Rex fuerat *Archonidas Athenienſium* amicus, iam nuper *defunctus*. Hinc *Syracuſas* pergit *Gylippus*, quem ſequuntur e *Leucade Corinthii*, quorum dux vnus *Gongylus Gylippum* paulo anteuertit, auertitque iam ad *Pacem* inclinantes animos *Syracuſanorum*, qui obuiam *Gylippo* prodeunt. Occupat ergo ille obiter *Iegas*, tum ad *Epipolas* per *Euryelum* adſcendit in murum *Athenienſium*. Κατὰ τοῦτο καιροῦ, murus *duplex* ab *Athenienſibus* paene perfectus. VII. 2. Hinc nuncios mittit ad *Athenienſes* de diſceſſu e *Sicilia*, quibus cum nihil eſſet reſponſum, *Gylippus*, μετὰ τοῦτο, abducto in verticem *Temenitem* exercitu, pernoctauit. VII. 3. Τῇ ὑςεραίᾳ *Labdalum* capit, caeſis praeſidiariis. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ triremis *Athenienſium* capta a *Syracuſanis*. VII 3. Μετα ταῦτα, murum *Athenienſium* muro transuerſum agunt *Syracuſani*. VII. 4. Victus ab *Athenienſibus Gylippus*. VII. 5. μετ' ὀλίγας, quam veniſſet, ἡμέρας, teſte *Diodoro*. Hoc praelio *Lamachum* vult cecidiſſe *Diodorus*, quem noſter interfectum antea teſtatur. VI. 101. Μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, praelium *aliud*, quo ſuperior *Gylippus*. Τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ, murum ſuum vltra munitionem *Athenienſium* ita producunt *Syracuſani*, vt ne deinceps vltra ipſi circumuallari poſſent. VII. 6. Haec menſe *Attico Hecatombaeone*, vt exiſtimo, *Iuliano* autem praecipue *Iulio*, geſta, et *Metageitnione Attico* etiam *ineunte*.

VII. 7. Μετὰ τοῦτο, portum ingrediuntur naues *Corinthiorum*, *Ambraciotarum*, et *Leucadiorum*, clam *Athenienſibus*, duce *Eraſinide*, et muros *Syracuſanorum* perficiunt. Μετὰ τὴν μάχην, *priorem* ſcilicet, ſi fides *Diodoro*. His enim vſum in *ſecundo* praelio *Gylippum* exiſtimauit. *Gylippus Siculos*, *Syracuſani Lacedaemonios* et *Corinthios*, de nouis *auxiliis* interpellant. Epiſtolam viciſſim *Nicias* de nouis *auxiliis* mittit ad *Athenienſes*. Haec menſe Attico *Metageitnione*, vt videtur, *ineunte; Iulio* autem Iuliano *excunte*, vel ineunte *Auguſto*. Naues *Athenienſium* διάβροχοι, τοσοῦτον χρονον ἤδη θαλασσεύουσαι. VII. 12. A *Maio* ſcilicet ad *Auguſtum* Iulianum.

VII. 9 Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντι, *Euetion* dux *Athenienſis* cum *Perdicca* et *Thracibus Amphipolim* oppugnat, nec expugnat tamen. Triremibus porro in *Strymonem* fluuium ductis obſedit ex *Imeraeo*. Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο. Aeſtas *Thucydidea ſemeſtris* τελευτῶσα *duos* complectitur *menſes* Atticos, *Metageitnionem* et *Boëdromionem*, qui a die *Iulii* Iuliani XXVIo. pertingunt ad *Septembris* Iuliani *diem* XXIIIm. His ergo *limitibus* illa concludenda. Sed *poſteriori* praecipue *menſe* geſta fuiſſe innuunt *verba* Auctoris noſtri, ni fallor, *vltima*.

VII. 10. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, Epiſtola *Niciae Athenas* allata et lecta. Poſt *Septembris* Iuliani *diem* XXIIIIm. quo coepit Atticus *Maemacterion* menſis *Hibernus* primus. Collegae dati *Niciae* in *Imperio*, qui tum in *Sicilia* aderant, *Menander* et *Euthydemus*, dum venirent cum auxiliis *Demoſthenes* et *Eurymedon*. VII. 16. Miſſus in *Siciliam Eurymedon* εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς. VII. 16. Errat toto coelo *Diodorus* qui περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς idem contigiſſe ſcribit. Poſt *Solſtitium Hibernum* ergo *Attica* diſceſſit *Eurymedon*, menſe Attico *Poſideone ſecundo*, cum fuerit hic annus *intercalaris*, et *Decembri* adeo Iuliano *exeunte*. Hoc enim *Seculo* inde longe diſtare *Bruma* non potuit, cum *Solſtitium Aeſtiuum* a *Metone* ipſo obſeruatum in diem *Iunii* Iuliani incideret XXVIII. Fieri quidem poteſt vt verbis εὐθὺς περὶ *diem* ipſum *Brumae Ciuilis* deſignarit *Thucydides*. Illum ſcilicet quo *Sol* punctum Cardinale *Solſtitii Hiberni* inire credebatur pro rationibus *Parapegmatis Metonici*. Ita certe anno *Belli* XVIIIo. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς *diem* ipſum *ſemeſtris Aeſtatis* Im. indicare oſtendimus. Ita ergo ſi recte *Thucydidem* hoc loco intellexerimus, *Decembris* die XXVIII. qui idem erat *Poſideonis* 2i. dies VIIIus. diſceſſerit *Eurymedon*. Nondum explorata erat *Zodiaci*, ſeu *Eccentricitas*, ſeu *anticipatio*. Et vnicum punctum *Cardinale*, vnde *Cyclus* ſuus inchoandus eſſet, explorauit *Meton*, *Iunii* Iuliani diem XXVIII. Proinde in illius *Parapegmate* de reliquis punctis *Cardinalibus* ex illo pronunciandum erat, diuidendo nimirum in *quatuor* aequas, qua licebat, partes *Zodiacum*. Ita ſcilicet vt *ſingulis* anni *quadrantibus dies* aſſignarentur XCI. *quadranti* autem *vltimae* accederet *dies* anni *Solaris* 365us. vt proinde conſtaret *diebus* in *vniuerſum* XCII. Ita ergo ſi numerentur *duae* quadrantes a *Iunii* XXVIII. altera dierum XCI. altera XCII. ambae dierum in vniverſum CLXXXIII. die praedicto *Decembris* Iuliani terminabuntur XXVIII. His erit viciſſim *vnus dies* demendus, et binis *poſtremis* quadrantibus addendus, ſi a *Solſtitio Aeſtiuo* anni ſupputetur *exordium*, quod fecit certe *Meton*. Ita die *Decembris* XXVII ſtatuenda erit *Bruma Metonica*. In anno autem *Solari Parapegmatico Biſſextili*, ambabus *anni* partibus *dimidiis* dies accenſendi erant CLXXXIII. a *Solſtitio* alterutro ad alterum *Solſtitium*. Nec multum aberit, ſi propter particulam περὶ vno fortaſſe *die* ante *Solſtitium Ciuile*, aut *vno* fortaſſe ſerius, diſceſſerit *Eurymedon*. Obſtat certe particula altera εὐθὺς ne longius inde liceat diſcedere. Quamcunque harum rationem ſequamur, ad annum *Varronianum priorem* 340. referendus erit diſceſſus *Eurymedontis*.

VII. 17. Missae, cum *Eurymedonte*, vt videtur, ab *Athenienſibus* naues XX. circa *Peloponneſum*, quae obſtarent ne traiicerent *Corinthii* in *Siciliam*, quibus aliam *claſſem* ſuam opponunt *Corinthii*. Sed cum adeſſent iam *Naupacti* naues *Athenienſium*. Itaque poſtea quam *naues* ab *Athenienſibus* eo miſſae portum deſtinatum attigiſſent. Has naues *Corinthii Athenienſium* nauibus oppoſitas τοῦ χειμῶνος impulebant. VII. 19. Proinde ante *Hyemem* admodum *affectam* eo iam appulerant naues *Atticae*. Triginta nauibus *Athenienſes Epidaurum* et *Praſias* vaſtabant, et e *Pylo* latrocinabantur. VII. 18. Inde colligitur vna cum *Eurymedontis* nauibus *decem* miſſas faiſſe alias *viginti* quae *Naupacti Corinthios* exitu ſinus *Naupactiaci* prohibebant. *Ambae* enim claſſes in vniuerſum *triginta* naues complectebantur. Proinde *Decembris* XXVII. miſſae etiam *Naupacti* praeſidiariae. Quare haec etiam anno *Varroniano* priori 341. aſſignanda. Sic tamen vt in *ſequentem* annum pertigerint. Sic porro loquitur *Plutarchus* quaſi collegis *Niciae* Imperium dediſſet *Eurymedon*, poſteaquam ipſe in *Siciliam* appuliſſet.

VII. 17. Poſt diſceſſum *Eurymedontis*, *Demoſthenes* ὑπομένων claſſem apparat ἅμα τῷ ἦρι diſceſſuram. Περὶ τὴν ἐαρινὴν ὥραν παρεσκευάζοντο μέγαν στόλον ἀποστέλλειν. *Diodor. Ol.* 91. 3. Δημοσθένης μὲν ἔμελλε μεγάλῳ στόλῳ πλεῖν ἐκ χειμῶνος. Εὐρυμέδων δὲ διὰ χειμῶνος προεξέπλευσε. *Plutarch* Nicia. Ipſa ergo *Hyeme* nauigauit *Eurymedon*. *Demoſthenes* autem non ante *Hyemem* peractam. Hoc enim ſibi volunt Phraſes illae, διὰ χειμῶνος, et ἐκ χειμῶνος. Videndum obiter annon ſimiliter intelligi poſſint geminae illae apud St. Apoſtolum 2. *Pet.* III. 5. δι' ὕδατος et ἐξ ὕδατος, de illis qui *in* diluuio ipſo perierint, et qui *poſt* diluuium fuerint ſuperſtites, quae longe alio trahuntur a Cl. *Burnetto*. Caeterum, audito *Athenienſium* decreto de mittendis in *Siciliam* auxiliis, *Lacedaemonii* illos Expeditione in *Atticam* pedeſtri impedire cogitant. VII. 18. Haec anno Iuliano *ſequenti* 341. (*maxima* ſaltem ex *parte*) ni fallor, accenſenda ſunt. Poſt *Ianuarium* ſcilicet, et tamen ante *Martii* Iuliani diem XVIIIm. qui idem *Elaphebolionis* Attici dies erat primus. Nam ab *Elaphebolione* coepit *Ver* proximum *Thucydideum*, hoc certe *anno*, qui erat *Embolimaeus*. Hoc eodem ſpatio *Lacedaemonii* ferrum ſocis imperant, aliaque *muris* exſtruendis neceſſaria, in vſum muniendae *Deceleae*. Alia quoque parant, idemque reliquis *Peloponneſiis*, vt faciant, Auctores ſunt, ad auxilia in *Siciliam* mittenda. Haec nempe anno *Varr.* 341. τῷ χειμῶνι τούτῳ. Sequitur: καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Proinde ad *Hyemis finem* haec pertigerint.

ANN. XIX. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul* 430 $\frac{1}{12}$.	*Olymp.*	XCI. 3. menſ. 4. Arch. *Piſandro.*	1. Ephoro *Eperato.*
U. C. *Varr.* 34 $\frac{5}{12}$		XCI. 4. menſ. 9. Arch. *Cleocrito*,	2. Ephoro *Onomantio*;
Ant. *Chr.* 41 $\frac{2}{3}$		a die *Iulii* Iuliani XVI.	a die *Octob.* Iul. X.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno II°. a fine *Boëdromionis* Attici, ante diem *Octobris* Iuliani XII.

VII. 19. Τοῦ ἐπιγιγνομένου ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου πρωΐτατα, *Atticam*, duce *Agide* Rege, praedantur *Lacedaemonii*. *Deceleam* muniunt, τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου. VII. 19. 20. Miſſae etiam a *Peloponneſiis* naues, περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, cum auxiliis in *Siciliam*. VII. 19. Τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου, miſſae ab *Athenienſibus* circa *Peloponneſum* triginta naues, duce *Charicle*, per *Argos*. Item *Demoſthenes*, cum *Charicle* iungendus in ora *Laconica* infeſtanda. VII. 20. Hae *naues*, vt videtur, *aliae* ab illis, quae anno ſuperiori *Epidaurum*, et *Praſias*, et e *Pylo* etiam *Laconicam*, praedatae fuerant. VII. 18. Horum *initia* poſt *Martii* Iuliani diem XVIII. a quo coepit Atticus *Elaphebolion*, hoc anno qui *Embolimaeum* ſequebatur) *Veri* accenſendus. Nec *multo* poſt illum ipſum *diem*. *Fines* autem vlterius ad *Ver* etiam *affectum* pertingere poterant. In *Sicilia* ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος τούτου, *Gylippus* reuerſus *Syracuſanos* ad praelium *maritimum* temerandum hortatur. Praelii maritimi *tempore* mumtiones *Athenienſium* in *Plemmyrio* aggreditur, expugnatque ἅμα τῇ ἕῳ cum frumento pecuniisque. VII. 21. 22. 23. 24. Diſceſſerat *ante* praelium *Eurymedon*, cum collegae ab *Eurymedonte* renunciati, *Euthydemus* et *Menander*, *Niciae* auctores fuerint ne *praelium* detrectaret. *Plutarch* Nicia. *Famam* autem *praelii* acceperat *Eurymedon* antea quam *Demoſtheni* occurreret. VII. 31. *Demoſtheni* occurriſſe *Scirrhophorione* ad *exitum* vergente mox probabimus. Sic ergo haec, ni fallor, intelligenda erunt, vt non ad *praelium* ſed ad *itinera Gylippi* in *Sicilia* copiarum colligendarum cauſa ſuſcepta *Nota* illa referatur. Poterant enim illa eius *itinera* iuſtorum aliquot fuiſſe *menſium*. Breuior erat *Eurymedontis* nauigatio ad *Corcyram* a *Syracuſis* quam *Demoſthenis* ab *Athenis* ad *Corcyram*. Itaque *ſecura* nauigandi *tempeſtate*, *Maio* Iuliano *exeunte* *Syracuſis* diſceſſerit menſe Attico *Thargelione*. De *praelio* autem *Scirrhophorione* facto in *mari* ipſo vel *portu* quem petierit, *famam* acceperit.

VII. 19. Οἱ πολλῷ ὕστερον, miſſa in *Siciliam* auxilia a *Corinthiis* et *Sicyoniis*. Diſceſſit etiam paulo poſt *Cha-*

riclem Demoſthenes. VII. 20. Iuliano affecto, *Elaphebolione* autem *exeunte*. Exſpectauit paulisper *Aeginae Demoſthenes* copiarum ſuarum *reliquias*, ſociosque cum *Charicle Argiuos*, poſt *Deceleam* muniri *coeptam*, poſt miſſas ab *aliis Peloponneſiis* in *Siciliam* copias, proinde affecto *Elaphebolione Aeginam* venerit *Demoſthenes*.

VII. 25 Μετὰ τοῦτο, Poſt *praelium* ſcilicet, vt videtur, proinde affecto *Scirrophorione*, emittunt *Syracuſani* naues duodecim, earum vnam in *Peloponneſum* cum *legatis;* reliquas ad *Italiam*, quae naues *Athenienſium* pecuniis onuſtas corruperunt, et paratam *Athenienſibus* materiam *nauibus* aedificandis in *Cauloniatide* concremarunt. Inde μετὰ ταῦτα, ad *Locros*, vbi nauem e *Peloponneſo* onerariam cum grauis armaturae militibus *Theſpienſibus* recipiunt. In reſtitu tamen earum vnam cum viris e *Megarorum* ſtatione *Athenienſes* intercipiunt. Tum de *vallis* in portu *Syracuſano* velitatum in mari defixis. Poſtea de nouis auxiliis *Corinthios*, *Ambraciotas*, et *Lacedaemonios* ſolicitant *Syracuſani*, nunciantque de capto a ſe *Plemmyrio*, et de *Athenienſium* in ſe victoria *maritima*. Monentque noua etiam auxilia ab *Athenienſibus* exſpectari. Itaque *poſt* praelium *maritimum*, et tamen ante aduentum *Demoſthenis*, quem tum ἐν ὀλίγαις ἡμέραις exſpectatum tradit *Diodorus. Ol.* 91. 4. idem συχνὰς ἡμέρας fuiſſe docet, quibus *Athenienſes* tentarint *Syracuſani* ante aduentum *Demoſthenis*. Συχναὶ ἡμέραι totidem fuerint oportet quot ὀλίγαι niſi *expectationem* fefellerit *Demoſthenes*, nec *fefelliſſe* illum verum fit. Nec enim *multi* dies eſſe poterant inter *praelium*, de quo dixi, *maritimum*, appulſumque *Demoſthenis*. Famam enim *praelii* accepit *Eurymedon* medio inter *Syracuſas* itinere atque *Corcyram*, quo in loco conuenit collegam in Imperio *Demoſthenem*. Coëgit quidem copias e *Corcyra Eurymedon*, *Demoſthenes* ex *Acarnania*. VII. 31. Munitiones in *Corcyra* abſoluit *Charicles*, non autem *Demoſthenes*, vt volebat *Interpres*. Contra *Demoſthenem* hoc ipſo conſilio in *Corcyram* traieciſſe docet Thucydides, vt inde in *Siciliam* ὁτιτάχιστα nauigaret. VII. 26. Proinde non eſt cur *moram* illius in *Corcyra* diutinam fuiſſe ſuſpicemur. Ergo ex aduentu *Demoſthenis* de occupati paulo antea *Plemmyrii* tempore ſtatuendum erit. Quare cum *Hecatombaeone* ineunte acceſſerit *Demoſthenes*, nouo proinde *Archonte*, annoque *Olympiadico*, ineuntibus haec contigiſſe conſentaneum eſt. Facient certe *Demoſthenis* in itinere *morae*, vt e ſequentibus conſtabit.

VII. 26. Ex *Aegina Demoſthenes* menſe, vt videtur, *Munychione* diceſſit *ineunte*, affecto autem *Aprili* Iuliano. Poſt *Elaphebolionis initium Lacedaemonii Atticam* populabantur, et *Deceleam* muniebant, hoc ipſo conſilio, vt copias, duce *Demoſthene* in *Siciliam* deſtinatas auerterent. Nondum ergo e *Piraeeo* vela fecerat *Demoſthenes*. Imo poſt occupatam *Deceleam*, et tamen ante diceſſum *Demoſthenis*, medio tempore *Argos* profectus fuerat *Charicles*, quem *Aeginae* exſpecturus erat *Demoſthenes*. Proinde *Elaphebolione affecto* e *Piraeeo* nauigarit *Demoſthenes* ad *Aeginam*. Hic exſpectauit non modo *Chariclem*, ſed et ſuarum copiarum ex Vrbe inſulisque *reliquias*. Diceſſit tamen antea quam appelierent *Thraces Machaerophori*. Satis commode ſi tempore diceſſerit, quo diximus. Ex *Aegina* in *Peloponneſum* nauigauit, vt *Charicli* ſe et ſubiectis *Charicli* nauibus adiungeret. *Argolicam* ſcilicet, cum ibi ve ſaretur *Charicles*. Cum illo *Epidauri Limerae* agrum populatur. Tum nonnulla *Laconicae Cytheris* aduerſae, vbi locum *Iſthmo* ſimilem munit *Charicles* cum *Argiuis*, qui munitione perfecta domum redeunt. *Demoſthenes* εὐθὺς ἐπειδὴ ξυγκατέλαβε τὸ χωρίον, ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κερκύρας. *Finem* enim munitioni et *praeſidium* impoſuit *Charicles*, poſt diceſſum *Demoſthenis*, quod tamen non vidit Interpres. Tamdiu tamen manſit *Demoſthenes*, dum loci *poſſeſſionem* aſſeruiſſet, et munientes extra *periculum* poſuiſſet. Hoc enim erat ξυγκαταλαβεῖν. Sic *Munychione affecto* diceſſerit, *Aprili* autem Iuliano *exeunte*. Non certe ante τὴν ἐκ Λακωνικῆς τείχισιν. VII. 31. Quae verba male ad *Deceleam* retulit Interpres, quae *Atticae* erat, non *Laconicae*. *Iſthmum* enim, quem dixi, in ora *Cytheris* aduerſa intellexit *Thucydides*, hoc ipſo fine ab *Athenienſibus* munitum, vt *Laconicam* infeſtaret, et tutus eſſet fugituris *Helotis* receptus. Inde ſoluit ἐπὶ τῆς Κερκύρας. Sic enim recte legitur, VII. 26. Male ἐκ τῆς Κερκύρας, VII. 31. quod tamen non vidit Interpres. Reponendum pro ἐκ hoc quoque loci ἐπὶ vincunt ſequentia locrorum nomina in *via* ad *Corcyram* iacentium. Obiter in *Phia Eleorum* portu nauem *Corinthiorum* onerariam occupat incenditque *Demoſthenes*. Μετὰ τοῦτο, *Zacynthum* progreditur atque *Cephalleniam*, vnde grauis armaturae milites accipit. *Moram*, ni fallor, aliquam itinerisque interruptionem, indicant verba: Μετὰ τοῦτο, qua *Pyli* praeſidio vacauerit antea quam *Zacynthum* veniret. Et *moram* rurſus aliquam exigebant res tam in *Zacyntho* geſtae quam in ipſa quoque *Cephallenia*. Morae illae *Munychionis* reliquum exhauſerint, et ad *Thargelionis initium* pertigerint, affectumque *Maium* Iulianum. Hinc arceſſit e *Naupacto Meſſeniorum* ſimiliter armatos. Traiicit deinde *Demoſthenes* e *Cephallenia* in partem *continentis* illam, quae *Cephalleniae* obuerſabatur, nempe *Acarnaniam*, ad *Alyziam* ſcilicet et *Anactorium*. Ὅυτι δ' αὐτῷ περὶ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ἅπαντα, *Scirrhophorione*, vt videtur, *affecto*, et *Iunio* Iuliano *exeunte*. Ita *Scirrhophorione* ineunte *Plemmyrium Gylippus* occuparit, cuius *fama* nauigantem a *Syracuſis Eurymedontem Corcyram* verſus in medio *Mari* attigerit. *Thargelionem* arceſſendis e *Naupacto* auxiliis, rebusque in *Acarnania* parandis abſumſerit *Demoſthenes*. His ad *finem* paene perductis occurrit *Eurymedon*. Pergit ergo in *Acarnania Demoſthenes*, *Eurymedonte* interim *Corcyraeis* naues xv. impe rante. Ante *diceſſum* naues decem *Cononi* concedunt ad rem gerendam *Naupacti* cum *Corinthiis*.

VII. 33 Ἑτοίμης ἤδη τῆς χρατιᾶς οὔσης (de qua ſupra) e *Corcyra* nauali, e *continente* velitum; ad Promontorium *Iapygiae* mouent *Demoſthenes* et *Eurymedon*. Inde ad *Choeradas* inſulas *Iapygiae*. Hic nouos iaculatores ab *Arta* δυναςῃ accipiunt, et cum illo veterem amicitiam renouant. Tum *Metapontium* veniunt, et a *Metapontinis* iaculatores et naues, pro iure foederis, capiunt. Hinc *Thurium*, vbi hoſtes *Athenienſium* per ſeditionem electos

reperiunt. Hic περιέμενον, tantiſper ſcilicet, dum et copias ſuas *luſtrarent*, et *foedus* cum illis inirent. Quod ſane ſignum eſt ne quidem *tamdiu* in vno aliquo loco moratos eſſe, ex quo *Corcyra* diſceſſiſſent. Inde colligitur, praeter *itineris* ipſius moras, alias fere nullas hucusque fuiſſe. Nam certe *mora*, de qua loquitur noſter, admodum *diutina* eſſe vix potuit. Haec ergo *Scirrhophorione* contigerint ad *exitum* vergente, et *Iulio* proinde Iuliano *ineunte*. Discedebant *Thuriis Hecatombaeonis* die vo. *Iulii* Iuliani die xxo. ex ſequentibus.

VII. 34. Περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, praelio nauali *Corinthios* ad *Erineum* vincunt *Athenienſes*, ſed victoria *dubia*. Recte. Nam certe poſt diſceſſum *Athenienſium* e *Corcyra*, cum adeſſent *Athenienſibus Naupacti* agentibus miſſae per *Cononem* e *Corcyra* naues. Et tamen *antea* quam *Thuriis* claſſis *Attica* diſceſſiſſet. Hinc quoque *breue* ſuperius interualum fuiſſe vincitur. *Breue* enim erat iter a *Corcyra* ad *Naupactum*, nec ſpatium inde *diutinum* ad *praelium*. Praelium enim minabantur *Corinthii*, etiam cum auxilia a *Demoſthene* et *Eurymedonte* rogaret *Naupacti* praefectus *Conon*. VII. 31. Proinde *Scirrhophorione* etiam *declinante*, et *Iulio* Iuliano *ineunte*, paulo ante *exitum* Epochae proxime praecedentis.

VII. 35. *Ol.* 91. 4. Perſuaſis ad *Belli* ſocietatem *Thuriis*, *Demoſthenes* et *Eurymedon*, claſſe *oram* legere iuſſa, exercitum itinere *pedeſtri* ducunt ad *Hyliam* fluuium vsque per *Thuriatidem*. Tum, transitum negantibus *Crotoniatis*, τῇ ὑστεραίᾳ *naues* conſcendunt *Athenienſes*, et ad Vrbes, praeterquam *Locrorum*, appellunt, dum ad agri *Rhegini Petram* venirent. Hoc iter *bidui* erat. Hinc *famam* de nouae claſſis aduentu accipiunt *Syracuſani*. Ad *Petram* venerunt die *Hecatombaeonis* VII. *Iulii* Iuliani XXII. e ſequentibus. Aut non longe.

VII. 36. Ἐν τούτῳ, audito *nouorum* auxiliorum *Athenienſium* aduentu, ad *nouum* ſeſe *praelium* accingunt *Syracuſani*, decurtatis nauium proris. *Praelium* ipſum aliquot *dierum* ſpatio recentius fuiſſe oportet *Athenienſium acceſſu* ad *Petram*. Dies ſaltem *vnus* neceſſarius erat vt de illorum ad *Petram* aduentu reſciſcerent *Syracuſani*. Tum *prorarum* decurtandarum opus *dierum* aliquot fuerit, ſaltem *paucorum*. Ita certe paucorum, vt proris etiam decurtatis ſpatium fuerit ad praelium ineundum, *antea* quam e *Petra Syracuſas* veniret claſſis *Attica* noua. Hoc enim conſilio praelium maturabant *Syracuſani*, ne foret deinceps cum *vtrisque* confligendum, tam cum illo, qui *aderat*, Athenienſium *exercitu*, quam cum illo etiam qui breui *venturus* exſpectabatur. Eſto ergo mora vniuerſa *tridui*. Sic die ab aduentu *Demoſthenis* ad *Petram* quarto praelium fuerit; ex quo autem *Thuriis* diſceſſerat, ſexto. Huius ἡμέρας ἐπιπολὺ, vna aut altera *Athenienſium* naui depreſſa, praelium nunquam diſcedunt. VII. 38 Τῇ ὑστεραίᾳ, *Athenienſes* ὅλην ἡμέραν μέχρι νυκτὸς nauibus *reficiendis* impendunt, diem ſcilicet, ex quo diſceſſiſſet a *Thuriis Demoſthenes*, ſeptimum. Τῇ ὑστεραίᾳ, a *Thuriis* octauo, laſſatos praelii exſpectatione et ieiunos *Athenienſes*, *Syracuſani* ipſi bene paſti aggrediuntur et vincunt. *Bis*, vt videtur *vno die* VII 39 40 41. Ἐν τούτῳ, veniunt *Demoſthenes* et *Eurymedon*. VII. 42. dum ſcilicet vtrinque rurſus ad *noua* ſeſe *praelia* pararent. *Die* poſt relictos *Thurios* nono, poſt *Petram* relictam ſeptimo. Tot ergo dies erant a *fama* de aduentu *Athenienſium* ad *Petram Syracuſas* delata ad copiarum *ipſarum* ad *Syracuſas* appulſum. *Demoſthenes* τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, vſus nouo aduentus ſui terrore, agros *Syracuſanorum* ad *Anapum* vsque vaſtat. Ἔπειτα munitionem *Syracuſanorum* machinis adoritur. Pulſus οὐκέτι ἐδόκει διατριβειν VII. 43. Non certe *eodem*, quo ſuperiora, *die*, quia ἔπειτα. Et tamen non *multo* ſerius. Nam *primum* aduentus ſui *terrorem* vrgendum cenſuit *Demoſthenes*. Decimus eſto a relictis *Thuriis*. Diſceſſum ſuadet non *Niciae* modo, verum etiam τοῖς ἄλλοις ξυνάρχουσι. Nempe, praeter *Eurymedontem*, *Menandro* etiam et *Euthydemo*, qui proinde *adhuc* etiam in Imperio eſſe opponuntur. Imo *Menandrum* comitem habuit in *Epipolarum* oppugnatione *Demoſthenes*. Imo vtrumque in praelio Nauali *vltimo*. Poſtea *Demoſthenis* et *Niciae* ſolorum mentio in *fuga*. Inde ſuſpicio in praelio illo *maritimo* cecidiſſe *Menandrum* et *Euthydemum*. *Epipolas* ergo νυκτὸς, ἀπὸ πρώτου ὕπνου, edicto *quinque dierum* commeatu, aggreditur *Demoſthenes*. Murum expugnat. Tum deinde illam quoque Epipolarum *partem*, qua excubias egerunt *Syracuſani* Tum *Gylippum* cum auxiliaribus reliquisque *Syracuſanis* vincunt. Tandem a *Boeotis* ipſi funduntur fugantur*que Athenienſes Luna* erat tum λαμπρά. Ita nimirum, vt ſe inuicem agnoſcerent, ὡς ἐν σελήνῃ εἰκός. Nempe obſcure. VII 44. Erat ergo tum, vt videtur, *Ciuile Plenilunium* Et plane *aliud* ab eo, quod poſtea obſeruatur fuiſſe *Eclipticum*, alteriusque proinde, proximeque *prioris* menſis. Plenilunium *Ecliptcum* menſis erat, vt poſtea videbimus, *Metageitnionis*. Hoc ergo non aliud fuerit oportet quam *Metageitnionem* proxime praecedentis *Hecatombaeonis*. Fieri vix poteſt, opinor, vt longe aberremus. Plenilunium *Ciuile* medius erat menſis *Lunaris* dies, vel XVus. in menſe cauo, vel in pleno XVIus. qualis hic eſt in quo verſamur. Sic fuerit hoc Plenilunium *Hecatombaeonis* XVIo. *Iulii* Iuliani XXXIo. die, ex quo *Thuriis* diſceſſerat *Demoſthenes*, XIo. Proinde *Hecatombaeonis* Vo. *Iulii* XXo. *Thurios* reliquerit; et *Hecatombaeone* ineunte, *Iulio* autem affecto, *Corcyram*. Τῇ ὑστεραίᾳ quo tropaea ſtatuunt *Syracuſani*. VII. 40. Hic *idem* eſt cum praecedenti dies a ſuperiori Solis *occaſu* inchoatus.

VII. 46. Μετὰ τοῦτο, *Syracuſani Sicanum* cum nauibus quindecim mittunt *Agrigentum* ſeditione laborantem, vt *vrbem* illam in ſuam poteſtatem redigeret. *Gylippus* rurſus per *Siciliam* nouos conſcribit milites. Eodem haec, vt videtur, *die*, a praelio ſuperiori proximo, *Hecatombaeonis* XVII. *Auguſti* I.

VII. 47. Ἐν τούτῳ, conſilium ineunt *Athenienſes* de *diſceſſu*. *Morbum* cauſantur quo premebantur, τῆς ὥρας ἐνιαυτοῦ ταυτης ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μαλιστα. Ita noſter. Λοιμικῆς καταστασεως ἐμπεσούσης. *Diodor. Ol.* 91. 4. Διὰ τὴν ὥραν ὀλέθριον· μετοπωρου γὰρ ἦν ἡ ἀρχή· καὶ πολλοὶ μεν ἠσθένουν ἤδη, πάντες δὲ ἠθύμουν. *Plutarch* Nicia. Haec *notae* elicuntur *tempori* a nobis aſſignato plane conſentaneae. Tempeſtas *morboſa* dierum erat *Canicularium*, qui *Iulio* Iuliano mire

credebantur, vt iam alibi oſtendimus in *Appendice* ad *Diſſ. Cyprianicas*. Et Diſſ. VI. I. huius operis. *Autumnum* dixit fuiſſe *Plutarchus*, quem Nos *Aeſtate Thucydidea ſemeſtri* incipere probauimus. Imo *Autumni initium*, quod nos *Auguſto* Iuliano a *Romanis* aſſignatum oſtendimus *Diſſ.* X. 10. Recte ergo *Demoſthenes* reditum propterea *maturandum* eſſe cenſuit, ἕως ἔτι πέλαγος οἷον τε περαιοῦσθαι. *Menſes* enim *Maris clauſi* a *Pyanepſione* cenſeri ſolitos ſupra iam probauimus. *Nauigationis* autem *periculoſae* tempeſtatem ab *Aequinoctio*, et *Septembri* adeo Iuliano, *Boëdromione* autem Attico, cenſeri ſolitam docuit *Vegetius*. Et certe menſe *Hecatombaeone* metuebat hic idem *Demoſthenes*, ne res in *Hyemem* protraheretur, cum obſeſſos in *Sphacteria* inſula teneret *Lacedaemonios*. Conuenit praeterea, quod habet *Nicias*, *Syracuſanos* ναυτικὸν πολὺ ἔτι ἐνιαυτὸν ἤδη βόσκοντας. VII. 48. Non a primo *Athenienſium* aduentu hanc Epocham arceſſit, ſed ab *anno* duntaxat *ſuperiori*. Nempe a *Corinthiorum* etc. auxiliarium ingreſſu, quem menſi *Iulio* exeunti, vel *Auguſto* ineunti, ſupra aſſignauimus. In his conſiliis *Athenienſes* διεμέλλησάν τε καὶ κατὰ χώραν ἔμενον. VII. 49.

VII. 50. Ἐν τούτῳ redeunt *Sicanus* et *Gylippus*. Verba haec retulerim ad *Athenienſium* διαμέλλησιν potius quam ad eorundem *conſultationem*. Ita ſcilicet vt, dum *moras* in conſilio redeundi de die in diem necterent, eodemque in loco haererent *Athenienſes*, rebus, quarum cauſa tantiſper diceſſerant, ad *exitum* perductis, redierint non *Sicanus* modo, verum etiam *Gylippus*. Nec enim *vno* eodemque *tempore* ambos redijſſe verſimile eſt. Nec enim vltra *Gelam* proceſſerat *Sicanus* cum audiret iam coaluiſſe *ſeditionem* illam *Agrigentinorum*, quae fuerat rebus *Syracuſanorum* fautura. *Gylippus* autem non *Gelam* modo, non *Agrigentum*, ſed ad *Selinuntem* vsque proceſſerit oportet, vt inde nouos *auxiliares* acciperet e *Peloponneſo* miſſos. Imo per *alias* quoque *Siciliae* vrbes vnde χρατιὰν πολλὴν ἔχων redierit noſtro teſte *Thucydide*. *Dierum* certe haec *paucorum* eſſe non poterant, vtcunque properauerit. Sed et copias illas e *Peloponneſo* τοῦ ἦρος miſſas noſter fuiſſe teſtatur. Innuit ergo non *Vere* in *Siciliam* appulſſe, ſed *Vere* penitus *exacto* et *coepta* iam illa, quae *Veri* opponitur, *Aeſtate*. Hinc intelligimus ante *Hecatombaeonem* illos in *Siciliam* non veniſſe, cum tamen illos e maris nauſea refectos ſecum ad *Syracuſas* duxerit *Gylippus*. Fecerat praeterea *morbus* ipſe magnos interim in caſtris *Athenienſium* progreſſus: μεγάλην ἐπίτασιν, *Diodoro*; Μᾶλλον ἤπτετο. *Plutarcho*. Faciunt haec omnia vt *menſem* paene *integrum* Expeditioni ſuae *Gylippum* impendiſſe ſuſpicemur, nec adeo rediſſe ante *Metageitnionem*, vno fortaſſis alterove *die* ante *Eclipſim Athenienſibus* fatalem. Die ergo *Metageitnionis* XII. *Auguſti* XXVI. redierit *Gylippus*, vel *paulo* antea. Mox enim a reditu *Gylippi* μετεμέλοντο πρότερον οὐκ ἀναχάντες *Athenienſes*, et *primam* deinde diſcedendi *occaſionem* aucupabantur, cui tamen ipſa obſtitit *Eclipſis*. Hic μάντεις τρὶς ἐννέα ἡμέρας manendum decernunt. Ita noſter. Atqui certum eſt ne quidem vna *Enneade* illos manſiſſe. Adſtipulatur *Thucydidi Plutarchus*, qui *Niciam*, e *Varum* ſententia, ἄλλην σελήνης περίοδον exſpectare voluiſſe tradit. Sed *tres* tamen *dies* ſatis fuiſſe oſtendit ex *Autoclide* in *Exegeticis* idem *Plutarchus*. Nec plusquam *trium dierum*, ex eorundem *varum* ſententia, meminit *Diodorus*. Forte ex Auctore *Siculo Philiſto*, qui ſub *iuniore* ſcripſit *Dionyſio*, ne quidem *Thucydide* ipſo *multo* iunior. Poterant tamen illi res *patriae* comperiiores eſſe quam vel ipſi *Thucydidi*. Niſi fortaſſe *varum Atticorum* haec fuerit diſciplina a *Nicia* ciue *Athenienſi* conſultorum. *Euentus* certe magis *Diodoro* ſuffragatur. Hinc ergo numerandi *dies* ad diem *cladis* vltimae, videndumque num reſpondeant. Fauent enim praeterea Auctoris noſtri verba illa de *Syracuſanis*, cum *Niciae* ſententiam compertam haberent: Καὶ ἀνεπαύοντο ἡμέρας ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. VII. 51. Hoc velle videntur verba illa: cum intra illum *dierum* numerum *Niciam* obſtare intelligerent, quo minus diſcederent *Athenienſes*, conſultius exiſtimaſſe ſi, eo numero *elapſo*, diſceſſuros inſequerentur, quam ſi interim cum illis intra *munimenta* conſtituti, de re ſumma periclitarentur. Sed non vltra *tertium* diem diceſſum *Athenienſium* exſpectabant *Syracuſani*, vt infra oſtendemus. Sic ergo illos manifeſtum eſt ſententiam *Niciae* intellexiſſe. Tam longe abeſt vt dies *ter nouenos* exſpectandos docuerit *Nicias*, vt die ab *Eclipſi* XIVo. cladem *ſupremam* fuerit perpeſſus. Eſtque ſane cur ſuſpicemur a *corruptoris* manu potius quam *Thucydidis*, eſſe vocem ἐννέα. Nam pro τρὶς ex *Aretini* Codice τρεῖς lectum obſeruauit Cl. *Hudſonius*. Ea ſi vera fuerit lectio *Thucydidis*, vox altera ἐννέα locum plane nullum habere potuit, tot praeſertim aliis, vt vidimus, refragantibus. Et tamen *antiquum* illum in *Thucydide* errorem eſſe docuit *Plutarchus*. Idem praeterea conſtabit e *diebus* ab *Eclipſi* ad cladem a *Thucydide* ipſo recenſitis. Id, puto, voluit *Thucydidis* Interpolator, praeter *tres* illos dies a *Nicia* vero obſeruatos, *alios* fuiſſe praeterea ad cladem ſupremam *nouem*. Sed cum τρεῖς et ἐννέα parum inter ſe congruere videret iunior aliquis Librarius, inde factum vt τρὶς potius quam τρεῖς legendum cenſeret. Nili illud in animo habuerit Corruptor ἀπροσδιονύσως, quod habet alibi noſter de annis Belli Peloponneſiaci *ter nouenis*. V 26. Sed pro τρὶς ἐννέα legendum eſſe tantummodo τρεῖς, iam ſatis, vt opinor, euicimus. Sed videamus tandem quos dies ab *Eclipſi* ad *cladem* noſter enumerarit.

VII. 51. Ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, τῇ μὲν προτεραίᾳ oppugnatio quaedam erat *munimentorum* a *Syracuſanis*, qua pauci *Athenienſium* perierunt. Καὶ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπεχώρησεν ἡ χρατιὰ τῶν Συρακουσίων. VII. 52. Hic ius. erat ſaltem ab *Eclipſi* dies. Τῇ ὑστεραίᾳ *Praelium nauale*, quo vincunt *Syracuſani*, *pedeſtre* item, quo vincunt *Athenienſes*. Tum *portus* oſtium obſtruunt *Syracuſani*. Καὶ πέρας ἐν ἡμέραις τρισὶ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκαν συντέλειαν, inquit *Diodorus*. Quaſi nimirum *tertius* ille fuiſſet *dies* a *Praelio* quo periit *Eurymedon*, cum fuerit tamen tantummodo *ſecundus* ab *Eclipſi*, ſi modo, quo coepimus, calculum ponamus. Sed errorem illum Ego *Diodori* potius fuiſſe cenſeo, quam *Auctoris*, (quicunque demum is fuerit) cuius fidem eſt ſecutus, *coaeui*. Auctor enim

tertium ab *Eclipſi* (qua fuerant a *fuga* impediti,) *diem* numerauit; idque ita, ni fallor, intellexit, quod die illo ab Eclipſi *tertio* portum obſtruxerint *Syracuſani*, non quod *tres dies* (vt illum intellexit *Diodorus*) portui *obſtruendo* impenderint. Vix enim credibile eſt paſſuros *Athenienſes*, in tantas iam *anguſtias* redactos, vt *tertium* vsque *diem* in opere illo ſecuri collocarent, cum longe fuerit facilius *coeptum* opus, quam *abſolutum*, irrumpere. Aliter certe de *portu obſtruendo* noſter *Thucydides*: Ἔκλειον οὖν τὸν λιμένα ΕΤΘΥΣ τὸν μέγαν. VII. 59. *Breue* admodum fuiſſe temporis ſpatium, quo *portus* claudebatur, innuit particula illa εὐθύς. Addit praeterea, inito conſilio, voluiſſe *Syracuſanos* ὡς τάχιστα Belli fortunam periclitari, *moram* profecto minimam illa quoque voce ſubindicant. VII. 51. *Tertio* ergo *die*, excluſo *Eclipſis* die, *Praelium* erat illud *nauale decretorium*, quo victi rurſus *Athenienſes*, de *fuga* terreſtri conſilium capiunt, *Herculis* feſto celebrando occupatis *Syracuſanis*. VII. 73. Sed *Hermocratis* ſtrategemate decepti *Athenienſes* nocte fugam differunt, ἐπέχον τὴν νύκτα. VII. 74. Addit praeterea *Thucydides*, τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν περιμεῖναι, vt conuaſarent milites quam commodiſſime. Id confirmat etiam *Plutarchus* Niciae: Οἱ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν νύκτα τὴν ἑτέραν ἐπιμείναντες ἐπορεύοντο. Ita *quatuor* poſt Eclipſin *dies* ibidem haeſerunt, nec ante *tertium* diſcedendi conſilium inibant, vt diximus. Plane pro conſilio *Niciae*. Ita fuerit *diſceſſio* ipſa die poſt *Eclipſin* Vo. Τρίτῃ, inquit noſter, ἀπὸ τῆς Ναυμαχίας. VII. 75. *Tertium* enim ita intellexit, vt extremos ambos primum vltimumque complexus fuerit, et *vnicum* adeo duntaxat *medium* diem deſignarit. Hoc die *ſtadia* XI. confeciſſe dicit *Thucydides* VII. 78. Τῇ ὑστεραίᾳ *ſtadia* XX. VII. 78. Hic erat *fugae* IIIus. poſt *Eclipſin* VIus. Rurſus τῇ ὑστεραίᾳ progreſſi *Athenienſes* ab infeſtis *Syracuſanis* in eadem caſtra recedere coacti ſunt. VII. 78. *Dies* hic erat *fugae* IIIus. ab *Eclipſi* VIIIus. Huius *tridui* meminit *Diodorus*, quo impediti fuerint *Athenienſes*, ne recta *Catanam* progrederentur. Addit *Thucydides* πρωΐ illos munitiones *Syracuſanorum* oppugnaſſe, ſed fruſtra. VII. 79. Hoc die *tonitrua* et *imbres*, οἷα τοῦ ἔτους πρὸς μετόπωρου ἤδη ὄντος Φιλεῖ γίγνεσθαι. Conuenit et haec *nota* cum noſtris rationibus accuratiſſime. Sed obſeruanda verba: πρὸς μετόπωρον. Nec enim *Autumnum* ipſum verba illa deſignant, ſed tempus quod Autumnum *proxime praeceſſerat*. Recte interpres *quod ad Autumnum iam accedebat*. Et tamen *Autumnum* ipſum iam *coeptum* fuiſſe docuit *Plutarchus*. Caeterum *Autumni* nomine non *fructuum* Autumnum intellexit *Thucydides*, quem ſuae *Aeſtatis* fuiſſe probauimus: ſed *anni* potius *quadrantem* Autumnalem *trimeſtrem*, quam *ſemeſtri* ſuae *Hyemi* ſolet accenſere *Thucydides*, quae non abſurde menſe *Attico Aeſtiuo ſecundo Metageitnione exeunte* imminere cenſebatur. Cum nempe iam *vnicus* reſtaret menſis *Aeſtiuus*. Hanc certe *anni Iuliani* partem a *Septembris* initio *tonitribus imbribusque* obnoxium oſtendunt Veterum *Parapegmata* atque *Kalendaria*. Primus praeterea *September* erat *menſium* qui ab *imbribus* nomen retulere. Pernoctarunt tum *Athenienſes* in planitie. Dies ille *fugae* IVus. erat, ab *Eclipſi* VIIIus. Τῇ ὑστεραίᾳ προὐχώρουν, *Syracuſanis* ſimiliter infeſtis. *Fugae* Vus. erat, ab *Eclipſi* IXus. Sequenti nocte aliam viam *Camarinam* verſus pergunt *Nicias* et *Demoſthenes*. VII. 80. Ἅμα τῇ ἕῳ, ad *mare* peruenerunt, et viam *Helorinam* ingreſſi ſunt. Ὡς ἡμέρα ἐγένετο, ſecuti *Syracuſani* ſub horam prandii *Demoſthenis* exercitum aſſecuti δι' ἡμέρας impetebant, et ad *deditionem* cogebant. Praeceſſerat *Demoſthenam Nicias* ſtadia CL. Αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ progreſſus *Nicias* ad fluuium *Erineum* VII. 81 82. *Fugae* dies erat VIus. ab *Eclipſi* Xus. Τῇ ὑστεραίᾳ *Niciam* conſequuntur *Syracuſani*, monentque de deditione *Demoſthenis*. Ea comperta *Nicias* conditiones proponit, quibus reiectis, *Gylippus* cum *Syracuſanis* illos μέχρι ὀψὲ telis impetunt, et quo minus τῆς νυκτὸς fugerent, impediunt. Hic *finis* diei *fugae* VIIIi. ab *Eclipſi* XII. Ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, pergit *Nicias* vsque ad *Aſſinarum* fluuium. VII. 84. Tum demum ſe *Gylippo* tradit. VII. 85. Poſt captum *Demoſthenem* νύκτα διεκαρτέρησε, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν προῆει βαλλόμενος πρὸς τὸν Ἀσίναρον ποταμόν. *Plutarch.* Hinc etiam conſtat *ſecundo* demum poſt captum *Demoſthenem* die ſeſe dediciſſe *Niciam*. Conuenit quod idem ait in eadem vita *Niciae*: ἡμέρας ὀκτὼ βαλλόμενος καὶ τραυματιζόμενος ὑπὸ πολεμίων. Dies illos *octo* a *fuga* numerandos eſſe conſtat, vt proinde *dies* idem fuerit ab *Eclipſi* XIIus. quo ſeſe dederit in hoſtium poteſtatem *Nicias*. Videamus ergo quis idem fuerit in anno *Attico*. Pro his nempe rationibus.

Erat ſane *dies* ille apud *Syracuſanos*, in *victoriae* memoriam, feſtus. Nec alius ille quam quo captus eſt *Nicias* ad fluuium *Aſinarum*. Pſephisma ipſum ſeruauit *Plutarchus*: Εὐρυκλῆς δημαγωγὸς ἔγραψεν, πρῶτον μὲν τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τὸν Νικίαν ἔλαβον, ἱερὰν ἔχειν, θύοντας καὶ σχολάζοντας ἔργων, Ἀσιναρίαν τὴν ἑορτὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καλοῦντας. Ἡμέρα δ' ἦν τετρὰς φθίνοντος τοῦ Καρνείου μηνός, ὃν Ἀθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύουσι. *Metageitnionem* Athenienſium pro eodem habet menſe cum Dorico menſe *Carnio*. Sic etiam vt *quoti* menſium *dies* inuicem reſponderent. Sic fuerit dies *Metageitnionis* XXVII. quo *cladem* illam paſſi ſunt *Athenienſes*. Demtis ergo diebus XII. die menſis eiusdem XVo. fuerit *Eclipſis*. Et quidem de hac *Eclipſi* obſeruanda illa *Thucydidis* verba: ἐτύγχανε γὰρ πανσέληνος οὖσα. VII. 50. Non hic addit, vt alibi, κατὰ σελήνην, cum ſcilicet a *Luna* discreparet ſupputatio *Ciuilis*. Non tamen propterea neceſſario colligi poteſt idem fuiſſe cum *Ciuili Coeleſte* Pleniluniu. Nam in *menſibus*, qualis hic eſt in quo verſamur, *plenis*, medius *Ciuilis* dies nullus eſt qui pro *Ciuili* poſſit haberi *Plenilunio*. *Nouiluniorum* ratio *certior* eſt, qualiscunque menſis eſſet. Proinde rectius in illis proceſſit *Thucydidis* obſeruatio, quae nulla vnquam apud illum occurrit de *Pleniluniis*. *Lunae Eclipſes* nullas, praeterquam in *Pleniluniis*, agnoſcit, pro *Graecorum* diſciplina, *Geminus*. c. 9. Plane vt *Thucydides*. Hoc alibi explicat *Geminus* de *nocte* τῇ Φερούσῃ εἰς διχομηνίαν. c. 6. Non tamen *vni* alicui menſium Ciuilium *diei* aſſignat. Imo laxos admodum *Pleniluniorum* limites agnoſcit, qua quidem conferuntur cum menſibus *Ciuilibus*. Πανσέληνος, inquit, δὲ γίνεται ταχίστη

μὲν περὶ τὴν ιγ', βραδυτάτη δὲ περὶ τὴν ις'. c. 7. Nequit certe diei *Metageitnionis* Attici xvo. (qui horum extremorum *medius* erat) *Eclipſis* illa conuenire. *Hoc* enim *anno* idem erat, a Solis *occaſu* ad noctem *mediam Auguſti* Iuliani dies xxixus. Inde ad Solis *occaſum* ſequentem dies *Auguſti* xxxus. *Eclipſin* autem illam, circiter noctem *mediam*, *Auguſti* vel xxviiio. vel xxviiio. aſſignant calculi *Aſtronomici*. Sic fuerit *Eclipſis* Attici *Metageitnionis* diei xiiio. potius aſſignanda. Illius enim pars *prior* reſpondet *Auguſti* Iuliani *diei* xxviio. poſterior autem diei xxviiio. Ita *biduo* integro discrepaſſent Kalendaria *Syracuſanorum* atque *Athenienſium*. Qui enim dies *Syracuſanis* numerabatur *Carnii* τετρὰς φθίνοντος, ſiue xxviius. is idem, (ſi a *Metageitnionis* Attici die xiiio. procedat calculus, quo *verum* erat, et *Eclipſi* neceſſarium, *Coeli Plenilunium*.) Attici *Metageitnionis* ἕκτη φθίνοντος, ſiue dies erat tantummodo xxvus. Sed *pariter* numeratos illos fuiſſe *Siculorum Athenienſiumque* menſes e *Plutarcho* iam oſtendimus. *Diſſ.* vi. 5. 6. 7. 8. 10. Faciliſime autem, ni fallor, haec inuicem conciliabuntur, ſi *duos dies*, quibus *quieverint Syracuſani* poſt *Eclipſin*, et tamen ante xii. praedictos intercalemus, ad *Hiſtoriam* plane neceſſarios. Certe ſi vlla fuerit ἀνάπαυσις, alios fuiſſe oportet a *praedictis* dies *quieti* dicatos. Nam *duodenarii* praedicti *primo* Bellum reſtauratum fuiſſe manifeſtum eſt. Idque innuitur verbis proxime *ſequentibus*: Ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν. vii. 50. Nempe *antea* quam *dies* ἀνάπαυσεως elapſi eſſent, *nondum* fuiſſe καιρὸν *Athenienſes* aggrediendi; *elapſis* autem, tum demique fuiſſe. Et ſane *tutum* erat tantiſper *Athenienſibus* diſceſſum permittere, dum *Athenienſes infauſtum* crederent ſi *diſcederetur*. Tamdiu enim magis *illis* neceſſitura erat propria eorum *Superſtitio*, ſi *diſcedentes Syracuſani* perſequerentur, quam *arma* ipſa hoſtium *Syracuſanorum*. Sic enim vicit *s*) *Caeſar Arioviſtum* cum illa ipſa *Lunae* aetate arma illi inferret, qua Pugnae euentum *infelicem* praedixerat *Germanorum* Pſeudoprophetiſſa. *Elapſis* illis diebus *atris*, exſpectandum erat, vt ſeſe animoſius tuerentur *Athenienſes*, cum nullus deinde e *numine* aduerſo *metus* immineret. Tum ergo *vi aperta* res gerenda erat, cum nihil haberent quo hoſtes *terrerentur*. Id ergo volebant *augures*, *tertio* ab Eclipſi *die tutum* fore ab illo *Eclipſis* omine, quem moliebantur *Athenienſes*, *diſceſſum*. Ita praedicto dierum numero *duo* addendi erant ab *Eclipſi* ad Belli *finem*, vt fuerint in vniuerſum *quatuordecim*, quorum *ſex fugam* praeceſſerunt. Sic nouum lucrabimur pro noſtris rationibus *Argumentum*. Hinc enim colligimus veram eſſe noſtram *Chronologiam*, imo et *Kalendarium*, quod die menſis Attici *Metageitnionis* xiiio. *verum* fuerit *Plenilunium*. Plane vt noſtrae exigebant rationes. Colligimus praeterea recte quoque Nos ſtatuiſſe eundem *Syracuſanis*, qui fuerit etiam *Athenienſibus*, *Cyclum*, cum ab eodem *initio menſes* vtrorumque ita accurate procedant. Sic ergo ſe habebunt dies praedicti inuicem et cum Thucydide collati:

s) *Caeſ.* Bell. *Gall.* i. 50.

Carnii Sic. Metag. Att.	Augusti Iulian.	Thucydid.	Post Eclipsin	
XII	26	VII 50		Reditus *Gylippi* ad *Syracusas* hoc *die*, vel paulo *antea*.
XIII	27	VII 50		*Eclipsis Lunae* ante noct. *mediam* discessuris *Athenienſibus*.
XIV XV	28 29	VII 51		ἀναπαυσις dierum *post* Eclipſin *duorum*, quibus *Athenienſes* non oppugnabant *Syracuſani*.
XVI	30	VII 51		III. poſt *Eclipſin*, πρoτερaία, qua *Syracuſani* caſtra *Athenienſium* oppugnabant.
XVII	31	VII 52, 53	IV	Ὑστερaία, qua Praelium *Nauale*, quo cecidit *Eurymedon*, et *terreſtre*, quo victores *Athenienſes*.
XVIII	Sept. 1	VII 69	V	Praelium *nauale* decretorium, quo victi *Athenienſes* de *fuga* cogitant. Sed falluntur ab *Hermocrate*. Feſta *Herculis* apud *Syracuſanos*.
XIX	2	VII 74	VI	ἐπιοῦσα ἡμέρα *Thucyd.* et νὺξ *Plutarch.* Nic. quibus adhuc *Syracuſis* haeſerint *Athenienſes*.
XX	3	VII 75	VII	I. fugae *Athenienſium*, τρίτη ἀπὸ τῆς ναυμαχίας.
XXI	4	VII 78	VIII	II. fugae, ἡ ὑστεραία.
XXII	5	VII 78	IX	III. fugae, *Diodor.*
XXIII	6	VII 79	X	IV. fugae, πρὸς *Syracuſanorum* munimenta oppugnant *Athenienſes*. Sed fruſtra.
XXIV	7	VII 79	XI	V. fugae, ἡ ὑστεραία.
XXV	8	VII 80	XII	VI. fugae, ἅμα τῇ ἕῳ. *Demoſthenes* ad deditionem coactus.
XXVI	9	VII 83	XIII	VII. fugae, ἡ ὑστεραία, μέχρι ὀψέ, et νύξ.
XXVII	10	VII 84, 85	XIV	VIII. fugae, ἡμέρας ὀκτὼ βαλλόμενος tandem ſeſe dedidit *Nicias*.
XXVIII	11		XV	Τῇ ὑστεραίᾳ, conſilium ineunt *Syracuſani* de Captiuis. *Diodor.*

Ad hanc normam exigenda ea, quae exhibuimus ad marginem *Thucydidis*, cum de *biduo* quietis inſititio nondum cogitaremus.

VII. 33. Τότε μετὰ τὴν τοῦ Πλημμυρίου ἅλωσιν, *Nicias* ad *Centoripas* et *Alycaeos* mittit de impediendis *Syracuſanorum* nunciis. Id quod faciunt. Haec *Scirrhophorione* non admodum *affecto*, et menſe Iuliano *Iunio*. Hoc tamen loco ponenda arbitratus ſum, ne Belli cum *Athenienſibus* ſeriem continuam *abrumperemus*. Haec ergo *priori* huius *Olympiadis anno* atque *Archonte*.

VII. 87. Νύκτες ἐπιγιγνόμεναι μετοπωριναὶ καὶ ψυχραὶ *Athenienſium* captiuorum in *metallis* agentium aerumnis accenſentur. Nempe poſt initium *Maemacterionis*, qui die coepit *Octobris* Iuliani XIIIo. Hinc iterum conſtat, cum *Autumnum* cenſet *Plutarchus*, nondum tamen coepiſſe *Antumnum Thucydideum*, quem *Hyemi Thucydideae ſemeſtri* accenſitum diximus. Cum enim primum in *metalla* coniicerentur *Athenienſes*, tum nondum coepiſſe νύκτας μετοπωριναὶς e voce ἐπιγιγνόμεναι manifeſtum eſt. Imo moleſtum illis antea fuiſſe *Solem* idem indicat, quod nullo tecto a Solis aeſtu defenderentur: οἵ τε ἥλιοι καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει. Hanc certe notam vltra *Septembrem ineuntem*, qui cum *fine Metageitnionis* idem eſt, ne quidem differri potuiſſe conſtat. Proinde illo ipſo *Metageitnione exeunte*, quo capti ſunt, *Metallis* damnati fuerint *Athenienſes*.

VII. 87. Ἡμέρας ἑβδομήκοντα duriter habiti *Athenienſes* propter locorum *anguſtias*. Tum reliqui, praeter *Athenienſes*, *Sicilienſes*, *Italosque*, *diuendiri*. Hi *dies*,

ſi a die capti *Niciae* numerentur, deſinent *Nouembris* Iuliani die XIXo. et proinde *Pyanepſionis* Attici die VIIIo. Sic rectius quam in margine *Thucydidis editi*. Fieri poteſt vt vno alteroue *die* ſerius fuerit cum *metallis* traderentur, et proinde, cum laxius agerent, reliquis *diuenditis*.

VII. 87. Ἐπὶ ὀκτὼ μῆνας, fame ſitique preſſi *Athenienſes*, parcius conceſſis *alimentis*. Deſinunt illi *Munychionis* Attici die XXVIIo. *Maii* proinde Iuliani die IVo. anno iam Vrbis Conditae *Varroniano* 342. Initio ſcilicet *Aeſtatis Romanae*, nauigationisque *ſecurae*. Male, in edito *Thucydide*, menſes *Iulianos* numerauimus, qui erant numerandi *Attici*. Tum ergo *Athenas* mittendi erant qui pacti fuerunt cum *Demoſthene*, ne *morte* afficerentur.

VIII. 1. Nuncio cladis *Siculae Athenas* delato, conſilium de προβούλοις conſtituendis, quod etiam exſecuti ſunt. Crediderim haec ad *quadringentorum* conſtitutionem eſſe referenda. *Diodorus quadringentos* in Imperio conſtitutos narrat. *Ol.* 92. 1. Mox autem ſubiungit *Thucydides*: Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Ita nuncius *Athenas* attigerit ante finem *Boëdromionis*, diemque *Octobris* Iuliani XII. Imo tum *fidem* obtinuerit, poſt *menſem* paucosque, qui excurrebant, *dies*. Et tamen ἐπιπολὺ nondum creditos fuiſſe teſtatur, qui ex ipſo proelio euaſerant, *milites*. Proinde *minori* ſpatio quam *menſtruo*, Vrbem patriam redierant illi *milites*. Sic tamen illa fortaſſe poterunt conciliari, ſi quidem dicamus, ante finem *Boëdromionis* conſilium initum de προβουλευταῖς, ſequenti *Hecatombaeone*, et cum ſequenti *Archonte*, Magiſtratum *inituris*.

VIII. 2. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, audita clade *Sicula*, *Graeci* omnes in *Athenienſes* erecti. Poſt diem *Octobris* Iuliani XIII. quo coepit Atticus *Maemacterion*. Breui ergo ſpatio *praelii* in *Sicilia* aduerſi fama per *Graeciam* vniuerſam emanauit.

VIII. 3. Εὐθὺς ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ, *Agis Lacedaemoniorum* Rex cum exercitu *Decelea* profectus, *pecuniam* a foederatis ad *claſſem* comparandam exigit. Praedatus *Oetaeam*, pecuniam inde colligit. *Achaeis* et *Phthiotis* obſides et pecuniam imperat. *Lacedaemonii* etiam ipſi *claſſem* parant, ſociisque *naues* inſtruendas praecipiunt, ὡς εὐθὺς πρὸς τὸ ἔαρ ἐξόμενοι τοῦ πολέμου. Paulo ergo ante *Octob.* XIII. nuncius *cladis* in illas partes venerat. Inde enim rerum harum omnium ἀφορμαί.

VIII. 4. Ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ, parant etiam claſſem *Athenienſes*. *Sunium* muniunt. Munimentum in *Laconica* a ſe ſtructum, dum peterent *Peloponneſum*, deſerunt. Haec, vt videtur, ante *Pyanepſionem*, quo *Maris clauſi* tempeſtatem coepiſſe probauimus, qui *Nouembris* Iuliani *die* coepit XII.

VIII. 5. Πρασσόντων ταῦτα ἀμφοτέρων, et ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ, Primi *Euboeenſes* ad *Agin* legatos de ſua ab *Athenienſibus* defectione mittunt, quos recipit in ſuam fidem, arceſſitque e *Lacedaemone Alcamenem* et *Melanthium*, in *Euboeam* mittendos, transitumque illis parat. Ἐν τούτῳ, etiam *Lesbii* cum eodem *Agide* de defectione agunt. Omiſſis ergo *Euboeenſibus*, *Alcamenem Lesbiis Harmoſtem* dat. Proinde *Lesbiorum* defectio, poſtquam iam paratus eſſet ad *Eubocenſes* iuuandos *Agis*, nec ipſe modo, ſed arceſſiti etiam e *Lacedaemone Alcamenes* et *Melanthius*. Itaque paulo *ſerior*. Haec *Agis* ſolus, non conſultis *Lacedaemoniis*. *Chii* et *Erythraei* de eodem negotio agunt, non iam cum *Agide*, ſed cum ipſis *Lacedaemoniis*. Sic etiam legatus a *Tiſſapherne*, a Rege *Dario* νεωςὶ tributis praefecto. Haec menſe *Maemacterione*, concludi, ni fallor, poterant. Et *Octobri* proinde Iuliano *exeunte*, vel *ineunte Nouembri*. Certe ante *Mare clauſum*.

VIII. 6. Περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, *Calligetus Megarenſis* et *Timagoras Cyzicenus* exſules legati miſſi ad *Lacedaemonios* a *Pharnabazo Helleſponti* Satrapa. Eodemque *tempore* alii a *Tiſſapherne*. Vtrique de ſolicitandis ad *defectionem* ſuae cuiusque *Satrapiae* Vrbibus, ſimulque de *foedere* cum Rege. *Lacedaemonii* autem cauſam *Tiſſaphernis* et *Chiorum* anteferunt opera *Alcibiadis*. Hucusque ergo cum *Lacedaemoniis* ſenſit *Alcibiades*. *Chios* antea quam in *Societatem* recipiunt, *Phrynin* mittunt, qui exploraret num vera eſſent quae ab illis obtendebantur. Tum *Chios* cum *Erythraeis* in *ſocietatem* admittunt; mittuntque ad illos primo *Melancridam*, tum deinde *terraemotus* omine deterriti, in eius locum *Chalcideum*. etc. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. Incipiunt haec ab eo *tempore* quo *Chii* cum *Tiſſapherne Lacedaemoniorum* amicitiam ambiebant, *Maemacterione*, vt diximus, *exeunte*. Deſinunt autem paulo ante *Aprilis* Iuliani *diem* VIIIm. qui *primus* erat ſequentis *Munychionis*. Finis ergo ad annum *Varronianum* ſpectat 342.

Hic finis Belli *Siculi*, cui *biennium* tribuit *Iuſtini Trogus*. V. 1. Pro noſtris rationibus ſatis accurate. A Belli ſcilicet huius *Peloponneſiaci* anno XVIIo. ad XIXm. Conueniunt *numeri* ſuperius adducti, qui ab illius *initio* ad *finem* Belli *Peloponneſiaci* annos cenſent XII. a *fine* autem X. Caeterum explicandus eſt de hoc ſpatio *Thucydides*. Sic enim alibi ſcribit: Σφαλέντες δ' ἐν Σικελίᾳ ἄλλῃ τε παρασκευῇ καὶ τοῦ ναυτικοῦ τῷ πλείονι μορίῳ, καὶ κατὰ τὴν πόλιν ἤδη ἐν στάσει ὄντες, ὅμως τρία μὲν ἔτη ἀντεῖχον τοῖς τε πρότερον ὑπάρχουσι πολεμίοις, καὶ τοῖς ἀπὸ Σικελίας μετ' αὐτῶν, καὶ τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλείοσιν ἀφεστηκόσι· Κύρῳ τε ὕστερον, etc. Hic ſane manifeſtum eſt non ab *initio* Belli *Siculi*, ſed a *fine* hoc in loco ſupputare *Thucydidem*. Conſtat hoc e voce σφαλέντες. Et ex eo quoque quod poſt *cladem* acceſſerint *noui* hoſtes e *Sicilia*, et *ſocii* defecerint. Proinde non eſt cur illius *triennium* cum *Trogi biennio* committamus. Ex altera parte manifeſtum eſt *triennium* hoc ad finem Belli *Peloponneſiaci* non pertigiſſe.

Imo ne quidem ad *Nauarchiam Lyſandri* qua *Lacedaemonios* re nummaria iuuabat, *Cyrus*. Deſinit certe anno Belli *Peloponneſiaci* XXII°. quo damnatus eſt a ciuibus ſuis *Syracuſanis Hermocrates*. Nam eousque in *ſociorum* numero erant *Siculi*. Erat annus ille *Ol.* 92. $\frac{2}{3}$. quo rediit in ciuium ſuorum *Athenienſium* gratiam *Alcibiades*. Inde ſuperiores erant *Lacedaemoniis*, nec locum habebat vox ἀντέχειν, quae tantum illos *non victos* eſſe indicabat. Has *duas* notas anno *praedicto* conuenire oſtendunt *Annales* noſtri *Xenophontei*. E quibus obiter apparet, Nos eousque *Annales*, pro *Thucydidis* hiſce rationibus, recte dispoſuiſſe. Apparet etiam nullum plane eſſe, qui ab Eruditis fingitur, *hiatum* inter Hiſtoriam *Thucydidis* atque *Xenophontis*, ſed nexu *continuo* alteram ab altera excipi. Hinc autem Belli *finem* ſupputat, *iunior* quidem *Thucydide*, et tamen *coaeuus Iſocrates*. Verba eius in *Panathenaïco* haec ſunt: Τὴν μὲν ἡμετέραν εὕροι τὶς ἂν ἁπάντων αὐτῇ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιθεμένων, ἔτη δέκα τούτοις ἀντισχεῖν δυνηθεῖσαν. Intelligit nimirum *Graecos* e *Sicilia*, et *Graecos* ſibi *foederatos*. *Barbaros* autem intelligit *Perſas*, praecipue vero *Cyrum* iuniorem, qui *Lacedaemoniis* impenſas ſuppeditabat. Sed hunc ipſum *annum denario* illo complectitur *Iſocrates*. Nec abſurde. Hoc enim ipſo *anno* nouum *Bellum* redintegrabant *Lacedaemonii* munita *Decelea*, et *Gylippo* in *Siciliam* miſſo. Aderant etiam anni *fine* e *Sicilia Syracuſani*. Merito ergo hic annus *decennio* imputandus. Sed *decimum* annum quomodo vel ita, inquies, implebimus? Ita nimirum ſi cum *Xenophonte* annos Belli in vniuerſum XXVIII. numeremus. Quod ſcilicet *Bellum* ad annum ab initio XXVIII^um^. *coeptum* pertigerit. Sic enim conſtabit, ſi *primus* decennii annus Belli *Peloponneſiaci* XIX^m^. numeretur, a *Belli* anno XVIII°. *exacto* procedet calculus. Ita fiet vt Belli *vniuerſi* annus XXVIII^us^. ab hoc *initio decimus* numerandus fuerit. *Inchoatus* nempe pariter vt Belli *vniuerſi* XXVIII^us^. ſupputabatur duntaxat *inchoatus*.

ANN. XX. BELLI PELOPONNESIACI.

		Epoch. *Attic.*	Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 430 $\frac{2}{4}$.	*Olymp.*	XCI. 4. menſ. 3. Arch. *Cleocrito.*	1. Ephoro *Onomantio.*
U. C. *Varr.* 34 $\frac{2}{3}$.		XCII. 1. menſ. 9. Arch. *Callia*,	2. Ephoro *Alexippida*,
Ant. *Chr.* 41 $\frac{2}{4}$.		a die *Iulii* Iuliani VI.	a die *Sept.* Iul. XXX.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 12°. a fine *Boëdromionis* Attici, ante *Octobris* Iuliani diem 1.

VIII. 7. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς, *Chiis* vrgentibus, mittunt *Lacedaemonii* legatos ad *Corinthum* rogaturos, vt *naues* in mare, quod *Athenas* ſpectat, transuecherentur, primo *Chiis* ipſis, tum *Lesbiis*, denique *Helleſponto* auxilio futuras. Certe *Veris initio*, quia εὐθὺς. Proinde paulo poſt *Aprilis* Iuliani *diem* VIII^m^. quo coepit *Munychion* Atticus, *primus* Vernae tempeſtatis *menſis*. Naues inde mittendae in vniuerſum XXXIX. Sed vocem illam εὐθὺς ad ἐπειγομένων τῶν Χίων retulerim. Ita ſcilicet vt *Veris initio* noui miſſi fuerint a *Chiis* ad *Spartam* legati qui auxilia ſuperiori anno promiſſa properarint. Ita potuit *affectus* eſſe *Munychion* antea quam venirent *noui* ad *Spartam* legati *Chiorum*. Miſſi nimirum huius *Veris* initio ab inſula *Chio* legati *Spartam* attigerint affecto *Munychione*, inde legatos elicuerint *Corinthum* mittendos eodem *Munychione* exeunte. Statuunt ergo per *Iſthmum* traiiciendas eſſe naues tam e *Sparta Chiis* promiſſas, quam ab *Agide* in *Lesbiorum* vſum paratas, omnes vna *Chium* nauigaturas. Hoc conſilium cum non probaretur *Pharnabazi* legatis, coëunt deinde in vnum Socii, *Corinthi* ſcilicet, qui, ſi e *patria* ſua quique euocandi fuerint, in menſem *Thargelionem*, *ineuntem* ſaltem, rem protraxerint. Tum coëuntibus *Corinthi* Sociis decernitur, tres *claſſes*, ſub tribus etiam *ducibus*, eſſe mittendas: vnam ad *Chios*, ad *Lesbios* ſecundam, tertiam ad *Helleſpontum*. Sed e *Sociorum* omnium portubus naues illae cogendae erant. Ita factum opinor, vt in *Scirrhophorionis finem*, vel *Hecatombaeonis initium*, nauium per *Iſthmum* transuectio differretur. Naues enim vnam et viginti transportatas εὐθὺς, quamprimum nempe fieri potuit, docet ipſe *Thucydides*. Haec e ſequentibus probabimus.

VIII. 9. *Corinthii* οὐ προεθυμήθησαν ξυμπλεῖν πρὶν τὰ Ἴσθμια, ἃ τότε ἦν, διεορτάσωσιν. Hinc *tempus* elicitur quo naues illae per *Iſthmum* traductae fuerint. *Nondum* enim certe aderant *Iſthmia* ipſa, ſed Iſthmiorum duntaxat *induciae*. Sequitur: Ἄγις δὲ αὐτοῖς ἕτοιμος ἦν, ἐκείνους μὲν μὴ λύειν τὰς Ἰσθμιάδας σπονδάς, etc. Voluit ergo *propriis* auſpiciis hoc idem facere *Agis*, quod, per *Inducias Iſthmicas*, *Corinthiis*

facere non licebat. Recusantibus autem *Corinthiis*, et διατριβῆς ἐγγιγνομένης, *Athenienses Chiorum* consilia suspecta habentes *Aristocratem* ad illos mittunt, et septem naues fidei obsides futuras exigunt. Mittunt *Chii*, qui *Peloponnesios* non amplius venturos exspectabant, ὅτι διέτριβον. Sequitur deinde: Ἐν δὲ τούτῳ τὰ Ἴσθμια ἐγίγνετο. VIII. 10. Hinc sane manifestum est *inducias* tempore, quae *festum* ipsum *praecesserint*, haec omnia contigisse. Actum nempe de nauibus per *Isthmum* transducendis resciuerunt *Athenienses*, qui *primi*, propter *inducias*, *Corinthum* festi causa accesserant. Non certe *ante* inducias, *Bello* aperto et feruente. Nec diu *post*, non modo propter *Festi* Religionem, sed quod vtrique iam essent in alterorum consilia intentissimi. Tum, post detecta *Peloponnesiorum* consilia, διατριβὴν interceßisse videmus, quae causa fuerit cur de *Peloponnesiorum* aduentu *Chii* desperarint, et cur *Athenienſium* per *Aristocratem* rogatis morem gesserint. Erant enim sane istiusmodi, in his quoque *Isthmiis*, Bello non obstante, *induciae*. Hoc colligimus e *Thucydidis* voce ἐπηγγέλθησαν. Nec enim aliud illae erant ἐπαγγελίαι quam κηρύκων publicorum, tam de *ludis* ipsis, quam de *induciis* Ludorum causa futuris, *praeconia*, ne quid *hostile* invicem, in medio *Bello*, per *inducias* illas metuerent. Veniebant ergo *indictis ludis* et *induciis*, *Athenienſium* θεωροὶ, qui Populi *Athenienſis* nomine *Ludorum* Ius habentis, Sacris interessent. Sic enim *legatos* Sacrorum *causa* missos appellatos multa Veterum loca testantur. Nec aliud volebat *Thucydides* voce ἐθεώρουν. Aderant porro *legati* illi *Athenienſium* quamprimum illis, per *induciarum* legem, liceret. Et hoc *medio* spatio de Aduersariorum consiliis certiores fiunt *Athenienses*. Nempe inter *initium induciarum* ipsumque *Isthmiorum* festum. *Sacrum* vero *Isthmiorum mensem*, pariter ac *Carniorum*, fuisse verisimillimum est. Vt nempe *mensium* fere spatium impleuerit *festum* cum *induciis*. Erant enim *Isthmia* non *Dorum* propria (vt erant *Carnia*) sed *Graecorum omnium* communia. *Pares* ergo *induciae* concedendae erant ad Ludos *venturis*, atque ab iisdem *redituris*. Sed vero mense *Hecatombaeone Isthmia* fuisse probauimus, et quidem illius mensis Ciuili *Plenilunio* pariter ac *Olympia*. Ita si res habuerint, a fine *Scirrhophorionis* coeperint *induciae* quae Ludos *praecesserint*; et *Hecatombaeone* similiter exeunte desierint *induciae* redeuntibus constitutae. Proinde *Iulio* Iuliano non admodum *affecto* aderant *Athenienſium* θεωροὶ *Isthmia* breui imminentia celebraturi. Et *ante* Ludos *ipsos* ciues suos monent de consiliis *Peloponnesiorum*. Tum missus e vestigio ad *Chios Aristocrates*.

VIII. 10. *Ol.* 91. 4. Ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν *Athenienſium* θεωροὶ, cauent *Athenienses* ne *Peloponnesiorum* naues, clam ipsis, e *Cenchreis* proficiscerentur. Et quidem εὐθύς. *Medio* nempe *Hecatombaeone*, et post diem *Iulii* Iuliani XX^m. Μετὰ τὴν ἑορτὴν, *Isthmiorum* scilicet, peractam, prodeuntibus e portu praedicto *Peloponnesiis* naues totidem opponunt *Athenienses*, in quibus et nuperas e *Chio* naues. Retrocedentibus *Peloponnesiis*, reuersi *Athenienses* cum noua classe iam nauium XXXVII, *Peloponnesios* in portu *Corinthiorum Piraeo* adoriuntur, et lacerant, ducemque interficiunt *Alcamenem*, et naues reliquas obsident. Adsunt τῇ ὑστεραίᾳ *Corinthii*, et οὐ πολλῷ ὕστερον alii quoque *finitimi*. Metuentes hac de causa *Lacedaemonios Alcibiades* incitat, idque *Endii* Ephori amici opera efficit vt ipse ad *Ionios* ab *Athenienſium* fide solicitandos mitteretur antea quam de *clausis* in *Piraeo Peloponnesiorum* nauibus resciscerent. VIII. 11. 12. *Hecatombaeone* haec, vt videtur, *exeunte*, et *Iulio* Iuliano, vel *coepto* etiam *Augusto*. Nam διὰ τάχους τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο.

VIII. 13. Ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον, reuersae naues *Peloponnesiorum* cum *Gylippo* missae in *Siciliam*, quarum *vnam* intercipiunt *Athenienses*. Idem *tempus*, vt videtur, quo missus est in *Asiam Alcibiades*. *Hecatombaeone* nempe *exeunte*.

VIII. 14. Missus cum *Chalcideo* in *Ioniam Alcibiades* primo *Corycum*, deinde *Chium* venit, qui primo deficiunt ipsi, tum deinde *Erythraei* et *Clazomenii*. Territi horum nunciis *Athenienses*, mille talentis deinde vsi sunt, quorum ne quis vsurpandorum Auctor esset, antea decreuerant. Tum *octo* naues, earum quae e regione *Piraei* stationem habebant, mittunt duce *Strombichide*. Deinde et alias *duodecim* μετ' οὐ πολύ. Et in *septem* nauibus *Chiis*, quae etiam erant e numero obsidentium, *seruis* libertatem dant, *ingenuos* in vincula coniiciunt. Alias autem in earum locum sufficiunt quae naues *Peloponnesiorum* custodirent. Haec *Metageitnione*, vt videtur, Attico, et *Augusto* praecipue Iuliano. Paulo *post* superiora.

VIII. 16. Ἐν τούτῳ, *Strombichides* ad *Samum* venit; inde, assumta vna *Samia* naue, ad *Teum*. Hinc, illum insequente *Chalcideo* cum *Clazomeniorum Erythraeorumque* peditatu, discessit. Post discessum eius *Teii* peditatum praedictum recipiunt, qui *muros* ab *Athenienſibus* structos diruerunt, qua parte continentem spectabant, adiuuante illos *Tage Tissaphernis* ὑπάρχῳ. *Chalcideus* et *Alcibiades*, relictis in *Chio* nautis, *Peloponnesiis* iam armatis, alios in eorum locum ex ipsa *Chio* nautas conscribunt, cum quibus etiam *Milesiis* defectionem suadent. Tum demum *Strombichidi* accedit cum nouo *duodecim* nauium supplemento *Thrasycles*, qui, iunctis deinde viribus, *Miletum* veniunt. Excluſi autem inde in *Lada* insula stationem habent. Hucusque ergo gesta *Alcibiadis* medio *tempore* statuenda sunt inter *Strombichidis* missionem et *Thrasyclis*, quod sane *diutinum* esse non potuit. Itaque etiam haec *Metageitnione* Attico et *Augusto* Iuliano, *ineuntibus*. Nam *Strombichidem* etiam anteuerterat *Alcibiades*.

VIII. 17. Μιλησίων εὐθὺς ἀποςάντων, *primum foedus* inter Regem *Perſarum* et *Lacedaemonios*. Proinde haec *Metageitnione* etiam *Auguſtoque* contigerint. Foedus hoc πρὸς Χαλκιδέα. VIII. 36.

VIII. 19. Μετὰ ταῦτα εὐθὺς, nempe poſt praedictam ξυμμαχίαν *Peloponneſiorum* cum *Dario Notho*, *Chii* ad *Anaeam* cum *decem* nauibus nauigant, quarum quatuor *Athenienſes* a viris defertas capiunt, reliquae ad *Teios* fugiunt. Dux erat huius claſſis *Atticae Diomedon* ὕστερον ἔτι Χαριπλέους miſſus. Proinde paulo, vt videtur, poſtquam *Charicles* in illas partes venerat. Redeuntibus ad *Samum Athenienſibus*, *Chii Lebedum* ad defectionem inducunt, et *Eras*. Καὶ μετὰ τοῦτο, domum redeunt. *Metageitnione Auguſtoque*, vt videtur, *affectis*.

VIII. 20. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *Peloponneſiorum* naues in *Piraeo* obſeſſae erumpunt, et captis quatuor *Athenienſium* nauibus, inde *Cenchreas*, tum *Chium*, denique *Ioniam* pergunt, Nauarcho *Aſtyocho Lacedaemonio*. Recedente *peditatu* qui *Teiis* adfuerat, reliquum deinde *muri* diruit *Tiſſaphernes*. Poſt illius *diſceſſum*, οὐ πολὺ ὕστερον, *Diomedon* cum *Teiis* paciſcitur, vt *Athenienſes* reciperent. Inde *Eras* nauigat, eaque vrbe infeliciter oppugnata, diſceſſit. Haec eodem *tempore*, vt exiſtimo, quo domum redierant *Chii*. Proinde *Metageitnione Auguſtoque exeuntibus*.

VIII. 21. Κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον, *Samii*, iuuantibus qui aderant *Athenienſibus*, in fidem *Athenienſium* reuerſi. *Liberi* proinde conſtituuntur ab *Athenienſibus*. Haec etiam *exeunte Metageitnione*, et *Auguſto* pariter Iuliano.

VIII. 22. Μετὰ ταῦτα, τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Chiorum* in *Lesbum*, deinde in *Helleſpontum*, Expeditio. Ἅμα, interea pedeſtris *Peloponneſiorum* exercitus alia in *Clazomenas* et *Cymen*, duce pedeſtris exercitus *Euala Spartano*, claſſis autem *Diniade* περιοίκῳ. Hinc obiter intelligimus quae fuerit dignitas ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, cuius ſane mentio occurrit in rebus *Lacedaemoniorum* admodum honorifica, vtpote non *Ciuium omnium* communis, crediderim ne quidem *ingenuorum*; ſed paucorum *praeſtantiſſimorumque propria*. Inſignia viri *Spartiatae* in *Gylippi* Hiſtoria legimus τρίβωνα et βακτηρίαν. Hic περιοίκοις opponuntur, qua voce *ditiones* Vrbium *extra* ipſa *moenia* complecti ſolet *Xenophon*, imo noſter quoque *Thucydides*. *Tribuum* ergo, ni fallor, ipſius *Vrbis Spartanae* ciues *Spartiatarum* nomine deſignabant *Lacedaemonii*, quos *pauciſſimos* agnoſcebant, quaſi omnium *nobiliſſimos* poſt *Reges*. Erantque etiam apud *Romanos* paucae admodum *Tribus Vrbanae*, *quatuor* nimirum, quas *reliquis Tribubus* praelatas eſſe conſtat, nempe *Ruſticis*. Et hic *pedeſtris* Exercitus Imperium viro *Spartiatae* credi videmus. Vt ergo *Tribulus Ruſticis* ciues omnes *ignobiliores*, et qualicunque Ciuilium natalium *labe*, ſeu *Seruitutis*, ſeu *Peregrinitatis*, maculatos accenſebant *Cenſores Romani*; ita etiam *Lacedaemonii* περιοίκοις non tantum νεοδαμώδεις, ſed συμμίκτου γένους, qui *altero* parente orivndi eſſent, non quidem *Spartano*, ſed *ingenuo* tamen, Ciuitatis *alterius cuiuscunque* praeter *Spartam* ipſam, quantumlibet *nobilis*. Ita certe ſe ſeorſim exercebant in Κυνοσάργει νόθοι, vt e *Plutarchi* conſtat *Themiſtocle*. *Nothis* enim accenſebantur qui parentem *alterum* habebant, vtcunque *ingenuum*, vtcunque in *Ciuitate ſua* nobilem, in *alia* tamen, quam *Spartae*, Ciuitate. Hanc ergo ciuitatis ſuae *dignitatem* fuiſſe arbitror, in qua *Exteris* concedenda tam parcos *Lacedaemonios* fuiſſe teſtatur *Herodotus*. Haec tamen obiter. Iam redeamus ad *Thucydidem*. Claſſis ergo illa, de qua diximus, *Methymnam* primum ad *defectionem* impulit. Haec *Boëdromione ineunte*, qui a *Septembris* Iuliani *die* 111°. coepit, pro *noſtris* ſaltem *rationibus*.

VIII. 23. *Chium* venit *Aſtyochus Lacedaemonius*. Τρίτην ἡμέραν αὐτοῦ ἥκοντος, claſſis *Attica* ducibus *Leone* et *Diomedonte*. Fugit ergo *Aſtyochus* veſpere, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ εἰς ὄψὲ, *Lesbum* verſus. *Pyrrham* primo, inde τῇ ὑστεραίᾳ ad *Eraſſum*. Hic diſcit *captam* primo impetu fuiſſe *Mitylenen*. *Eraſſo* defectionem ſuadet. Tandem, amiſſa *Lesbo*, *Chium* rediit, nouis deinde *Peloponneſiorum* nauibus ibi auctus, μετὰ ταῦτα, poſtquam ſcilicet exercitum *pedeſtrem* acceperat. Idem *Athenienſes Clazomeniorum* vrbeculam, (Πολίχναν appellabant) in continenti munitam expugnant, et in inſulam transferunt illius incolas. Ita *Clazomenae* ipſae in poteſtatem Populi *Athenienſis* redierunt. *Quatuor* hic *dierum* geſta *continua* recenſentur, nec *multo plures* dies fuiſſe veriſimile eſt, quos Ego ad *Metageitnionis finem*, vel *Boëdromionis initium*, retulerim, *Septembremque* Iulianum *ineuntem*.

VIII. 24. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, *Athenienſium* claſſis *Lada* egreſſa *Chalcideum Lacedaemonium Panormi Mileſiorum* interficiunt, τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕστερον διαπλεύσαντες. Prius tamen erecto *tropaeo*, quod diruerunt *Mileſii*, hac ſcilicet ratione, quod *agrum*, in quo fuit, nondum in ſuam *poteſtatem* redegiſſent. Inde *legem* diſcimus, obiter, *tropaeorum*, quae ſciatur, admodum vtilem. De *Ladae Athenienſibus* mentio VIII. 17. ante foedus *Perſicum*, menſe, vt ibi diximus, *Metageitnione*. Satis ergo apte conuenit vt haec, in quibus iam verſamur, menſi aſſignentur *Boëdromioni*. *Leo* porro atque *Diomedon* in *Chios* Bellum mouent, quos variis praeliis vincunt, primo ad *Boliſſum*, tum ad *Phanas*, denique ad *Leaconium*. Tandem *Athenienſibus* patriam ſuam *vaſtandam* permittunt ipſi *Chii*. Quo minus tamen *vrbem* dederent *Athenienſibus*, obſtitit *Erythris* arceſſitus *Aſtyochus*. Haec etiam affecto *Boëdromione*, menſe Iuliano *Septembri*.

VIII. 25. Τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, noua claſſis ex *Athenis* in *Samum* nauigat, inde in *Miletum*, ducibus *Phrynicho*, *Onomacle* et *Scironide*. Vincunt

hic *Athenienſes* oppoſitos ſibi *Peloponneſios* et *Barbaros* cum *Tiſſapherne*; viciſſim *Argiuos Mileſii*. Vtrinque nimirum *victi* ab *Ionibus Dorienſes*. Vibem deinde circumuallantibus *Athenienſibus*, ἐν τούτῳ, et περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, (eodem proinde, quo *praelium*, die) nuncius de claſſe *Syracuſanorum*, duce *Hermocrate*, iam appulſa. Proinde ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς diſcedunt *Athenienſes*, venturis ἅμα τῇ ἕῳ *Syracuſanis*. VIII. 26. 27. Domum inde diſcedunt *Argini*. *Peloponneſii*, ἅμα ἕῳ, cum *Peloponneſiis* veniunt *Miletum*. Ibi manent ἡμέραν μίαν. Τῇ ὑστεραίᾳ *diſceſſuris* auctor erat *Tiſſaphernes*, vt *Iaſum* oppugnarent, quod etiam feliciter exſequuntur. Captum ibi *Amorgem Piſſuthnis* filium *Tiſſapherni* tradunt. Tum *Miletum* redeunt. Inde *Pedaritum*, quem *Chio* praefecerant *Lacedaemonii*, pedeſtri, vsque ad *Erythras*, itinere deducunt. *Mileto* autem *Philippum* praeficiunt. VIII. 28. *Pauco rum* hic *dierum* geſta memorantur, quae proinde ſatis commode, ad *Boëdromionis finem*, qui die *Octobris* Iuliani 1o. *terminabatur*, referentur. Sequitur enim: καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Proinde paulo ante *Aeſtatis* ſemeſtris *finem*, Archonte *Callia*, U. C. anno *Varroniano* 342.

VIII. 29. Τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, munitâ *Iaſo*, *Miletum* venit *Tiſſaphernes*, et *ſtipendium* menſtruum ſoluit *Peloponneſiis*, etc. Hoc autem *Perſae* in ſe ſuſceperunt, auctore *Alcibiade*. *Tempus* huius foederis erat poſt *Maemacterionis initium*, qui a die coepit *Octobris* 11o.

VIII. 30. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Athenienſium*, qui *Sami* erant, alii *Chium* petunt terra marique oppugnandam, ducibus *Strombichide*, *Onomacle* et *Euctemone*; alii oram *Mileti* infeſtant. *Aſtyochus Lacedaemonius* τότε in *Chio*. Ab *obſidibus* exigendis abſtinuit poſtquam intellexit claſſem cum *Theramene* venire. VIII. 31. Illius claſſis mentio VIII. 29. Inde intelligimus haec quoque *Maemacterioni* Attico, et *Octobri* proinde Iuliano, non admodum *affectis*, conuenire. *Chio* ergo diſcedens *Aſtyochus Pteleum* fruſtra oppugnat. Poſtea *Clazomenas*, ipſas quoque fruſtra. Inde *Phocaeam* et *Cymen* ipſe diſcedit *Aſtyochus*; naues autem, quas ſecum adduxerat, (*Peloponneſiorum*, vt videtur, et *Chiorum*) ad inſulas *Clazomenis* propinquas, *Marathuſam*, *Pelen* et *Drymuſſam*. Ibi moratae ἡμέρας ὀκτὼ, propter *ventos* contrarios, tandem ipſae quoque *Phocaeam* et *Cymen* veniunt ad *Aſtyochum*. Hic agunt cum *Aſtyocho* de defectione *Lesbi*. Aduerſantur ei, quo minus defecturos iuuaret, *Corinthii* ſociique *alii*. Proinde *Chium* redit, χειμασθεισῶν τῶν νεῶν, *procella* nempe iactatis, menſe ſaltem *Octobri*. Et quidem propter tempeſtatem anni *Hyemalem Thucydideam*. VIII. 32. Μετὰ τοῦτο, *pedeſtri* itinere *Pedaritus* a *Mileto Erythras*, inde *maritimo* traiecit in *Chium* cum *exercitu*. Hic rurſus cum *Paedarito* et *Chiis* de *Lesbiorum* defectione agit *Aſtyochus*, quibus illum non audientibus, *Miletum* ipſe cum ſuis diſceſſit iratus. Ubiter *Corycum* appellit orae *Erythraeae*. Eodemque *tempore* claſſis *Athenienſium Chium* verſus e *Samo* nauigantium. Sic tamen vt vtrique alteros latuerint. Inde manifeſtum eſt hoc idem *tempus* fuiſſe, quo e *Samo Chium* claſſis *Atticae* pars appulerit, cuius mentio VIII. 30. et reliqua adeo quae praeceſſerint hac Epocha fuiſſe antiquiora. Et tamen claſſis *Atticae* metum vrgebat *Paedaritus*, quo minus *Lesbiis* defecturis auxiliarentur. *Sami* nimirum tunc agentis, nondum autem *Chium* appulſae. Proinde haec, ſiquidem menſi *Hyemali primo* conueniant, *Maemacterioni Octobrique affectis* aſſignanda. Accepta ergo *Paedaritii* de *Erythraeorum* cum *Athenienſibus* ſentientium conſiliis proditoriis Epiſtola, *Aſtyochus Erythras* iterum venit. Hic illum reperit *Paedaritus* cum de fictitia illa proditione quaereret, qui poſtea rurſus *Chium*, *Aſtyochus Miletum*, nauigat. Ἐν τούτῳ, claſſis *Attica* tres *Chiorum* naues conſpicata perſequitur, et procella, χειμῶνι μεγάλῳ, *tres* e numero ſuo naues amittit. Reliquae in *Phoenicuntem* portum *Mimanti* ſubiectum ſe recipiunt. Ἐντεῦθεν ὕστερον, *Lesbum* veniunt *Athenienſes*, et ad *munitiones* excitandas ſe accingunt. Frequentes adeo per haec tempora *procellae* non incommode ad *Octobrem Nouembremque* Iulianos referri poſſunt, et ad *Maemacterionem* proinde Atticum vel *Pyanepſionem*. *Maris* quidem *clauſi* feſtum *Nouembris* Iuliani die XIo. celebrabant *Romani*. Sed hos quoque, quos dixi, *menſes periculoſos* agnoſcebant, *nauigationique* parum propitios, vt Nos docet *Vegetius*, tam *ſiderum* nomine, quam *ventorum*.

VIII. 35. Τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, *Hippocrates Lacedaemonius* cum *tredecim* nauibus in *Cnidum* traiecit, quae iam a *Tiſſapherne* defecerat. Harum nauium *ſex* ad *Triopium*, *Cnidiae* promontorium, capiunt *Athenienſes*. Tum *Cnidum* ipſam per *duos dies* oppugnant. Sed labore irrito. Haec menſe Attico *Pyanepſione*, vt opinor, Iulianoque *Nouembri*.

VIII. 36. Ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον, *Aſtyocho Miletum* veniente, nouas *Pacis* conditiones melioresque cum *Perſis* ineunt, praeſente *Theramene*, *Lacedaemonii*, quam antea praeſente *Chalcideo*. *Tempus* idem. Hoc *foedus* propterea, *Theramene* praeſente, initum dicitur, quod *poſt* foedus initum naues fidei ſuae commiſſas *Aſtyocho* Nauarcho tradiderit. *Foedus* hoc 2m. eſt.

VIII. 38. Μετὰ ταῦτας τὰς συνθήκας, *Theramene* diſcedente, rurſus praeeſt *Aſtyochus*. *Athenienſes* e *Lesbo Delphinium* in *Chio* muniunt. *Paedaritus* in *Chio* auxilia arceſſit ab *Aſtyocho*. Cum non impetraret, literas in illum mittit *Lacedaemonem*. Interea naues *Athenienſium* e *Samo Mileſios* infeſtant. *Mileſiis* tamen ad praelium prodire nolentibus, iterum ſe in *Samum* recipiunt. Haec etiam *Pyanepſione* et *Nouembri* ad-*exitum* vergentibus, vel *coeptis* etiam *Poſideone* Attico et *Decembri* Iuliano.

VIII. 39. Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, naues *Peloponnesiorum Pharnabazo* paratae a *Lacedaemoniis* opera *Caligiti Megarensis* et *Timagorae Cyziceni*, in *Ioniam* nauigant περὶ ἡλίου τροπάς, non longe a die *Decembris* Iuliani XXVIIIo. Nempe *die* 182. vel 183. a *Iun.* XXVIIIo. quo *Solstitium Aestiuum* obseruauerat *Meton*, cuius *Cyclum* vsurpabant ciues *Metonis Athenienses*, nulla adhuc suspicione de *anticipatione* in tanta illa *Astronomiae* ruditate. Hic dies erat *Posideonis* Attici penultimus vel vltimus, pro nostris *Tabulis*. Hinc discimus superiora omnia hoc anno *Iuliano* contigisse, *Varroniano* nempe 342. Mittuntur vna *vndecim* viri *Spartiatae* Iudices *Astyochi*. Inde constat literas in illum *Pedariti* iam antea *Spartam* appulisse. Imo hoc ipsum agnoscit ipse *Thucydides*. Classis illa tres *Atheniensium* naues *Meli* deprehensas accendit. Μετὰ τοῦτο, ne elapsae *Athenienſium* naues aduentum suum proderent, *Cretam* versus nauigat longiori circuitu, et *Caunum* adeo in *Asia* appellit. Inde nuncios *Miletum* mittit, vt *Astyochi* opera eo deduceretur. Horum *finis* in *proximum* annum *Iulianum* incurrit *Varronianum* 343. mensemque Atticum *Gamelionem*.

VIII. 40. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, cunctantem *Astyochum* nouis rursus de auxilio nunciis *Pedaritus* interpellat. Parato tandem ad auxilium *Astyocho*, nuncius superuenit a classe ad *Caunum*. Eo itaque properat. Obiter *Con* insulam, vrbemque eius *Meropidem*, diripit. Inde *Cnidum* nauigat. Inde *Symam*. Hic in *Athenienſium* classem incidit, a qua primum victus tum deinde *vincit*, fugatis *Athenienſibus* primo in *Teuglussam*, tum deinde in *Halicarnassum*. Μετὰ τοῦτο, *Peloponnesii*, adiuncta sibi classe *Caunia*, primo *Cnidum*, tum *Symam* petunt, vbi *tropaeo* statuto in *Cnidi* portum redeunt. Haec, cum in *Asiam* pertigisset classis *Lacedaemoniorum*. Proinde *Gamelione* Attico *affecto*, qui a die coepit *Decembris* Iuliani XXXo. Itaque *Ianuario* Iuliano anni *Varroniani* 343.

VIII. 43. Post *Naumachiam Athenienses* e *Samo Symam* veniunt, nauiumque suarum armamenta diripiunt. Propter *tropaeum*, vt videtur, ne *Maris Imperio* cedere viderentur. *Loryma* in *continente* oppugnant, praelio tamen nullo cum classe *Peloponnesiorum* ad *Cnidum*. Ad *Cnidum* de nouis cum *Tissapherne* Pacis *Perficae* conditionibus agunt *Peloponnesii* quas indignatus ille recedit. Hinc εὐθὺς αὐτῷ τῷ χειμῶνι, *Rhodiis* arcessentibus, e *Cnido* mouent *Peloponnesii*. *Camirum* ex improuiso oppugnant, *Rhodiisque* defectionem suadent ab *Athenienſibus*, classe *Athenienſium* e *Samo*, paulo, quam opus erat, *serius* auxilium ferente, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Inde *Rhodiis* ipsis bellum inferunt *Athenienses*. Haec ante *diem Ianuarii* Iuliani vim. qui idem erat *Gamelionis* Attici VIIIus. vt mox ostendemus. Nec tamen *diu* ante esse potuisse e supra dictis post *Brumam* gestis constat.

VIII. 44. *Rhodi Peloponnesii* ἡσύχαζον ἡμέρας ὀγδοήκοντα, ἀνελκύσαντες τὰς ναῦς. Discesserunt tamen ante huius *Hyemis finem*, vt testatur in anni huius fine *Thucydides*. Sed *paulo*, vt videtur, antea, cum *discessus* in ipso anni *fine* meminerit VIII. 60. vt ibi ostendemus. Exit hic annus *Belli*, vt e nostris constat *Tabulis*, *Martii* Iuliani die XXVIIo. quo coepit dies Attici *Elaphebolionis* vltimus. Additi *dies* illi *Martii* diebus *Februarii* XXVIII. *dies* conficient in vniuersum LV. Supersunt ergo *dies* XXV. e *Ianuario* subducendi. Sic *Rhodum* venerint *Peloponnesii* circiter diem *Ianuarii* Iuliani VIm. praeter propter. Etiam illud ex *interuallo* colligimus a *Thucydide* assignato inter *Brumam* huius anni *Solstitialem* finemque *Elaphebolionis*, hoc anno Attico *Ciuili spatium* superesse nullum, quod mensi tribuatur *Embolimo*. Recte ergo illum pro *Communi* nostrae habent *Tabulae*.

VIII. 45. Ἐν τούτῳ, καὶ ἔτι πρότερον πρὶν εἰς τὴν Ῥόδον αὐτοὺς ἀναστῆναι, *Peloponnesiorum* de interficiendo *Alcibiade* Epistola ad *Astyochum*, dum scilicet ipse *Nauarchus* esset *Astyochus*. Certe post appulsum *Peloponnesiorum* ad *Caunum*, nunciumque inde missum ad *Astyochum*. Nec enim potuit antea de *Epistola* illa fieri certior *Alcibiades*. Iam ergo fugit ad *Tissaphernem Alcibiades*, et de minuendo *Peloponnesiorum* stipendio dat consilium. Cum nempe *Tissapherni Peloponnesiis* subinfensum reddidisset mentio *nouι foederis* cum eo ineundi. VIII. 43. Tum enim discessit *iratus*. Hanc eius *iracundiam* in rem suam vertit astutissimus *Alcibiades*. Tum demum *tutum* erat *Alcibiadi* de fuga ad *Tissaphernem*, deque eo a *Peloponnesiis* alienando, consilium. Haec certe *Gamelioni Ianuarioque* ineuntibus tribuenda esse nostrae docent rationes. Suspectum fuisse *Alcibiadem Peloponnesiis* a morte *Chalcidei*, praelioque ad *Miletum*, ipse monet hoc loco *Thucydides*. Antea etiam quam *Mileto* moueret *Astyochus*, *nuncios* fuisse testatur inter illum et ciues suos *Athenienses*. VIII. 50. *Leo* et *Diomedon* opera *Alcibiadis* et *Pisandri* in locum *Phrynichi* et *Scironidis* suffecti. VIII. 54. Haec quoque *Gamelione* atque *Ianuario*.

VIII. 55. Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, *Leo* et *Diomedon Peloponnesiorum* naues *Rhodi* iam subductas offendunt. Vt hi *Athenis Chium Alcibiadis* opera arcesserentur, *Gamelione* et *Ianuario affectis*, vel ad *exitum* potius fortasse vergentibus, consentaneum erat, vt e *Chio* etiam *Rhodum* vsque pertigerint. *Coepit* enim hanc operam *Alcibiades* iisdem illis *mensibus* iam *coeptis*. Victis *Rhodiis*, in *Chalcen* se recipiunt *Leo* et *Diomedon*. Inde bellum in *Rhodios* e *Co* gerunt. Nuncius *Rhodum* venit *Xenophontidas Lacon* a *Pedarito* auxilium vrgens. Ipse interim *Pedaritus* erumpens primo vincit *Athenienses*, deinde vincitur occumbitque. Haec *mense*, vt opinor, *Anthesterione*, qui a die *Ianuarii* Iuliani iniuit XXVIII.

VIII. 56. Μετὰ ταῦτα, *Chii*, caeso *Pedarito*, a terra marique arctius obsidentur. *Alcibiades Tissapherni* iam diffidens, *Pacis* cum *Athenienſibus* spem abrumpit,

duriora poſtulando quam quae concedi poſſe arbitrabatur. Inde rurſus *Alcibiadi* iraſcuntur *Athenienſes*. Haec *Elaphebolione* iam *coepto*, et poſt *Februarii* proinde Iuliani diem XXVIIIm. Nam certe poſt mutatam *Athenienſium Democratiam*, coeptumque iam *quadringentorum* optimatum Imperium.

VIII. 57. Εὐθὺς μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, poſt *diſceſſum Athenienſium*, *Cnidum* ad *Peloponneſios* venit *Tiſſaphernes*, tertiumque cum illis init *foedus*, Ephoro *ALEXIPPIDA*, anno autem *Darii* Regis (*Nothi* nimirum) XIIIo. Haec *Martio* Iuliano *ineunte* contigiſſe crediderim, et menſe Attico *Hyemali vltimo Elaphebolione*. Certe *ante* ſequentia ſtatuenda ſunt, quae τελευτῶντος ἤδη χειμῶνος geſta narrat noſter. *Mortuum Artaxerxem Longimanum* huius *Darii* patrem anno huius *Belli* VIIo. iam ſuperius oſtendimus, et quidem *Hyeme*. Poſt diem *Septembris* Iuliani XXX. quo iniuit Ephorus *Alexippidas*. Poſt *Decembris* etiam Iuliani diem XXVIIIm. quo erant *Ciuiles τροπαί*. Eas enim *elapſas* cum hoc *tertium* foedus iniretur, docet ipſe *Thucydides*. Et tamen annum huius *Darii* XIIIm. *labentem* tantummodo, cum *foedus* iniretur, verba foederis ipſa ſupponunt. *Nondum* ergo *coeperat* annus Principis huius XIVus. a morte *Patris*, quod tamen neceſſe erat ſi ante *Brumam* deceſſiſſet Pater illius *Artaxerxes*. Et tamen ante *Martii* Iuliani diem XXVII. hoc *foedus* initum eſt, qui *dies* erat *vltimus* huius anni *Thucydidei*. Imo ante diem *Martii* XX. qui *dies* erat *vltimus anni* huius *Belli* VIIi. quo deceſſit *Artaxerxes*. Hoc enim *die* XIIIm. abſoluiſſet annum noſter ille *Darius* a *die* illius anni *Belli* VIII. *vltimo*, quo exceſſit pater *Artaxerxes*. *Medio* ergo aliquo *die* inter *Decembris* XXVIIIm. et *Martii* XXm. ſtatuendus erit dies *Artaxerxis emortualis*, idem *Darii* Natalis. Imo menſis *Elaphebolionis initio*, quo Magiſtratum inibant *Athenienſium quadringenti* optimates, *foedus* hoc fuiſſe recentius anno *ſequenti* probabimus. Ita fiet vt *arcisoribus* adhuc limitibus concludatur mors *Artaxerxis*, huiusque ſucceſſio *Darii*. Nempe inter *diem Februarii* XXVII. quo hic *coepit Elaphebolion*, *diemque Martii*, vt oſtendimus, XXm. Quo minus *citius foedus* eſſe potuerit, obſtant res geſtae *antea*, et tamen *poſt Brumale Solſtitium*. Modicum a mutata *Athenienſium Democratia* ſpatium ad foedus interceſſiſſe docent verba illa: Εὐθὺς μετὰ ταῦτα. Nec multo *ſerius* fuiſſe exinde colligitur, quod in annum *Darii* inciderit XIII. Nec enim iam longe aberat, vt oſtendi, noui anni *Natalis*. Videnda quae diximus ſupra anno *Belli* VIIo. Et ad haec exigenda ſunt quae tradidimus *Diſſ.* VIII. 28. Haec enim certiora exiſtimo.

VIII. 59. Μετὰ ταῦτα, *Tiſſaphernes* operam dedit vt naues *Phoeniſſas* pararet; vtque etiam manifeſte *conſtaret* ſe parare. *Elaphebolione*.

VIII. 60. Τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, *Boeoti Oropum* proditione occupant, *Eretrienſibus* fauentibus et *Oropiis*. Tum *Peloponneſiorum* ad *Rhodum* claſſem in *Euboeam* inuitant *Eretrienſes*, *Chiis* iuuandis iam paratam. Dum nauigarent *Peloponneſii*, incidunt in claſſem *Athenienſium*, quae a *Chalce* veniebat, ipſi ad *Triopium*. Neutris praelium incipientibus, *Athenienſes* in *Samum*, *Peloponneſii Miletum*, ſe recipiunt, cum nulla deinceps *ſpes* ſupereſſet *Chios* adiuuandi ſine *praelio* maritimo. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, etc. Haec paulo ante diem *Martii* Iuliani XXVIIIm. qui finis erat *Elaphebolionis* Attici, hoc nempe, quo verſamur, anno. *Poſtea* autem quam ſe in *Chalcen* recepiſſent *Athenienſes* inde *Bellum* deinceps in *Rhodios* geſturi, de quo noſter VIII. 55. Hoc menſe *Antheſterione* contigiſſe noſtrae exigunt rationes, et menſe *Iuliano* fortaſſe *Februario*. Ibi enim claſſis *Attica* excubias egit in claſſem *Peloponneſiorum Rhodi* ſubductam. Quas quidem *excubias* ſi ad *Martium* Iulianum *exeuntem* vsque produxerimus, nihil ſane eſt, quod quidem videmus, incommodi.

VIII. 61. Ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀστυόχου, *Leo* vir *Spartanus* miſſus in locum *Pedaritii*, e *Mileto* cum nauibus XII. *Mileſii* praeſidiariis. His auxiliis adiuti *Chii* cum *Athenienſibus* proelio maritimo decertant, nec inferiori conditione diſcedunt. Haec paulo *poſt* ſuperiora, *ante* finem *Elaphebolionis*, *Mart.* XXVII. Et poſt *Antheſterionem*, quo cecidit *Pedaritus*. Alia *huius* Anni videnda in *ſequenti*.

ANN. XXI. BELLI PELOPONNESIACI.

			Epoch. *Attic.*		Epoch. *Laconic.*
Per. *Iul.* 430 ¾.	*Olymp.*	XCII.	1. mens. 3.	Arch. *Callia.*	1. Ephoro *Alexippida.*
U. C. *Varr.* 34 ¾.			2. mens. 9.	Arch. *Theopompo,*	2. Ephoro *Miſgolaida,*
Ant. *Chr.* 41 ⅓.			a die *Iunii* Iuliani XXV.		a die *Sept.* Iul. XIX.

Phaeinidis Sacerdotiſſae *Argiuae* anno 13°. a fine *Boëdromionis* Attici, ante diem *Septembris* Iuliani XXI.

VIII. 61. Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, proinde mox a die *Martii* Iuliani XXVIII°. Neſcio annon ipſo illo *die*, qui *Munychionis* Attici *primus* erat. Sic enim loquitur ſupra noſter de *Eclipſi* quae *primo Veris* ineuntis *die* contigit. IV. 52. Hoc inquam, fortaſſe *die Dercylidas* vir *Spartanus* (ſenſu a nobis ſuperius explicato VIII. 22.) itinere *terreſtri*, πεζῇ, *Abydum Helleſponti* mittitur, qui vrbem illam ſolicitaret ad deficiendum ab *Athenienſibus*. Certe poſt *praelium* illud maritimum *Leonis Spartani Chiorumque* cum *Athenienſibus* cuius in anni *ſuperioris* fine meminimus. Eo enim referenda noſtri verba ſunt: Μετὰ τοῦτο εὐθύς. VIII. 62. *Medio* tamen tempore *Rhodo* diceſſit claſſis *Peloponneſiorum*. Nam anni *ſuperioris* fine diceſſit claſſis. *Hoc* demum anno miſſus ad *Abydum Dercylidas*. Et quidem, vt videtur, ab *Aſtyocho Miletum* iam reuerſo.

VIII. 62. Μετὰ τοῦτο εὐθύς, nempe poſt ſuperioris anni *praelium*, *Dercylida* a *Mileto* veniente, ad eum *Pharnabazumque* defecit *Abydos*. Et *Lampſacus* δυοῖν ἡμέραιν ὕστερον. Haec certe *Aprili* ineunte, poſtquam tot eſſent elapſi *dies* quot *pedeſtri* itineri ſufficerent a *Mileto Abydum*, qui quidem *dies* a *Martii* Iuliani *die*, vt dixi, XXVIII°. fuerint numerandi. His auditis *Strombichides* cum claſſe nauium XXIV. a *Chio* mouet κατὰ τάχος, victisque *Lampſacenis*, vrbem eorum *primo* ſtatim *impetu*, αὐτοβοεί, capit. *Abydum* etiam oppugnat, ſed fruſtra. Itaque *Seſtum* munit in praeſidium *Helleſponti*. Haec certe *Strombichides* poſtea quam *fama* rerum a *Dercylida Abydi Lampſacique* geſtarum ad *Chium* peruenisſet. Proinde poſt *dies* aliquot quam res illas geſſiſſet ipſe *Dercylidas*. *Tempus* enim concedendum erat primo *nunciis* de *Dercylida;* deinde *apparatui itinerique Strombichidis;* denique *rebus* a *Strombichide gerendis*, praecipue vero *Seſto* muniendae. Efficient haec vt, ſi in *Aprilem ineuntem* referendus ſit *finis* rerum a *Dercylida* in *Helleſponto* geſtarum, quae *Chio Strombichidem* in illas vsque partes elicuerit, ad *Aprilem* certe *affectum* pertingere debuerint *res* ibidem *poſtea* gerendae a *Strombichide*. Proinde ad *Munychionem* Atticum paulo adhuc *magis affectum*. Nec longe, vt opinor, a ſcopo aberraui.

VIII. 63. Ἐν τούτῳ, dum ſcilicet abeſſet in *Helleſponto Strombichides*, maris domini *Chii*. Poſt Ναυμαχίαν, de qua in *ſuperioris* anni fine. Proinde *Munychione* et *Aprili*, hac fretus ſpe *Mileto Chium* prodit *Aſtyochus*, inde *Samum*, *Chiorum* claſſe comitatus. Sed, cum *Athenienſes* viciſſim *non* prodirent, nec *praelii*, quod exſpectabat, copiam facerent, ipſe tandem iterum *Miletum* rediit.

VIII. 63. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἔτι πρότερον, ſoluta *Athenis Democratia*, conſtitutis in Reipublicae regimine *quadringentis* optimatibus. De his ita Lexicon *Photii* MS. Οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν λ' τυράννων. Recte. Non tamen poſt annos ſeptem *integros*, ſed *anno* demum atque *Archonte* poſt huius *anni Archontem* VII°. Hoc nempe *Archonte Callia*, et huius adeo *Ol.* XCIIae. anno *primo*, *quadringentis* illis Rempublicam credidérunt *Athenienſes*. Ita verbis diſertiſſimis *Diodorus*, et *Plutarchus* in vita *Lyſiae* Rhetoris. Sed anno atque Archonte *exituris*. Proinde formam Reipublicae veterem ſub *ſequenti Archonte Ol.* XCII. 2i. reſtitutam teſtatur idem *Diodorus*. Inde manifeſtum vna cum Archonte *Callia* abdicaſſe etiam *Optimates* illos *quadringentos*. Addit *Photius:* οἵτινες τέσσαρας μῆνας ἦρξαν τῆς πόλεως. Sic magiſtratum *inierint* quadringenti *quarto* ante anni Archontisque finem *menſe ineunte*, ſcilicet *Elaphebolione*. Proinde *Februarii* die XXVII°. aut non longe ab eo, *inierint* quadringenti, qui *primus* erat *Elaphebolionis* Attici; *Iunii* autem XXV°. *exierint*, qui *primus* erat ſequentis *Hecatombaeonis*. Et recte adeo dixerit noſter, non *hoc* ſolum nouae huius Aeſtatis *tempore*, ſed ἔτι πρότερον, ad Reipublicae clauum illos fuiſſe *quadringentos*. Indicat nimirum, ita huius anni *initio* praefuiſſe, vt tamen ante ſuperioris *finem* inierint. Innuitque obiter, *Communem* hunc, non autem *Embolimaeum*, fuiſſe, in quo verſamur, annum, quo anno *praecedenti* potius quam *ſequenti* accenſeri ſolebat *Elaphebolion*. Nempe plane talem, qualem noſtrae quoque repraeſentant *Tabulae*. Et quidem *tempora* illa ipſa fuiſſe, quae Nos deſignauimus, *res* ipſa docet. Auctor enim mutandae *Democratiae*, Plebe licet inuitiſſima, fuerat *Alcibiades*. Nomine tamen *Tiſſaphernis*, *Regisque* adeo *Perſici*, cuius Satrapa erat ipſe *Tiſſaphernes*.

Proinde illo *tempore* consilium de mutanda *Democratia* inierint oportet, quo, *Alcibiadis* opera, de *Pace* agebatur inter Ciues suos *Athenienses* Regemque *Persarum*. Non certe illo, quo, conuerso demum ad *Lacedaemonios Tissapherne*, nihil iam poterat apud illum *Alcibiades*; spesque illa omnis, cuius intuitu tam duram regiminis mutandi conditionem susceperant *Athenienses*, iam penitus decollauerat. Sed *Pacem* ipsam cum *Lacedaemoniis*, quae anno erat *Darii* Regis XIIIo., *superioris* anni fine coaluisse mense Attico *Elaphebolione*, nec *Martio* Iuliano admodum *affecto*, iam ostendimus. Itaque *Martio incunte* abrupta spes illa *Pacis*, cuius internuncius et sequester fuerat *Alcibiades*. Proinde illo tempore *recentior* esse ne quidem potuit tanta illa Reipublicae *Atticae* mutatio. Nam in gratiam quidem facta est *Tissaphernis*, interuentu tamen *Alcibiadis*. *Foedere* autem cum *hostibus Lacedaemoniis* inito, iam causa nulla erat cur quicquam concederent *Athenienses* in *gratiam Tissaphernis*. Et alienato *Tissapherne*, nec *potuit* promissa praestare quae *Tissaphernis* nomine stipulatus fuerat *Alcibiades*; et ne quidem ipsi deinceps *Alcibiadi* placebat nouum illud *quadringentorum* Imperium. Alieniores enim sensit a se ciuium animos, *Optimatibus* Imperium tenentibus. VIII. 68 Proinde illos Magistratu *exuendos* esse statuit, vt in *Populi* gratiam rediret, quod etiam denique, vt alia, felicissime exsecutus est. Coeperunt haec *Alcibiadis* consilia postquam *literas* de se interficiendo a Sparta accepisset *Astyochus*. Postea nimirum quam *Cauni* cum classe *Peloponnesiorum* se idem iunxisset *Astyochus*. Postea, inquam, quam nouae *foederis* conditiones ab ipsa illa classe *Tissapherni* propositae *ipsum* a *Peloponnesiis* alieniorem reddidissent. Haec nos omnia *Gamelioni* mensi assignauimus. Hoc ergo mense et sequenti *Antheste-rione*, de *quadringentorum* Potestate actum, quae coepit ab *Elapheboliones*. His, inquam, *limitibus* concludendi tot illi nuncii *legationesque* e *Samo* ad *Tissapher-nem*, ab eo rursus *Samum* ipsasque *Athenas*, quibus id tandem impetratum, vt formam *Reipublicae* mutarent *Populo* gratissimam. Ita effectum vt consilia illa de mutanda Republica *Ianuario* coepta aegre potuerint in euentum proficere ante affectum *Martium*. Sic accurate nostris hisce de mutatae *Democratiae* tempore calculis tota rei gestae respondet Historia. Nescio autem, quo errore, aut quo fretus auctore, quae *Tissapherni* noster tribuit *Thucydides*, eadem *Pharnabazo* censuerit imputanda *Diodorus*. Non tamen est cur dubitemus quin *Thucydidi* potius fides adhibenda sit. Nec enim habuit *his* temporibus *Diodorus* auctorem cum *Thucydide* conferendum.

Quod porro testatur *Photius*, hanc *quadringentorum* Aristocratiam *triginta Lacedaemoniorum Tyrannis septem annis* fuisse antiquiorem, id quoque recte se habet, si de *Decreto* intelligatur quo *Tyrannis* illis parere iussi sunt *Athenienses*; non autem de *tempore* quo *Tyranni* ipsum Magistratum *inierint*. Victi sunt ad *Aegis* flu-

vium *Athenienses* a *Lysandro* anno *Ol.* XCIIIae. 4o., VIIo. nimirum *Archonte* ab hoc, in quo versamur, *Archonte* Magistratum tenente. Nouo deinde victoriae terrore *Vrbs* ipsa sub eiusdem anni *Attici* finem obsessa est. Ita scilicet vt *Munychionis* die XVIo. Vrbem *Lysandro* deditam testetur *Plutarchus*. Hanc deditionem huic anno 4o. *Ol.* XCIIIae. tribuit etiam *Diodorus*. Ipsum tamen Magistratum anno *Olympiadis* XCIVae. Io. tenuerunt, cuius proinde partem *priorem* Ἀναρχίαν, *postremam* Archonte *Polydoro*, pullis iam *Tyrannis*, Legibusque iam reuiuiscentibus, designant Fasti *Atrici*. Ita necesse est vt *Decretum* de praeficiendis *triginta Tyrannis* anno *Olympiadis* XCIIIae. 4o. condiderint *Lacedaemonii*. Eundem sequitur calculum noster quoque *Thucydides*, cum annos *Belli* numeret duntaxat XXVII. *Vrbis* nimirum deditione Belli *finem* censendum esse statuit. Et per *Archontes*, hoc saltem spatio quo vno eodemque mense Attico *Hecatombaeone* inibant omnes. Ita numerus annorum XXVII. respondebat satis accurate, si *rotundus* intelligatur. Nec enim *dierum* supernacuorum rationem prorsus vllam noster videtur habuisse. Vtrouis autem modo *initium* Belli supputarit *Thucydides*, *Munychion* ille, quo *Vrbs* dedita est *Lysandro*, ad annum spectat, ab hoc *nouae Democratiae* anno, VIIm. et Belli *vniuersi* XXVIIm. Si quidem ab initio *Veris*, quam *priorem* Aestatis *Thucydideae* partem esse diximus; si mensis *Vernalis* primus in anno, qualis noster est, qualis etiam primus erat Belli *Peloponnesiaci*, *Communi* nimirum, non *Embolimaeo*, ipse est *Munychion*, et ab *initio* proinde *Munychionis* noui *anni* censendi erunt. Sin potius a rebus *Plataeae* gestis, a quibus *duo* tantummodo supererant *Archontis* illius, sub quo sunt gestae, *menses*; sic etiam a *fine Munychionis* noui *anni* erunt numerandi. Qui autem annos *Belli* XXVIII. numerabant, illi ad excussum *Lacedaemoniorum* iugum potius *Bellum* censendum aestimabant, *pulsosque* e *Tyrannide* illos *Lacedaemoniorum* ministros. Sic numerasse videtur annos Belli *Xenophon*, dum illos *Ephoris* numerat *Lacedaemoniis*. Ne quidem illud, vt videtur, immerito. *Ephororum* enim *nominibus* gesta sua annua *Athenienses* consignasse verisimillimum est, dum *Lacedaemoniorum* Imperium agnoscerent.

Numerat praeterea hunc eundem *mutatae Democratiae* annum *Thucydides centesimum* a *Tyrannis*. VIII. 68. *Centum* anni XXV. conficiant *Olympiadas*. Sic *Olympiadis* LXVIIae. anno Io. *pulsi* fuissent *Pisistratidae*. Sed e *Thucydidis* hypothesibus inuicem consentientibus *Ol.* LXVIIae. anno 3io. *pulsos* iam superius euicimus. Num ergo numerum pro *rotundo* habebimus? Ita facile esset *Thucydidis* hasce rationes, quae adeo diuersae videntur, inuicem conciliare. Atqui necesse non est vt eo confugiamus. Geminum huic exemplum est, quo a praelio *Salaminio*, vel a fuga *Xerxis*, ad *initium* Belli *Peloponnesiaci quinquaginta* annos illum numerasse vidimus. Nempe ab *Ol.* LXXV. I. quo fugit *Xerxes*

ad *Ol.* LXXXVI. quo hoc, in quo verſamur, *Bellum* erupit cum *Peloponneſiis*. Iuſtarum hic *Olympiadum* tantummodo XII. diſcrepantia eſt. Deſuntque hic ſimiliter *anni duo* ad numerum, quo ſpatium hoc complexus eſt *Thucydides*. Et tamen annos illos L. pro mente *Thucydidis*, in *Ante-Peloponneſiacis* numerauimus. Ita ſcilicet vt annos *extremos* ambos, primum vltimumque, complexus fuerit illa ſumma *Thucydides*. Sic fient anni XLIX. Cui LVS. accedet ex *Archonte ſemeſtri Apſeude*. Quoniam enim, excepto *vno* illo *Archonte*, alii omnes erant *annui*, inde factum vt *annum* ab illo initio *quinquageſimum quinquageſimo Archonte* deſignarit. Et quidem ſatis conſentanea erat illa methodus numeranti e Faſtis *Archontis*. Accedat ergo, in hoc *centenario* ſpatio, *annus* ipſe, quo *fugati* ſunt e patria *Piſiſtratidae*, annique erunt *nonaginta nouem*. Additusque hic *ſemeſtris Archon Apſeudes Archontum* numerum *centum* abſoluet a *Thucydide* deſignatum. Nec ſane abſurde *Thucydidis* numeros Ante-*Peloponneſiacos* ad Faſtos *Archonticos* exigemus potius quam ad *anni formam* illam, quam ſecutus eſt in *Peloponneſiacis*, quae e *tempeſtate* duplici conſtabat, *Aeſtiua* atque *Hyemali*, vtraque *ſemeſtri*. Cum enim *cauſam* dicit, cur *Annales* ſuos non per *Magiſtratus* diſpoſuerit *annuos;* id ſane innuit a ſe exſpectatum fuiſſe pro deceſſorum exemplo. Id vna innuit, ſe quoque pro *exemplo* illo facturum, niſi obſtitiſſet illa, quam profert, *ratio* aliter faciendi. Id denuo innuit a ſe fuiſſe obſeruatum in illis ſaltem *temporibus* in quibus locum *nullum* adhuc habebat illa *ratio*. Ratio autem ab illo adducta eſt, quod geſtorum annorum *initiis* nulli tunc inirent *Magiſtratus annui* Eponymi, ſeu *Athenienſium*, ſeu *Lacedaemoniorum*. Ea plane *nulla* erat dum inirent *Archontes* a *Gamelione*, quod ipſo illo *Belli* anno 10. *Ol.* LXXXVIIae. 1o. mutatum oſtendimus. Proinde in annis Bellum *praecedentibus* non aliter *Annales* diſpoſiturus erat quam per *annuos* patriae *Archontas*. Recte ergo in numeris *mixtis*, partim *Peloponneſiacis*, partim *Ante-Peloponneſiacis*, conſentaneus erat *annorum* calculus, qui ad Faſtos exigebatur *Archonticos*. Hinc etiam obiter intelligimus Chronologiae *veae* optime conuenire *Archontem*, quem dixi, *ſemeſtrem*.

Addit etiam aliam *huius anni notam*, non quidem accuratam eam, ſed quae tamen ſatis commode cum noſtra *diſpoſitione* conuenit. Sic autem habet: Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου τούτου αὐτὸν ἄλλων ἄρχειν εἰωθότα. VIII 68. Hoc nempe volebat, *centenarii* huius ſpatii parte *plusquam dimidia Athenienſes* Sociorum *imperio* potitos. Proinde annis *plusquam quinquaginta* Sociis imperauerant. Quot anni praeterea ad *hunc* vsque *annum* acceſſerint, de eo nihil certi ſtatuit. Quod tamen docuit pro *noſtris* quoque *rationibus* veriſſimum eſt. *Ol.* LXXVII. 3. *imperium* hoc coepiſſe probauimus. Anni L. *Olympiades* ſunt XII. et *duo* praeterea *anni*. Addantur praedicto anno, deſinemque *Ol.* XC. I. Erit ergo hic annus ab *Imperio* LIVS.

Haec autem *mutandae* Reipublicae conſilia *Samii* primum a *Piſandro* iam a *Tiſſapherne* reuerſo agitata tam apud *Samios*, quam apud illos, qui *Sami* verſabantur, *Athenienſes*. Adhuc nempe *Tiſſaphernis* gratia florente *Alcibiade*. Menſe, vt videtur, *Antheſterione* Attico et *Februario* Iuliano. Mittitur inde *Piſander* εὐθὺς, et cum *Piſandro* legati alii, qui in *Vrbibus* etiam ſubditis *Democratias* mutarent. Inter reliquos etiam *Diotrephes*, qui *Thraciae* regendae delectus, dum in Prouinciam proficiſceretur, obiter *Thaſo Democratiam* ſolvit. VIII 64. Ἀπελθόντος αὐτοῦ δευτέρῳ μηνὶ μάλιστα, deficiunt propterea, vt videtur, *Thaſii* ab *Athenienſibus* ad *Lacedaemonios*. *Menſis* δευτέρου nomine Ego menſem *proximum* intelligo, vt proinde *Attico Elaphebolione* defecerint, et *Martio* fortaſſe *Iuliano*, captata ſcilicet mutatae *Democratiae* occaſione. Illorum exemplo idem conantur *Ciuitates* aliae. *Breui* autem *temporis* ſpatio haec omnia acta eſſe exinde diſcimus, quod eodem *tempore* mutata fuerit *Democratia* tam *Sami* quam *Athenis*, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. VIII. 73. Vt enim initum erat *Sami* conſilium de mutatione antea quam *Samo* diſcederet *Piſander*, VIII. 64. ita *Athenis Piſander* reperit τὰ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις προειργασμένα. VIII. 65. Inde *conſilia* vtrobique, tam *Sami* quam *Athenis*, de *Sociis* in ſuam ſententiam trahendis. VIII. 76. dum nondum alteri de alterorum conſiliis reſciſcerent. Hinc ergo colligitur, *Antheſterione* admodum *affecto Samo* diſceſſiſſe *Piſandrum*, vt *Athenas* eodem *exeunte* attigerit. Certe ante *Februarii* Iuliani *diem* XXVIm. qui *dies* erat *Antheſterionis* vltimus. Et tamen ante *foedus* 3m. *Elaphebolione* initum, vt probauimus. Huc ergo referenda verba exiſtimo: Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ. VIII. 67. Nempe ad *finem Antheſterionis*, Iulianumque *Februarium*.

VIII. 70. Conſtituti iam in Magiſtratu *quadringenti* ad *Agidem Lacedaemoniorum* Regem *Deceleae* agentem praeconem mittunt, cui tamen ille Reſponſum nullum reddidit. Haec mox a *Februarii* die XXVIIo. vt e praedictis conſtat. Is arceſſito e *Peloponneſo* magno exercitu propius *Vrbem* mouet. Sed, praeter exſpectationem, depulſus *Deceleam* redit. Illos autem quos arceſſiuerat e *Peloponneſo* ὀλίγας τινὰς ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μείναντας domum remittit. Haec certe *Martio* ad minimum *exeunte*, et proinde *Elaphebolione*, vel etiam coepto *Munychione* et *Aprili*, vt ſpatium ſatis laxum concedatur copiis e *Peloponneſo* arceſſendis, eodemque remittendis; ne *apparatus* moram dicam, *dierumque*, quibus in *Attica* permanſerint.

VIII. 71. Μετὰ τοῦτο, nouae *quadringentorum* ad *Agidem* legationes, eoque Auctore ad *Lacedaemonios*. Coepto iam certe non *Munychione* duntaxat Attico, verum etiam *Aprili* Iuliano. Nec enim antea quam *domum* reuerſi fuiſſent *Peloponneſii*. Hoc ergo iam Belli *anno*.

VIII. 72. Εὐθὺς μετὰ τὴν αὐτῶν μετάστασιν, missi a *quadringentis Samum* legati, qui *Samios* in officio continerent. Haec certe post *Martium* affectum et *Elaphebolionis* initium, quo *quadringentos* magistratum iniuisse probauimus. Sed *mora* aliqua fortassis interposita. Nam eodem tempore *Sami* Democratiam, quo *Athenis*, mutatam iam probauimus. Nondum ergo *Athenis* constabat quid *Sami* gestum esset, cum Magistratum inirent *quadringenti*, dum noui venirent certique rerum *Sami* gestarum *nuncii*. Et seditionis *Samiorum* Auctorem eundem agnoscit *Thucydides*, qui fuerat *Athenis* Aristocratiae, nempe *Pisandrum*. VIII. 73. *Moram* ergo fuisse necesse erat inter *Aristocratiam Sami* constitutam *seditionemque*, tantam scilicet quae sufficeret reditui *Pisandri* ab *Athenis* ad *Samum*, conatibusque eiusdem vulgo ad *seditionem* concitando necessariis, tantam praeterea quae sufficeret huius quoque seditionis *nunciis* (quae quidem *seditio Aristocratia* ipsa tanto fuerit posterior) *Athenas* perferendis. Nempe si haec vera sint. Ita ad mensem vsque *Martium* res dilata fuisset, eodem tamen Attico *Elaphebolione*, si his gradibus res fuisset *Sami* gesta. Sic tamen fateor loqui *Thucydidem*, quasi res a *Pisandro Sami* gestae *aduentum* illius *Athenas* praecessissent, vtque *Seditionibus* in *Aristocratia Sami* constituenda orientibus occurrerent, quas a *Pisandro* earundem Auctore *quadringenti* didicerint. Tam enim constitutam *Sami* docet *Aristocratiam* quam *solutam* antea quam *Sami* quippiam de *quadringentorum* Magistratu in Vrbe ipsa *Atheniensium* resciscerentur. Οὐ γὰρ ᾔδεσάν πω τοὺς τετρακοσίους ἄρχοντας. VIII. 74. Proinde antea quam *Samum* appulissent missi ab *Athenis* legati. Imo illos ipsos *legatos*, cum *Delum* attigissent, de rebus in *Samo* nouatis audiuisse testatur noster, VIII. 77. Quare vltra vnum alterumue *diem* Reipublicae praesse non poterant *trecenti Samiorum* Optimates. Antea nimirum *exuti* quam *vtrobiuis* constaret de rebus in *altero* loco nouatis. Itaque *Martio*, vt videtur, affecto pulsos fuisse necesse est *trecentos Samios*, opera potissimum *Leonis* et *Diomedontis*. VIII. 73. Μετὰ τοῦτο, iurant in *quadringentos Atheniensium* tyrannos, non modo, qui in *Samo* erant, *Athenienses*, verum etiam ipsi quoque *Samii*. Auctoribus iurisiurandi *Thrasybulo* et *Thrasyllo*, qui restitutae apud *Samios* Reipublicae praecipui fuissent Auctores. Haec etiam proinde *Martio* admodum *affecto*, et *Atheniensium Elaphebolione*.

VIII. 78. Ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον, et ἐπειδὴ καὶ ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς (*Peloponnesiis Mileti* agentibus) ἡ ἐν τῇ Σάμῳ ταραχή. VIII. 79. iam *praelium* meditantur *Peloponnesii* nauibus 112. quod detrectant *Athenienses* quibus naues erant duntaxat 82. Τῇ ὑσεραίᾳ, additis *Strombichidis* ex *Hellespontο* nauibus, iam classe nauium 108. instructi pugnandi copiam *Peloponnesiis* fecerunt *Athenienses*, detrectantibus deinde viceuersa *Peloponnesiis*. Haec Nos antea *Martii* Iuliani *initio* assignauimus, nec longe adeo ab *initio Elaphebolionis* Attici. Iam dubitamus itane se res habere potuerit. Mentio enim *reuersi* ex *Hellesponto Strombichidis* facit, ne ante *Munychionem* saltem *affectum* illa contigerint. Et tamen *modico* admodum interuallo a soluta *Sami trecentorum* Aristocratia contigisse res ipsa postulat. Quam quidem *Aristocratiam* paulo post *initium* Aristocratiae *quadringentorum Atheniensis* solutam esse iam probauimus. Iam antea praecesserat mentio *legatorum* a *quadringentis Atheniensium* optimatibus missorum ad stabiliendam *trecentorum* apud *Samios* Aristocratiam. Hos ait Auctor, cum *Deli* famam de restaurata *Samiorum Democratia* accepissent, ibidem, nempe *Deli*, quieuisse. Tum deinde sequuntur verba a nobis descripta: Ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον etc. Vnde colligimus, *tempus*, de quo hoc in loco agebat, idem fuisse quo *Deli* haeserint, propter infaustum illum e *Samo* nuncium, *quadringentorum* legati. Imo *turbas* illas *Samiorum* in causa fuisse cur *Samios* adorti fuerint e *Milcto Peloponnesii*, ex ipso *Thucydide* supra obseruauimus. Vix certe tum, cum adorirentur, sedatas nisi *mora* sua rei bene agendae occasionem corruperint, quod sane verisimile non est. Nedum tantos fuisse *cessatores* vt ad spatium *menstruum* distulerint. Quid hic dicemus? *Moramne* fuisse inter *stabilitam Athenis* Aristocratiam, *solutamque Sami?* Hoc certe, pro *Thucydidis* sententia, asseri non posse, modo probauimus. Dedimus tamen, quae *moram* illam videbantur probare, rationes. Plane nihil occurrit, nisi, vt dicamus, *quadrimestruum* spatium, quo *quadringentos* in Magistratu fuisse probauimus e *Photio*, non *integrum*, sed *coeptum* duntaxat intelligendum esse. Ita nimirum, vt *quarto* ante anni ciuilis finem *mense*, nempe *Elaphebolione* quidem inierint *quadringenti*, sed *exeunte*. Sic enim fiet vt in *Munychionem* conueniant illa quae diximus. Eodem faceret si ad *Vernalis* tempestatis rationes, hoc saltem anno, accessissent *Elaphebolion*. Sed nec patitur Cycli *Metonici* methodus vt hic annus fuerit *Embolimaeus*. Nec alio anno quam *Embolimaeo Vernam* tempestatem augebat *Elaphebolion*. Nec denique cum *sequentium* temporum rationibus ita commode conueniet, vt *retrahantur* tempora, de quibus loquimur, quam vt *protrahantur*. *Mediam* ergo rationem illam arbitror esse verisimillimam.

VIII. 80. Ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ τοῦτο εὐθὺς, naues 40, *Clearcho* duce, ad *Pharnabazum* mittunt *Peloponnesii*. Sed χειμῶνι dissipatae *decem* earum *Helixo Megarensi* praefecto in *Hellespontum* elapsae sunt. Reliquae cum *Clearcho Delum* tenent. Inde *Miletum* reuertuntur, vnde *pedestri* tandem itinere *Clearchus Hellespontum* profectus imperium *omnium* assequitur, vrbemque *Byzantinam* ab *Atheniensibus* deficientem in fidem recipit. Haec *Munychione*, pro praedictis modo rationibus, *affecto*, et proinde *Aprili* Iuliano ipso quoque *proiecto*, non *Martii initio*, vt in *margine* annotaveramus. Εὐθὺς ἐπειδὴ ἀθρόαις ταῖς ναυσὶν οὐκ ἀξιόμαχοι νομίσαντες εἶναι, οὐκ ἀνταναήγοντο. Paulo ni-

mirum *poſtea* quam *praelii* copiam a claſſe *Attica* oblatam recuſauerant. Μετὰ ταῦτα, nempe poſt defectionem *Byzantii*, mittunt ſimiliter e *Samo Athenienſes* claſſem in *Helleſpontum*, et praelium *nauale* leue committunt ante *Byzantium*, octenarum ex vtraque parte nauium. Haec certe *Munychione* et *Aprili* adhuc *magis affectis*.

VIII 81. Iam reditus *Alcibiadi Sami* decretus, opera praecipue *Thraſybuli*. *Samum* deductus *Alcibiades* tantam ciuibus ſuis fiduciam addit, vt *quadringentos* deinde contemnerent. Electus ergo στρατηγὸς μετὰ τῶν πρότερων. Additus nimirum numero στρατηγῶν illius *anni* annuorum iam *ante* eius *reditum* conſtitutorum. Ab ἐκκλησίᾳ, qua στρατηγὸς electus eſt, redit εὐθὺς ad *Tiſſaphernem*. Itaque *Tiſſaphernes* iam antea ſuſpectus exinde *Peloponneſiis* ſuſpectior erat, quod ab eo vsque tempore, quo *praelii* copiam ab *Athenienſibus* oblatam recuſauerant, *ſtipendia* malignius ſolueret. Similes in *Aſtyochum* querelae, praeſertim *Syracuſanorum*, et *Thuriorum*. *Tiſſaphernis* praeſidium in *Mileto* occupatum, improbante *Licha Lacedaemonio*. Succedit tandem in *Aſtyochi* locum *Mindarus*. Exſulat hoc tempore *Hermocrates* tribus ducibus a *Syracuſanis* in illius locum ſuffectis. Redierat interim *Alcibiades* a *Tiſſapherne* ad *Samum*. Eoque, quo *aberat*, ſpatio praedicta geſta eſſe manifeſtum eſt. Nec *multorum* fuiſſe *dierum* iter illud *Alcibiadis* veriſimile eſt, a *Samo Epheſum* ad *Tiſſaphernem*, et viceuerſa ab *Epheſo* ad *Samum*. Reuerſo *Alcibiade*, *Samum* veniunt *legati* a *quadringentis* qui *Deli* ſubſtiterant, quos aegre tuetur *Alcibiades* ne occiderentur. Idem obſtat, et ſane conſultiſſime, ne, miſſa *Samo* ad *Piraeeum* in *quadringentos* optimates navigarent *Athenienſes*. Reddit etiam legatis Reſponſum, vt, loco *quadringentorum*, Senatum, qualis antea fuerat, virorum *quingentorum* reſtaurarent. Monet praeterea vtriusque partis, tam quae *Sami* erat, quam quae *Athenis*, *Athenienſium* intereſſe, ne *ſeorſim* alteri ſine alteris *Pacem* cum *Lacedaemoniis* inirent. Obtulerunt hic *Samiis Athenienſibus* ſuam operam *Argiui* in reſtauranda *Democratia*. Obtulerunt etiam *captos* in naui *Paralo* a ſe *legatos*, qui miſſi fuerant a *quadringentis* ad *Lacedaemonios* de *Pace*. Haec ſane omnia *nuperam* nouationem arguunt; nec *moram* admodum *diutinam*, qua geſta fuerint, exigere; nec adeo *vltra Munychionem* Atticum ad *exitum* vergentem, *Aprilemque* Iulianum, eſſe differenda.

VIII. 87. Τοῦ αὐτοῦ θέρους, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, *Tiſſaphernes Peloponneſiis* ſuſpectus *Aſpendum* proficiſcitur, vbi *naues* erant *Phoeniciae* quas *Peloponneſiis* promiſerat, quaſi illas ſecum adducturus. Cura interim claſſis *Peloponneſiacae Samo* demandata qui nihilo melius *ſtipendium* ſoluebat, quam fecerat ipſe *Tiſſaphernes*. *Tiſſaphernem* continuo cum *tredecim* nauibus ſequitur *Alcibiades* vt naues illas *Phoeniſſas* ſuis adderet, vel ſaltem auerteret a *Peloponneſiis*. Interim *legati quadringentorum Samo Athenas* reuerſi *Alcibiadis* mandata renunciant. Quae ſane omnia oſtendunt, *breui* ſpatio interpoſito, haec cum ſuperioribus eſſe nectenda, quod nempe ſuffic ret nauigationi e *Samo* ad *Athenas*. Satis ergo commode haec ad *Thargelionem incuntem*, ni fallor, retulerimus. Hac ergo *Alcibiadis* legatione erecti ſunt illorum animi quos poenitebat mutatae *Democratiae*, *Theramenis* praeſertim et *Ariſtocratis*. Contra adverſae factionis *Phrynichus*, *Ariſtarchus*, *Piſander*, *Antiphon* orator, murum in *Eetionea* ad *Piraeeum* exſtruunt, miſſis *Lacedaemonem* legatis de ſtabilienda *Oligarchia*. Maxime vero huic operi incumbunt, *reuerſis* ſuis e *Lacedaemone* legatis, nec *Pacis* ſpem vllam referentibus. *Reditum* ergo *legatorum* e *Sparta Athenas* ad *Thargelionem affectum*, *Mamumque* Iulianum iam *coeptum* recte, vt exiſtimo, retulerimus.

VIII. 91. Ἅμα, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, aderant e *Peloponneſo* naues nouae *quadraginta duae* ab *Euboeenſibus* acciſae, quas de inſidiis in *murum Eetioneae* ſuſpectas habuit *Theramenes*. Inde vrgendi *muri* alius praetextus. Reuerſus e *legatione* ad *Lacedaemonios Phrynichus* occiditur. Haec itaque omnia proxime poſt *legationem*. Venientesque poſt *legatos* praedictae *Peloponneſiorum* naues proinde ſuſpectae erant quaſi *legatis* veniſſent rogantibus. *Legatis* ergo *reuerſis* veniſſe veriſimillimum eſt. Suſpicionem augebat, quod non *Euboeam* petierint (quod prae ſe tulerant) ſed *Epidaurum*, et quod *Aeginam* depraedatae ſeſe rurſus in *Epidaurum* receperint. Inde Reipublicae *Lacedaemoniis* prodendae a collegis ſuſpicio aucta apud *Theramenem*, vt *muros* proinde *Eetioneae* cenſuerit eſſe maturandos. Tum raptus in vincula *Alexicles* Oligarchiae στρατηγὸς, ab illis nimirum qui *murum Eetioneae* aedificabant. Inde tumultus inter *vrbem* et *Piraeeum* aegre repreſſi ne ad arma progrederentur. Τῇ ὑστεραίᾳ, conueniunt in curiam *quadringenti*. Miſſo ergo in illorum gratiam *Alexicle*, conueniunt illi qui in *Piraeeo* fuerant cum *quadringentis*. Hic pollicentur *quadringenti* ſe quinquies mille deſignaturos, et ex illis, illorumque ſuffragiis, *quadringentos* ἐν μέρει fore deſignandos. Nempe, vt videtur, *quotannis*. Haec *Thargelionem*, vt videtur, abſumſerint, et ad *Scirrhophorionis initium* vsque pertigerint. Tum *Comitia* in ἐκτὴν ἡμέραν de *Concordia* in aede *Bacchi* indicuntur. *Dies* illa cum adeſſet, *Comitiis* fere iam coactis, nunciatur quadraginta duas naues, duce *Hegeſandrida*, a *Megaris Salaminem* venire. Hic ſeditionem obliti omnes in *Piraeeum* conueniunt, et obuiis quibusque nauis, nullo habito delectu, naues implent. Huc referunt τὸ πάλαι λεγόμενον a *Theramene* de inſidiis *Lacedaemoniorum* in *murum Eetioneae*. Inde intelligimus *maius*, quam alioqui videri poſſet, *interuallum* inter illam *Theramenis* ſuſpicionem, et hunc, in quo verſamur, *euentum*, eſſe conſtituendum, vt πάλαι λεγόμενον dici poſſet quod ea *muri* occaſione dixerat *Theramenes*. Non itaque abſurde *Comitia* haec ad finem *Scirrhophorionis* differe-

mus, quod ſane faciendum arguunt ſequentia. *Sunium* ergo praeteruecti *Peloponneſii* primo inter *Thoricum* et *Praſias*, tum deinde *Oropum*, ſubeunt. Itaque ad *Ereſtriam* naues mittunt *Athenienſes*, quae *Eubocenſibus* iunctae triginta ſex in vniuerſum nauium numerum conficiebant, duce *Thymocharide*. Haec illi quidem εὐθύς. Miſſi autem in *Eretrienſium* auxilium milites ab *Eretrienſibus* conſulto tardati, et ab *Hegeſandrida* cum ſuis pranſo, antea quam parari poſſent, occupati vincuntur fundunturque, *proditis*, ſi qui ad *Eretrienſem* vrbem, vt amicam, fugerent, occiſisque. Captae ergo hic a *Peloponneſiis* naues viginti duae. Inde οὐ πολλῷ ὕϛερον, *Euboea* vniuerſa defecit praeter *Oreum Athenienſium* praeſidium. His itaque *Athenas* renunciatis tanta erat *Athenienſium* conſternatio, vt, *exutis* Magiſtratu *quadringentis*, reſtaurata fuerit forma Reipublicae *Democratica* ſub *quinque millibus*. Menſe ergo *Iunio Iuliano* et *Scirrhophorione* Attico *praelium* illud *nauale* fuiſſe neceſſe eſt. Nam *Iunii* Iuliani die xxvo. qui idem erat *Hecatombaeonis* Ius. nouus inibat *Archon*, et nouus adeo *annus Olympiadicus*, 2us. nimirum *Olympiadis* xciiae. quo ſolutam *Ariſtocratiam* probauimus, reſtitutamque (pro maiorum exemplo) *Democratiam*. *Maio* ergo ſuperiora et *Thargelione*. Hoc *tempore* ſeſe ad *Deceleam Lacedaemoniosque* recipiunt *Piſander* et *Alexicles*, ad *Oenoën* in *Boeotorum* limitibus poſitam *Ariſtocrates*, quam *Boeotis* prodit et *Corinthiis* eam obſidentibus.

VIII. 99. *Ol.* 92. 2. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου, claſſis *Peloponneſiorum* ad *Miletum* tamdiu a *Tiſſapherne* deluſa, tandem a *Pharnabazo* accita, duce *Mindaro*, nauibus 73. nauigat ad *Helleſpontum* neſcientibus, qui *Sami* aderant, *Athenienſibus*. Iam certe *nouo*, vt probauimus, *Archonte*, et nouo *Olympiadis anno*, et proinde poſt diem *Iunii* Iuliani xxvm. qui Ius. erat *Hecatombaeonis* Attici, quo *nouus* iniuit *Archon Theopompus*. Poſt diſceſſum *Tiſſaphernis* ad *Aſpendum*. Imo poſtea quam perſuaſus ab *Alcibiade Tiſſapherne* iam ſecum conſtituerat naues *Phoenicias* non eſſe in *Peloponneſiorum* auxilium arceſſendas. Poſtea denique quam de *Tiſſaphernis* praeuaricatione literas a *Philippo Tiſſaphernis comite* accepiſſet *Mindarus*. Coepto itaque fortaſſe *Iulio* Iuliano. Πρότερον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει, naues aliae ſedecim ad *Pharnabazum* a *Mindaro* miſſae quandam *Cherrhoneſi* partem infeſtaverant. Non *diu* certe *ante* diſceſſum ipſius *Mindari* ne *Athenienſes Samios* ad Bellum *Helleſpontiacum* excitarent. Proinde et *hae* quoque hoc eodem *Archonte annoque* miſſae, vt videtur. *Mindarus* ipſe tempeſtate iactatus in *Icarum* appellere cogitur, vbi ὑπὸ ἀπλοίας πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας manſit. Hoc certe coepto iam *Iulio*. Inde *Chium* venit.

VIII. 100. *Thraſyllus*, diſceſſu *Mindari* a *Mileto* explorato, etiam ipſe cum *Athenienſium* claſſe nauium 53. diſcedit e *Samo*, properans, ne prior *Mindarus Helleſpontum* attingeret. Cum illum in *Chio* eſſe deprehenderet, poſitis in *Lesbo* et oppoſita *Lesbo continente* ſpeculatoribus, ne clam egrederetur, ipſe *Methymnam* profectus eſt, inde *Chium* infeſtaturus. Dum ibi eſſet, opera perfugarum defecit *Ereſus*. Nuncio defectionis *Samum* allato, ad *Ereſum* ſeſe cum quinque nauibus confert *Thraſybulus*, quem ibi reperit, cum eo veniſſet ipſe *Thraſyllus*. Eodem et aliae conueniunt *Athenienſium* naues, vt tandem eſſent in vniuerſum 67. Haec *Ereſi* geſta *trium dierum* ſpatio quibus haeſit in *Chio Mindarus*.

VIII. 101. Ἐν τούτῳ, dum ſcilicet oppugnaretur *Ereſus*, *die*, poſtquam veniſſet, *tertio* e *Chio* diſcedit *Mindarus* continentem verſus, vitatisque adeo *Athenienſium* nauibus quae *Ereſum* obſidebant. Itaque hoc ipſo *triduo* primo *Methymnam*, tum *Ereſum* venerat *Thraſyllus*. Audito enim in *Chio* eſſe *Mindarum*, *Thraſyllus Methymnam* veniſſe dicitur. Haec ergo adhuc *Iulio* Iuliano, *paucis* admodum *diebus* auctiori. *Mindarus* interea primo portum in agri *Phocaici Cratereis* appulit. Pranſi *Cumaeam* praeteruecti coenant in *Arginuſis* ex aduerſo *Mitylenes*. Inde ἔτι πολλῆς νυκτὸς *Harmatuntem* veniunt in continente ſitam e regione *Methymnae*. Pranſi per *Lectum*, *Lariſſam* et *Hamaxitum*, ad *Rhoetium*, iam *Helleſponti*, πρωΐτερον μέσων νυκτῶν, peruenerunt. Haec *ſecunda nox* erat ex quo diſceſſerant e *Chio*. Τῆς αὐτῆς ταύτης νυκτὸς, *Seſto* elabuntur naues *Athenienſium* octoecim in *Cherſoneſum*. *Octo* tamen ex illis captae corruptaeque a *Peloponneſiis* ἅμα ἕω viſis. *Tertio* nimirum *die* ex quo *Mindarus* e *Chio* diſceſſerat. Haec ergo adhuc *Hecatombaeone* et *Iulio* non *multo*, quam antea, *auctioribus*. Die *Iulii* forte viio. vel viiio.

VIII. 103. Μετὰ τοῦτο, *Mindarus*, iunctis *Abydenis*, cum claſſe nauium 86. *Eleuntem* oppugnat ταύτην τὴν ἡμέραν. Itaque per diem vnicum, die forte *Iulii* viiio. Tum *Abydum* redierunt. *Athenienſes* in *Ereſi* obſidione occupati, cum de diſceſſu *Peloponneſiorum* e *Chio* conſtaret, ὡς ἤσθοντο, εὐθὺς inſecuti in *Helleſpontum*, duas *Peloponneſiorum* naues capiunt. Ἡμέρᾳ ὕϛερον, ſtationem habent ad *Eleuntа*. Poſtquam ſcilicet *Peloponneſii* ſeſe ex *Eleunte* recepiſſent in *Abydum*. Die ergo, pro praedictis rationibus, *Iulii* Iuliani ixo. Inde ad ναυμαχίαν πέντε ἡμέρας παρεσκευάζοντο. Deſinunt illi dies *Iulii* Iuliani die xiv. Μετὰ τοῦτο ἐναυμάχουν. VIII. 104. Si quidem *die ſequenti*, ita *praelium* ipſum fuiſſet die *Iulii* xvo. Sin autem *die ipſo* a ſuperiori Epocha vo., ita die eiusdem menſis xivo. fuerit decertatum. Vtrouis modo, menſe *medio*, vt in margine monuimus.

VIII. 107. Μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἡμέρᾳ τετάρτῃ, *Seſto* diſcedunt *Athenienſes*. Ad *Harpagium* et *Priapum* octo naues capiunt. Circa diem *Iulii* xviiim. Si quidem *victoria* ipſa die *Iulii* xivo. contigerit. Inde *Cyzicum* petunt quam rurſus in fidem ſuam redigunt.

Ἐν τούτῳ, *Peloponneſii* ex *Abydo Eleuntem* nauigant, et naues ſuas captiuas, quae adhuc integrae erant, recipiunt. Eodem ſcilicet *tempore* quo *Seſto* diſceſſerant *Athenienſes*. Ex *Eleunte Hippocratem* et *Epiclem* mittunt *Peloponneſii* qui naues ſuas ex *Euboea* arceſſerent.

VIII. 108. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους, a *Cauno* et *Phaſelide* ad *Samum* redit *Alcibiades*, nuncians ſe naues *Phoenicias* a *Peloponneſiorum* auxilio auertiſſe; et *Tiſſaphernem* feciſſe *Athenienſibus*, quam antea fuerat, amiciorem. Haec ſcilicet circa diem *Iulii*, vt vidimus, praeter propter XVIIIm. Tum claſſe nauium *viginti duarum* pecuniam ab *Halicarnaſſaeis* exegit, et *Con* muniuit. Ταῦτα πράξας, conſtitutis in *Co* magiſtratibus, πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη, in *Samum* rediit. *Autumnum* intelligit illum qui *Aeſtati* conuenit, vt ſupra vidimus. VII. 47. Non autem illum qui menſes *Atticos* complectebatur *Autumnales*, qui (pro *Thucydidis* diſtributione) ad *Hyemem* potius ſpectabant *ſemeſtrem*. Imo ex hoc ipſo loco colligimus, ita ſenſiſſe *Thucydidem*. In poſtremis enim huius Libri verbis de *Hyeme* loquitur quae hanc *Aeſtatem* fuerit ſecuta. Indicat nimirum *Aeſtatis* ſuae fuiſſe omnia a ſe *ſuperius* memorata. Idem fecit in *Thucydidis* continuatione *Xenophon*. Nam verba *illa* dubito ne fuerint *Thucydidis*. Et cum ait *Thucydides* ΠΡΟΣ τὸ μετόπωρον ἤδη de *mitio Autumni*, indicat *propinquum* fuiſſe, atque *imminuiſſe* potius quam *adfuiſſe*. Recte conueniet nota illa *ante* o fortaſſis *Auguſti*. *Fidiculae occaſu Autumni initium* deſignabant *Veteres*, quem III. *Id. Auguſti* tribuebat in ſuo Parapegmate *Caeſar*. Sed longe receptior erat ſententia illa quae VI. *Iduum* occaſum illum aſſignauit, ex antiqua, vt videtur, etiam *Graecorum*, in Re *Ruſtica*, diſciplina. Nempe diei XLVO. a Solſtitio *Romano*, VIII. Kalendas *Iulias*. Ita *initio* quidem *Auguſti*, ſed paulo ante *Auguſti diem* VIIIm. contigerint illa quae πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη teſtatur contigiſſe *Thucydides*.

Pergit deinde noſter Auctor. *Tiſſaphernem* dicit, audito *Peloponneſiorum* a *Mileto* diſceſſu, ex *Aſpendo* in *Ioniam* remigraſſe. Iter hoc *Tiſſaphernis* ineunte, ni fallor, *Iulio*. Nempe pro praedictis rationibus. *Spatium* illud ſatis laxum erat nuncio de diſceſſu *Peloponneſiorum* recipiendo, ſi ſe confeſtim ab accepto *nuncio* ad iter accinxerit. Addit Auctor, ὄντων τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, *Antandrios*, metu *Aſtaci Tiſſaphernis* praefecti, qui etiam incolas *Atramyttii Delios* per inſidias interfecerat, praeſidio *Tiſſaphernis* ejecto, manum militarem acciuiſſe a *Peloponneſiis*, qui tum *Abydi* ſtationem habebant, per *Idam* montem itinere pedeſtri. Haec poſt diem *Iulii* VIIIm. ante quem vix poterant *Abydum* appellere *Peloponneſii*. Pro praedictis nempe rationibus.

VIII. 109. Audito praedicto *Peloponneſiorum* facinore de ejecto *praeſidio* ſuo, quod *Antandrios* tenuerat, *Tiſſaphernes*, veritus praeterea ne damna alia maiora ſibi inferrent infenſi *Peloponneſii*, inuidensque illorum nomine *Pharnabazo*; iter meditatur in *Helleſpontum*, vt cum *Peloponneſiis* de adiutis *Antandriis* expoſtularet, ſimulque ipſe dilati *Phoeniciarum* nauium auxilii rationem redderet, quam poſſet, honeſtiſſimam. Hoc etiam *iter* illum antea ſuscepiſſe veriſimillimum eſt quam *nuncium* accepiſſet de *Naumachia*. Nec enim erat cur *poſtea* ita *metueret* a *Peloponneſiis*. Itaque *Tiſſaphernis* iter, qua narratur a *Thucydide*, vltra menſem *Iulium medium* differri vix poteſt. *Primam* autem ille duntaxat itineris *ſtationem* narrat, a *Mileto Epheſum*.

VIII. 109. Ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἐν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται. Haec verba *poſtrema* potius a *Librario* aliquo, vel *ſtudioſo*, fuiſſe crediderim, quam vel a *Thucydide* ipſo, vel *Thucydidis filia*, vel *Xenophonte*, vel *coaeuo* aliquo alio horum temporum Auctore. Nec enim plane video cur abrupto *Tiſſaphernis* itinere, ad *Hyemem*, cuius geſta *nulla* complexus eſt, properaret. *Hyemis* certe huius mentionem nullam videtur apud illum reperiſſe *Xenophon*, qui alia addit huius *Aeſtatis* geſta ante *Hyemem*, vt mox oſtendemus. ε) Sic porro loquitur huius ſententiae Auctor, quaſi *nondum* elapſa eſſet *Hyems* illa cum haec commentaretur ipſe *Thucydides*, quod Nos falſiſſimum eſſe in horum Annalium *Apparatu* e *Thucydide* ipſo probauimus. Multis enim *poſt* Belli *finem* annis opus hoc a ſe elucubratum agnoſcit. Iter tamen *Tiſſaphernis* illum abſoluiſſe ſuſpicor, quod nullam illius mentionem fecerit *Xenophon*.

ε) Vid. *Annal. Xenophontis*.

[a]ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ

[b]ἀπὸ τῆς ὅλης ξυγγραφῆς παρεκβολή.

MARCELLINI

DE THVCYDIDIS VITA

ET GENERE DICENDI

excerpta ex integra ipsius Historia Dissertatio.

Τῶν Δημοσθένους μύσας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεσοὺς γενομένους, καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταζῆναι. [c] πολὺς γὰρ ἀνὴρ τέχναις, καὶ κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίᾳ, [d] καὶ συμβουλαῖς, καὶ παινηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον. πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταζέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρὸς, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης· ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ [e] τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ᾠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν· τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, [f] πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις [g] Δίδυμος

Iam tempus est, vt qui Demosthenis, et diuinarum ipsius orationum et concertationum Mystae fuerunt, quique sententiis ad deliberatiuum et iudiciale dicendi genus aptis pleni et abunde referti sunt, in Thucydidis etiam mysteria introducantur, *ipsiusque sacris inirientur*. Hic enim vir et arte, et orationum pulcritudine, et accurata rerum notitia, et exercitus ducendi scientia pollet, et in deliberatiuo et demonstratiuo dicendi genere excellit. Sed vitam et genus hominis primum declarare est necesse. Illis enim, qui *de rebus* bene sentiunt, antequam ad scripta accedant, haec sunt inquirenda. Thucydides igitur, ille historiarum scriptor, ex patre quidem Oloro (qui ab Oloro Thracum rege nomen impositum habebat) ex matre vero Hegesipyla est procreatus. Traxit autem genus a nobilissimis ducibus, Miltiadem et Cimonem dico. Antiquitus enim cum Miltiade *Atheniensium* duce; et propter Miltiadis genus, cum ipso Aeaco Iouis filio cognatione coniunctus erat. Adeo illustribus maioribus historicus iste se natum gloriatur. Atque Didymus

a Quis fuerit, aut qua aetate vixerit hic *Marcellinus*, non ita facile est coniicere. Scriptorum, qui eius meminerunt, primus (quod sciam) et antiquissimus est *Suidas* in v. ἀτάλαυσε et v. ἀπολαύειν. Verum an is sit, quem in v. Μαρκελλῖνος *Sallustii Philosopho* familiarem fuisse narrat, pronunciare non ausim. Eum ad *Valentiniani*, *Valentis* et *Gratiani* tempora referri debere existimat *Vossius*; eundemque esse arbitratur, cuius in *Hermogenem* de statibus Commentarios vna cum *Syriano* et *Sopatro* excudit *Aldus*. Q in et *Gesneri* suspicio est, non alium esse ab *Ammiano Marcellino*, cuius ex xxxi Historiarum libris exstant hodie libri xviii. nempe quia *Ammianus* ille Graecus se fuisse dicit extremis libri xxxi verbis: et phrasis ipsa satis hoc prodit; ad quam coniecturam firmandam non leue accedit argumentum, quod *Am. Marcellinus* (vt notauit *Valesius*) plurimis in locis imitatus est *Thucydidem*, et nonnulla ab ipso mutuari solet. *b* Crediderim hanc dissertationem operis longioris fuisse fragmentum, quo videtur complexus fuisse vitas praestantiorum quo vndam oratorum et Historicorum. Primus eam in lucem protulit, suaeque *Thucydidis* e regione praemisit *Aldus*: latinitate donauit *Isaacus Casaubonus*: et postea recognouit, plurimisque in locis illustrauit *Aemil. Portus*. *c* Πολὺς γὰρ ὁ ἀνὴρ legendum censet *Casaub.* *d* Καὶ συμβουλευτικαῖς mallem cum *Casaub.* *e* Vide Var. Lect. ad p. 2. *f* Ita de Miltiade *Herodotus*, l. 6 c. 35. adi *Ruperstum* in Var. Lect. l. 1. c. 9. p. 29. *g* Incertum vtrum hic *Didymus*

haec ſuo teſtimonio confirmat, qui tradit Pherecydem primo hiſtoriarum libro ita ſcribere: „Athenis habitauit Philaeas Aiacis filius: huic filius fuit Daiclus, huic Epidycus, huic Aceſtor, huic Agenor, huic Olius, huic Lyces, huic Typhon, huic Laius, huic Agameſtor, huic Tiſander, qui quum eſſet Athenis archon, * illi filius fuit Miltiades, cui filius Hippoclides, qui quum Athenis eſſet archon, inſtituta ſunt Panathenaea. Illi * natus eſt Miltiades, qui *Thraciae* Cherrhoneſum habitauit.“ Idem teſtatur et Hellanicus in eo libro, qui inſcribitur Aſopis. Nec vero dicat aliquis, quid ipſi *Miltiadi* cum Thucydide? Hic enim eſt huius cognatus. Thraces et Dolopes bellum cum Apſinthiis vicino populo gerebant. Sed eo bello grauiter afflicti, et grauiſſima quaeque paſſi, quod hoſtibus ſemper eſſent inferiores, ad oracula diuina confugiunt, quia ſciebant ſolum Deum rationem inuenire poſſe, quae vel difficillimas res expediat. „Nam, (vt et Aeſchylus canit) Deorum vis eſt ſumma. Saepe enim *vrbem* in rebus aduerſis conſilii inopem a graui moleſtia *liberauit*, et oculis imminentem nubem in bonum vertit.“ Nec eos ſua ſpes fefellit. Oraculum enim

μαρτυρεῖ, [h] Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· „[i] Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. ἐκ τούτου δὲ γίγνεται [k] Δάϊκλος· τοῦδε, Ἐπίδυκος· τοῦδε, Ἀκέσωρ· τοῦδε, Ἀγήνωρ· τοῦδε, Ὄλιος· τοῦδε, Λύκης· τοῦδε, Τύφων· τοῦδε, Λάϊος· τοῦδε, [l] Ἀγαμήσωρ· τοῦδε, Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις * [m] τοῦδε, Μιλτιάδης· τοῦδε, Ἱπποκλείδης, [n] ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. * [o] τοῦδε, Μιλτιάδης, ὃς [p] ᾤκησε Χερρόνησον.“ μαρτυρεῖ τούτοις καὶ [q] Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην; ἔστι γὰρ οὗτος τούτου συγγενής. [r] Θρᾷκες καὶ Δόλοπες ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, ὄντας γείτονας· ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ, καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες, ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων, [s] καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, [t] εἰδότες ὅτι μόνος ὁ θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. „[v] Θεῶν γὰρ ἰσχὺς, καὶ κατ' Αἰσχύλον, ὑπερτέρα· πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὰν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὑπέρ τε ὀμμάτων κρημναμένην νεφέλαν ὀρθοῖ.“ καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν

is ſit, qui Iulii Dictatoris et Trium-virorum temporibus vixit, et Χαλκέντερος appellatur ab *Ammiano Marcellino*, *Aliisque*, an *Didymas* cognomento *Claudius*, qui (teſte *Suida*) de *Thucydidis* in analogia erratis ſcripſit. Vide *Voſſium* de Hiſtoricis Gr. l. 1. c. 24. *h Pherecydae* duo, aut plures fuerunt. Nullus dubito quin *Pherecydes*, cuius fragmentum citat *Marcellinus*, idem ſit ac ille cuius meminit *Strabo*, lib. 2. et quem admodum antiquum eſſe oſtendit *Dionys. Halicarn.* l. 1. Antiq. vbi inquit: ἔνδρα τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων γενεαλόγων οὐδενὸς ἔυτερον. Vide *Salmaſium* ad Solinum, p. 590. *Voſſium* de Hiſtoricis Gr. l. 4. c. 4. et *Menagium* in Diogenem Laërtium, p. 68. [Vid. omnino Sturzium in Pherecydis fragmentis, Gerae 1789. editis p. 89. ff.] *i* Aliis eſt Φιλαῖος. (*Stephanus* in marg. Ed. 2. γρ. Φιλαῖος.) Apud *Tzetzem* Φίλιος pro Φιλαῖος legitur, exiguo quidem mendo, ſed tamen quod *Reinecciam*, aliosque nonnullos eousque decepit, vt Philium quendam diuerſum a Philaeo inter Aiacis liberos ponerent. Hic tum aliis aliquot inter Veteres, tum et *Pauſaniae* in Atticis, non Aiacis, ſed Euryſacis filius, Aiacis nepos dicitur. *Herodotus* tamen lib. 6. c. 35. Aiacis filium facit. [cf. Weſſ. ad Herod. p. 453.] *Plutarcho* in Solone et Philaeus et Euryſaces Aiacis filii dicuntur. *k* Forſan Ἄκλος. *Caſaub.* *l* De hoc, vt de reliquis nihil memorabile proditur, niſi quod hunc (cum in priuata fortuna vixerint caeteri) Athenis Archonta fuiſſe aiunt. *Rutgerſius.* Vide *Meurſium* de Archont. Ath. l. 1. c. 1. *m* Vel cum *Caſaubono* dicendum, quaedam hic deſiderari, vel cum *Rutgerſio* legendum τοῦδε Ἱπποκλείδης, τοῦδε Μιλτιάδης etc. Nam *Herodotus* libro ſexto ponit Hippoclidem Tiſandri filium inter procos, qui Sicyonem Agariſtae cauſa venerant. Vide *Rutgerſium*, p. 30. *n* Idem teſtatur *Anonymus*, cuius meminit *Meurſius* de Archont. Ath. l. 1. c. 11. Sed vterque capiendus de gymnico eius feſti certamine, quod tunc inſtitutum. *Euſebius* Chron. 1. rem exponit, ſed in annum III. Olympiadis LIII. refert. Vide et *Meurſium* de Regn. Ath. p. 82. et *Rutgerſii* var. Lect. p. 31. (Add. *Scaligerum* ad Euſeb. n. MCCCCLII.) *o* Etiam hic deſunt quaedam. Non enim Hippoclides, qui proxime praeceſſit, Miltiadis huius ſecundi pater fuit, ſed Cypſelus, auctore *Herodoto*, l. 6. c. 36. Hippoclidi autem quisnam filius fuerit, non inuenio. *p* Ὤκιστε legit *Caſaubonus*. (et *Stephanus*.) *q* Vt duo *Pherecydae*, ita et *Hellanici* duo fuerunt: vnus Mitylenaeus, annis duodecim *Herodoto* grandior, alter autem Mileſius, cuius aetas non ſatis cognita eſt. *Hellanici* cuiusdam mentionem facit *Thucyd.* l. 1. p. 64. eundemque reponit inter Atticos Hiſtoricos; qui forſan idem ſit cum eo, cuius Aſopis citatur a *Marcellino*. Vide *Voſſium* de Hiſtoricis Gr. l. 1. c. 1. et l. 4. c. 5. [in primis Sturz. in Hellanici fragmm. Lipſiae 1787. editis p. 50. f.] *r Herodotus* hanc hiſtoriam refert, ſed ita, vt *Marcellinum* alios auctores eſſe ſecutum appareat. Quin et Θρᾷκες et Δόλογκοι ex *Herodoto* reſcribendum mallem: quum Δόλογκοι (teſte *Stephano*) ἔθνος Θρᾴκης, Δόλοπες ἔθνος Θεσσαλῶν. [add. Weſſel. ad Herod. p. 452. qui docet Δόλογκοι reponendum eſſe. Idem confirmat Schol. ined. in Ariſtid. ap. Valken. ibid.] *s* Ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλέας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. *Herodot.* l. 6. c. 34. *t* Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον. *Aeſchylus* in Prometheo vincto, v. 59. Carmen hoc ipſum citat et *Ariſtophanis Scholiaſtes* ad Equites; et πόρους legit, ſicuti *Marcellinus*. *v* Ita edidit *Stephanus*. Θεῶν γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ' Αἰσχύλον ὑπερτέρα. πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον καὶ χαλεπὰς * * * ὑπέρ τε ὀμμάτων κριμναμένων νεφελῶν ὀρθοῖ. *Ald. Flor. Baſ.* In optimis *Aeſchyli* editionibus (Trag. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. v. 232.) legitur: „Ἔστι θεοῖς δέ τ' (δ' ἔτ' al.) ἰσχὺς καθυπερτέρα·“ πολλάκις δ' ἐκ κακοῖσι τὸν ἀμήχανον „ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὑπερθ' ὀμμάτων κρη“ μναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ. [In ed. Schütz. recentiſſima ita v. 200. ſſ. leguntur:

Ἔστι· θεοῖς δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα.
Πολλάκι δ' ἐν κακοῖσιν τὰν ἀμήχανον
Ἐκ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων
Κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ.]

τῶν ἐλπίδων. ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἔξειν ἡγεμόνα τοῦτον, ὃς ἂν αὐτοὺς ἀλωμένους ἐπὶ ξενίαν καλέσοι. τότε καὶ Κροῖσος εἶχε Λυδίαν, καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. ἐπανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου, περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ [x] πρὸ τῶν ὅρων καθεζομένῳ τῆς Ἀττικῆς, ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι, δικαίαν δὲ ζητοῦντι τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον. ταῦτα γὰρ ὠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. [y] ὁρῶν οὖν αὐτοὺς πλανήτων ἔχοντας σολήν, συνεὶς τί δύναται πλάνη, καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπηρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. οἱ δ' ἤσθησαν, τὸν ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῶν ξενίων εἰληφότες· καὶ πάντα αὐτῷ διηγησάμενοι, στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν αὐτόν. [z] οἱ μὲν οὖν τὸν θεὸν Φασὶν ἐρωτήσαντα ἐξελθεῖν· οἱ δὲ, οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόσκλησιν τῶν Θρᾳκῶν διηγησάμενον, ἀπελθεῖν. [a] οἷς καὶ προσδοὺς δύναμιν, ἀπέπεμψεν, ἡσθεὶς ὅτι μέγα δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. οὗτος οὖν ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα, καὶ μετὰ τὴν νίκην γίνεται καὶ Χερρονήσου οἰκιστής. [b] ἀποθανόντος δὲ μετὰ παιδὸς αὐτοῦ, διαδέχεται τὴν ἐν Χερρονήσῳ ἀρχὴν [c] Στησαγόρας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος. ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου, διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. οὗτος οὖν, ὄντων αὐτῷ παίδων ἐξ Ἀττικῆς γυναικὸς, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας, [d] λαμβάνει Θρᾳκῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμοι. ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς γίνεται παιδίον. κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα Περσῶν, συσκευασάμενος τὰ αὐτοῦ, εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει, καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποσέλλει. [e] ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ· ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρᾳκικῆς. ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴγε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. Μιλτιάδης δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θρᾴκης διαφυγὼν, σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ

acceperunt, fore vt optimum ducem haberent, eum, qui ipsos errantes ad hospitium inuitasset. Tunc vero tempotis Croesus Lydiae rex erat: Pisistratidae vero tyrannidem Athenis obtinebant. Illi igitur dum ab oraculo reuerterentur, in Miltiadem ante fines Atticae sedentem inciderunt, qui *Pisistratidarum* tyrannidem iniquo animo ferebat, et iustam ex Attica excedendi occasionem quaerebat. Haec enim Deus, qui responsum dederat, ipsis praeparauerat. Cum igitur *Miltiades* eos hominum errantium veste amictos vidisset, quia sciebat quid valeret erratio, ipsos ad hospitium inuitauit, cum interea se oraculo inseruire nesciret. Illi vero laetati sunt quod ducem nacti fuissent, a quo ad hospitium fuissent vocati. Cum autem omnia ipsi narrassent, ipsum ducem sibi crearunt. Sunt autem qui dicant *Miltiadem* Deo prius consulto *Athenis* excessisse. Alii vero tradunt eum non sine tyranni voluntate *inde* exiisse; sed postquam tyranno significasset se a Thracibus vocari, sic demum abiisse. Quibus *tyrannus* copias praeterea dedit, ac *eos* dimisit, quia gaudebat virum magna potentia praeditum Athenis exire. Hic igitur factus dux res oraculo praedictas impleuit, *et ad suum finem perduxit:* et post partam victoriam coloniae etiam in Cherrhonesum deductae dux fuit. Cum autem is sine liberis obiisset, Stesagoras vterinus eius frater Cherrhonesi regnum, hereditario iure ad se devolutum, ei succedens accepit. Hoc autem etiam *sine liberis* defuncto, successit in regnum Miltiades, qui et idem nomen ferebat, quod prior ille coloniae in Cherrhonesum deductae dux, et vterinus ac germanus Stesagorae frater erat. Hic igitur *Miltiades*, quamuis ex Attica muliere liberos suscepisset, tamen regnandi cupiditate flagrans, Hegesipylam, Olori Thracum regis filiam, vxorem duxit, ex qua filius est ipsi natus. Sed quo tempore Persae in Graeciam venerunt, *Miltiades* res suas conuasatas, magnamque generis partem Athenas misit. Sed accidit vt nauis caperetur, in qua etiam liberi ipsius inerant: non tamen ii, quos ex Thressa muliere susceperat; nam (si modo verum est Herodoti testimonium) a rege dimissi fuerunt. Miltiades vero ex Thracia fugiens, in agrum Atticum saluus peruenit; at non ita

x Procul dubio legendum, πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας· nam *Herodotus* disertim refert, eum sedisse ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωυτοῦ· est autem ortus error e compendio literarum, et praua pronunciandi ratione. *Rutgersius.* y Ὁρέων τοὺς Δολόγκους πατρώντας, ἐσθῆτα οὐκ ἐγχωρίην ἔχοντας, καὶ αἰχμὰς etc. *Herodot.* z Ita *Herodotus* rem narrat, quem vide l. 6. c. 35. a Ὃς καὶ προσδοὺς legendum existimat *Casaub.* b Ἀποθανόντος δὲ ἄπαιδος αὐτοῦ. *Idem.* (et *Steph.*) Ἀποθανόντος δὲ μὲν ἄπαιδος αὐτοῦ. *Rutgersius.* c Lapsus est *Marcellinus* et cum eo *Aristophanis Interpres*, qui hunc Stesagoram Miltiadis Cypseli fratrem vterinum faciunt, cum fuerit fratris eius vterini filius. Cypseli enim vxor, mater Miltiadis, (qui moriebatur ἄπαις, vt constat ex *Herodoto*, l. 6. c. 38.) Cypselo mortuo, nubit Stesagorae, siue Tisagorae, vt eum vocat *Aristidis Schol.* (Id enim ex eo liquet, quod Cimonem Miltiadis tertii patrem, Stesagorae quidem filium, Miltiadae vero Cypseli fratrem vterinum fuisse tradit *Herodotus*, l. 6. c. 38. Quod fieri non potuit, nisi Cypseli vxor eo mortuo Stesagorae nupserit.) Stesagoras ex ea Cimonem suscepit, qui ob stultitiam Κοάλεμος dictus fuit. Hunc patrem Miltiadis tertii, et Cimonis eius filii auum fuisse constat. Nam Cimoni duo filii fuere, Stesagoras et Miltiades, vt liquet ex *Herodoto*, l. 6. c. 38. et 39. Hic Miltiades ad Marathonem vicit: qui male a *Cornelio Nepote* cum Miltiade Cypseli confunditur, vt Cimon Coalemus a *Plutarcho* cum Cimone Miltiadis tertii filio. Miltiadi huic liberi fuere tres: Metiochus et Elpinice, e muliere ignota, quam Atticam fuisse *Marcellinus* ait; ex Hegesipyla, Olori Thraciae regis filia, Cimon, dux clarissimus. Vide *Rutgersium* in Var. Lect. p. 37. et 44. d Vide *Herodotum*, l. 6. c. 39. e Vide *Eundem*, l. 6. c. 41 [Ea Marc. tribuit Herodoto, quae ille non dixit. v. Wesl. et Valk. ad Herod.

quidem inimicorum ſuorum calumnias effugere potuit. Crimina enim ipſi *intulerunt*, *eumque accuſaxunt*, narrantes quonam modo tyrannidem *in Cherrhoneſo* exercuiſſet. Sed *tamen tandem ex hoc etiam periculo* euaſit: *et* in bello contra barbaros Imperator eſt creatus. Ab hoc igitur Thucydidem genus ducere tradunt. Et validiſſimum *huius rei* argumentum eſſe putant, ingentem ipſius opulentiam, et poſſeſſiones, quas in Thracia habuit, et aurifodinas. Quibusdam igitur videtur *fratris*, *ſororisue* Miltiadis *filius* fuiſſe, vel ex filia nepos. Porro *Thucydides* ipſe hanc ipſius generis quaerendi occaſionem nobis fruſtra praebuit, quia nullam eius mentionem fecit. Hoc vero ne ignoremus, Thucydidis patri Orolo nomen fuiſſe, cuius nominis prima ſyllaba habet R. ſecunda, L. Haec enim *recta nominis* ſcribendi ratio (vt et Didymo placet) *a nonnullis poſtea* corrupta fuit. Quod enim Orolus ſit *ſcribendum*; columna eius monumento impoſita aperte teſtatur, vbi haec ſunt inſculpta, THVCYDIDES OROLI F. HALIMVSIVS HIC IACET. Et enim ad portas, quae Melitides vocantur, in Coela ſunt quae appellantur Cimonia monumenta, vbi viſuntur Herodoti et Thucydidis ſepulcra. Hinc manifeſte patet, illud videlicet, Thucydidem ex Miltiadis genere oriundum eſſe; nullus enim peregrinus *et ab illa familia alienus* ibi ſepeliebatur. Idem teſtatur etiam Polemon

καὶ τὴν τῶν [f *ἐχθρῶν*] *συκοφαντίαν. ἐγκλήματα γὰρ αὐτῷ* [*ἐπέφερον,*] *διεξιόντες* [*αὐτοῦ*] *τὴν τυραννίδα* [*τὴν ἐν Χερρονήσῳ.*] *ἀποφεύγει δὲ* [*καὶ τούτους, καὶ*] g *στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίγνεται. ἀπὸ τούτου* h *οὗν κατάγεσθαί Φασι τὸ* i *Θουκυδίδου γένος·* k *καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν, καὶ τὰ ἐπὶ Θράκης κτήματα, καὶ μέταλλα χρυσᾶ. δοκεῖ οὖν* l *τισὶν* * *εἶναι τοῦ Μιλτιάδου, ἢ θυγατριδοῦς. παρέσχε δ' ἡμῖν τηναλλως αὐτὸς ζήτησιν,* m *μηδεμίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο, ὅτι Ὄρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐςί, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφὴ, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὄρολός ἐςιν,* n *ἡ ςήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη· ἔνθα κεχάραγται,*

Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

πρὸς γὰρ ταῖς o *Μελιρίσι πύλαις καλουμέναις ἐςὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμόνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους* p *ὄντως.* q *ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ θάπτεται. καὶ* r *Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως*

p. 456.] *f* Lacunas in *Editt. Ald. Flor. Baſ.* hisce verbis (quae vncis incluſa vides) feliciſſime ſupplevit *Iſ. Caſaubonus*, ex *Suida* (vt credo) in voce Μιλτιάδης (*Stephanus* hic adnotat: lego *τῶν ἐχθρῶν* ex Suida: vnde et reliqua ſupplevimus, quae hic notis incluſa vides.) *g* Κατήγορος *Ald. Flor. Baſ.* *h* Inter *οὖν* et *κατάγεσθαι*, vt et mox inter *καὶ* et *μέταλλα* deerat aliquid in codice vnde *Marcellinum* deſcripſit *Aldus*. *i* Si nullis aliis argumentis (praeter ea quae ſequuntur) adductus, ſibi et aliis perſuaſerit *Marcellinus*, Thucydidem a Miltiade genus duxiſſe, metuo vt eorum ſententia verior ſit, qui, *Hermippum* ſecuti, eum a Piſiſtratidis originem habuiſſe teſtati ſunt. In eadem tamen, qua *Marcellinus*, opinione grauiſſimum ſcriptorem *Plutarchum* eſſe video. *Rutgerſius*. *k* Argumentum plane ſiculneum: ſi enim omnes opulenti e Miltiadis genere putandi ſint, quid fiet Craſſo? aut ſi omnes qui fodinas in Thracia poſſident, quid ipſius *Thucydidis* coniugi, quam et diuitem, et fodinas in Thracia poſſediſſe, ipſe *Marcellinus* ſcribit *Idem*. *l* Τισὶν ἀδελφιδοῦς εἶναι legendum coniicit *Iſaacus Caſaubonis*. (et *Stephanus*.) *m* Thucydides tamen non obſcuram ſui mentionem facit, lib. 4. p. 299. Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν etc. et paulo infra, Θουκυδίδην κτῆσίν τε ἔχειν τῶν χρυσείων μετάλλων etc. et lib. 5. p. 333 Γέγραφα δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος etc. *Ae. Port* *n* Ἔχουσι δὲ καὶ αἱ ςῆλαι ἐπιγραφὰς ποῦ ἕκαστος ἀπέθανεν. *Schol. Ariſtoph.* p. 560. *Ed. Aurel.* *o* Μελιτίσι omnino ſcribendum. *Pauſanias* in Atticis, Θουκυδίδου μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων. (Haec eſt emendatio *Stephani*, et *Caſauboni* in *Ed. Perti*: quam etiam ſequitur *Petitus* in leg. Attic. p. 495. 497. *Pauſaniae* locus eſt Attic. cap. XXIII. Quae hic de nomine patris Thucydidis ſcribit *Marcellinus*, non potuerunt adducere *Stephanum* in Adnotat. ad Thucydidem p. 641. vt ei ac *Didymo* potius aſſentiri vellet, quam plerisque aliis vetuſtis ſcriptoribus, qui patrem Thucydidis Ὄλορον vocant, non Ὄρολον. Ita *Thucydides* ipſe IV. 104. *Dionyſius Halicarn.* de Arte rhetorica Cap. VI. in princ. *Pauſanias* Attic. Cap. XXIII. *Plutarchus* in Cimone princip. *Ariſtides* Tom. III. p. 200. *Ed. Cant. Themiſtius*. Orat. IV. p. 60. *Ed. Hard. Agathias* Lib. II. p. 62. *Photius* Biblioth. Cod. X. vbi male editum eſt Ὄλουρε, pro Ὄλορε, *Suidas* in Θουκυδίδης et ἐργᾶν. qui etiam in Ὄλορες ad patrem Thucydidis reſpicere potuit, et *Scholiaſtes* Dionis Chryſoſtomi in Scholiis *Morelli* ad Dionem p. 106. Si *Didymus* columnam in ſepulcro Thucydidis poſitam ſua aetate ſuperfuiſſe, et Inſcriptionem illius ſibi lectam teſtatus fuiſſet, reſponderi poſſet omnia loca Scriptorum veterum, in quibus patri Thucydidis Oloro nomen eſt, e ſcriptura columnae emendanda eſſe. Sed hoc non liquet e verbis *Marcellini*, e quibus nihil aliud colligi poteſt, quam *Didymum* teſtimonium columnae ad ſententiam ſuam ſtabiliendam adhibuiſſe: quod ille etiam diu poſt eam abolitam fama quadam acceperiſſe potuit. Hoc quoque ſcrupulum iniecit, quod *Marcellinus* Regem Thracum, cuius nomen patri Thucydidis impoſitum fuit, et Ὄλορον appellat, et quod *Herodotus* VI. 39 et 41. Ὄλορον Regem Thracum memorat. Tamen Viri Eruditiſſimi *Voſſius* II. Inſtit. Orator. 13, 3. et I. de Hiſtor. Graec. 4. itemque *Fabricius* II. Biblioth. Graec. 25, 1. *Didymi* et *Marcellini* auctoritatem ſequi malunt) *p* Ὄντος mallit *Ae. Port*. *q* Habebant quidem gentes et familiae ſua ſingulae monumenta: vnde *Demoſthenes* in Orat. aduerſus Macartatum, ἐν τῷ μνήματι Βουσελιδῶν πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ Βουσέλου γενόμενοι κεῖνται. Sed vtrum hoc religione adeo obſeruatum fuerit, vt neminem iisdem monumentis, niſi qui eius eſſet familiae eſſet, inferre liceret, ſt tuere non auſim. *Rutgerſius* de rei veritate, vt et de validitate argumenti, quo *Marcellinus* Thucydidem probat Miltiadis genere oriundum, ubdubitat, quod Cimonis monumentis, Herodotum, qui ab ea familia alienus, illatu eſſe, ide ille *Marcellinus* auctor ſit. *r* Hunc *Polemonis* librum περὶ ἀκροπόλεως citat *Athenaeus* l. 11, et 13. vt et *Strabo* l. 9. et *Harpocration*, in Νεμέας καρήδρα. Vide *Meurſii* Cecropiam,

μαρτυρεῖ· ἔνθα * [s] καὶ θεο * αὐτῷ γεγενῆσθαι προσισχυρεῖ. [t] ὁ δὲ Ἕρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἔλκειν τὸ γένος. διὸ καὶ [u] διαφθονεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα. [x] λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι. οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ [y] Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης πλουσίαν σφόδρα, καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων, οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προελόμενος συγγράψαι αὐτὸν, παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίων, καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλλοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γινόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις; ἐξὸν Ἀθηναίοις μόνοις διδόναι, καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε. σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι. εἰκὸς δὲ ἦν, Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἀπαγγέλλοντας τὸ ἑαυτῶν, ψεύδεσθαι, καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντες. διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται τῇ τῶν πολλῶν συναδούσῃ συμφωνίᾳ. ἤκουσε δὲ διδασκάλων, [z] Ἀναξαγόρου μὲν, ἐν Φιλοσοφίᾳ

in libro de arce *Athenienſi*. Vbi etiam hoc praeterea ſcribit, Thucydidi filium fuiſſe *Timotheum*. Hermippus vero et ab ipſis tyrannis Piſiſtratidis genus eum trahere dicit, Quae enim (inquit) cauſa eſt cur ille in ſuis ſcriptis de Harmodio et Ariſtogitone inuidioſe loquatur, et tyrannum ab iis caeſum fuiſſe neget? nec enim, *vt inquit ille*, tyrannum, ſed Hipparchum tyranni fratrem interfecerunt. *Thucydides* autem duxit vxorem e Scapteſyla Thraciae *vrbe* ditiſſimam, et metallorum fodinas in Thracia poſſidentem. Has autem opes adeptus, non in delicias conſumſit: ſed cum multo ante bellum Peloponneſiacum motum iri praeſenſiſſet, quia cupiebat hoc bellum conſcribere, multa Athenienſium et Lacedaemoniorum militibus, et multis aliis largitus eſt, vt res *omnes*, in hoc bello opportune geſtas dictasque ſibi, eas memoriae literisque mandare cupienti, referrent. *Hic* autem quaerendum, cur et Lacedaemoniis et aliis *pecunias* dederit; cum ſuis Athenienſibus eas dare, et ex ipſis *res omnes* intelligere poſſet. Reſpondemus non ſine cauſa, *certoque conſilio*, *pecunias* aliis etiam ab eo datas. Rerum enim *omnium* veritatem ſibi conſcribendam propoſuerat. Erat autem veriſimile fore, vt Athenienſes vtilitati ſuae ſeruientes in rerum a ſe geſtarum relatione mentirentur, et ſaepe dicerent *hoſtes* a ſe victos, quos *tamen* non viciſſent. Quamobrem *pecuniam* omnibus praebuit, vt ex multorum conſenſu veritatis notitiam indagaret *ac adipiſceretur*. Quod enim obſcurum eſt, *id* multorum concentu conſenſuque declaratur *et aperte demonſtratur*. Doctores autem audivit, in Philoſophia quidem, Anaxagoram (vnde etiam,

c. 2. [s] Καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι, cum *Caſaubono* (et *Stephano*) legendum cenſeo. Filium enim Thucydidi fuiſſe, qui Timotheus appellabatur, conſtat ex *Suida*, in voce Θουκυδίδης. [t] Forſan et hic Hermippus βιογράφος cuius ſaepius meminit *Diogenes Laërtius*, et quem (vt puto) laudat *Ioſephus*, l. 1. contra Appionem, hisce verbis: πολλοὶ δὲ καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. De hac *Hermippi* opinione (quam firmat *Scholiaſtes Thucyd.* p 16. n. 6.) vide quae ſupra monuimus. [u] Rectius forſan διαφωνεῖν ſcribendum. [x] Vide *Thucyd.* l. 6. p. 411. etc. [y] Σκαπτησύλης malit *Ae. Port.* nam Σκαπτησύλη dicitur *Stephano* περὶ πόλεων, et Latinis (vt *Feſto* et *Lucretio*) Scaptenſyla et Scapteſyla. *Marcellino* tamen noſtro bis adhuc diuiſis plane vocibus ſcribitur, adeo vt veriſimile non ſit, toties Librarii calamum aberraſſe, quod et extra omnem controuerſiam ponit *Plutarchus* in Cimone, p. 480. *Ed. Francof.* et de exſilio, p. 605. (*Holſtenius* ad Stephanum v. Σκαπτησύλη) De Scapteſyla fuſe *Vincentius Contarenus* lib. Var. Lect. c. 29. p. 116. *Pinedo* ad Stephanum v. Σκαπτησύλη dicit in *Plutarcho* perperam legi Σκαπτὴ ὕλη. Non magis ibi perperam legitur, quam in *Herodoto* VI. 46. et *Theophraſto* de lapidibus, ex ſententia *Leopardi* (a qua tamen diſceſſit *Heinſius*, in cuius *Edit. Theophraſti* p. 393. eſt Σκαπτησύλη) qui haec loca VII. Emendation. 20. indicauit, nec non *Euſtathio* ad Dionyſium Perieg. v. 517. locum *Herodoti* deſcribente. Vtroque modo dictum fuiſſe probabile facit gentile Σκαπτησυλίτης apud *Stephanum*. *Dacerius* ad Feſtum adnotat *Stephano* et *Plutarcho* Σκαπτησύλην eſſe. Hoc de *Stephano* verum eſt, non de *Plutarcho*; niſi fortaſſis, vt benigne interpretemur, eo reſpexit, quod quidam *MSS. Plutarchi* in Cimone Σκαπτησύλη habent. De controuerſia inter *Lambinum* et *Giſanium*, quorum ille in *Lucretio* VII. 810. *Scapteſula*, hic *Scaptenſula* ſcribendum contendit, *Centarenus* pronunciat, ferri poſſe vtramque ſententiam; ſed ſe propter *Miſcrum Lucretii* et *Feſti* conſenſum, qui Criticis omnibus ſemper magni faciendus ſit, poſteriorem praeferre. Et hoc videtur probaſſe *I. Fr. Gronouius* ad Liv. XXIX. 27. *Scapteſula Leopardus* l. d. idque in Herodoti interpretatione Latina expreſſit *Iac. Gronouius*. Dudum de hac ratione ſcribendi egerunt Viri docti, *Politianus* v. Ep. 3. *Pierius* ad Virgilium II. Ecl. 1. I. Aen. 363. et VIII. 184. *Muretus* ad Ciceron. II. Philipp. 18. qui amplius cogitandum dicit, ſi cui ea res tanti ſit, *Gyraldus* ad Terent. Eunuch. Prol. v. 10. et alii apud *Dauſquium* in Orthographia. Sed eam non tam nouam eſſe, vt quidam putarunt, conſtat e fragmentis Legis Thoriae A. V. C. IↃↃCXLVI. et Legis Seruiliae A. V. C. IↃCLXVI. latae, apud *Sigonium* II. de Antiq. Iur. Ital. 2. et II. de Iudic. 27. quorum in illo *quotiens*, in hoc *die vicenſumo* eſt. [z] Euripidem Anaxagorae auditorem fuiſſe tradunt *Diogenes Laërtius*, et *Cicero* lib. 3. Tuſc. quaeſt. *aliique* quos citauit *Menagius* in ſuis ad *Diogenem* obſeruationibus, p. 77. *Ed. Amſtel.* atque illum ὑπερφυῶς admiratum eſſe Periclem ſcribit *Plutarchus*. Verum *Thucydidis*, vt diſcipuli Anaxagorae, nemo (vt credo) alius

Antyllo teſte, atheus paulatim haberi coepit, quod illius philoſophiae diſciplinam auidius hauſiſſet) in *rhetoricis* vero *praeceptis*, Antiphontem rhetorem, virum in arte rhetorica eximium, cuius in octauo *ſuae hiſtoriae* libro mentionem facit, eumque auctorem fuiſſe dicit, vt popularis dominatus abrogaretur, et cccc virorum dominatio conſtitueretur. Quod autem Antiphontis defuncti cadauer Athenienſes extra vrbem *quaſi* poenas exigentes, proiecerint; *hoc quidem Thucydides* in praeceptoris gratiam ſilentio praetermiſit. Sunt enim qui dicant eius cadauer ab Athenienſibus proiectum, quod eo auctore popularis dominatus *Athenis* mutatus fuiſſet. *Thucydides* autem, qui hanc hiſtoriam ſcripſit, cum ad virilem aetatem peruenisſet, nullis reipublicae adminiſtrandae negotiis ſe immiſcuit, nec ad tribunal, *et concionem* acceſſit. Duxit tamen exercitum, et imperium *ſibi a populo delatum*, primam ſuorum malorum cauſam accepit; nam propter hoc ipſum in exſilium eſt pulſus. Nam cum Amphipolin miſſus fuiſſet, et Braſidas *eum* anteuertiſſet, ac *vrbem* illam occupaſſet, *hoc nomine ab Athenienſibus eſt accuſatus*, *huiusque rei apud eos* culpam ſuſtinuit; eius tamen opera Athenienſibus non prorſus fuit inutilis. Nam ab hac quidem *vrbe capienda* aberrauit; ſed Eionem cepit, quae ad *fluuium* Strymonem eſt ſita: nihilominus tamen *Athenienſes* prius infortunium eius culpae tribuentes, ipſum exſilio mulctarunt. Ille vero pulſus in exſilium, cum Aeginae eſſet, quia magnas habebat opes, maximam *ſuarum* pecuniarum partem foeneri collocauit. Poſtea tamen inde quoque diſceſſit, et in Scapteſyla *Thraciae vrbe* degens, ſub platano *ſuam hiſtoriam* ſcripſit. Abſit enim vt fidem adhibeamus Timaeo, qui Thucydidem exſilio mulctatum, in Italia vitam transegiſſe dicit. Veruntamen ne ſic quidem iniuriae acceptae memor animo erga Athenienſes male affecto *hiſtoriam* ſcripſit; ſed veritatis amans, et moderatis moribus fuit; ſiquidem neque Cleon neque Braſidas

Φοις, (a ὅθεν, φησὶν b Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς), c Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρὸς, οὗ καὶ μέμνηται ἐν d τῇ ὀγδόῃ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων καταςάσεως. ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἐῤῥίψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, e σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος. λέγεται γὰρ ὡς ἐῤῥίψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. οὐκ ἐπολιτεύσατο δὲ ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ, οὐδὲ προσῆλθε τῷ βήματι, ἐξρατήγησε δὲ, ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών. ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. f πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν, Βρασίδου Φθάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν, ἔσχεν αἰτίαν· καίτοι μὴ πάντα καταςὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις. τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠιόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμονι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτω, τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες, g φυγαδεύουσιν αὐτόν. γενόμενος δ' ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγὴν, ὡς ἂν h πλουτῶν, ἐδάνεισε τὰ πλεῖςα τῶν χρημάτων. ἀλλὰ κἀκεῖθεν μετῆλθε, καὶ διατρίβων ἐν i Σκαπτῇ ὕλῃ, ὑπὸ πλατάνῳ k ἔγραφε. μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα l Τιμαίῳ λέγοντι, ὡς φυγὼν ὤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. m ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν, καὶ τὰ ἤθη μέτριος· εἴγε οὔτε Κλέων n παρ' αὐτῷ, οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς

meminit. *a* Ita primus edidit *Ae. Port.* Ὅθεν (φησὶν ὁ Ἄντυλλος) καὶ ἄθεος ἠρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς ἤκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, Ἀντιφῶντος δὲ etc. *Ald. Flor. Baſ Steph.* 1. et 2. Verum verba transpoſita eſſe monuit *H. Steph.* *b* Ex *Enarratore* noſtro (p. 226. n. 59. p. 250 n. 6. p. 256. n. 47. ed. Amſt.) coniicio *Antyllum* hunc (quem Rhetorem appellat *Suidas*) Scholia quaedam conſcripſiſſe, aut Criticam exercuiſſe in *Thucydidem*. *c* Quod *Caecilius* (vt eſt apud *Plutarchum* lib. de Vitis x. Rhet.) tradit *Antiphontem* fuiſſe Thucydidis diſcipulum, id verum eſſe minime arbitror. Sed video quid deceperit, ſiue *Caecilium*, ſiue *Plutarchum*. Duo enim fuere Antiphontes, vt docet *Hermogenes* lib. 2. περὶ Ἰδεῶν. Ex his priorem (qui *Rhamnuſius* dicitur) *Thucydidi* magiſtrum fuiſſe cenſeo: quod *Suidae* etiam teſtimonio comprobatur; poſteriorem autem veriſimilius eſt Thucydideae dictionis (vt nonnulli volunt Eruditi) aemulum fuiſſe. Vide *Voſſium* de Rhetor. nat. et conſtit. c. xi. p. 73. et *Ionſium* de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. p. 322. (add *Florent. Chriſtian.* ad Ariſtoph. Veſp. v. 1262. *d* Vide *Thucydidem*, l. 8. p. 545. *e* Vtrum hoc vere de *Thucydide* pronunciet, incertum: nam varia de morte Antiphontis tradunt Hiſtorici, vt conſtat ex *Plutarchi* libello de Vitis x. Rhetorum. *f* Vide *Thucydidem*, lib. 4. p. 299. 300. *g* Exſilii ſui meminit *Thucyd.* l. 5. p. 334. hisce verbis: καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν ξρατηγίαν. *h* Valde vides erat, ſecturas aureas in Thracia poſſidens. lib 5. p. 299. *i* Σκαπτησύλῃ legit *Ae. Port.* vt ſupra Σκαπτησύλης *Feſtus* Scapteſulam in Macedonia collocat: ſed facile *Marcellino* poteſt conciliari. Nam Graeci quicquid erat trans Neſſum ad Orientem Thraciam appellarunt, in qua regione fuiſſe videtur Scapteſula: Romani autem Macedoniam ſubactam magis adhuc ampliarunt, eiusque primam regionem conſtituerunt intra Strymonem et Neſſum. Vide *Vincentii Contareni* Var. Lect. cap. 29. p. 116. (In *Plutarchi* Cimone p. 480. *Mſſ. A. V.* a *Porto* ſtant. Ibi quoque *A. Θουκυδίδης μὲν Ἀλιμούσιος γέγονε τὸν δῆμον*, non τῶν δήμων. Wass.) *k* Quod Hiſtoriam ſuam ſcripſerit *Thucydides*, cum a patria remotus, atque in exſilium pulſus eſſet, clare indicat *Cicero*, l. 2. de Orat. quod in Thracia περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην teſtis luculentus *Plutarchus* in libello de exſilio. *l* *Timaei* plures fuere, de quibus adi *Suidam*, *Voſſium* de Hiſtoricis Gr. et *Ionſium* de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſ. Accipio de *Timaeo Siculo Tauromenite*. *m* Aliter cenſet *Dionyſius Halicarn.* cui *Thucydides* videtur iniquior patriae ob irrogatam exſilii mulctam. Verum ille in plerisque plus iuſto acrior *Thucydidis* cenſor. *n* Παρ' αὐτοῦ non agnoſcit *Suidas*, hunc *Marcellini* locum citans in vocibus ἀπήλασε et ἀπολαύειν.

αἴτιος, ἀπέλαυσε Διονυσίου, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἧκιστα μελήσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων, [o] ἀποδρᾶναι φησὶν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. [p] Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπῄνησε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· [q] Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ· [r] Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ Πλάτωνος ἑταίρῳ, διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ, μέτριος, καὶ ἐπιεικὴς, τῆς ἀληθείας ἧττων. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο [s] Θουκυδίδαι πολλοί· οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγὸς, [t] Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ [v] διεπολιτεύσατο· τρίτος δὲ γένει [x] Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται [y] Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, Φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος· τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητὴς, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος· οὗ μέμνηται [z] Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίζωνος. συνεχρόνισε δ' ὡς φησι [a] Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ, καὶ [b] Χοιριδίῳ, καὶ Μελανιππίδῃ. καὶ [c] ἐπεὶ μὲν ἔζη Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπιπλεῖστον, ὡς αὐτὸς Πραξιφάνης φησίν· ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη. οἱ μὲν οὖν ἐκεῖ λέγουσιν αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν· καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς. [d] ἰκρίον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι· τοῦ

(qui calamitatis auctor ipsi fuerat) vllo *in ipsius scriptis* maledicto vt ab irato scriptore est affectus: quamquam plerique suis affectibus inseruientes, veritate prorsus neglecta, historias conscripserunt. Herodotus enim a Corinthiis spretus, ipsos subterfugisse dicit pugnam naualem, quae ad Salaminem est commissa. Timaeus vero Tauromenita Timoleontem supra modum laudavit, quod Andromachus ipsius pater potestate regia ab eo spoliatus non fuisset. Philistus vero cum iuniore Dionysio verbis praeliatur. Xenophon vero Menonem, Platonis amicum, quod ipse Platonis esset aemulus, conuiciis incessit. Hic vero *scriptor* est moderatus, et aequus, et veritati cedit. Illud autem sciamus, plures fuisse Thucydides; nam et hic fuit, Olori filius, et secundus demagogus, Milesii *filius*, qui et Pericli in reipublicae administratione est adversatus; tertius vero, genere Pharsalius, cuius mentionem facit Polemon in libro de arce, patrem ei fuisse dicens Menonem. Fuit etiam quartus alius Thucydides poëta, ex pago Acherdusio, cuius mentionem faciens Androtion in rerum Atticarum historia, Aristonem ei patrem fuisse dicit. Vixit autem, teste Praxiphane in libro de historia, iisdem temporibus, quibus Plato comicus, Agatho tragicus, Niceratus epicus poëta, et Chôerilus, ac Melanippides. Caeterum *Thucydides* quamdiu quidem vixit Archelaus, vt plurimum nominis obscuri fuit, vt ipse Praxiphanes ait. Postea vero in summa *apud omnes* admiratione fuit. Illius autem regionis homines ipsum obiisse dicunt, vbi etiam vitam exsul degebat; corpusque ipsius non fuisse Athenis humatum hoc argumento confirmant. *Aiunt* enim tabulatum eius tumulo impositum fuisse; hoc autem

o *Herodot.* l. 8. c. 94. Vide *Plutarchum* de malignitate *Herodoti*, p. 870. *Ed. Francof.* p Τίμαιος ἠβουλήθη μείζω ποιεῖν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. *Suidas*, quem vide in voce Τίμαιος, vt et *Plutarchum* in vita Timoleontis. q Refert *Plutarchus* quod *Philistus* omnium hominum studiosissimus fuerit Tyrannorum: praesertimque *Dionysii iunioris*. Quaere in vita *Dionis*, p. 974. *Ed. Francof.* r Vide *Xenophontem* de Expeditione *Cyri*, in fine libri tertii, et *Diogenem Laërtium* lib. 2. Segm. 50. cum quibus confer *Suidam* in v. Μένων. s Τέσσαρες δὲ εἰσι Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι· ὁ ἱστοριογράφος, καὶ ὁ Θρᾳττιος, καὶ ὁ Θετταλὸς, καὶ ὁ Μιλησίου υἱός. *Schol Aristoph.* p 405, 498. (Achaïn. v. 703. et Vesp. 941. vid. *Meursium* V. Lection. Attic. 26. vbi non Μιλησίου, sed Μελησίου scribendum contendit) t Cuius meminerunt *Plato*, *Plutarchus* in Pericle, *Athenaeus*, et *Thucydides* noster, l. 1. p. 75. v Sunt qui praeferant ἀντιπολιτεύσατο. Sed nihil mutandum. Nam ἀντιπολιτεύεσθαι, pro διαπολιτεύεσθαι, de contrariis partibus non raro positum inuenimus, praesertim apud *Polyaenum* et *Plutarchum*. Vide plura apud *Casaubonum* ad *Polyaeni* Strategemata, p. 45. *Ed. Lugdun.* (Lib. I. Cap. 21. et 31. *Stephanus* hic coniiciebat ἀντεπολιτεύσατο et in Adnotat. in Scholia Graeca ad p. 1. Col. 1. v. 1 συνδιεπολιτεύσατο· vide ibi.) x Hunc memorat *Thucyd.* l. 8. p. 563. et idem est (vt puto) qui *Scholiasti Aristoph.* dicitur Θεσσαλὸς· nec forsan alius est *Eiusdem* Θρᾳττιος ab eo qui apud *Marcellinum* Ἀχερδούσιος audit. y Vixit *Ptolemaei Epiphanis* temporibus, atque librum inscripsit, teste *Strabone* l. IX. περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει. Vide *Meursii* Cecropiam, c. 2. et *Vossium* de Historicis Gr. l. 1. c. 18. z Huius meminere *Pausanias*, *Plutarchus*, *Aelianus*, *Clemens*, *aliique*. Videlis *Vossium* de Hist. Gr. l. 3. a Memoratur a *Laërtio* in vita Platonis. b Χοιρίλῳ malluem cum *Casaubono*, (et *Stephano*). Nam *Choerilum* vixisse *Thucydidis* temporibus constat. *Choeridium* autem in Graecorum monumentis frustra quaeras. De Poëtarum (quos memorat) aetate, vide *Vossium* de Poëtis. c Cur hoc dicit, nulla prorsus coniectura assequi possum. d Illis, quibus sepultura legibus denegata erat, Cenotaphia exstrui solebant intra Atticae fines, sed imposita tumulo cruce. Vide *Petiti* Comment. in leges Atticas. p. 562. De voce ἰκρίον consule *Lipsii* notas ad libellum de cruce. (Haec in *Suida* v. ἴκριον, sub nomine *Thucydidis* ita perperam leguntur: Ἴκριον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖται τοῦ κενοταφίου. Θουκυδίδης. Γνώρισμα ἐτιχώριον κ. ν. Ἀ. τ. ἐπὶ δυσυχίᾳ τ. κ. μ. ἐ. Ἀ. τ. Quae hinc emendari possunt. *Petitus* ἰκρίον esse *crucem* cenotaphio impositam, quomodo ante eum etiam alios hoc accepisse scribit *Lipsius* in Notis ad lib. I. de Cruce, cap. 4. colligit ex Epigrammate *Flaminii* in Alcaeum poëtam apud *Plutarchum* in Flaminino; sed coniectura, vt mihi videtur, non valde firma. Varias significationes huius vocabuli habent vetères *Lexicographi*, *Eustathius* ad Homerum compluribus locis, *Scholiastes* Apollonii Rhod. 1. Argonaut. v. 566. et *Scholiastes* Aristophanis Nub. v. 226. quorum nemo ἰκρίον *crucem* interpretatus est. *Lipsius* putat ἰκ-

ex inſtituto et ſolenni Athenienſium more manifeſtum eſſe cenotaphii indicium, quoties quis huiusmodi fortuna vſus obierat, nec Athenis ſepultus fuerat. Didymus vero *Thucydidem* ab exſilio reuerſum, morte violenta Athenis obiiſſe tradit; hoc autem a Zopyro memoriae proditum dicit. Athenienſes enim, poſt cladem in Sicilia acceptam, omnibus exſulibus (exceptis Piſiſtratidis) in patriam redeundi poteſtatem permiſiſſe; hunc autem reuerſum, violenta morte ſublatum, et in Cimoniis monumentis ſepultum; quinetiam *ait* illorum ſimplicitatem *a Zopyro* derideri, qui Thucydidem peregre quidem obiiſſe; Athenis vero ſepultum fuiſſe putent. Si enim in paterno monumento clam poſitus fuiſſet, nec columnam adeptus fuiſſet, nec inſcriptionem, quae ipſius ſepulcro impoſita nomen auctoris indicat. Verum illud conſtat exſulibus *in patriam* redeundi poteſtatem fuiſſe datam, vt et Philochorus teſtatur, et Demetrius Phaleraeus, in libro de Archontibus *Athenienſibus*. Ego vero Zopyrum nugari puto, qui Thucydidem in Thracia obiiſſe dicat: licet Cratippus, etiam eum vere loquutum cenſeat. Quod autem Timaeus, et alii eum in Italia ſepultum fuiſſe tradant, *vereor* ne *hoc* perridiculum habeatur. Fertur autem Thucydides hanc habuiſſe formam: vultum quidem cogitabundum, caput vero cum capillis in acutum deſinens, et reliquam corporis habitudinem ſuis ſcriptis conuenientem. Eum autem obiiſſe tradunt vita vltra quinquageſimum aetatis annum producta, opere inſtituto ad ſuum finem nondum perducto. Porro Thucydides aemulatus eſt Homeri quidem diſpoſitionem, Pindari vero grande et ſublime dicendi genus. Obſcure autem de induſtria loquitur, ne omnibus ad ipſius lectionem aditus pateret, neue *in contemtionem veniret*, *ac* in minori pretio habendus videretur, ſi a quouis facile poſſet intelligi; ſed *potius* ſapientiſſimis quibuſque probatus, apud hos in admiratione eſſet. * Qui enim a praeſtantiſſimis viris laudatur, et laudem illorum iudicio eſt conſequutus, in poſterum omne tempus honorem literarum monumentis mandatum, nullisque periculis obnoxium eſt adeptus, quem nulla poſterorum iudicio aetas delere poterit. Nonnihil etiam,

κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυσχυίᾳ τετελευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων. Διδυμος δ' ἐν Ἀθήναις, [e] ἀπὸ τῆς Φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι [f] Ζώπυρον ἰσορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν [g] Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι. [h] εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι συλλήβδην τεθείς, οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε σήλης, οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη, τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ [i] Φιλόχορος λέγει, καὶ [k] Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω, λέγοντα τοῦτον ἐν Θρᾴκῃ τετελευτηκέναι· καὶν ἀληθεύειν νομίζῃ [l] Κράτιππος αὐτόν. τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ Τίμαιον αὐτὸν καὶ ἄλλους λέγειν κεῖσθαι, μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ. λέγεται δ' αὐτὸν τὸ εἶδος γεγονέναι, σύννουν μὲν τὸ πρόσωπον, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας εἰς ὀξὺ πεφυκυίας, τήν τε λοιπὴν ἕξιν προσπεφυκέναι τῇ συγγραφῇ. παύσασθαι δὲ τὸν βίον [m] ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, μὴ πληρώσαντα τῆς συγγραφῆς τὴν προθεσμίαν. ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν, Ὁμήρου· Πινδάρου δὲ, εἰς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὑψηλὸν τοῦ χαρακτῆρος· [n] ἀσαφῶς δὲ λέγων ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται, παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς δοκιμαζόμενος, παρὰ τούτοις θαυμάζηται. ὁ γὰρ τοῖς ἀρίστοις ἐπαινούμενος, καὶ κεκριμένην δόξαν λαβὼν, ἀνάγραπτον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κέκτηται τὴν τιμὴν, οὐ κινδυνεύουσαν ἐξαλειφθῆναι τοῖς ἐπικρίνουσιν. ἐξήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον,

bulam, ſiue lignum *nauale* fuiſſe.) *e* Oenobium de *Thucydide* ab exſilio reuocando decretum obtinuiſſe; ipſumque etiam *Thucydidem* poſt reditum dolo fuiſſe peremtum, ſcribit *Pauſanias* in Atticis, p. 21. *Ed. Francof.* (Attic. Cap. XXIII.) *f* Idem, puto, eſt hic *Zopyrus* cum illo *Byzantio*, cuius meminit *Plutarchus* in Parall. min. c. 36. Vide *Voſſium* de Hiſt. Gr. l. 3. *g* Nam pertinaci adeo odio eos habuerunt, vt ne quidem accepta in Sicilia clade in diſcrimen ſummum adducti, poſt annos nonaginta duos, cum exſulibus quibuscunque reditum darent, hos recipere voluerint. Vide *Meurſii* Piſiſtratum, c. XVI. *h* Εἰ γὰρ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι κρύβδην τεθείς, οὐκ ἂν etc. legendum exiſtimat *Ae. Port.* (Addit *Portus*, vide infra, τὰ ὀρᾶ αὐτοῦ κρύφα. *Legendum* ἢ κρύβδην τεθείς· ἢ *id eſt*, alioqui. *Steph.* qui vertit, *quod ſi eſſet*, *nunquam ille in auito monumento poſitus fuiſſet.*) *i Sc.* in libro de Archontibus, de quo *Anonymus* ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ, ad Olymp. c. I. an. III. quod opus pars erat commentariorum de Attica, vt exiſtimat *Voſſius* de Hiſt. Gr. l. 1. c. 18. *k Demetrium* ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ bis citat *Diogenes Laërtius* in vita Thaletis: adeo vt mirum ſit eius non meminiſſe in librorum *Demetrii* catalogo, quem contexit, lib. 5. Segm. 81. *l* Is, *Thucydidi* aequalis, qui (teſte *Dionyſio Halicarn.* in iudicio de *Thucydidis* hiſtoria) ea quae a *Thucydide* omiſſa erant, ſcriptis complexus eſt. *m* Veriſimile eſt *Thucydidem* vltra ſexageſimum annum vitam produxiſſe: quum (teſte *Gellio* l. XV. c. XXIII.) initio belli Peloponneſiaci quadraginta annos natus fuiſſe videatur, atque (vt infra *Marcellinus*) obierit in Thracia poſt Peloponneſiacum bellum finitum. *n* De *Thucydidis* obſcuritate in concionibus queritur *Cicero*, eamque rerum compreſſioni adſcribit; nam verborum prope numerum ſententiarum numero conſequutus eſt. Quinetiam in *Thucydide* obſcuritas a verbis prouenit, vt vel illa indicant *Dionyſii Halicarn.* συχνίθμηται γάρ τινές εἰσιν, οἱ

ὡς φησιν Ἀντυλλος, καὶ τὰς ο Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις, καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μέντοι καὶ p Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. μάλιςα δὲ πάντων (ὅπερ εἴπομεν) ἐζήλωσεν Ὅμηρον, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς, καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας, τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τοῦ κάλλους, καὶ τοῦ τάχους. τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἰσορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγόντων τὰς συγγραφὰς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διαπαντὸς διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ περιθέντων λόγους τινὰς, οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιΐας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας) μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥςε καὶ φάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας. ὅπερ ἐςὶ λόγων τελείων εἰκών. q τριῶν δὲ ὄντων χαρακτήρων Φραςικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους, ἐζήλωσε τὸν ὑψηλὸν, ὡς ὄντα τῇ Φύσει πρόσφορον τῇ οἰκείᾳ, καὶ τῷ μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου. ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον ἐοικέναι ταῖς πράξεσιν. ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι, ὅτι r μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο· (ὃς οὔτε ὑψηλός ἐςιν, οὔτε ἰσχνός·) s ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν. t διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θουκυδίδης καὶ v ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισί· περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς, οὐκ ἔςι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔςι ποιητικῆς, δῆλον, ἐξ ὧν οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. εἰ δέ τις ἡμῖν ἀντείποι, ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἐςιν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ Πλάτωνος συγγράμματα, οὐδὲ τὰ ἰατρικὰ, λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ συγγραφὴ κεφαλαίοις διαιρεῖται, καὶ ἐπὶ εἶδος ἀνάγεται ῥητορικῆς· κοινῶς μὲν πᾶσα συγγραφὴ ἐπὶ τὸ συμβουλευτικὸν (ἄλλοι δὲ καὶ ὑπὸ τὸ πανηγυρικὸν ἀνάγουσι, φάσκοντες ὅτι

vt ait Antyllus, Gorgiae Leontini ſtudium eſt imitatus, vt verba verbis quaſi demenſa reſpondeant, et in collatione contrariorum, quae tunc temporis apud Graecos maxime probabantur. Prodicum quoque Ceium in accurato verborum delectu *eſt imitatus.* Homerum vero in primis (vt iam diximus) et in verborum electione, et in exquiſita eorundem compoſitione, et in elocutionis vi, orationisque pulcritudine, ac velocitate. Cum autem ſcriptores, ac hiſtorici, qui eum aetate praeceſſerunt, hiſtorias anima (vt ita loquar) carentes conſcripſerint, et nuda ſimplicique rerum narratione vbique ſint vſi, nec vllis perſonis vllam orationem attribuant, nec vllas conciones *ſuis ſcriptis inſertas* fecerint, cumque Herodotus rem tentarit, nec voti compos fieri potuerit (Herodotus enim conciones paucis verbis expreſſas fecit, perſonarum fictionibus ſimiliores quam concionibus) vnus hic hiſtoriae conditor conciones et inuenit et perfecte compoſuit, ita vt earum vnaquaeque ſua capita et partitiones habeat, et ad certum *cauſae* ſtatum reuocari poſſit; quae eſt perfectarum concionum forma. Cum autem ſint tres dicendi formae, ſublimis, tenuis, et media, reliquis neglectis, ſublimem elegit, vtpote ſuo ingenio congruentem, et tanti belli magnitudini conuenientem. Res enim magnas ab hominibus geſtas magna etiam oratione declarari decet. Sed vt reliquas quoque dicendi formas cognoſcas, ſcias Herodotum quidem media eſſe vſum (quae neque ſublimis, neque tenuis eſt;) Xenophontem vero tenui; Thucydides igitur, vt ſublimem faceret orationem, ſaepe et poëticis dictionibus et quibusdam translationibus eſt vſus. Caeterum nonnulli de toto hoc ſcriptionis genere dicere ſunt auſi, hanc ſcribendi formam ad Rhetoricam non pertinere, ſed ad poëticam: hoc vero vel ex eo falſum eſſe arguitur, quod *hiſtorici oratio* nulla metri lege ſit adſtricta. Sed ſi quis nobis obiiciat non omnem metro ſolutam orationem eſſe Rhetorum, vt Platonis, et Medicorum ſcripta: reſpondebimus hiſtoriam certe eſſe Rhetorum, quae et in ſua capita dividitur, et ad illa Rhetorum genera refertur. In genera quidem omnis hiſtoria ad deliberatiuum *refertur* (alii vero et ad demonſtratiuum *eam* referunt, quia viros, qui in proeliis rem fortiſſime geſſerunt,

πάντα τὰ Θουκυδίδου συμβαλεῖν δυνάμενοι, καὶ εὖ' οὗτοι χωρὶς ἐξηγήσεως γραμματικῆς ἔνια (De *Thucydidis* imitatione Homeri Pindari et Prodici vid. Adnotationes in Scholia Graeca ad p. 317 et de Gorgiae παρισώσεσι *Stephanum* ibid. ad p. 2. col. 1. v 9.) * Qui eni[m] praedantiſſimis viris commendatur, et ab iis, qui certo iudicio res ponderant, laudatur, in etc. o Multum huic maximi quique viri, qui poſtrea ſunt ſecuti, debuerunt; nam vt *Philoſtratus* in Epiſt. ait, *Critias* ac *Thucydides* acceptum illi referunt magnificum atque exaggeratum orationis genus, quod *Philoſtratus* vocat μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὄφρῦν. Floruit circa Olymp. LXXX. Vide *Voſſium* de Rhetorices nat. et conſtit. c. 10. p *Protagorae* diſcipulus fuit *Prodicus*, et aequalis *Gorgiae*, quem a καλλιλογίᾳ etiam *Maximus Tyrius* commendat, *Diſſert.* 7. Vide *Suidam.* q De hiſce vide *Tan. Fabri* praefationem ad *Longini* libellum vere aureolum περὶ ὕψους. (Deſcripſit ex hoc loco quaedam *Suidas* v. χαρακτῆρες.) r Idem plane de eo *Dionyſ. Halicarn.* qui in libello *de vocum ſtructura*, *Herodotum* medium characterem cum *Homero* ſecutum eſſe ſcribit. s Ita diſerte de eo *Dionyſ. Halicarn.* in praeceptis *de oratione nuptiali*, extremis fere verbis. t Sublimem eſſe *Thucydidem* fatetur *Dionyſius*, eiusque characteri ἀξίωμα et ὄγκον aſſignat *Hermogenes:* ei autem grauitatem et maieſtatem paſſim fere omnes concedunt. v Vide *Dionyſium Ha-*

historia laudari dicunt;) ſpeciatim vero hiſtoria Thucydidea, in vnumquodque de illis tribus generibus cadit. Nam in deliberatiuum quidem cadunt omnes conciones, praeter illam, quae eſt Plataeenſium et Thebanorum lib. III. In demonſtratiuum vero, oratio funebris. In iudiciale, conciones Plataeenſium et Thebanorum, quas paulo ante a reliquis ſeparauimus. Ad iudiciale enim genus pertinere hanc concionem, manifeſto ex eo euincitur, quod cauſa agitur apud iudices eos, qui Lacedaemone aduenerant, quod que Plataeenſes in iudicio interrogantur, et interrogationi longa oratione reſpondent, eique orationi contradicunt Thebani, vt Lacedaemoniorum iram contra Plataeenſes incendant: ipſa denique id arguit orationum compoſitio, ratio, ac forma. Quidam autem aiunt librum VIII. ſuppoſititium eſſe; neque Thucydidis eſſe: ac ſunt qui eum tribuant ipſius filiae: ſunt etiam qui Xenophonti. Nos autem dicimus, filiae quidem non eſſe: id vero per ſe eſſe manifeſtum. Non enim muliebris eſt ingenii, talem virtutem, artisque praeſtantiam imitari: deinde, ſi talis aliqua exſtitiſſet, non illa profecto latere voluiſſet; neque octauum tantum librum ſcripſiſſet, ſed alia quoque multa ingenii ſui monumenta reliquiſſet. Xenophontis quoque non eſſe, ipſa dicendi forma hoc propemodum clara voce teſtatur. Longe enim differt tenue dicendi genus a ſublimi. Sed nec Theopompi eſt, vt nonnullis placet. Quibusdam, iisque peritioribus, Thucydidis quidem eſſe videtur, nondum tamen perpolitus, ſed inchoatus tantum et rudis, multa ſummatim complectens, quae et poliri et dilatari poterant; vnde etiam adducimur vt dicamus, videri hunc librum a Thucydide iam aegrotante conſcriptum: eamque eſſe cauſam cur et languidius ſcriptus ſit et breuius. Nam quando corpus eſt infirmum, animus quoque vires nonnihil remittere ſolet. Eſt enim inter animum et corpus quaſi conſenſus quidam atque naturae coniunctio. Obiit in Thracia, poſt Peloponneſiacum bellum, dum res eius belli anno XXI. geſtas conſcriberet. Hoc enim bellum XXVII. annos durauit. Res vero geſtas reliquis ſex annis ſupplent Theopompus et Xenophon, quibus rerum in Graecis geſtarum hiſtoriam annectit. Sciendum vero, Thucydidem, qui Amphipolin dux exercitus miſſus fuiſſet, viſusque eſſet ſerius eo peruenisſe, occupata iam vrbe a Braſida, in exſilium ab Athenienſibus fuiſſe miſſum, ob

ἐγκωμιάζει τοὺς ἀρίστους ἐν τοῖς πολέμοις γενομένους), ἐξαιρέτως δὲ ἡ Θουκυδίδου ἐν τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ὑποπίπτει· τῷ μὲν συμβουλευτικῷ, διὰ τῶν ὅλων δημηγοριῶν, πλὴν τῆς Πλαταιέων, καὶ Θηβαίων, ἐν τῇ τρίτῃ· τῷ δὲ πανηγυρικῷ, διὰ τοῦ ἐπιταφίου· τῷ δὲ δικανικῷ, διὰ τῆς δημηγορίας τῶν Πλαταιέων καὶ τῶν Θηβαίων, ἃς ἀνωτέρω τῶν ἄλλων ὑπεξειλόμεθα. ὅπου γὰρ δικασταὶ κρίνουσι Λακεδαιμονίων οἱ παραγενόμενοι, καὶ κρίνεται πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὁ Πλαταιεὺς καὶ ἀπολογεῖται περὶ ὧν ἐρωτᾶται, διὰ πλειόνων τοὺς λόγους ποιούμενος, καὶ ἀντιλέγει τούτοις ὁ Θηβαῖος, εἰς ὀργὴν τὸν Λακεδαιμόνιον προκαλούμενος· ἡ τοῦ λόγου τάξις καὶ μέθοδος καὶ τὸ σχῆμα, δικανικὸν καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ εἶδος. λέγουσι δέ τινες τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου· ἀλλ' οἱ μὲν φασὶν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ, [x] Ξενοφῶντος. πρὸς οὓς λέγομεν ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι, δῆλον. οὐ γὰρ γυναικείας ἦν φύσεως τοιαύτην ἀρετήν τε καὶ τέχνην μιμήσασθαι. ἔπειτα, εἰ τοιαύτη τις ἦν, οὐκ ἂν ἐσπούδασε λαθεῖν, οὐδ' ἂν τὴν ὀγδόην ἔγραψε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ κατέλιπεν ἄν, τὴν οἰκείαν ἐκφαίνουσα φύσιν. ὅτι δὲ οὐδὲ Ξενοφῶντός ἐστιν, ὁ χαρακτὴρ μονονουχὶ βοᾷ. πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἰσχνοῦ χαρακτῆρος καὶ ὑψηλοῦ. οὐ μὴν οὐδὲ Θεοπόμπου, καθά τινες ἠξίωσαν. τισὶ δὲ, καὶ μᾶλλον τοῖς χαριεστέροις Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ, ἄλλως δ' ἀκαλλώπιστος, δι' ἐκτύπων γεγραμμένη, καὶ πολλῶν πλήρης ἐν κεφαλαίῳ πραγμάτων, καλλωπισθῆναι καὶ λαβεῖν ἐκτασιν δυναμένων. ἔνθεν καὶ λέγομεν ὡς ἀσθενέστερον πέφυκαι, καὶ ὀλίγον καθότι ἀῤῥωστῶν αὐτὴν φαίνεται συντεθεικώς. ἀσθενοῦντος δὲ σώματος, βραχύ τι καὶ ὁ λογισμὸς ἀτονώτερος εἶναι φιλεῖ· μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα. ἀπέθανε δὲ μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Πελοποννησιακὸν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, συγγράφων τὰ πράγματα τοῦ εἰκοστοῦ καὶ πρώτου ἐνιαυτοῦ· εἴκοσι γὰρ καὶ ἑπτὰ κατέσχεν ὁ πόλεμος. τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἓξ ἐτῶν πράγματα ἀνεπλήρωσεν ὅ, τε [y] Θεόπομπος καὶ ὁ Ξενοφῶν, οἷς συνάπτει τὴν Ἑλληνικὴν ἱστορίαν. Ἰσέον δὲ ὅτι χρατηγήσας ὁ [z] Θουκυδίδης ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ δόξας ἐκεῖ βραδέως ἀφικέσθαι, καὶ προλαβόντος αὐτὸν τοῦ Βρασίδου, ἐφυγαδεύθη ὑπ' Ἀθηναίων, διαβάλλοντος αὐτὸν τοῦ

licarn. de *Thucydidis* Idiomate, et *Longinum* περὶ ὕψους c. 20. et 34. [x] Fertur tamen de *Xenophonte* (quemadmodum teſtatur *Laërtius*) quod cum *Thucydidem* poſſet ſupprimere, primus eius monumenta in lucem protraxerit: quo vel ſolo nomine, quantum illi debeant omnes, nemo non intelligit. [y] Is res Graeciae inde, vbi definit *Thucydides*, hiſtoria complexus eſt, auctore *Polybio* in Excerptis de virtutibus et vitiis. Teſtatur et *Anonymus* ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ, *Theopompum* res Graecas orſum eſſe, vbi deſierat *Thucydides*, annosque complexum XVI. atque deſinere in nauali pugna circa Cnidum. Hisce adde *Diodor.* Sic. p. 442, 511. Vide *Voſſium* de Hiſtor. Gr. l. 1. c. 7. et *Ionſium* de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. l. 1. c. 9. [z] Vide lib. 4. p. 299., 300. etc. [a] Conſule l. 3. p. 187. l. 4. p. 251, 255, 256, 257. etc.

Κλέωνος (διὸ καὶ ἀπεχθάνεται τῷ [a] Κλέωνι, καὶ ὡς μεμηνότα αὐτὸν εἰσάγει πανταχοῦ) καὶ ἀπελθὼν, ὥς φησιν, ἐν τῇ Θρᾴκῃ, τὸ κάλλος ἐκεῖ τῆς συγγραφῆς συνέθηκεν. ἀφ' οὗ μὲν γὰρ ὁ πόλεμος ἤρξατο, ἐσημειοῦτο τὰ λεγόμενα ἅπαντα, καὶ τὰ πραττόμενα. οὐ μὴν κάλλους ἐφρόντισε τὴν ἀρχὴν ἢ τοῦ μόνον σῶσαι τῇ σημειώσει τὰ πράγματα· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐξορίαν ἐν [b] Σκαπτῇ ὕλῃ τῆς Θρᾴκης χωρίῳ διαιτώμενος, συνέταξε μετὰ κάλλους ἃ ἐξ ἀρχῆς μόνον ἐσημειοῦτο διὰ τὴν μνήμην. ἔστι δὲ τοῖς μύθοις ἐναντίος, διὰ τὸ χαίρειν ταῖς ἀληθείαις. οὐ γὰρ ἐπετήδευσε τοῖς ἄλλοις ταυτὸν συγγραφεῦσιν, οὐδὲ ἰσρικοῖς, οἱ μύθους ἐγκατέμιξαν ταῖς ἑαυτῶν ἱστορίαις, τοῦ τερπνοῦ πλέον τῆς ἀληθείας ἀντιποιούμενοι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω· τῷ συγγραφεῖ δ' οὐκ ἐμέλησε [c] πρὸς τέρψιν τῶν ἀκουόντων, ἀλλὰ πρὸς ἀκρίβειαν τῶν μανθανόντων γράφειν. [d] καὶ γὰρ ὠνόμασεν ἀγώνισμα τὴν ἑαυτοῦ συγγραφήν. πολλὰ γὰρ τῶν πρὸς ἡδονὴν ἀπέφυγε, τὰς παρενθήκας, ἃς εἰώθασι ποιεῖν οἱ πλείονες, ἀποκλίνας. ὅπου γὰρ καὶ παρ' Ἡροδότῳ καὶ ὁ [e] δελφίς ἐστιν ὁ Φιλήκοος, καὶ Ἀρίων ὁ κυβερνώμενος μουσικῇ, καὶ ὅλως ἡ δευτέρα τῶν ἱστοριῶν τὴν ὑπόθεσιν ψεύδεται. ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος, ἂν ἀναμνησθῇ τινὸς περιττοῦ, διὰ μὲν τὴν ἀνάγκην λέγει, διηγεῖται δὲ μόνον εἰς γνῶσιν τῶν ἀκουόντων ἀφικνούμενος. ὅ, τε γὰρ περὶ [f] Τηρέως αὐτῷ λόγος πέφρασαι μόνον περὶ παθῶν τῶν γυναικῶν, ἥ τε [g] Κυκλώπων ἱστορία, τῶν τόπων ἐμνημονεύθη χάριν. καὶ ὁ [h] Ἀλκμαίων, ὅτε σωφρονεῖν μνημονεύεται, ἔνθα τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ νήσους ποιεῖ, τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἀκριβοῖ. περὶ μὲν οὖν τοὺς μύθους τοιοῦτος. δεινὸς δὲ ἠθογραφῆσαι. καὶ ἐν μὲν τοῖς μέρεσι, σαφής· ὑπὸ δὲ τὴν σύνταξιν, ἐνίοτε διὰ τὸ ἐπιτεῖνον τῆς ἑρμηνείας, ἄδηλος εἶναι δοκῶν. ἔχει δὲ χαρακτῆρα ὑπέρσεμνον, καὶ μέγαν. τὸ δὲ τῆς συνθέσεως, τραχύτητος ὂν μεσὸν, καὶ ἐμβριθὲς, καὶ ὑπερβατικὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσαφές. αἱ δὲ βραχύτητες θαυμασαί, καὶ τῶν λέξεων οἱ νόες πλείονες. τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετόν. ἐν δὲ ταῖς ἀφηγήσεσι σφόδρα δυνατὸς, ναυμαχίας ἡμῖν καὶ πολιορκίας, νόσους τε καὶ ῥᾳδίας διηγούμενος. πολυειδὴς δὲ ἐν τοῖς σχήμασι,

Cleonis (quem ille ideo exosus, tanquam insanum vbique introducit) calumnias: illum vero, Athenis relictis, in Thraciam, vt aiunt, secessisse; vbi pulcerrimam illam historiam contexuit. Notauerat enim ille quidem, iam inde a belli initio, quaecunque memoria digna dicerentur fierentue: non tamen etiam principio de vllis suae historiae ornamentis fuit solicitus: sed satis ei fuit, si rerum memoriam sua notatione conseruaret. Postea vero exsul, vitam in Scaptesyla Thraciae loco, agens, dolauit perpoliuitque, quae initio memoriae tantum causa notauerat. Fabulis autem adversatur, studio veritatis: non enim fecit quod alii auctores et historiarum scriptores, qui delectationis studiosiores, quam veritatis, fabulas in suas historias inseruerunt. Atque illi quidem ita *se gesserunt*. At nostri auctoris institutum longe aliud fuit: qui sibi proposuit non auditores oblectare, sed studiosos homines erudire. Ideo ait opus hoc suum esse κτῆμα ἐς ἀεί (quasi quis dicat monumentum in omne tempus duraturum) non ἀγώνισμα, siue, ad ostentationem elaboratum opus; multa siquidem omisit, quae ad delectationem faciunt: digressionesque vitauit, quibus alii delectantur; cuiusmodi sunt apud Herodotum, quae de delphine narrantur, qui audienda lyra delectatur: et de Arione qui musica nauem dirigit: imo totus liber secundus titulum operis mentitur. Contra hic auctor si quid mirabile vel praeter institutum opus sit commemorandum, id ille quidem commemorat quia necesse est: verum ita vt in eius enarratione non diutius immoretur, quam quantum opus est, vt rem lector intelligat. Nam Terei meminit, propter Prognes et Philomelae casus tantum: Cyclopum etiam mentionem fecit, propter locorum cognitionem: Alcmaeonis quoque obiter meminit, de Acarnania et ei oppositis insulis loquens: reliqua non accurate persequitur. Ac fabulas quidem ita tractat Thucydides. Caeterum in moribus exprimendis mirabilis plane est: in singulis quidem orationis partibus est perspicuus: at in verborum constructione, quod longioribus periodis ac sententiis vtitur, interdum obscurus videtur esse. Genere dicendi vtitur grandi et in primis sublimi. Compositio aspera est, grauis, et hyperbatis scatens, interdum etiam obscura; breuitas mirabilis, et dictionum plures sensus. In sententiis, quae ad mores pertinent, excellit. Praestat etiam in narrationibus, dum proelia naualia, obsidiones vrbium, morbos, ac seditiones nobis narrat. Orationi suae multiplicia adhibet figurarum lumina,

et p. 321. (v. *Marcellin.* p. 4. Wass.) [Infra pro ἢ τοῦ μόν. σῶσαι lcrib. ἀλλ' ἢ aut ἀλλά.] *b* Σκαπτησύλῃ malit *Ae. Port.* Vide quae supra notauimus p. 3. et 4. *c* Vide lib. 1. p. 16, 17. *d* Καὶ γὰρ κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον ὠνόμασεν ἢ ἀγώνισμα τὴν ἑαυτοῦ ξυγγραφήν legendum; quae lectio facile elicitur ex ipsomet *Thucydide*, p. 18. *Ae. Port.* (Et *Stephanus.*) *e* Vide *Herodotum*, l. 1. c. 23, 24. *f* Lib. 2. p. 115. *g* Initio libri sexti. *h* Fortasse legi potest, καὶ ὁ Ἀλκμαίων δὲ ὁ Ἀμφιάρεω μνημονεύεται, ἔνθα τὰ περὶ τὸν Ἀχελῶον καὶ τὰς πρὸ αὐτοῦ νήσους ἱσορεῖ. *Casaub.* (Ita *Stephanus* in *Edit.* 2.) Alcmaeonis meminit *Thucydides* in fine libri secundi, vnde correctionem huius loci satis commodam sumere potes: καὶ ὁ Ἀλκμαίων, ὅτε σωφρονεῖν ἔμελλε, μνημονεύεται, ἔνθα τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ ἐν νήσῳ ποιεῖ. i. e. ἔνθα τὴν πρότερον αὐτοῦ σωφροσύνην οὐκ ἄλλως ἂν γενέσθαι λέγει, ἢ ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ, ἣν νῆσον καλεῖ, καὶ ἥπερ οὕπω ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἑωρᾶτο, οὐδὲ γῆ ἦν, ὅτε τὴν αὐτοῦ μητέ α ἔκτεινε. τὴν δὲ τοῦ Ἀχελῶου πρόσχωσιν ὡς νῆσον ἤδη πεποιημένην καὶ

in plerisque Gorgiam Leontinum imitatus, velox in elocutione, aufterus supra modum, morum exprimendorum optimus artifex. Itaque videbis apud eum in Pericle spiritum elatum, atque in Cleone nescio quid, quod quo nomine sit appellandum non reperio, in Alcibiade iuuentutem, in Themistocle omnia, in Nicia probitatem, superstitionem, et felicitatem, antequam veniisset in Siciliam: itemque alia sexcenta, quae suis locis sigillatim conabimur obseruare. Plurimus est apud Thucydidem veteris linguae Atticae vsus, quae ξ pro σ vsurpat, vt quum dicit ξυνέγραψε et ξυμμαχίαν. Per diphthongum αι scribit quae reliqui per α, dicitque αἰεί. Et omnino nomina multa noua inuenit; siquidem in Thucydidis dictione, quaedam vocabula reperiuntur ipsius aetate antiquiora, vt αὐτοβοεί, et πολεμησείοντες, et παγχάλεπον, et ἁμαρτάδα, et ὕλης Φακέλους. Quaedam et poëtis sunt in vsu, vt ἐπιλύγξαι, ἐπηλύται, ἀνακῶς et similia. Quaedam ipsi propria, ἀποσίμωσις, et κωλύμη, et ἀποτείχισις· itemque alia, quae apud reliquos scriptores non leguntur, sed apud hunc tantum. Porro huic etiam curae est verborum maiestas, vis argumentorum, ac sententiarum grauitas: et (vt iam diximus) in compositione breuitas. Nam *saepe* multae res vel vnica voce declarantur. Saepe etiam res et affectiones pro personis vsurpat, vt in illo ἀντίπαλον δέος. Habet etiam generis demonstratiui nonnihil: vt in oratione funebri: et quod variis ironiis, atque interrogationibus vtitur: conciones quoque quasdam habet philosophico more conscriptas: sunt enim instar dialogorum, qui philosophiis conueniunt, compositae. Ipsius tamen elocutionem ac verborum compositionem plerique reprehendunt, inter quos est Dionysius Halicarnasseus; eum enim reprehendit quasi soluta ac ciuili oratione vti nequeat; *quod ideo Dionysius facit,* quia ignorat haec omnia esse cuiusdam eximiae facultatis et habitus perfectissimi. Herodoti autem temporibus videtur vixisse, siquidem Herodotus meminit irruptionis in vrbem Plataeam factae, quam historiam narrat Thucydides libro secundo. Aiunt etiam, quum Herodotus suas historias in hominum coetu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuisse,

τὰ πολλὰ καὶ τῶν [i] Γοργίου τοῦ Λεοντίνου μιμούμενος· ταχὺς ἐν ταῖς σημασίαις, πικρὸς ἐν ταῖς αὐχηρότησιν, ἠθῶν μιμητὴς, καὶ ἄριστος διαγραφεύς. ὄψει γοῦν παρ' αὐτῷ Φρόνημα Περικλέους, καὶ Κλέωνος οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἂν εἴποι τις· Ἀλκιβιάδου νεότητα, Θεμιστοκλέους πάντα, Νικίου χρηστότητα, δεισιδαιμονίαν, εὐτυχίαν, μέχρι Σικελίας, καὶ ἄλλα μυρία, ἃ κατὰ μέρος ἐπιδεῖν πειρασόμεθα. ὡς ἐπιπλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ ἀτθίδι τῇ παλαιᾷ, ἣ τὸ ξ ἀντὶ τοῦ σ παρείληφεν, ὅταν ξυνέγραψε καὶ ξυμμαχίαν λέγῃ· καὶ τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ α γράφῃ, [k] αἰεὶ λέγων. καὶ ὅλως ἐφευρετὴς ἐστὶ καινῶν ὀνομάτων. τὰ μὲν γὰρ, ἔστιν ἀρχαιότερα τῶν κατ' αὐτὸν χρόνων, τὸ Αὐτοβοεὶ, καὶ τὸ Πολεμησείοντες, καὶ [l] Παγχάλεπον, καὶ Ἁμαρτάδα, καὶ Ὕλης Φακέλους· τὰ δὲ ποιητῆς μέλει, οἷον τὸ [m] Ἐπιλύγξαι, καὶ τὸ Ἐπηλύται, καὶ τὸ Ἀνακῶς, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δ' ἴδια, οἷον [n] Ἀποσίμωσις, καὶ Κωλύμη, καὶ Ἀποτείχισις· καὶ ὅσα ἄλλα παρ' ἄλλοις μὲν οὐ κεῖται, ὑπ' αὐτοῦ δὲ λέλεκται. μέλει δὲ αὐτῷ καὶ ὄγκου τῶν ὀνομάτων, καὶ δεινότητος τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ, ὥσπερ Φθάσαντες εἴπομεν, βραχύτητος συντάξεως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων καὶ λέξει δείκνυται. τέθεικε δὲ πολλάκις καὶ πάθη καὶ πράγματα ἀντ' ἀνδρῶν, ὡς τὸ Ἀντίπαλον δέος. ἔχει δὲ καί τι τοῦ πανηγυρικοῦ, ἐν οἷς ἐπιταφίους λέγει· καὶ ποικίλως εἰρωνείας εἰσφέρων, καὶ ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ Φιλοσόφοις εἴδεσι δημηγορῶν. ἐν οἷς γὰρ ἀμοιβαῖός ἐστι, Φιλοσοφεῖ· τὴν μέντοι ἰδέαν αὐτοῦ τῶν λέξεων καὶ τῶν συνθέσεων αἰτιῶνται οἱ πλείους, ὧν ἐστι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς· μέμφεται γὰρ αὐτῷ ὡς πεζῇ καὶ πολιτικῇ λέξει χρῆσθαι μὴ δυναμένῳ· οὐκ εἰδὼς ὅτι ταῦτα πάντα δυνάμεως ἐστὶ περιττῆς καὶ ἕξεως πλεονεξία. Φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν [o] Ἡροδότου χρόνων γενόμενος, εἴγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος [p] μέμνηται τῆς Θηβαίων ἐσβολῆς ἐς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. [q] λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου, παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης,

---

νῆσον ἠπειρωμένην νοεῖ. *Ae. Port.* *i* Vide p. 6. [Mox alter vtrum τῇ ἀρχαίᾳ aut τῇ παλαιᾷ delendum.] *k* Si αἰεὶ pro ἀεὶ vsurpat, it *Thucydides*, in hoc recessit ab Atticorum consuetudine, quibus familiare est literam ι vocibus auferre. In libris quidem impressis ἀεὶ plerumque obtinuit, in MSS. vtroque modo scribitur. *l* Hae duae voces παγχάλεπον et ἁμαρτάδα nullibi (quod sciam) apud *Thucydidem* exstant. *m* Locus corruptus. (*Steph.* Fort. ἐπηλυγάζεσθαι. vid. ad VI. 36.) *n* Malim ἀποσιμῶσαι. (Vid Lib. IV. Cap. 25.) *o* Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae scriptores in isdem temporibus fere laude ingenii floruerunt, et non nimis longe distantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur: Herodotus tres et quinquaginta: Thucydides quadraginta. Scripsit tum hoc in libro vndecimo Pamphilae. *Gellius*, l. 15. c. 23. *p* Lib. 9. c. 100. (Si *Marcellinus* historiam tangit, quam *Thucydides* in principio lib. II. narrat, alius quaerendus est locus *Herodoti:* nam in eo, quem hic adnotat *Hudsonus*, de proelio ad Plataeas inter Persas et Graecos, Mardonio Persarum et Pausania Graecorum Duce, facto agitur, quo irruptio Thebanorum in vrbem illam quadraginta prope annis posterior fuit.) *q* Meminere huius rei, *Lucianus*, *Photius* in Bibliotheca, et *Suidas* in voce Θουκυδίδης. (et v. ὀργᾶν. WASS.)

καὶ ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα Φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον· ὦ Ὄλορε, ὀργὴ ἡ Φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. [r] ἐτελεύτησε δὲ ἐν τῇ Θρᾴκῃ· καὶ οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐκεῖ ἐτάφη· ἄλλοι λέγουσιν ὅτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ἠνέχθη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κρύφα παρὰ τῶν συγγενῶν, καὶ οὕτως ἐτάφη. οὐ γὰρ ἐξῆν φανερῶς θάπτειν ἐν Ἀθήναις τὸν ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον [s] τῶν Πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἀντύλλος, ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι, καὶ ἱστορίαν γνῶναι, καὶ διδάξαι δεινός. καὶ στήλη δέ, φησίν, ἕστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ, Θουκυδίδης Ὄλόρου Ἁλιμούσιος, ἔχουσα ἐπίγραμμα. τινὲς δὲ προσέθηκαν καὶ τὸ, ἐνθάδε κεῖται. ἀλλὰ λέγομεν ὅτι νοούμενόν ἐστι τοῦτο καὶ προσυπακουόμενον. οὐδὲ γὰρ ἔκειτο ἐν τῷ ἐπιγράμματι. ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπὴς, ὡς μηδὲ ἐν τοῖς οἰκτοις ἀφίεσθαι τοῦ μεγαλοπρεποῦς· ἐμβριθὴς τὴν φράσιν, ἀσαφὴς τὴν διάνοιαν, διὰ τὸ ὑπερβατοῖς χαίρειν· ὀλίγοις ὀνόμασι πολλὰ πράγματα δηλῶν, καὶ ποικιλώτατος μὲν ἐν τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι, κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν τοὐναντίον ἀσχημάτιστος. οὔτε γὰρ εἰρωνείαις, οὔτε ἐπιτιμήσεσιν, οὔτε ταῖς ἐκ πλαγίου ῥήσεσιν, οὔτε ἄλλαις τισὶ πανουργίαις πρὸς τὸν ἀκροατὴν κέχρηται, τοῦ Δημοσθένους μάλιστα ἐν τούτοις ἐπιδεικνυμένου τὴν δεινότητα. οἶμαι δὲ οὐκ ἀγνοίᾳ σχηματισμοῦ τοῦ κατὰ διάνοιαν παρεῖναι τὸν Θουκυδίδην τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις πρέποντας καὶ ἁρμόζοντας συντιθέντα τοὺς λόγους. οὐ γὰρ ἔπρεπε Περικλεῖ καὶ Ἀρχιδάμῳ καὶ Νικίᾳ καὶ Βρασίδᾳ, ἀνθρώποις μεγαλόφροσι καὶ γενναίοις καὶ ἡρωϊκὴν ἔχουσι δοξαν, λόγους εἰρωνείας καὶ πανουργίας περιτιθέναι, ὡς μὴ παῤῥησίαν ἔχουσι φανερῶς ἐλέγχειν, καὶ ἀντικρυς μέμφεσθαι, καὶ ὁτιοῦν βούλονται λέγειν. διὰ τοῦτο τὸ ἄπλαστον καὶ ἀνηθοποίητον ἐπετήδευσε, σώζων κἀν τούτοις τὸ προσῆκον, καὶ τῇ τέχνῃ δοκοῦν. τεχνίτου γὰρ ἀνδρὸς φυλάξαι τοῖς προσώποις τὴν ἐπιβάλλουσαν δόξαν, καὶ τοῖς πράγμασι τὸν ἀκόλουθον κόσμον. Ἰσέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς [t] τρεισκαίδεκα ἰσορίας, ἄλλοι δὲ [v] ἄλλως. ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε, τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διῃρῆσθαι τὴν πραγματείαν· ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ [x] Ἀσκληπιός.

et quum eas audiuiſſet, lacrymaſſe; quod vbi animadvertiſſet Herodotus, dixiſſe eum ferunt Oloro patri Thucydidis: Filii tui, o Olore, ingenium magno impetu ad literarum ſtudia fertur. Mortuus eſt in Thracia et (vt quidem volunt nonnulli) ibi eſt ſepultus: ſed alii dicunt, oſſa eius clam a cognatis Atheras fuiſſe importata, itaque ſepulta; neque enim palam licuit Athenis ſepelire eum qui propter crimen proditionis exſilio fuiſſet mulctatus. Erat autem eius ſepulcrum prope portam in eo loco agri Attici, qui appellatur Coela, quemadmodum teſtatur Antyllus, vir fide digniſſimus, hiſtoriaeque periſſimus, et ad docendum appoſitiſſimus. Fuit etiam, (ait ille) in Coela habens hanc inſcriptionem columna, THVCYDIDES OLORI HALIMVSIVS. Addiderunt vero quidam haec, HIC IACET; quod nos facile intelligi poſſe ac ſubaudiri putamus: in inſcriptione enim non erat. Forma autem, et dicendi genus, *quo Thucyd. vtitur*, eſt magnificum adeo, vt ne in commiſerationibus quidem ab hac magnifica loquendi forma abſtineat. Elocutio eſt grauis, ſententiae obſcurae, quia hyperbatis delectatur, et multas res paucis verbis declarat. Et verborum quidem plurimas habet figuras; contra vero pauciſſimas ſententiarum figuras habet. Nam nec ironiis, nec obiurgationibus, nec obliquis dictis, nec vllis aliis callidis artibus, quibus auditorem capiat, vtitur, cum tamen Demoſthenes in his potiſſimum ſuae eloquentiae vim oſtentet. Puto autem huiusmodi ſententiarum figuras a Thucydide non propter earum ignorationem praetermiſſas: verum quia orationem perſonis, de quibus verba facit, congruentem, atque conuenientem tribuere volebat. Nec enim decebat Pericli, et Archidamo, et Niciae, et Braſidae, viris excelſo animo praeditis, et generoſis, et heroica gloria ornatis ironias, et alias artis oratoriae fraudes attribuere, quaſi non liceret ipſis *alios* aperte arguere, et palam accuſare, et dicere quicquid vellent. Propterea *igitur* ſimplicem, et minime figuratam orationem accurate eſt ſequutus, in his etiam rebus decorum, et artis praeceptra ſeruans. Eſt enim artificis periti dignitatem *ſingulis* perſonis conuenientem ſeruare, et rebus *quibusque* congruens ornamentum *tribuere*. Sciendum autem eſt totam Thucydidis hiſtoriam a quibusdam in XIII. libros fuiſſe diuiſam, ab aliis aliter. Frequens tamen, et communis vſus obtinuit, vt totum hoc opus in octo tantum libros diuideretur, quod et Aſclepius ſuo iudicio comprobauit.

r Vide p. 5. et 11. *s Sc.* Melitidem, iuxta quam *Thucydidis* monumentum erat, teſte *Pauſania* in Arti is. καὶ οἱ δολοφονηθέντι, (de *Thucydide* illi termo) ὡς κατήει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων. *t Thucydideae* Hiſtoriae in tredecim libros diuiſionis meminit *Scholiaſtes* ad p. 148. *v Scil.* in nouem, teſte *Diodoro Siculo*, l. 12. p. 306. et l. 13. p. 352. *Ed. Steph.* *x* Eſt hic *Aſclepius* vnus ex iis qui Scholia ſcripſiſſe in *Thucydidem* feruntur. Vide *Schol.* ad p. 39. n. 62.

ΑΛΛΩΣ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

ALITER EX SVIDA.

Thucydides, Olori F. Athenienſis. Habuit autem filium Timotheum. Maternum autem genus a Miltiade duce, paternum vero ab Oloro, Thracum rege, ducebat. Antiphontis diſcipulus. Floruit Olympiade 87. Scripſit autem Peloponneſiorum et Athenienſium bellum. Hic, dum adhuc eſſet puer, audiuit Herodotum, qui ſuas hiſtorias Olympiae recitabat, quas conſcripſerat, et quaſi quodam furore diuino percitus, lacrymis eſt replerus. Herodotus autem animaduerſo eius ingenio, Oloro Thucydidis patri dixit: Te, Olore, propter egregiam prolem beatum iudico. Tuus enim filius animum ad diſciplinas incitatum *earumque vehementer cupidum* habet. Nec eum ſua ſententia feſellit. Hic Thucydides fuit vir inſignis artificio, orationis elegantia, accurata rerum expoſitione, et imperatoriis artibus, et conſiliis, et panegyricis argumentis. Hic ſcriptor a foemineo ad neutrum genus transire ſolet, vt Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐΦ' ὅπερ καὶ πρότερον. Et haec eſt *Thucydidis* propria peculiarisque ſcribendi ratio.

Θουκυδίδης Ὀλόρου, Ἀθηναῖος· παῖδα δὲ ἔσχε Τιμόθεον. ἦν δὲ ἀπὸ μέν μητρὸς Μιλτιάδου τοῦ στρατηγοῦ τὸ γένος ἕλκων· ἀπὸ δὲ πατρὸς, [a] Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως. μαθητὴς Ἀντιφῶντος. ἤκμαζε κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. ἔγραψε δὲ τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. οὗτος ἤκουσεν ἔτι παῖς τυγχάνων Ἡροδότου, ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας τὰς ἱστορίας αὐτοῦ διερχομένου, ἃς συνεγράψατο, καὶ κινηθεὶς ὑπό τινος ἐνθουσιασμοῦ, πλήρης δακρύων ἐγένετο. καὶ ὁ Ἡρόδοτος κατανοήσας τὴν αὐτοῦ Φύσιν, πρὸς τὸν πατέρα Θουκυδίδου Ὄλορον ἔΦη, μακαρίζω σε τῆς εὐτεκνίας Ὄλορε. ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. καὶ οὐκ ἐψεύσθη γε τῆς ἀποφάνσεως. οὗτος ὁ Θουκυδίδης ἀνὴρ ἦν πολὺς ταῖς τέχναις, κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίαις, καὶ συμβουλίαις, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. οὗτος ὁ συγγραΦεὺς μεταβαίνειν εἰώθεν ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα. οἷον, [b] Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐΦ' ὅπερ καὶ πρότερον. Καὶ Θουκυδίδειος γραΦή.

a Cimon Miltiadis filius (vt ſcribit *Plutarchus*) matrem Hegeſipylam habuit natione Thraſſam, filiam regis Oroli. Hinc et Thucydides hiſtoricus, Cimonis propinquus, patrem habuit Orolum, qui ad generis a ſtorem retulit ſimilem nominis appellationem. Quibus ex verbis conſtat, *Suidam* errare, quum dicit Thucydidem paternum genus duxiſſe ab ipſo Oloro rege Thracum. Nam quia mater fuit oriunda ab Oloro, inditum patri Thucydidis nomen aui materni. Vide *Fab. Paulinum* in *Thucydidem* de Peſte Athen. (*b* Lib. I. Cap. 59. vbi vid. Steph.)

ΑΛΛΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ, ΑΔΕΣΠΟΤΑ.

ALIA DE THVCYDIDE, INCERTO AVCTORE.

Thucydidae Athenienſi, Olori filio, Threicium genus fuit: nam Pater eius Olorus, ex Thracia nomen accepit. Fuit autem ex affinibus Miltiadae. Vnde et vbi Miltiades apud Coelam, ibi et Thucydides ſepultus eſt. Miltiades Hegeſipylen Thracum regis filiam in vxorem duxit. Fuit autem *Thucydides* diſcipulus Antiphontis Rhamnuſii, qui in dicendo grauis, in iudiciis ſuſpectus habitus eſt: propter quod cum ipſum

[a] Θουκυδίδης Ἀθηναῖος, Ὀλόρου ἦν παῖς, Θρᾴκιον δὲ αὐτῷ τὸ γένος. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτῷ Ὄλορος ἐκ Θρᾴκης εἶχε τοὔνομα. γέγονε δὲ τῶν Μιλτιάδου συγγενής. αὐτίκα γοῦν ἔνθα Μιλτιάδης περὶ Κοίλην τέθαπται, ἐνταῦθα καὶ Θουκυδίδης τέθαπται. ὁ δὲ Μιλτιάδης ἔγημε τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως θυγατέρα Ἠγησιπύλην. γέγονε δὲ Ἀντιφῶντος τοῦ Ραμνουσίου μαθητὴς, δεινοῦ λέγειν, καὶ ὑπόπτου γενομένου τοῖς

a Hanc vitam *Thucydidis* ab *Anonymo* conſcriptam, et *Editt. Ald. Flor. Baſ Steph* 1. praefixam, interpretatione donauit *Barthol. Perthenius Benacenſis*: ſed quum nonnullis in locis mentem Auctoris male aſſecutus ſit, eius verſionem paululum immutauimus. (Haec quoque in *Reg.* et *Caſſ. Codd.* iunx, ſed in *Caſſ.* admodum recenti manu ſcripta.

δικαστηρίοις. καὶ διὰ ταῦτα λέγοντος μὲν οὐκ ἠνείχοντο αὐτοῦ, γράφειν δὲ ἐπεχείρησε τοὺς λόγους, καὶ ἐξέδωκε τοῖς δεομένοις. ἐμαρτύρησε δὲ αὐτῷ καὶ Θουκυδίδης ὁ μαθητὴς, [b] ὅτι ᾧ ἂν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν εἰς τὰς δίκας. ἀλλ' ὁ μὲν ἔδοξε πονηρὸς Ἀντιφῶν εἶναι, καὶ περὶ τέλη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου κριθεὶς προδοσίας, ὡς Λακεδαιμονίοις μὲν τὰ ἄριστα κατὰ πρεσβείαν παρηνέσας, Ἀθηναίοις δὲ ἀλυσιτελέστατα, ἑάλω. [c] καὶ σὺν αὐτῷ διεφθάρησαν Ἀρχεπτόλεμος καὶ Ὀνομακλῆς, ὧν καὶ κατεσκάφησαν καὶ αἱ οἰκίαι, καὶ τὸ γένος, τὸ μὲν διεφθάρη, τὸ δὲ, ἄτιμον ἐγένετο. [d] στρατηγικὸς δὲ ἀνὴρ ὁ Θουκυδίδης γενόμενος, καὶ τὰ περὶ Θάσον πιστευθεὶς μέταλλα, πλούσιος μὲν ἦν, καὶ μέγα ἐδύνατο· ἐν δὲ τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ αἰτίαν ἔσχε προδοσίας ἐκ [e] βραδύτητός τε καὶ ὀλιγωρίας. ἔτυχε μὲν γὰρ Βρασίδας τὰς ἐπὶ Θρᾴκης καταλαβὼν πόλεις Ἀθηναίων, ἀφισὰς μὲν Ἀθηναίων, Λακεδαιμονίοις δὲ προστιθείς. κἀντεῦθα δέον ταχέως ἀναπλεῦσαι, καὶ σῶσαι μὲν τὴν Ἠϊόνα ἐγγὺς κειμένην, περιποιῆσαι δὲ τὴν Ἀμφίπολιν, μέγα κτῆμα τοῖς Ἀθηναίοις, τὴν μὲν Ἠϊόνα ἐδυνήθη Φθάσας σῶσαι, τὴν δὲ Ἀμφίπολιν ἀπώλεσε. καίτοι Κλεόν βοηθῶν ταῖς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεσι, κατέπλευσε μὲν εἰς Ἀμφίπολιν, ἀλλ' ὅμως μάχης γενομένης Βρασίδας μὲν ὁ Λακεδαιμόνιος ἐνίκησεν αὐτὸν, [f] Κλέων δὲ ἀπέθανεν, ὑπὸ Μυρκινίου πελταστοῦ βληθείς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ [g] Βρασίδας τῆς νίκης αἰσθόμενος ἀπέθανε, καὶ Ἀμφίπολις Ἀθηναίων ἀπέστη, Λακεδαιμονίων δὲ ἐγένετο. ἔνθα καὶ τὰ [h] Ἀγνώνεια οἰκοδομήματα καθελόντες οἱ Ἀμφιπολῖται, Βρασίδεια ἐκάλεσαν, μισήσαντες μὲν τὴν Ἀττικὴν ἀποικίαν, λακωνίσαντες δὲ κἀν τούτῳ, καὶ τὴν τιμὴν μεταθέντες εἰς Λακεδαίμονα. γειόμενος δὲ Φυγὰς ὁ Θουκυδίδης ἐσχολαζε τῇ [i] ξυγγραφῇ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖ πολλὰ χαρίζεσθαι μὲν Λακεδαιμονίοις, κατηγορεῖν δὲ Ἀθηναίων τὴν τυραννίδα καὶ πλεονεξίαν. οὐ γὰρ καιρὸς αὐτῷ κατειπεῖν Ἀθηναίων ἐγένετο Κορινθίων κατηγορούντων, ἢ Λακεδαιμονίων μεμφομένων, ἢ Μιτυληναίων αἰτιωμένων, πολὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι τοῖς Ἀττικοῖς ἐρρύη· καὶ τὰς μὲν νίκας τὰς Λακωνικὰς ἐξῆρε τῷ λόγῳ, τὰς δὲ ξυμφορὰς ἤὔξησε τὰς Ἀττικὰς, ὅπου καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ. πέπαυται δὲ τὸ τῆς συγγρα-

orantem non facile iudicia tolerarent, orationes scribere aggressus est: et quibus eo opus erat, exhibuit. De quo Thucydides discipulus testimonium perhibuit, quod cuicunque consilium dedisset, ille in iudicio victor euadebat. Sed Antiphon improbus est existimatus, et circa finem belli Peloponnesiaci proditionis accusatus est, quippe qui Lacedaemoniis optima legationis tempore, Athenienſibus vero inutilissima consuluisse deprehensus est: simulque cum eo Archeptolemus et Onomacles periere, quorum domus funditus euersae sunt, et eorum genus partim abolitum, partim honore priuatum. Cum autem Thucydidi, in imperatoria dignitate constituto, credita essent metalia quae circa Thasum erant, diues et potens factus est. Bello vero Peloponnesiaco proditionis accusatus est, ob tarditatem et negligentiam. Forte enim Brasidas cepit vrbes Athenienſium in Thracia, quas abducens ab Athenienſibus Lacedaemoniis adiecit; eoque cum oporteret *Thucydides* celeriter nauigare, et seruare Eïona prope positam, et vindicare Amphipolim Athenienſibus summe vtilem, Eïona quidem perueniens seruabat, Amphipolim autem perdidit. Atqui Cleon suppetias ferens vrbibus Thraciae, nauigauit ad Amphipolim, sed tamen commissa pugna a Brasida Lacedaemonio victus est, periitque a Murcinio peltato vulneratus. Veruntamen et Brasidas victoriam adeptus, mortuus est, et Amphipolis ab Athenienſibus ad Lacedaemonios desciuit: vbi et Agnonia aedificia cum diruissent Amphipolitae, Brasidia appellarunt, coloniam Atticam odio habentes, et Laconum partes etiam in hoc fouentes, atque honorem in Lacedaemona transferentes. Thucydides vero cum exsularet, belli Peloponnesiaci historiam scripsit, et propter hoc Lacedaemoniis plurimum gratificari videtur, Athenienſium autem tyrannidem et auaritiam accusare; cum alia contra eos scribendi non praestaretur opportunitas. Corinthiis accusantibus, Lacedaemoniis succensentibus, et Mytilenaeis culpantibus, grandis in Athenienſium crimina insurgebat, Laconicas victorias oratione extollens, et Atticas calamitates augens, eas praecipue quae in Sicilia acceptae fuerunt. Historiam autem

Titulus est Θουκυδίδου βίος.) *b* Ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖσα, εἰς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι δυνάμενος ὠφελεῖν. *Thucyd.* lib 8. p. 545. (Ὅτι ᾧ συμβ. *Reg.* ὅτι ἂν ᾧ συμβ. *Caſſ.* Paullo post pro ἄριστα ἐκ. *Reg* ἄριστος ἐκ.) *c* (Vide *Plutarchum* in vita Antiphontis. Eum cum Phrynicho ac decem aliis a Quadringentis Lacedaemonem missum narrat *Thucydides* VIII. 90. *d* Vide *Thucyd.* lib. 4. p. 299, 300. etc. (Στρατηγὸς ικὸς δὲ ἀμελὴς ὁ Θουκυδίδης *Caſſ.* ἀμελὴς etiam *Reg.*) *e* (Βραδυτῆτος *Caſſ.* sic *Thucyd.* v. 75. Vid. *Etymolog. M.* v. ἀνδροτής. Mox Ἰόνα pro Ἠϊόνα bis *Reg.* et *Caſſ.* et κατέπλευσεν εἰς Ἀμφίπολιν *Idem*) *f* *Thucyd.* l. 5. p. 324. 325. *g* (ὁ Βρασίδας *Reg. Caſſ.*) *h* (Ἀγνώνεια Idem et *Thucyd.* v. 11.) *i* (Συγγραφῇ, et paullo post συμφορὰς

clauſit in bello nauali, quod geſtum eſt circa Cynoſſema, hoc eſt circa Helleſpontum: vbi videntur et Athenienſes victoriam comparaſſe. Quae vero ſecuta fuerunt, aliis ſcribenda reliquit, Xenophonti videlicet et Theopompo. Nam plura praelia poſtea commiſſa ſunt. Neque enim complexus eſt ſecundam pugnam naualem circa Cynoſſema, quam Theopompus ſcripſit: neque eam quae circa Cyzicum commiſſa eſt, in qua Thraſybulus, Theramenes, et Alcibiades victoriam retulerunt: neque quae in Arginuſis facta eſt, vbi Athenienſes Lacedaemonios ſuperarunt: neque, quae caput Atticorum malorum fuit, pugnam naualem ad Aegos flumen, vbi et naues et ſpem deinceps perdiderunt Athenienſes. Tunc enim murus eorum euerſus eſt, et tyrannis triginta virorum conſtituta, et in multas calamitates incidit ciuitas, quas diligentius ſcripſit Theopompus. Thucydides autem inter Athenienſes clariſſimos vnus fuit, cumque grauis in ſcribendo videatur, priusquam ſcriberet, rebus praefuit. Primam autem grauitatis in dicendo demonſtrationem hanc fecit: Pyrilampes enim quidam, ex ciuibus virum amicum, et amaſii loco habitum, ob ſuſpicionem quandam interfecit. Hac autem cauſa in Areopago mota, magnum ſapientiae ſuae ſpecimen edidit. Nam cum pro Pyrilampe cauſam ageret, et Pericles accuſaret, victoriam obtinuit; vnde imperator ab Athenienſibus delectus, princeps populi fuit. Peculatus autem reus eſt factus, tanquam auaritia detentus, idcirco eum non paſſi ſunt amplius praeeſſe populo. Primum enim ſub Xenocrito ad Sybarin peregre profectus, cum Athenas reuerſus eſſet, perturbationem iudicii fugiens, captus eſt: poſtea vero in exilium miſſus per decennium; fugiens autem, in Aegina commoratur, et illic dicitur hiſtorias compoſuiſſe. Tuncque cupiditatem ſuam maxime patefecit; nam omnes Aegineras foenore opprimens, exhauſit. Poſt abſolutam hiſtoriam prooemium ab auctore ordinatum fuiſſe referunt; quoniam de his quae in bello geſta ſunt, in eo meminit: vt de Deli purgatione, quam circa ſeptimum annum ab Euthyno archonte factam fuiſſe dicunt. Mentionem quoque in eo fecit de fine belli, dicens: In finem huius belli. Sed et initio

φῆς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα, τουτέστι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔνθα δοκοῦσι καὶ νενικηκέναι Ἀθηναῖοι. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἑτέροις γράφειν κατέλιπε, Ξενοφῶντι καὶ Θεοπόμπῳ. εἰσὶ δὲ [k] καὶ αἱ ἐφεξῆς μάχαι. οὔτε γὰρ [l] τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε [m] τὴν περὶ Κύζικον, ἣν ἐνίκα Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης καὶ Ἀλκιβιάδης, οὔτε [n] τὴν ἐν [o] Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, ἔνθα νικῶσιν Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίους, οὔτε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν τῶν Ἀττικῶν, [p] τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ὅπου καὶ τὰς ναῦς ἀπώλεσαν Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς ἐξῆς ἐλπίδας. καὶ γὰρ τὸ τεῖχος αὐτῶν καθῃρέθη, καὶ ἡ τῶν τριάκοντα τυραννὶς κατέσχη, καὶ πολλαῖς ξυμφοραῖς περιέπεσεν ἡ πόλις, ἃς ἠκρίβωσε Θεόπομπος. ἦν δὲ τῶν πάνυ κατὰ γένος Ἀθήνησι δοξαζομένων ὁ Θουκυδίδης. δεινὸς δὲ δόξας εἶναι ἐν τῷ λέγειν, πρὸ τῆς συγγραφῆς προέξη τῶν πραγμάτων. πρώτην δὲ τῆς ἐν τῷ λέγειν δεινότητος τήνδε ἐποιήσατο τὴν ἐπίδειξιν. Πυριλάμπης γάρ τις τῶν πολιτῶν ἄνδρα φίλον καὶ ἐρώμενον ἴδιον διά τινα ζηλοτυπήσας ἐφόνευσε· ταύτης δὲ τῆς δίκης ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κινουμένης πολλὰ τῆς ἰδίας σοφίας ἐπεδείξατο, ἀπολογίαν ποιούμενος ὑπὲρ τοῦ [q] Πυριλάμπους, καὶ Περικλέους κατηγοροῦντος, ἐνίκα. ὅθεν καὶ στρατηγὸν αὐτὸν ἑλομένων Ἀθηναίων, ἄρχων προέξη τοῦ δήμου. [r] μεγαλόφρων δὲ ἐν τοῖς πράγμασι γενόμενος, ἅτε φιλοχρηματῶν, οὐκ εἴα τὸν πλείονα χρόνον προστατεῖν τοῦ δήμου. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Ξενοκρίτου, ὡς Σύβαριν ἀποδημήσας, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας, συγχύσεως δικαστηρίου φεύγων ἐάλω· ὕστερον δὲ [s] ἐξοστρακίζεται ἔτη δέκα. φεύγων δὲ, ἐν Αἰγίνῃ διέτριβε, κἀκεῖ λέγεται τὰς ἰσορίας αὐτὸν συντάξασθαι. τότε δὲ τὴν φιλαργυρίαν αὐτοῦ μάλιστα φανερὰν γενέσθαι· ἅπαντας γὰρ Αἰγινήτας κατατοκίζων, ἀναστάτους ἐποίησε. [t] μετὰ δὲ τὴν ἰσορίαν Φασὶ συντεταχθαι τῷ συγγραφεῖ τὸ προοίμιον, ἐπεὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ μέμνηται γεγενότων, ὥσπερ [v] τῆς Δήλου καθάρσεως, ἣν περὶ τὸ ἑβδομον ἔτος ἐπὶ [x] Εὐθύνου ἄρχοντος γεγενῆσθαί Φασι. μέμνηται δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς, λέγων· [y] Ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου. ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρχῇ

Caſſ. *k* (Καὶ deeſt *Reg. Caſſ.*) *l* Vide *Xenophontis* Hiſt. Gr. initio libri primi et *Diodorum Siculum* l. 13. p. 354. (*Hudſonus*, vel *Parthenius*, ſuppleuit in interpretatione verbum, a quo hi accuſatiui pendent: nam vertit: *neque enim* complexus eſt *ſecundam pugnam naualem.* Videtur vel e praecedente γράφειν repetendum ἔγραψε, vel paullo poſt diſtinguendum ἣν Θεόπομπος, εἶπεν.) *m* *Diodor. Sic.* l. 13. p. 357. *n* *Xenophontis* Hiſt. Gr. l. 1. *o* (Ἀργεννούσαις *Caſſ.*) *p* *Diodor. Sic.* l. 13. et *Xenophon* in Hiſt. Gr. l. 2. (Paullo ante ἀλλὰ τὸ κεφάλ. *Reg.*) *q* Vide *Xenoph.* Hiſt. Gr. l. 2. vbi recenſet Tyrannorum nomina. Vide etiam *Meurſii* Att. lect. lib. 4. c. 5. *r* (Non intelligo quomodo haec de peculatu accipere potuerit *Interpres.* Locus corruptus videtur.) *s* (Καὶ ἐξοστρακίζεται *Mſ.*) *t* Idem etiam a *Dionyſio Halicarnaſſeo* et quibusdam aliis factum eſt. (Δὲ abeſt ab vtroque *Cod.*) *v* (Lib. I. Cap. 8.) *x* (Εὐθυδήμου *Dodwell.* in Annalib. Thucyd. Ann. VI. Belli Peloponn. In *Thucyd.* VI. 69. idem nomen corruptum erat in Εὐδήμας. vid. ibi Add.) *y* (Lib. 1. Cap. 18.) *z* (Δὴ μετὰ τῆσι *Caſſ.* paullo poſt ὡς δ' εἰπεῖν vterque *Cod.* et ἐπὶ πλείσον. *Caſſ.* vid.

φησὶ, Κίνησις γὰρ αὕτη [a] μεγίστη τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ ἐπιπλεῖον ἀνθρώπων. πληρώσας δὲ τὴν ὀγδόην ἱστορίαν, ἀπέθανε νόσῳ. σφάλλονται γὰρ οἱ λέγοντες μὴ Θουκυδίδου εἶναι τὴν ὀγδόην, ἀλλ' ἑτέρου συγγραφέως. [a] τελευτήσας δ' ἐν Ἀθήνῃσιν, ἐτάφη πλησίον τῶν [b] Μιλτιάδων πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ προσαγορεύεται Κοίλη· εἴτε αὐτὸς ἐπανελθὼν Ἀθήναζε ἐκ τῆς Φυγῆς, τοῦ ὁρισθέντος χρόνου πληρωθέντος, καὶ τελευτήσας ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, εἴτε μετακομισθέντων αὐτοῦ τῶν ὀστέων ἀπὸ Θρᾴκης, ἐκεῖ καταχρέψαντος τὸν βίον· λέγεται γὰρ ἐπ' ἀμφότερα. καὶ στήλη τις ἀνέστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ τοῦτο ἔχουσα τὸ ἐπίγραμμα·

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἀλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

dicit: Motus enim hic maximus Graecis fuit, et parti cuidam Barbarorum, et vt ita dicam, maximae parti hominum. Cum autem octauam historiam absoluisset, morbo exstinctus est. Falluntur enim qui dicunt non Thucydidae esse octauam, sed alterius Historici. Mortuus autem, Athenis sepultus est iuxta portas Miltiadarum, in loco Atticae regionis qui appellatur Coela: seu cum rediisset Athenas ab exsilio, completo tempore praescripto, et in propria patria occubuisset; seu translatis eius ossibus ex Thracia, cum illic decessisset: in vtramque enim partem dicitur, et columna quaedam in Coela erecta est, hoc monostichon insignita:

Thucydides Olori iacet hoc Alimusius antro.

Thucyd. Lib. I. princ.) *a* Potius distinguendum post τελευτήσας δ' quam post Ἀθήνησιν. (τελευτήσας δὲ, Ἀθήνησιν *Cass.* de etiam *Reg.* sed sine distinctione.) *b* Omnino legendum Μελιτίδων πυλῶν. (Ita *Reg.* et *Cass.*)

ELOGIA AVCTORVM AC IVDICIA

DE THVCYDIDE.

Anonymus apud Plutarchum de Catone Maiore.

Ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόρρω παντάπασιν ἡλικίας ἑλληνικὰς, Ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας, βραχέα μὲν ἀπὸ Θουκυδίδου, πλείονα δ' ἀπὸ Δημοσθένους εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠφεληθῆναι. *Wass.*

Dionysius Halicarnasseus Epistola ad Cn. Pompeium.

Πρωτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἄν, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ὄφελος. τίς; ἡ καθαρὰ ὀνόμασι τοῖς καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος. ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι (Θουκυδίδης καὶ Ἡρόδοτος.) Ἡρόδοτός τε γὰρ, τῆς Ἰάδος ἄρισος κανών· Θουκυδίδης τε τῆς Ἀτθίδος. τρίτην ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία. ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἂν ὡς μετὰ τοῦ σαφοῦς ἐξεταζόμενον, ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ· εἰ δὲ ἀπολείποιτο τούτου, πικρόν. ἀλλὰ μηδὲν ἔξω παρὰ τοῦτο. ἐνάργεια μετὰ ταῦτα τέτακται πρώτη μετὰ τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μετὰ ταύτην συνίσταται τὴν ἀρετὴν, τῶν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. διῄρηνται τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ, τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων·

Virtus omnium prima est, sine qua nulla alia est orationis vtilitas. Quaenam illa est? Sermo purus, proprietatem linguae Graecae retinens; hanc ambo (Thucydides et Herodotus) studiose conseruant. Herodotus enim, Ionicae linguae optima regula est; Thucydides vero, Atticae. Tertium locum habet breuitas, in qua videtur Thucydides Herodotum antecelluisse; quanquam dicere aliquis posset, breuitatem iucundam videri, si cum perspicuitate coniuncta et elaborata fuerit: sin ea caruerit, acerbam et austeram; verum nihil esto praeterea. Post haec perspicuitas collocata est; quae cum virtutibus adiunctis primas tenet: in qua satis diligenter ambo elaborarunt. Post hanc virturem constituitur lenium et vehementium affectuum imitatio: quam inter se partiti sunt scriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimendis melior;

Herodotus, in lenioribus effingendis praestantior. Secundum haec statuuntur illae virtutes, quae summum et admirandum studium et apparatum ostendunt: in quibus historici pares sunt. Succedunt iis aliae, quae orationis vim et vehementiam et similes facultates complectuntur: quibus Herodotum vero Thucydides superat. Suauitatem autem, persuasionem, delectationem, et alias virtutes cognatas, longe praestantiores Herodotus Thucydide inducit. In verborum elocutione, proprietatem naturae Herodotus secutus est; grauitatem Thucydides, qui et in verbis sui similis est totus. Virtutum omnium maxima et quasi princeps est Decorum: quam diligentius Thucydide Herodotus seruauit; similis enim hic in omnibus ac in concionibus magis quam in narrationibus. Mihi quidem, et carissimo Caecilio, Demosthenes eius enthymemata vel maxime expressisse et imitatus esse videtur. Vt autem vno verbo omnia complectar, elegantissimae sunt vtriusque poëses: (non enim verebor poëses eas appellare) sed hoc vel maxime a se inuicem differunt, quod constructio Herodoti hilaris est, horribilis vero Thucydidis.

Ἡρόδοτος δὲ, τά γε ἤθη παραξῆσαι δεινότερος. μετὰ ταῦτα αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί. ἴστι καὶν ταύταις οἱ συγγραφεῖς ἔπεσθαι ταύταις αἱ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς Φράσεως ἀρετὰι περιέχουσαι. κρείττων ἐν ταύταις Ἡροδότου Θουκυδίδης. ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. τῆς δὲ Φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ Φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, ὁμοειδὴς πᾶς ὢν ἐν λόγοις. ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης. ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν. ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ Φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, Φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου.

Idem capite περὶ τῆς τῶν λόγων ἐξετάσεως.

Ex iis qui res gestas litterarum monumentis mandarunt, Herodotus optime omnium eam partem historiae quae res continet, elaborauit atque expressit: ea vero parte quae elocutionem continet, nonnunquam superior Thucydides, nonnunquam e diuerso Herodotus. Est etiam vbi pares inueniuntur. Accurata enim verborum electione in his sermocinationibus, in quibus ambo tractandis occupantur, vterque suam quandam proprietatem seruat; caeterum perspicuitatis laudem omnes sine controuersia Herodoto deferunt. Ac breuitas quidem familiaris et propria est Thucydidi, euidentia autem et illustratio, vtrique communis. In moribus exprimendis primas fert Herodotus; in affectibus autem, Thucydides. Rursum dictionis elegantia ac magnificentia nihil alter ab altero differt; sed in his et huiusmodi virtutibus ambo excellunt. Viribus, robore, neruis, et orationis grauitate, ac figurarum varietate, Thucydides Herodotum superauit: suauitate vero, ac persuadendi facultate, iucunditate, et sponte nata simplicitate, non elaborata, longe praestare Herodotum inuenimus; atque nullam compositionem et personarum confictionem minus seruauit, quam hanc morum et ingenii simplicitatem.

Τῶν μέντοι συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξείργασαι τὸ βέλτιον, τὸ πραγματικὸν εἶδος· τῷ δὲ λεκτικῷ ποτὲ μὲν πλεονεκτεῖ Θουκυδίδης, ποτὲ δὲ ἔμπαλιν· ἔστι δ' ἐν οἷς ἐξισοῦνται. τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλόγοις, ἀποσωζουσι τὸ ἴδιον· τῆς δὲ σαφηνείας ἀναμφισβητήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. καὶ τὸ μὲν σύντομόν ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ δὲ ἐναργὲς παρ' ἀμφοτέροις. ἐν μέντοι τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. πάλιν καλλιλογίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτεροι τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι. ῥώμῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ καὶ τόνῳ καὶ τῷ περιττῷ καὶ πολυσχηματίστῳ παρηυδοκίμησε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάριτι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν· καὶ μετὰ τοῦτον τὸν τρόπον, πραγματείαν καὶ προσωποποιΐαν μᾶλλον οὐ τετήρηκε.

Idem in Epist. de iis, quae Thucydidi propria sunt p. 215.

In delectu quidem verborum, tropicam, glossematicam, obsoletam, ac peregrinam dictionem communi suaque aetate vsitatae locutioni antepossit. WASS.

Ἐπὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν, καὶ γλωττηματικὴν, καὶ ἀπηρχαιωμένην, καὶ ξένην λέξιν παραλαμβάνων πολλάκις ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις.

Idem.

Ἐκδηλότητα δὲ αὐτοῦ καὶ χαρακτηριστικώτατά ἐστι πεπειρᾶσθαι δι' ἐλαχίστων ὀνομάτων πλεῖστα σημαίνειν πράγματα, εἰς ἃ καὶ ἔτι προσδεχόμενόν τι τὸν ἀκροατὴν ἀκούσασθαι καταλείπει.

E quibus autem maxime et potiſſime character illius dignoſci poteſt, haec fere ſunt: ſtudet vt quam pauciſſimis verbis quam plurima exprimat, ac tum maxime auditorem, cum ſuſpenſus adhuc eſt et exſpectans, deſerat. IDEM.

Demetrius Phalereus, ſiue Dionyſius Halicarnaſſeus, de Elocutione. Sect. XL.

Δῆλον δὲ τοῦτο ἐν τοῖς Θουκυδίδου· σχεδὸν γὰρ ὅλως τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν πᾶσιν αὐτῷ ποιεῖ ἡ τοῦ ῥυθμοῦ μακρότης· καὶ κινδυνεύει τῷ ἀνδρὶ τούτῳ παντοδαποῦ ὄντος τοῦ μεγαλοπρεποῦς, αὕτη ἡ σύνθεσις μόνη, ἢ καὶ μάλιστα, περιποιεῖν τὸ μέγιστον.

Apertum autem hoc in ſcriptis Thucydidis: ferme enim omnino magnificum in omnibus ipſi facit numeri longitudo; et prope dici poteſt, cum huic viro vbique ſit magnificum quiddam, compoſitionem hanc ſolam, aut praeter caetera, gignere quod maximum apud eum eſt.

ΟΛΙΓΟΝ ΤΣΤΕΡΟΝ.

Καὶ ὁ Θουκυδίδης δὲ πανταχοῦ σχεδὸν φεύγει τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως, καὶ ἀεὶ μᾶλλόν τι προσκρούοντι ἔοικεν, ὥσπερ οἱ τὰς τραχείας ὁδοὺς πορευόμενοι.

PAVLO INFRA (*Sect.* XLVIII.)

Et Thucydides vbique fere fugit laeue et aequabile compoſitionis, et ſemper potius offendenti ad aliquam rem ſimilis eſt, quemadmodum qui per aſperas vias iter faciunt.

Idem CLXXXIV.

Κἂν μετροειδῆ δὲ ᾖ, τὴν αὐτὴν ποιήσει χάριν. Θουκυδίδης μέντοι πέφευγε τὸ εἶδος. WASS.

Ioſephus contra Apion.

Περὶ τῆς περιηγήσεως τῆς Περσικῆς στρατιᾶς οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν. πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καί τοι δοκῶν ΑΚΡΙΒΕΣΤΑΤΗΝ καθ' αὑτὸν ΙΣΤΟΡΙΑΝ συγγράφειν. WASS.

Plutarchus de Gloria Athenienſium.

Ὁ γοῦν Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἁμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατήν, καὶ τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. ὁ γὰρ παρὰ τὴν ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης, καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπιστέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν, καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν, καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων εἰς τὴν παρεξειρεσίαν· καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δὲ ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι· καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεσηκυίας· ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, ἴσα τῇ δόξῃ περιλεῶς συμπνέων τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας.

Ad hanc quidem Thucydides euidentiam ſemper enititur, vt auditorem tanquam ſpectatorem faciat: ea quae animorum perturbationes atque conſternationes ſpectantibus accidiſſent, in easdem lectorem coniiciat. Nam ad ipſius Pyli aſperum littus Athenienſium aciem inſtruens Demoſthenes, Braſidasque gubernatorem vt foras nauim impelleret inſtigans, et ad tranſtra vadens, ac ſauciatus et animo deficiens, et ad locum remigibus vacuum declinans: tum e mari pedeſtre certamen Spartani, nauale e terra Athenienſes obeuntes: rurſumque bello Sicilienſi terreſtre praelium, nauale aequali Marte; haec inquam omnia ita ſunt deſcripta, itaque euidenter quaſi ob oculos poſita, vt non minores fere, quam in re praeſente factum fuiſſet, motus perturbationesque animus legentis perſentiat.

Idem in Nicia.

Ὥρα παραιτεῖσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς συγγράμμασι τούτοις, ὅπως ἐπὶ ταῖς διηγήσεσιν, αἷς Θουκυδίδης, αὐτὸς αὑτοῦ περὶ ταῦτα παθητικώτατος, ἐνεργέστατος, ποικιλώτατος γενόμενος, ἀμιμήτως ἐξενήνοχε, μηδὲν ἡμᾶς ὑπολάβωσι πεπονθέναι Τιμαίῳ πάθος ὁμοῖον. WASS.

Lucianus de conscr. Historia.

Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ΑΡΙΣΤΟΙ τῶν Συγγραφέων ἐχρήσαντο. Ἡρόδοτος μὲν etc. Θουκυδίδης δὲ, μέγαν τε καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι. Et infra:

Ὅταν μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς εἶναι δοκῇ, σὺ τὰ πράγματα ἐννόησον. εἴσῃ γὰρ οὔτε τὸ τάχος, καὶ ὡς φεύγοντος ὅμως ἐπιλαμβάνεται αὐτοῦ τὰ γεγενημένα, πολλὰ ὄντα. IDEM.

[Luciani iudicium persequitur liber: Herodot und Thucydides, Versuch einer nähern Würdigung ihrer histor. Grundsätze, mit Rücksicht auf Lucians Schrift, wie man Geschichte schreiben müsse, von *Georg. Friedr. Creuzer*, L. 1798. 8.]

Idem adv. Indoctum.

Ἔχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτοῦ ὁ ῥήτωρ ἔγραψε, καὶ τὰ τοῦ Θουκυδίδου, ὅσα παρὰ τοῦ Δημοσθένους, καὶ αὐτὰ ΩΚΤΑΚΙΣ ΜΕΤΕΓΙΕΓΡΑΜΜΕΝΑ εὑρέθη καλῶς. WASS.

Hermogenes περὶ ἰδεῶν. Lib. II. in fine.

Thucydides igitur, cum amplum dicendi genus affectet: assequitur quidem amplitudinem: non tamen eam adipiscitur magnitudinem, quam mihi videtur appetere. Vult enim, meo quidem iudicio, graue suum genus esse dicendi, quod proprium est panegyricae amplitudinis: sed in grauitate videtur esse nimius: praesertim verborum genere, declinans ad asperitatem magis et duritiem, ob eamque causam ad obscuritatem. Deinde etiam propter collocationem verborum. Curam enim gerit concinnitatis inprimis. Sed cum hanc cupit esse sublimem et immensam, rursus excidit nimio studio, et frequentatione verborum collocatorum, vt ad duritiem, et ob hanc ipsam, etiam ad obscuritatem maiorem rapiatur. Dignitatem vero primariam habet hic scriptor: et sententiis, si quis alius, et ciuilis scriptor est, et grauis. Nihil enim causis non allatis, nec quidem in historiarum narrationibus, relinquit. Sed in tractandi ratione non talis. Nam cum amplitudine quadam vulgata, aut aliqua alia figura tali, etiam rationes adfert. Atque ideo infuauis est prope in omnibus. Sicubi vero suauitatem habet: maxima pars eius patet tanquam aliena a dicendi genere Thucydidis; cuiusmodi est illud: Tereo autem, qui Procnen Pandionis filiam, ex Athenis duxit vxorem, et caetera quae sequuntur, aliaque huius generis.

Ὁ τοίνυν Θουκυδίδης μάλιστα μεγέθους ἐφιέμενος, τυγχάνει μὲν τοῦ μεγέθους, οὐ μὴν οὗπερ ἐφίεσθαί μοι δοκεῖ μεγέθους τυγχάνει. βούλεται μὲν γὰρ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, σεμνὸν εἶναι τὸν λόγον αὐτῷ, ὅπερ ἴδιον μεγέθους πανηγυρικοῦ. φαίνεται δὲ ὑπερβαίνων τοῦτο, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν λέξιν ἐπὶ τὸ τραχύτερον μᾶλλον, καὶ τὸ σκληρότερον, καὶ διὰ τοῦτο, ἐπὶ τὸ ἀσαφέστερον· καὶ ἔτι κατὰ συνθήκην τῶν λέξεων. ἐπιμελεῖται μὲν γὰρ κόσμου ὅτι μάλιστα· βουλόμενος δὲ εἶναι καὶ τοῦτο ὑψηλὸν αὐτῷ καὶ ὑπέρογκον, πάλιν ὑπερεκπίπτει κατά τε τὰς ὑπερβολὰς, καὶ τὰς κοινοτητας τῶν συνθηκῶν, ὥς τε ἐπὶ τὸ σκληρότερον, καὶ δι' αὐτὸ, ἔτι τὸ ἀσαφέστερον φέρεσθαι. ἀξιωματικὸς δὲ ὁ ἀνὴρ ἀλλ' ὅτι μάλιστα. ταῖς δὲ ἐννοίαις εἴπερ τις ἄλλος, πολιτικὸς ὁμοῦ καὶ σεμνός. οὐδὲν γὰρ ἀπατάσκευον, οὐδὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις ἀπολείπει. ταῖς μέν τοι μεθόδοις οὐ τοιοῦτος. μετὰ γὰρ μεγέθους τινὸς γνωρίμου, ἤ τινος ἑτέρου τοιούτου καὶ τὰς κατασκευὰς εἰσάγει· διὸ καὶ ἀγλευκὴς ἔστι σχεδὸν διόλου. εἰ δέ που καὶ γλυκύτητα ἔχει, μαλιστα μὲν ὥσπερ ἀλλότριον τι τῆς ἰδέας αὐτοῦ ἐκφαίνεται τὸ μέρος ἐκεῖνο· οἷόν ἐστι καὶ τὸ, Τηρεῖ δὲ τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἀπὸ Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

θαυμάζειν δὲ, εἰ καὶ μὴ τοιοῦτον ἦν, τοῦτο οὐκ ἐχρῆν, ὅτι καὶ ἡδονήν που ἔσχεν ὁ λόγος αὐτῷ. σχεδὸν γὰρ οὐδ' ἄλλος τις τῶν κατ' ἄνδρα λόγων ὁτιοῦν εἶδος προελόμενός τε καὶ ἐργασάμενος δύναιτ' ἂν καθαρὸς ὀφθῆναι, καὶ μὴ οὐχὶ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀμηγέπη προσαψάμενος εἰδῶν τοῦ λόγου. ἔτι ὡς ἱστορικὸς ὁ Θουκυδίδης κέχρηται μὲν καὶ μιμήσει κατά τε τὰς δημηγορίας, καὶ ἔν τισι διαλόγοις· ὁ αὐτὸς δέ ἐστι κἀν τούτοις, μᾶλλον δὲ μειζόνως ἐστὶν ἐν τούτοις τοιοῦτος, οἷον αὐτὸν ἐχαρακτηρίζομεν· ἐπεὶ ἔν γε τῇ ἱστορίᾳ ἧττόν ἐστι σκληρὸς, καὶ τραχύς. ἔχει γὰρ πολλὰ ἐνταῦθα καθαρά τε καὶ εὐκρινῆ. καὶ τόν γε διδάσκαλον αὐτοῦ τὸν Ἀντιφῶντα πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, τούτοις δὲ οἶμαι καὶ μᾶλλον παρελήλυθε.

Mirum vero eſt, etiamſi tale non ſit, neque oportuit, tamen quod voluptatem habet eius oratio. Neque enim caeterorum aliquis ſcriptorum, quicunque aliquid ſcribere inſtituit, atque efficere, poſſet adeo purus videri: ita vt non caeteras omnes figuras orationis, aliquo pacto attigerit. Deinde tanquam hiſtoricus Thucydides, etiam imitator eſt in concionibus, et in omnibus ſermonibus. Sui enim ſimilis eſt, etiam in his magis talis ſcriptor, qualem ipſum deſcripſimus. Nam in hiſtoriis eſt minime durus et aſper: ſiquidem in hac habet multa pura et dilucida, et praeceptorem ſuum Antiphontem, tum aliis multis, tum his rebus, meo iudicio longe anteuertit.

Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους. Cap. XXII.

Ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης καὶ τὰ φύσει πάντως ἡνωμένα, καὶ ἀδιανέμητα, ὅμως ταῖς ὑπερβάσεσιν ἀπ' ἀλλήλων ἄγειν δεινότατος.

In his autem (*ſc.* Hyperbatis) multis partibus crebrior eſt, ac paene totus Thucydides: in iis etiam quae natura ita coniunxit, vt ſeiungi non poſſe videantur, per transgreſſionem diuellendis inſignis artifex.

ΟΛΙΓΟΝ ΤΣΤΕΡΟΝ.

Ὅταν γε [τε Toup. ed.] μὴν τὰ παρεληλυθότα τοῖς χρόνοις εἰσάγῃς ὡς γινόμενα, καὶ παρόντα οὐ διήγησιν ἔτι τὸν λόγον, ἀλλ' ἀγωνίσμα πρᾶγμα ποιήσεις. τοιοῦτος ἐν τοῖς πλείοσι ὁ Θουκυδίδης.

Et mox. (Cap. XXV.)

Quod ſi porro, quae iamdudum geſta, veluti praeſentia, expoſueris, et, quaſi eo ipſo, quo narrantur, fiant tempore, non iam amplius rerum actarum exhibueris narrationem, ſed, vt in ipſis velut auditorum oculis geri videantur, effeceris. Ad hunc modum pleraque ſunt Thucydidia.

ΜΕΤ' ΟΛΙΓΑ.

Μή ποτ' οὖν ἄρισαι τῶν ὑπερβολῶν, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων προείπομεν, αἱ αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνουσαι, ὅτι εἰσὶν ὑπερβολαί. γίνεται δὲ τοιόνδε, ἐπειλὰν ὑπὸ ἐκπαθείας μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περισάσεως. ὅπερ ὁ Θουκυδίδης ἐπὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ φθειρομένων ποιεῖ. „Οἵ τε γὰρ Συρακούσιοι (φησὶν) ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο. ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετο ὁμοῦ τῷ πηλῷ ἡματωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς." [Toup. ed. καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμάχητον.] αἷμα καὶ πηλὸν πινόμενα ὅμως εἶναι περιμάχητα ἔτι, ποιεῖ πιστὸν ἡ τοῦ πάθους ὑπεροχὴ, καὶ περίσασις.

Et paulo infra. (Cap. XXXVIII.)

Ergo id ipſum de ſuperiectionibus quoque dicendum, quod de figuris ſupra a nobis dictum eſt, eas eſſe optimas, quae nullam ſuperiectionis ſpeciem praeferant; quod euenit, quum ab animo commotiore vna cum ipſa diri alicuius caſus enarratione profluunt. Talia ſunt illa Thucydidis, vbi Athenienſium in Sicilia cladem caedemque deſcribit: „Syracuſani namque exſcenſu facto eos cum maxime, qui in flumine erant, trucidabant; vnde quum aqua ſtatim corrumperetur, nihilominus ita, vti erat, limo ac ſanguine turbata, auidiſſime appetebatur; adeo vt nonnulli de ea inter ſe dimicarent." Vt hic ſanguinem luto miſtum bibi credibile ſit, idque ea contentione, vt de eo dimicatum fuerit, ipſa mali facit atrocitas, atque magnitudo.

Theon. Progymnaſm. de perſpicua Narratione.

Ὅταν μὴ πολλὰ ὁμοῦ διηγεῖταί τις, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον εἰς τέλος προάγῃ, ὅπερ ἐγκαλοῦσί τινες τῷ Θουκυδίδῃ. διελὼν γὰρ ἱστορίας κατὰ τὰ θέρη καὶ χειμῶνας, πολλάκις ἀναγκάζεται πρὶν τελεσθῆναι τὸ ὅλον πρᾶγμα, μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερόν τι γεγονὸς ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρόν. εἶτα τὸ ὑπόλοιπον τοῦ πράγματος, ἐφ' ἑτέρου χειμῶνος ἢ θέρους πραχθὲν διηγεῖται. Wass.

Idem alibi.

Παρατηρητέον καὶ τὸ μὴ ὑπερβατοῖς χρῆσθαι, οἷά ἐσι τὰ πολλὰ τῶν Θουκυδίδου. οὐ γὰρ καθόλου τὸ τῶν ὑπερβατῶν γένος ἀποδοκιμάζομεν. ποικίλη γὰρ διὰ τούτου καὶ οὐκ ἰδιωτικὴ γίνεται ἡ Φράσις. IDEM.

Aphthonius in Progymnasm.

Aequum est eos, qui vtilia nobis adinuenere, suis ipsorum inuentis ornare, laudibus prosequi, et quod ab illis est proditum, iisdem quoque ceu auctoribus cum gratia reponere, acceptumque referre. Non igitur iniuria Thucydides oratione mihi celebrandus est, qui ipsi plurimum attulerit ornamenti. Omnes enim de aliqua humanarum rerum parte bene meritos decet venerari: Thucydidem vero eo magis, quod pulcherrimo omnium illustrando curam suam impendit. Neque enim quicquam eloquentia pulchrius: neque Thucydide quenquam bene dicendi gloria praestantiorem inuenire est. Natus autem Thucydides eam est patriam quae et vitam pariter sibi, et eruditionem praeberet. Neque enim in alio loco natus est, quam vnde omnis bene dicendi ratio profluxit; originemque vitae sortitus Athenis, reges generis sui habuit auctores. Itaque ab vltima protinus origine, clariore maiorum fortuna est illustratus. Vt aque ergo habens et generis amplitudinem et ciuitatis statum popularem, quo clarior vtrinque fieret, est ab vtroque adiutus. Etenim ne ad iniustas opes, potentiamque delaberetur, aequalitate legum prohibitus est, neue in obscura reliquae plebis vilitate delitescceret, felicitate generis est consecutus. Talibus igitur procreatus parentibus, in republica Atheniensium, interque leges educatur, quas certe optimas esse vitae magistras in confesso est. Inter leges autem armaque viuere instituens, eruditioni simul atque rei militari operam dare decreuit, neque studia armis deferens, neque arma (vt praecipuam prudentiae partem) relinquens, vnoque conatu duarum diuersarum artium curam habebat, coniungens ingenio pariter ea, quae natura sunt separata. Vt tandem ad virile peruenit robur, occasionem quaesiuit proferendis iis, quae pulcre fuerat in aetate meditatus. Nec defuit casus, bellumque protinus est ortum, ipseque res ab vniuersa Graecia literis complexus posteritati mandauit, conseruator eorum, et velut restaurator, quae bellorum deleuit iniuria. Nec passus est, quod quisque gessit, temporum situ aboleri. Ex ipso ergo cognoscitur captam esse Plataeam, scitur Atticam esse vastatam, tenetur Atheniensium classibus Peloponnesi oras esse nauigatas; certatum esse nauali praelio apud Naupactum, non est nos Thucydides id passus latere. Lesbum ab Atheniensibus esse captam id quoque ab ipso indicatur: cum Amphipolitis pugnatum esse, hoc et ne diuturnitas aboleret, effecit. Iudicium Lacedaemoniorum non ignoratur. Sphacteria et Pylus

Τιμᾶν ἄξιον τοὺς εὑρόντας τὰ χρήσιμα, οἷς ἐπορέσαντο κάλλισα· καὶ τὸ παρ' ἐκείνων Φανέν, ἐπανατίθεσθαι δικαίως τοῖς δείξασιν. οὐκοῦν Θουκυδίδην ἐπαινέσω τοῖς λόγοις, αὐτὸν τοῖς αὐτοῦ τιμᾶν προελόμενος. ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς εὐεργέτας τιμᾶσθαι καλόν· τοσούτῳ δὲ μᾶλλον Θουκυδίδην τῶν ἄλλων, ὅσῳ τῶν ἁπάντων εὗρε τὸ κάλλιστον οὔτε γὰρ λόγων ἐν τοῖς οὖσι κρεῖττον ὑπαρχει λαβεῖν, οὔτε Θουκυδίδου περὶ τοὺς λόγους σοφώτερόν ἐστιν εὑρεῖν. προῆλθε τοίνυν Θουκυδίδης ἐκ γῆς ἣ καὶ βίου αὐτῷ παρέσχε καὶ τέχνην. οὐ γὰρ ἑτέρωθεν γέγονεν ἀλλ' ὅθεν οἱ λόγοι. καὶ μητέρα βίου τὰς Ἀθήνας εὑρών, προγόνοις μὲν βασιλεῦσιν ἐχρήσατο, καὶ τὸ τῆς τύχης αὐτῷ δυνατώτερον ἐκ τοῦ πρετέρου προελήλυθε γένους. καὶ προσλαβὼν ἄμφω, γένους ἰσχὺν, καὶ πολιτείαν δημοτικὴν, εἰς ἐπανόρθωσιν ἑκατέρου τὸ παρ' ἑκατέρου φέρεται κέρδος, τὸ μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, διὰ τῆς ἰσηγορίας ἐπανορθούμενος, καὶ πολιτικὴν ἕνδειαν τῇ παρὰ τοῦ γένους εὐκλειμονίᾳ συγκρύπτων. καὶ τοιοῦτος φανεὶς, τρέφεται μὲν πολιτείᾳ καὶ νόμοις, ἃ τῶν ἄλλων ἀμείνω πεφύκασι· καὶ πρὸς ὅπλα καὶ νόμους ἅμα ζῆν ἐγνωκὼς, φιλοσοφεῖν ὁ αὐτὸς καὶ χρατηγεῖν ἐβουλεύσατο, οὔτε τοὺς λόγους ὅπλων ἀποξεῶν, οὔτε τὰς μάχας ἐν μέρει τιθεὶς τῆς φρονήσεως· καὶ μίαν ποιεῖται μελέτην ὧν μίαν οὐκ εἶχε τὴν τέχνην, εἰς ἓν συνάγων ἃ τῇ φύσει διέσχηκεν. ὡς δὲ εἰς ἄνδρας ἀφίκετο, ἐζήτει καιρὸν εἰς ἐπίδειξιν ὧν καλῶς προησκήσατο. καὶ ταχὺ παρέσχεν ἡ τύχη τὸν πόλεμον, καὶ τὰ πεπραγμένα πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, εἰκείαν αὐτὸς ἐποιήσατο τέχνην, καὶ φυλακὴ γέγονεν ὧν ὁ πόλεμος ἤγαγεν. ἃ γὰρ ἐποίουν ὡς ἔκαστοι, ταῦτα συγκρύπτειν οὐκ ἀφῆκε τὸν χρόνον ἐξ ὧν ἁλισκομένη μὲν ἐγνωρίσθη Πλάταια, δηούμενα δὲ τὰ τῆς Ἀττικῆς ἐγνωρίζετο, καὶ περιπλεομένη παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἐδηλοῦτο Πελοπόννησος. ναυμαχίας εἶδεν ἡ Ναύπακτος, λαθεῖν οὐκ ἀφῆκε ταῦτα Θουκυδίδης συγγράφων. Λέσβος ἑάλω, καὶ μέχρι τοῦδε κηρύττεται· πρὸς τοὺς Ἀμπρακιώτας καθίστο μάχη, καὶ τὸ γεγονὸς οὐκ ἀφεῖλεν ὁ χρόνος. δίκη Λακεδαιμονίων οὐκ ἀγνοεῖται παράνομος. Σφακτηρία, καὶ Πύλος,

τὸ μέγα τῶν Ἀθηναίων ἔργον, οὐκ ἔλαθεν· ὅθεν Κερκυραῖοι μὲν παρὰ τὰς Ἀθήνας ἐκκλησιάζουσι, Κορίνθιοι δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀντιφθέγγονται. Αἰγινῆται κατηγοροῦντες, εἰς Λακεδαίμονα ἔρχονται· καὶ συμφρονῶν μὲν ἐπ' ἐκκλησίας Ἀρχίδαμος, Σθενελαΐδας δέ, ἐπὶ μάχην κινῶν· καὶ πρὸς τούτοις, ὁ Περικλῆς πρεσβείαν ἀτιμάζων Λακωνικὴν, καὶ χαλεπαίνειν οὐ συγχωρῶν Ἀθηναίους νοσοῦντας. ταῦτα καθάπαξ πυρὰ τῆς Θουκυδίδου συγγραφῆς πρὸς ἅπαντα τηρεῖται τὸν βίον. εἶτα τίς αὐτῷ παραβαλεῖ τὸν Ἡρόδοτον; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, διηγεῖται πρὸς ἡδονὴν, ὁ δὲ, ἀλήθειαν ἅπαντα φθέγγεται. ὅσον δὲ τὸ πρὸς χάριν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν ἔλαττον, τοσοῦτον Ἡρόδοτος τῶν Θουκυδίδου καλῶν ἀπολείπεται. πολλὰ ἦν ἕτερα περὶ Θουκυδίδου διεξελθεῖν, εἰ μὴ τὸ πάντα ἐρεῖν, τὸ τῶν ἐπαίνων παρεῖλετο πλῆθος.

ingentes Athenienſium labores non latent. Concionantur Corcyraei Athenis, Corinthii iplis contradicunt. Aeginetae, vt Athenienſes accuſent, Lacedaemona proficiſcuntur. Iam vero a belli concilio Lacedaemonios Archidamus abſterrens, contra Sthenelaidas ad bellum ſuſcipiendum impellens, ad haec Pericles legationem Laconicam contemnens, neque paſſus deficere animo propter peſtilentiam Athenienſes. Cuncta haec Thucydidis opera ingenioque in omne aeuum ab obliuione vindicantur. Quis autem Herodotum illi comparauerit? Ille enim ad voluptatem legentium ſcripſit, hic omnia ex rebus ipſis, atque veritate depromſit. Quanto vero quod ad alienam fit gratiam, infra id eſt quod fit ad veritatem, tanto poſt ſe Thucydides Herodotum relinquit. Erant alia quoque permulta, quae de Thucydide dicerentur, niſi, quo minus omnia diceremus, laudum ſuarum nobis obſtaret multitudo.

In Anthologia. Lib. I.

Ὦ Φίλος, εἰ σοφὸς [a] εἶ, λάβε μ' ἐς χέρας· [b] εἰ δέ γε πάμπαν
[c] Νῆϊς ἔφυς μουσέων, ῥίψον ἃ μὴ νοέεις.
[d] Εἰμὶ δέ γ' οὐ πάντεσσι βατός. παῦροι δ' ἀγάσαντο
Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

[a] Εἶης *Reg.* [b] εἰ δὲ πέφυκας *Idem. Caſſ. Gr.* [c] Νῆϊς Μουσάων *Iidem.* et *Reg.* cum Scholio, ἀμαθής. [d] Εἰμὶ γὰρ οὐ π. β. *Iidem.* In *Caſſ.* et *Gr.* poſt hiſtoriam octauam ſcriptum eſt. [Ita vt codd. hi exhibent, edidit Brunk. Analect. T. III. p. 265. Iacobs. IV. 231. n. DXXXIX.]

Ibidem Lib. V.

Θευκυδίδης δ' ἐλέλιζεν ἐὸν νόον· ἦν δὲ νοῆσαι,
Οἷά περ ἰσορίης δημηγόρον ἦθος Φαείνων.
Δεξιτερὴν γὰρ ἀνέσχε μετάρσιον, ὡς πρὶν ἀείδων
Σπάρτης πικρὸν Ἄρηα καὶ αὐτῶν Κεκροπιδάων,
Ἑλλάδος ἀμητῆρα πολυθρέπτοιο τιθήνης.

[Eſt in Chriſtodori Coptitae Ἐκφράσει τῶν ἀγαλμάτων ap. Brunk. Anal. T. II. p. 470. Iacobs. T. III. p. 174.]

H. Stephani Epigr. in Thucyd.

Ὦ ξένε, εἰ μύθων πολυδαίδαλα ψεύδεα δίζῃ,
Τῶνδ' ἐγὼ οὐδὲν ἔχω· ἐς χέρα μή με λάβε.
Εἰ μαλακοῖς Φθόγγοισι τεαὶ χαίρουσιν ἀκουαὶ,
Οὐδὲν ἐμοὶ καὶ σοί· ἐς χέρα μή με λάβε.
Σύντομον εἰ ῥῆσιν ςυγέεις, ξένε, καινοπρεπῆ τε,
Πᾶν τε τὸ δυσξύνετον· ἐς χέρα μή με λάβε.

Εἰ δέ σε ἰσορίης παναληθέος ἵμερος αἱρεῖ,
Γράμμα τὸ Θουκυδίδαο ἐς χέρα ξεῖνε λάβε.
Εἰ σὺ βαρυφθόγγου τέρπῃ σάλπιγγος ἀϋτῇ,
Σαλπίζοντι ἔοικ' · ἐς χέρα ξεῖνε λάβε.
Σύντομον εἰ φιλέεις λόγου ἀτραπὸν, ἠδ' ἀπάτητον,
Κἄν που ἔῃ χαλεπή · ἐς χέρα ξεῖνε λάβε.

Pollux IX, 15.

Παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ μόνῳ τῷ ΚΕΚΡΙΜΕΝΩΙ etc. εὕρει. WASS.

Cicero Lib. II. de Oratore, Cap. 13.

Et poſt illum (*ſcil.* Herodotum) Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile vicit, qui ita crebet eſt rerum frequentia, vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur: ita porro verbis aptus et preſſus, vt neſcias vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur. *Paulo infra* Cap. 22. Antiquiſſimi fere ſunt, quorum quidem ſcripta conſtent, Pericles atque Alcibiades, et eadem aetate Thucydides; ſubtiles, acuti, breues, ſententiis magis quam verbis abundantes. *Idem in Bruto.* Cap. 7. Huic aetati ſuppares, Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis ſcriptis, qui ipſe tum fuit, intelligi maxime poteſt, grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, et ob eam cauſam interdum ſubobſcuri. *Idem in Oratore*, Cap. 12. Quo magis Herodotus Thucydidesque mirabiles; quorum aetas quum in ea tempora, quae nominaui, inciſiſſet, longiſſime tamen ipſi a talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt; alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit; alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (vt ait Theophraſtus) hiſtoria commota eſt, vt auderet vberius quam ſuperiores, et ornatius dicere.

Petronius Arbiter in Satyr. Cap. II.

Quis poſtea ad ſummam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam proceſſit?

(Dio Chryſoſtomus Orat. XVIII. pag. 256.

Τῶν δὲ ἄκρων Θουκυδίδης ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῶν δευτέρων Θεόπομπος.)

Quintilianus de Inſtit. Orat. Lib. X. Cap. 1.

Denſus, et breuis, et ſemper inſtans ſibi Thucydides: dulcis, et candidus, et fuſus Herodotus: ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate.

Iuſtus Lipſius in notis ad Lib. I. Polit. Cap. 9.

Thucydides, qui res nec multas nec magnas nimis ſcripſit, palmam fortaſſe praeripit omnibus qui multas et magnas. Elocutione tota grauis et breuis, denſus ſententiis, ſanus iudiciis: occulte vbique inſtruens, actiones vitamque dirigens, orationibus et excurſibus paene diuinus. Quem quo ſaepius legas, plus auferas: et nunquam tamen dimittet te ſine ſiti.

Caſaubonus in Epiſt. Ded. ad Polybium.

Magnus et vir et ſcriptor Thucydides, qui a gerendis rebus ad easdem ſtylo perſequendas quum ſe contuliſſet; hiſtoriae ad vſum Politicorum ſcriptae mortalium, credo, primus exemplum poſt-futuris mirandum potius quam imitandum dedit. Sed vir maximus par ingenio argumentum non habuit. *Idem in Animaduerſ. ad Dionyſ. Halicarn.* p. 26. Viden' vt ſtudioſe magnum illum virum imitetur? Thucydidem dico: quem velim legat ſtudioſa iuuentus aſſidue. Credite mihi, adoleſcentes φιλομαθεῖς, ſiue eloquentiam quaeritis, ſiue ſcientiam ciuilem, ſiue hiſtoriae cognitionem, non poteſtis in alio auctore operam melius collocare.

G. I. Voſſius de Hiſtoricis Graecis Lib. I. Cap. IV.

Thucydides aemulatione Herodoti excitatus fuit ad hiſtoriam condendam. Libri eius non vno olim modo diuidebantur. Fides eius, et integritas laudata: de qua tamen aliter veterum quibusdam viſum fuit. Elogia, quibus Tullius, ac Fabius, dictionem eius ornant; et quantum a dictione Herodoti differat. Obſcuritas eius vnde ortum ducat. Numerorum non admodum rationem habet. Veterum iudicia de octauo Thucydidis Libro.

Venio ad Thucydidem, Olori, vel potius Oroli filium; qui tempore belli Peloponneſiaci floruit: tantique a Demoſthene fiebat, vt octies *a*) manu ſua deſcriberet: imo et Imperator Carolus V. eum in expeditionibus, ſed Gallice redditum, ſemper circumgeſtaſſe ſecum dicatur. De natali eius, quae ſuperius *b*) diximus, repetere hoc loco nihil attinet. Ad ſcribendum excitatus fuit, cum Herodotum libros ſuos recitantem audiſſet; ſiue Olympiae, vt quidam volunt; ſiue potius Athenis in Panathenaeis. Meminere eius rei, Marcellinus in Thucydidis Vita, Photius tmem. LX. et Suidas in Θουκυδίδης. Scripſit Peloponneſiorum cum Atheniēſibus bellum; non tamen, vt omne exponat bellum quod annis durauit XXVII. ſed vt annorum XX. priorum hiſtoriam referat. Interim altius orditur; nempe a bello inter Corinthios, et Corcyraeos; quod octennio Peloponneſiacum anteceſſit. Eamque annorum XXVII. hiſtoriam libris octo eſt complexus; vt nunc quidem id opus diuidi-ur. Nam, teſte Marcellino, olim ab nonnullis in libros XIII. atque ab aliis aliter, diſtribui ſolet. Multum vero fidei, ſi quis alius, ſcriptor hic meretur. Nam et egregium veritatis in eo ſtudium elucet; et illa ſcripſit, quibus interfuit. Neque eo minus deſuerunt, quibus fides eius ſuſpecta fuerit. Quod Joſeph s teſtatur in primo contra Apionem, his verbis: Πολλὰ *c*) δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβέστατην τῶν καθ' αὑτὸν ἱστορίαν συγγράφειν. De dictione eius varii in locis iudicium tulit Cicero. In ſecundo quidem de oratore ita ſcribit: *Thucydides omnes dicendi artificio, mea ſententia, facile vicit; vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur: ita porro verbis aptus, et preſſus, vt neſcias, vtrum res oratione, an verba ſententiis, illuſtrentur.* Eodem libro ait, eum, vti et Periclem, et Alcibiadem, eſſe *ſubtilem, acutum, breuem, ſententiis magis, quam verbis abundantem.* Idem in oratore eum comparat cum Herodoto: atque hunc dicit ſedati inſtar amnis labi; Thucydidem vero *incitatiorem ferri, et de bellicis rebus canere etiam quodammodo bellicum.* Fabius quoque eosdem comparat lib. X. cap. 1. *Denſus*, inquit, *et breuis, et ſenſuum inſtans ſibi Thucydides; dulcis, et candidus et fusus Herodotus: ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vt, hic voluptate.* Sed in virtutibus tantis hoc viti habet, quod paulo obſcurior ſit. Fatetur hoc Cicero in Bruto, vbi eum r ponit inter ſcriptores, qui *grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, et ob eam ipſam cauſſam interdum ſubobſcuri.* Et eodem opere: *Ipſae illae Thucydidis conciones ita multas habent obſcuras, abditasque ſententias, vix vt intelligantur; quod eſt in oratione ciuili vitium vel maximum.* Vnde idem Tullius ibidem, *Thucydides*, inquit, *praefractior; nec ſatis vt ita dicam rotundus.* Item, *in Thucydide orbem modo orationis deſidero; ornamenta comparent.*

Quae vero hactenus de Thucydidis ſtylo diximus, ea praecipue intelligi debent de ſeptem prioribus libris. Octauus enim plane tenui dictione vtitur; cum in prioribus longe magis aſſurgat. Ac propterea aliqui putarunt,

a) Lucianus πρὸς ἀπαίδευτον.

b Cap. 1.

c) In multis etiam Thucydides, tantum mentitus, accuſatur, etſi accuratiſſimam videatur ſui temporis hiſtoriam ſcripſiſſe.

eum a filia Thucydidis ſcriptum eſſe; vel a Xenophonte, aut Theopompo, vel alio. Quorum ſententiam in vita eius reiicit Marcellinus: ac potius cenſet, fuiſſe ſcriptum a Thucydide iam aegrotante.

Plura de Thucydideo dicendi genere apud eundem Marcellinum vide: et inprimis apud Dionyſium Halicarn. in Herodoti, et Thucydidae collatione, qua nihil mihi κριτικώτερον videtur.

[His addidimus iudicium *D. Wyttenbachii* Praef. ad Selecta principum hiſtor. p. XI. ſ. vbi poſt Herodotum ita de noſtro dicit: „Secundus eſt Thucydides, et ipſe palmarius, ſed diuerſa ratione. Nam et argumentum habet breuius, res Graecorum, maxime belli Peloponneſiaci, nec omnia narrat, quae vidit et audiuit: ſed ea fere, quae memoratu digna, et, exploratis teſtibus ſubductisque rationibus, vera iudicauit; raro digrediens a propoſito, nec vmquam niſi ipſo poſtulante propoſito: eidem breuitati ſtudens in oratione cum verbis, quae ſingula fere totidem habent ſententias, tum compoſitione, qua ſententiae magis comprimuntur, quam explicantur, ſubinde magis obſcurantur, quam illuſtrantur. Sed in hac coarctatione ac breuitate mirabile eſt dictu, quam ſit ſenſibus magnificus et ſublimis: quam grauis ſententiis: quam certus virtutum vitiorumque aeſtimator: quam ſolers et verus explicator cauſſarum, euentuum, prudentiae cum ciuilis tum bellicae: quam item ſagax conſiliorum et intimorum humani animi receſſuum indagator: quam denique efficax rerum geſtarum narrator, in quas medias legentis animus abreptus et armorum ſtrepitum audire et caedes certamineque praeſens cernere videtur, et variis deinceps commotionibus agitatur et verſatur. Profectus a diuerſis atque Herodotus diſciplinae initiis non modo dicendi magiſtrum habuit Antiphontem, ſed cogitandi etiam Anaxagoram. De hoc vt Marcellini exſtat auctoritas, ita veriſimilis ducitur coniectura ab exemplo Periclis: qui ab Anaxagora item repletus rerum diuinarum humanarumque cognitione, eandem ad dicendi uſum exercitationemque transtulit. Mihi quidem Thucydides ita fere ad Periclis imitationem compoſuiſſe videtur, vt, quum ſcriptum viri nullum exſtet, eius eloquentiae formam effigiemque per totum hiſtoriae opus expreſſam poſteritati ſeruaret. Ceterum adoleſcentes vt non niſi Xenophontea aut Herodotea facilitate et perſpicuitate praeparati ad Thucydidem accedent, ita huius lectione exercitati ad nullum non ſiue ſcriptorem ſiue poëtam inſigni cum intelligentiae ſpe et fructu progredientur."]

ADDENDA
ET
EMENDANDA.

Pag. 1. ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΟΛΟΡΟΥ] In ſequentibus libris, ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ. Sic tamen vt hic articulus iungatur cum alio qui ſubauditur genitiuo, videlicet *υἱοῦ*· id eſt *filii*, perinde ac ſi diceretur, *τοῦ υἱοῦ τοῦ Ὀλόρου*. Quoniam autem quaeri a multis video an huiusmodi locis adhibere articulum neceſſe ſit, tanquam ſermonis Graeci lege id a nobis fieri iubente, ac diuerſas quorundam locorum interpretationes ex diuerſa de hac re opinione ortas eſſe comperio: non pigebit, ſumta hinc occaſione, quae in vtramque poſſe partem afferri videntur, proponere: atque his meam ſententiam (qualiscunque ea momenti futura ſit) adiicere. Primum igitur ad ipſius *Thucydidis* nomen vt veniam, articulo praefixo *Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου* ſe nominat, lib. 4. in fine p. 299. *ἐπὶ τὸν ἕτερον στρατηγὸν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης, Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν.* Deinde paſſim, vbi filii nomine poſito nomen patris addit, interuenit articulus. Ita enim Πλειστοάναξ ὁ Παυσανίου, et Νικίας ὁ Νικηράτου, et Λίχας ὁ Ἀρκησιλάου, item Καλλίγειτος ὁ Λαοφῶντος, *καὶ* Τιμαγόρας ὁ Ἀθηναγόρου, apud eum leguntur: et in genitiuo ibidem Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου, item Ἄγνωνος τοῦ Νικίου. Eodemque modo in accuſandi caſu, Πλειστοάνακτα τὸν Παυσανίου, et Σοφοκλέα τὸν Σωστρατίδου, Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους, aliaque quamplurima interiecto articulo legimus.

Verum duo ſunt quae his poſſe opponi video: vnum eſt in *Anthologia Gr.* epigrammatum exſtare hunc pentametrum,

Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

nec non verſum hunc eius ſepulcro inſcriptum fuiſſe dici:

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἀλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

Alterum, in aliquibus huius ipſius hiſtorici locis non interponi iſtum articulum: nam p. 20. ſtatim poſt prooemium, legimus, Φάλιος Ἑρατοκλείδου. Quin etiam lib. 4. p. 307. vbi quorundam Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Athenienſium, et aliorum nomina ponuntur, nusquam interiici eum videmus. At ego, ad illos quidem verſus quod attinet, carmen quasdam ellipſes ſibi permittere dixerim, et in eo excuſari quae haud pariter in ſoluta oratione locum haberent, in illo autem p. 20. loco, Φάλιος Ἑρατοκλείδου, et in quibusdam aliis ſpecta nobis librarii fides eſſe poteſt. Verum de eadem articuli omiſſione cum tot nominibus, quae p. 307. habet, quid reſpondendum erit? An quia, quum tam multa nomina ſimul ponerentur, ſi, quot illa erant, toties interiectus articulus fuiſſet, aures offenſurus videbatur? Vereor certe ne cui parum fide digna haec reſponſio videatur: atque vt hic quoque fides librarii in dubium vocetur, facit *Ariſtophanis Scholiaſtes*, qui eum locum afferens (ſed mendoſe magna ex parte ſcriptum) articulum quibusdam genitiuis praefigit.

Verumtamen ſi *ἀδιαφόρως* poſitum illum aut omiſſum fuiſſe quis contendat, cum aliorum, tum vero *Dionyſii Halicarnaſſei* auctoritate ſe defendet, apud quem legimus in hiſtoriae titulo, ante prooemium, *Διονυσίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἁλικαρνασσέως*· nec non in fine prooemii, *ὁ δὲ συντάξας αὐτὴν, εἰμὶ Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεύς.* Vtrobique enim ante patris nomen omiſſum eſſe articulum videmus: quin etiam, quum illic ſit *τοῦ Ἁλικαρνασσέως*, hic tamen non eſſe itidem *ὁ Ἁλικαρνασσεύς*, ſed non minus ante hunc nominatiuum quam ante illum genitiuum orationem articulo carere.

Vt autem nunc tandem quod ſentio de huius articuli vſu dicam, Graeci ſermonis leges poſcere opinor vt locis huiusmodi articulus adhibeatur, cum quo nomen quod *ἐλλείπει*, et ſubaudiendum a nobis eſt, iungatur: atque adeo qui nobis illius *ἐλλείψεως* index relinquatur. Sed enim vt alia pleraque ſunt in quibus ſermonis legem interdum non ſeruari ſcimus, ita hic non ſeruatam ſemper fuiſſe: ſic tamen vt illa omiſſio plerumque non ipſorum auctorum ſed librariorum eſſe videatur. Quin etiam hoc addo, ſimile hoc vero eſſe, illos hanc omiſſionem potius vbi patris et filii nomina in diuerſo caſu ponuntur, quam vbi in eodem, ſibi permiſiſſe: quod magis illic quam hic euidens eſſe poſſet. Nam quum (exempli gratia) *Διονύσιος Ἀλεξάνδρου* dico, quoniam patris nomen in alio caſu quam filii nomen ponitur, vnum ſtatim ab altero discernitur, et iſta caſuum diuerſitas defectum articuli quodammodo ſupplet: nec poteſt hic oriri eiusmodi error qualis quum vtrumque eodem in caſu, genitiuo videlicet, poſitum eſt: vt videlicet nomini filii adiecto patris nomine, haec deinde tanquam diuerſarum perſonarum nomina ſeparentur. Cuius erroris exempla ex *Scholiaſte Ariſtophanis* mihi ſuppeterent, ſi diutius huic ſermoni immorari ſtatuiſſem.

Sed hoc quid esse dicemus, quod quum Διονυσίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἁλικαρνασσέως, cum articulo ante eam quae a patria sumitur appellationem, legerimus, postea Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεὺς omisso eo legimus? omissumne librarii negligentia articulum esse dicemus? Videndum ne potius dicendum sit, ipsummet *Dionysium* hic articulum praefigere neglexisse, tanquam diuersitate casuum defectum articuli (vt modo loquebar) supplente: quamuis alioqui non idem hic qui illic articuli sit vsus. Si enim, vt scriptum est Διονυσίου Ἀλεξάνδρου, τοῦ Ἁλικαρνασσέως, ita etiam scriberemus Διονύσιος Ἀλέξανδρος, ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, articulus vtrobique non filii nomen a patris nomine, sed ab vtriusque nomine appellationem a patria sumtam (quae minime nomen est) distingueret.

Ibid. ΟΛΟΡΟΥ] Scio quosdam ΟΡΟΛΟΥ scribendum censuisse: sed quum non aliunde quam ex alicuius veteris libri auctoritate hoc attulisse credibile sit, illis non solum aliorum et quidem pariter veterum auctoritas opponi potest, sed etiam quorundam historicorum, qui filium *Olori*, non *Oroli*, eum fuisse tradunt. Nam vt omittam eos qui vitam eius scripserunt, audimus alicubi *Dionysium Halicarnasseum* vocantem eum non alio nomine quam τὸν Ὀλόρου, sicut *Platonem*, τὸν Ἀρίστωνος. Locum illum habet eius Τέχνη, in methodo orationum, quae Ἐπιτάφιοι vocantur; nam quum in *Aldina Editione* legatur παρά γε τῷ τοῦ λόγου καὶ τοῦ Ἀρίστωνος, meam de λόγου in Ὀλόρου mutando coniecturam vetustum exemplar comprobauit: ac feci et in meis Schediasmatis huius emendationis mentionem. Est autem et hoc ipsum λόγου ex Ὀλόρου per deprauationem factum, amissa primum litera prima, deinde litera ρ in γ mutata a quopiam, qui has syllabas λόρου nihil significare videbat. His accedit et istius hexametri testimonium,

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται·

nec non huius pentametri,

Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

Ac ne quis paruam nobis esse debere existimet epigrammatis, ex quo sumtus est hic pentameter, auctoritatem, verba haec quae de ipso in eius vita legimus, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς, depromta inde esse animaduertendum est: ibi enim legimus,

Εἰμὶ δὲ οὐ πάντεσσι βατός. STEPHANVS.

Ibid. ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ] Alius in *ver. lib.* est titulus, Ἱστοριῶν πρώτη. Atque vt hic in secundo libro, ξυγγραφῆς τὸ δεύτερον, ita ibi, Ἱστοριῶν δευτέρα· eadem tituli forma vtrobique seruata et in sequentibus libris. Sic vero et apud *Herodotum* Ἱστοριῶν πρώτη, quae et de Musae nomine, Clio: eodemque modo, Ἱστοριῶν δευτέρα, quae et Euterpe: et ita deinceps. Sed quum nouem librorum vnusquisque Historia vocetur, videndum an et totum opus ex tot libris constans, Historiam, ac non potius Historias vocare debeamus. Historiam quidem certe vocat iste titulus, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας, ἐν ἐννέα τμήμασιν, ἃ καὶ Μούσας καλεῖ. Atque haec epigraphe, in qua ἱστορίας non ἱστορίαι legimus, confirmari posse videtur ex primis ipsius *Herodoti* verbis, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Sed non dubium est quin vt totum opus appellare historiam possimus, intelligendo generaliem historiam: ita et vnumquemque librum tanquam particularem et sibi peculiarem historiam complectentem. Interim tamen mihi non placet in vno eodemque titulo ἱστορίας ita poni vt vsum vtrumque habeat.

Quod autem ad priorem illam librorum *Thucydidis* epigraphen attinet, Ξυγγραφῆς τὸ πρῶτον, et τὸ δεύτερον, atque ita deinceps, verbum ξυνέγραψε, quo vtitur initio, pro ea facere videri possit. Quod *Valla* quidem vnico verbo *conscripsit* est interpretatus: at *Vitus*, *studiose et diligenter conscripsit*, Graecum nimirum *Scholiastem* in hac interpretatione sequens, qui vult συγγράψαι esse τὸ μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδαίως συντάξαι. Sed fidem *Scholiastae* de differentia quam inter hoc compositum ξυγγράψαι et simplex γράψαι constituit, minime habere debuit; ac potius et ipsum et *Scholiastem* considerare oportuit, verbum ξυγγράψαι scriptioni historicae adeo conueniens esse, vt ex eo factum nomen ξυγγραφεὺς, de scriptore historiae (qui alioqui verbo vno ex eodem sermone sumto historicus vocatur) quadam velut praerogatiua passim in vsu sit. At ecce quum nullam huius rei mentionem *Vitus* faciat, contra significationis meminit quam Latini ab hoc loco prorsus alienam isti vocabulo tribuunt. Postquam enim ξυνέγραψε esse dixit, *studiose et diligenter conscripsit*, addit, hinc esse *syngrapham*, quo significari *scriptionem* siue *rem scriptam*, et dici etiam de *cautione* siue *chirographo obligante*. Atqui, vt omittam, falsum esse, *syngrapham* a Latinis de quauis scriptione seu re scripta dici, et alterum quem subiungit vsum habere fatear: quid Latina haec *syngrapha*, quae est συναλλαγματικὴ (id est, quae τοῖς συναλλάγμασιν adhibetur) ad *Thucydidis* ξυγγραφὴν pertinet? quid cum ea commune habet?

Verum quod ad vocabulum istud ξυγγραφὴ attinet titulis librorum *Thucydidis* adhibitum, est aliud de quo te commonefaciam: legi nimirum in superioribus typographicis *Editionibus* quae meas praecesserunt, Θουκυδίδου ξυγγραφῆς πρώτης, itidemque Θουκυδίδου ξυγγραφῆς δευτέρας· eodemque in caeteris libris modo illi genitiuo ξυγγραφῆς alterum genitiuum adiici: qui tamen nullo admitti modo potest, quum nihil sit quocum iungatur. Nec vero talem inscriptionem ex vllo veteri profectam esse libro putandum est, verum ex alicuius imperitia, qui quum ξυγγραφῆς πρώτη, itidemque δευτέρα, et τρίτη, atque ita deinceps scriptum inueniret (subaudito videlicet nominatiuo βίβλος, vel ἱστορία) ita mutandam scripturam putauit, vt hae voces, casu inter se antea discordes, contra in eo bene inter se concordes essent. IDEM

Ibid. ΠΡΩΤΟΝ] Alicubi legitur, ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ· quam loquendi formam et in quibusdam aliis titulis obseruaui: (et quidem aliud eius exemplum paulo post proponam) quum alioqui videri possit dicendum potius esse, τῶν ὀκτὼ τὸ πρῶτον

Caeterum ad numerum librorum *Thucydidis* quod attinet, discimus ex *Diodoro Siculo*, quosdam eius historiam non in octo tantum libros, sed in nouem partitos esse. Scribit enim libro XIII. suae Historicae Bibliothecae, τῶν δὲ συγγραφέων Θουκυλίδης μὲν τὴν ἰσορίαν κατέσρεψε, περιλαβὼν χρόνον ἐτῶν κδ ἐν βίβλοις ὀκτώ. τινὲς δὲ διαιροῦσιν εἰς ἐνιέα. Et vero qui ista quae huic editioni adiuncta sunt scholia scripsit, quosdam in XIII. libros *Thucydideam* historiam diuisisse tradit: atque huius diuisionis non vno in loco mentionem facit. In haec enim verba (quae libro IV. leguntur p. 284.) Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους πορευόμενος ἑπτακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, ἐπειδὴ ἐγένετο ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Τραχ. annotat, opere *Thucydidis* in tredecim historias diuiso, finem hic sextae esse, ac principium septimae. Eius verba sunt, τῶν ἐς τρισκαίδεκα τέλος τῆς ἕκτης, ἀρχὴ τῆς ἑβδόμης. Vbi si quaerat quispiam, quidnam cum articulo τῶν subaudire debeamus, non male responsurus mihi videor si genitiuum ἰσοριῶν dixero: quum (vti antea aiebam) in quibusdam veteribus libris, atque adeo in meo, hic titulus legatur, ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ. Sequendo enim hunc titulum, ista illius verba τῶν ἐς τρισκαίδεκα τέλος τῆς ἕκτης, perinde accipimus, ac si dictum esset, Θουκυδίδου ἰσοριῶν τῶν εἰς τρισκαίδεκα διηρημένων τέλος τῆς ἕκτης videlicet ἰσορίας· ibidemque, ἀρχὴ τῆς ἑβδόμης, subaudito eodem illo genitiuo ἰσορίας. Verum illam tituli breuitatem assequi Latina lingua non potest, vel eam ob causam quod articulo Latinitas careat, ideoque quod paucioribus ibi verbis dicitur, pluribus dicere necesse habeamus, ea quae subaudienda relinqui dixi, ponendo: hoc pacto, THVCYDIDIS HISTORIARVM IN TREDECIM DIVISARVM FINIS SEXTAE, INITIVM SEPTIMAE. Sed Latinis valde insolens hic titulus esset, etiamsi Graecam illam breuitatem non retineat, quemadmodum dixi: praesertim vero in tali vsu appellationis HISTORIARVM atque HISTORIAE, insolentia (vt opinor) fuerit; neque enim morem hunc Latinitati esse puto, vnum vnius historicum opus historias vocare: multo etiam minus (nam fieri tamen posset vt alicubi talem vsum plurale istud haberet) primum librum, primam historiam: secundum, secundam, atque ita deinceps appellare. Esse autem intelligenda, vt docui, illa *Scholiastae* verba, ostendit alius eiusdem locus. In haec enim historici nostri verba, (quae tibi librum secundum legenti occurrent, p. 148.) Τοιαύτη μὲν ἡ Πλαταιέων πολιορκία κατεσκευάσθη, scribit, *Qui historicum istud opus in tredecim* (historias videlicet) *partiti sunt tertiae historiae finem et quartae principium hic constituerunt*; haec namque sunt eius verba, οἱ διελόντες ταύτην τὴν συγγραφὴν εἰς τρισκαίδεκα, ἐνταῦθα τὸ τέλος τῆς τρίτης ἰσορίας ὥρισαν, καὶ ἀρχὴν τῆς τετάρτης. Verum quicunque (vt hoc obiter dicam) diuisores illi fuerunt, non video quonam modo eadem verba et tertii libri finem et quarti initium facere potuerint: sed si quidem demus, locum hunc duorum esse librorum μεθόριον (hoc enim vti nomine libet, sicut illum verbo ὁρίζειν vsum esse video) haec quidem verba, Τοιαύτη μὲν ἡ Πλαταιέων πολιορκία κατεσκευάσθη, librum tertium claudere: haec autem quae proxime sequuntur, Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, καὶ ἅμα τῇ τῶν Πλαταιέων ἐπιῤῥατείᾳ, Ἀθηναῖοι δισχιλ. ὁπλ. etc. quarto principium dare debere dico. Hoc tamen alioqui non ignoro, duram posse istam separationem videri duorum membrorum, aut duarum periodorum orationis, quarum prior quidem voculam μέν, posterior autem particulam δέ habeat: quum post priorem illam suspensa oratio relinquatur. Atque hinc factum est (quemadmodum in meo *Schediasmatum* opere doceo) vt apud quosdam scriptores interdum de fine vnius libri et sequentis principio dissentiant exemplaria, vno quidem periodum cui adhibita est particula μέν pro libri praecedentis clausula, eam quae habet δέ, pro principio sequentis ponente: altero autem vtramque initium huius statuente: veluti si vnum exemplar illis *Thucydidis* verbis, Τοιαύτη μὲν ἡ Πλ. etc. librum tertium finiret, his autem, Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, etc. quartum inchoaret: alterum contra tam haec quam illa pro quarti principio nobis exhiberet: ita quidem vt illa praecederent, haec sequerentur. Ex huiusmodi certe controuersia contigisse puto, vt apud *Dionysium Halicarnassaeum* eadem periodus et in vnius libri fine et in alterius qui eum consequitur principio legatur. Qua de re plura in illo *Schediasmatum* opere a me dicuntur. Ad illos autem vt reuertar qui totam *Thucydidis* historiam, aut (illum aliorum sermonem imitando) omnes *Thucydidis* historias in partes XIII. distribuerunt, non minus certe in altero illo haerere nos cogunt loco, vbi itidem libri sexti finem et septimi principium in iisdem verbis constituunt: his videlicet, Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους πορ. etc. Nec video certe quid potius de hac eius annotatione respondendum sit, quam eam ad nos non fideliter scriptam peruenisse: quum ipse scripsisset, ista quidem, ἡτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας, ὅταν δέῃ, ἀπαντησόμενος, finem libri sexti: at haec quae illis proxime subiunguntur, Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρ. principium septimi esse. Obseruandum autem, non minus in his duobus, sexto et septimo, quam in illis, tertio et quarto, quod de particulis μέν et δὲ dictum fuit, inuentum iri. Nam hic quoque vltima libri sexti periodus a vocula μέν, vt prima libri septimi a particula δέ incipit. Atque vt de illo item altero dicam loco quod sentio, non absimile vero est eum pariter secus ab illo scriptum fuisse: ita nimirum vt post ἀρχὴν τῆς τετάρτης sequerentur ea quae et apud *Thucydidem* sequuntur verba: sed interiecto aduerbio ἐκεῖ, aut duabus his vocibus, ἐν ἐκείνοις· siue istis ἐν τούτοις. Verum, quum minime verisimile sit tantam scripturae mutationem a librario factam esse, quid si dicamus potius, nullam verborum *Thucydidis*, quae vel huic vel illi scholio seu annotationi praefixa sunt, habendam esse rationem? perinde videlicet ac si non ab ipso *Scholiaste* praefixa forent, sed a quopiam qui quum illas *Scholiastae* annotationes margini adscriptas inuenisset, ad vnam periodum pertinere illas existimauit, quum ad totum locum, quam late patet, pertineant: vtpote aduerbio ἐνταῦθα non vnam sed vtramque ostendente, id est, tam eam quae librum vnum

claudit, quam eam quae alterum inchoat. Quamuis autem hoc aduerbium ἐνταῦθα in priore tantum annotatione legatur, non secus intelligenda fuerit et altera, quam si ipsum ei quoque appositum haberemus. Quod si et de hac partitione, quae pro libris octo *Thucydidis* tredecim dabat, aliquid dicendum est, miror equidem eos hunc librorum numerum, ac non vel minorem vel maiorem statuisse: non miraturus tamen fortasse si non duorum tantum librorum constituta ab illis principia sed aliorum insuper aliquot proponerentur. Fortasse enim, quid sequuti ea in re forent, perspici inde posset.

Superest vt de illa etiam epigraphe, quam nonnullos huic operi praefixisse dixi, aliquid addam. Ea igitur quum sit huiusmodi, ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ, in ea resoluenda eandem quam ostendi in titulo *Scholiastae* viam esse insistendam dico: vt videlicet perinde esse dicamus ac si scriptum esset, Θουκυδίδου τῶν εἰς ὀκτὼ διηρημένων βιβλίων τὸ πρῶτον. Vel, Θουκυδίδου βιβλίων τῶν εἰς ὀκτὼ διηρ. etc. Siue autem haec forma siue altera titulo detur, hoc saltem constat, hanc historiae *Thucydideae* in octo libros diuisionem multo magis quam vllam aliam esse receptam. Nec multo sane magis iis assentiendum puto qui in nouem (teste *Diodoro Siculo*) libros diuidi voluerunt, quam iis qui in tredecim diuiserunt. *Marcellinus* alioqui in *Thucydidis* vita meminit et ipse huius in tredecim historias διαιρέσεως, vel κατατομῆς (quum ipse dicat κατέτεμον) verum ne hoc quidem tacens, aliter etiam quosdam alios opus istud secuisse: et addens, vulgarem tamen opinionem potius receptam fuisse de illius in octo historias diuisione, et quidem *Aesculapium* huic quoque adstipulatum esse. Est autem hic *Aesculapius* vnus ex iis qui scholia scripsisse in nostrum *Thucydidem* feruntur: sicut et *Antyllus*, cuius ab eodem in eadem scriptione fieri mentionem videmus. Horum sane testimonia et a nostro *Scholiaste* alicubi afferuntur.

Quid? an hunc de librorum numero sermonem ea dubitatione quae a nonnullis de octauo libro proposita fuit, claudemus? De ea certe quaestione an videlicet is *Thucydideis* annumerandus sit, tacendum non est: sed nec aliud dicendum, quam nos, quid potissimum dubitationem hanc illis mouerit, dubitare. Nam et passim a veteribus aliquos inde locos afferentibus video pro *Thucydideo* agnosci: et quam dicunt styli in eo esse differentiam, non satis animaduerti.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ autem vocari ea *Thucydidis* quae proxime sequuntur, vsque ad istud narrationis principium, Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλ. etc. (quae est p. 20.) vel ex ipso discere *Scholiaste* potes. Scio tamen alioqui multa esse vetera *Thucydidis* exemplaria (quorum e numero est meum) quae nihilo magis vocabulum istud praefixum isti principio habent, quam me id praefixisse vides. Nec vero *Scholiastes* tantum appellatione hac de isto principio vtitur, sed etiam ex Graecis scriptoribus nonnulli, quorum (si bene memini) est *Dionysius Halicarnasseus*. Hic quidem certe non dubium est quin suae historiae hoc praefigi voluerit: quum ipsemet statim initio eam quam illi praeponit praefationem (vt vulgo appellamus) ita vocandam esse docuerit: scribens, τοὺς εἰωθότας ἀποδίδοσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν λόγους, ἥκιστα βουλόμενος, ἀναγκάζομαι περὶ ἐμαυτοῦ προειπεῖν. Longe tamen diuersum argumentum huius prooemii *Thucydidis*, in quo non itidem videmus eum λόγους τινὰς περὶ ἑαυτοῦ προειπεῖν, nomen suum praefixisse contentum. Caeterum siue ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ, siue absque articulo ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ pro titulo et huic et illi *Thucydidis* loco praefigas, perinde est. IDEM.

[Pro ξυνέγραψε cod. Vindob. n. 33. codd. histor. gr. ap. Alter. legit συνέγραψε. Mox idem cod. τῶν Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων — tum ἐπολέμισαν. Idem τῇ ante πάσῃ omittit, et vocc. πρὸς ἑκατέρους desunt, vt in duobus aliis libris.

Wyttenb. in Sel. Hist. p. 358. haec adnotauit: Introitus totius operis egregius antiquum Graeciae statum patefacit his deinceps 23. capitibus, quae idcirco tota et omnia in hunc libellum retulimus. De principio simplici priscaque grauitate monuimus ad Herod. p. 344. (Select. histor.) De forma τὸν πόλεμον — ὡς ἐπολέμησαν exposuimus Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 35. Est sane antiqua, Herodoto cum aliis locis, tum II, 116. iam frequentata, vt ibi notauimus, immo Homero Il. η, 400. μῦθον — ἀκούεις ὡς — ὑποκρίνονται. Xenophon Hellen. (II, 3, 56. vbi tamen in ed. Schneid. aliter est interpunctum) ῥῆμα — ὡς εἶπεν. Aristoteles in Eudemo, seu de Anima libro, insigni ad rerum et orationis grauitatem, ex quo locum seruauit Plutarchus in Consol. ad Apollon. p. 115. C. τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, διερωτῶντι — οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν.]

P. 2. v. 2. Ἀρξάμενος εὐθὺς καθισαμένου] Exspectasset aliquis praepositionem ἀπὸ ante καθισαμένου· hoc modo: ἀρξάμενος εὐθὺς ἀπὸ καθισαμένου· sed perinde esse videtur ac si dixisset ἀρξάμενος τοῦ συγγράφειν εὐθὺς ὅτε καθίσατο, vel, ὅτε πρῶτον καθίσατο. Dum autem aliud agit *Winsemius*, haud animaduertit *Thucydidem* scripsisse καθισαμένου, non ἱσαμένου· ideoque nullum plane hic locum habere ea quae annotat de Graeca mensium in tres decadas diuisione: quarum primam ἱσαμένου· mediam μέσου· vltimam φθίνοντος vocarent: atque hinc *Thucydidem* bellum incipiens vocasse ἱσάμενον. Eo autem magis miror hunc errorem *Winsemio* obrepsisse, quo frequentior est *Thucydidi* hic verbi istius vsus. Sic certe libro quinto ἐν εἰρήνῃ et πολέμου καθεσῶτος inter se opponi videmus. Librū autem tertio dici τοῦ πολέμου καθισαμένου, et addi etiam ἀκμάζοντος· quod non addidisset, si tantum dixisset καθισαμένου (quomodo enim simul καθίζεσθαι bellum et ἀκμάζειν dici possit?) ac non ἄρτι ei praefixisset. Neque vero ab eo dicitur tantum πόλεμος καθίζεσθαι, sed et ipsi homines dicuntur καθίζεσθαι εἰς πόλεμον, vel εἰς μάχην. Quin etiam καταζάντες pro εἰς μάχην καταζάντες dicit, initio libri secundi. STEPH.

Ibid Καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι] Non temere discedendum esse Interpreti ab iis verbis quae proprie respondent *Thucydideis*, vel hic locus indicat. Nam rectius *Valla* ἐλπίσας hic vertit *sperans*, quam *Winsemius*, *indicans*: qui etiam magis in eo peccat quod futurum tempus

in praesens mutat; quum enim *Thucydides* dixerit, ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, ille ita, *iudicans hoc bellum in primis magni momenti praeque superioribus bellis omnibus commemoratione dignissimum esse.* Atqui quomodo *Thucydides* dicere potuit, se scribere incipientem iudicasse bellum illud tale esse; quum eodem tempore et belli et scriptionis eius initium foret? hoc enim proxime praecedentia verba testantur, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισαμένου· quae idem vertit *exorsus statim ab eius initio: Valla* autem, *exorsus statim ab eo motu.* Neque enim ita intelligenda haec sunt quasi *Thucydides* finito bello ad scribendum illud se contulerit, res ab initio, id est a prima origine, repetens: sed ex illis intelligere verbis debemus, *Thucydidem*, simulatque moueri coepit bellum, id scribere coepisse, et cum belli progressu in scribendo etiam progressum esse. Sed hic omittenda non sunt illa *Scholiastae* verba, γνωσέον καὶ ἐντεῦθεν ὅτι ὕσερον συνέγραψεν ὁ Θουκυδίδης τὴν λέξιν τῆς ἱσορίας· quae scribit in quendam primi libri locum. Quid enim haec sibi volunt? quomodo λέξιν ita seiungemus ab Historia, vt eam post Historiam esse scriptam dicamus? Ego quidem certe vocari puto λέξιν eum eloquutionis ornatum quem Historiae simpliciter et nude (vt ita dicam) scriptae, id est, simplicem et nudam rerum gestarum narrationem habenti, postea adiecit. Siue autem hic, siue alius nostrorum *Scholiastae* verborum sit sensus, non dubium est quin ita vt dixi intelligi illa debeant, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισαμένου. Ex quo sequitur, *Vallae* interpretationem menti *Thucydidis* esse consentaneam, at *Winsemii*, menti eius repugnare. Quam belle autem cohaereat sequens participium τεκμαιρόμενος cum illo ἐλπίσας, ostendi quum margini interpretationis *Vallae* hanc illius τεκμαιρόμενος explicationem apposui, *argumentum suae huius spei ex eo sumens quod et utrique fl.* etc. Ostendit enim *Thucydides* se ista spe illectum scriptioni huius Historiae manum admouisse; quam ipsius belli comitem non male fortasse dixerimus, quum idem huius qui et belli progressus esset, vti modo dictum fuit. Maluissem autem, sicut ἐλπίσας scriptum est, non ἐλπίζων, ita praeteriti significatione seruata dicere, *in spem adductus;* vel *quod spem concepisset.* Nam tot tam vicina participia Latinam linguam fateor non admittere: ac ne alium quidem scriptorem Graecum ita in sui libri principio iis vsum esse existimo: quamuis alioqui minime novum quibusdam eorum sit duobus aut etiam tribus locis ita vicinis ea adhibere. IDEM. Dici etiam potest verbum ἐλπίσας positum esse Graeca consuetudine, pro *νομίσας existimans;* vt *Sallustius* quidem *Thucydidis* aemulus vertisse videtur in fine *Praefationis* ad *bellum Catilinarium.* Idem etiam in *libris Historiarum* aemulatus est exordium, quo *Thucydides* Historiam suam exorsus est. Vide *Fragmenta Sallustiana.* HVDS. Kistemakerus in Thucydide edit. Dipont. illustrato P. I. p. 1. ἐλπ. reddit: aestimans, mente praecipiens.

V. 3. Τεκμαιρόμενος, ὅτι] De hoc quoque admonendus est iam nunc lector, quod non itidem apud alios scriptores ei occurret, orationis structuram passim ab hoc mutari in altero periodi membro. Cuius mutationis et hic exemplum est, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν εἰς αὐτὸν ἀμφ. παρ. τῇ πάσῃ, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐρῶν ξυνιςάμενον πρὸς ἑκάτ. Nam qui *Thucydides* in scribendo non fuisset, ita potius dixisset, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν etc. καὶ ὅτι τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἑώρα ξυνιςάμενον. Vel ita, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ ἀκμάζοντάς τε εἶναι εἰς αὐτὸν ἀμφοτέρους, etc. καὶ ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιςάμενον.

In iis autem quae proxime sequuntur, τὸ μὲν εὐθὺς, τὸ δὲ, καὶ διανοούμενον, necesse est cum participio διανοούμενον subaudiamus infinitiuum ξυνίςασθαι, ex participio ξυνιςάμενον sumtum. Sed non probo istam vocis διανοούμενον interpretationem, *post consultationem;* vel, *re postea deliberata;* id est, μετὰ τὸ βουλεύσασθαι. Neque enim de iis etiam qui εὐθὺς ξυνίςαντο, dubitandum est quin post deliberationem seu consultationem id facerent. Arbitror igitur, *Thucydidem* hoc potius dicere, se in spem eam adductum fuisse ex eo quod reliquam Graeciam partim se iam tum cum alterutris conlungentem, partim in animo habentem hoc facere, vel de hoc faciendo cogitantem, videret. Sic autem libro quinto, οὐ μέντοι εὐθὺς ἀπέςη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διενοεῖτο. Interpretor autem ξυνιςάμενον πρὸς ἑκατέρους, *cum alterutris se coniungere* (nisi quis malit *alterutris se adiungere;* aut, *adiungere se in societatem*) quamuis aliis plerisque modis reddi possit: videlicet *alterutris se associare*, aut *consociare;* vel, *in alterutrorum partes transire:* vel, *in alterutras partes se conferre;* aut, *in alterutrorum societatem se conferre;* vel *societatem coire.* Neque vero Latini dicunt tantum *coire societatem*, sed etiam *coire ad societatem:* nec non *coire*, absque hac vel illa adiectione. Maxime autem placet verbum motus huic interpretationi adhibere, sicut his ξυνιςάμενον πρὸς ἑκατέρους aliquam motus significationem includi videmus. Atque vt illo καθίςασθαι, in eo quem dixi vsu, ita et hoc συνίςασθαι in isto, gaudet *Thucydides;* veluti in isto huius prooemii loco, οὐ γὰρ ξυνεχήκεσαν πρὸς τὰς μεγίςας πόλεις αἱ ὑπήκοοι· et libro VI. ἄλλως τε καὶ εἰ ξυςῶσιν αἱ πόλεις Φοβηθεῖσαι. Legimus tamen et contrarium διαςῆναι de eadem re (quod mirum videri possit) dictum de qua illic συςῆναι· et quidem in ipso libri huius prooemio, minimo post eo quae inde modo attuli verba interuallo, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέςη. Mirum (inquam) videri istud possit, contrarium vocabulum ab ea qui vna eademque de re loquatur vsurpari: sed quaedam contraria in eadem re locum, diuerso intellectu, habere, cum aliunde, tum ex iis quae *Aulus Gellius* affert exemplis discimus. Ita sane et hic intelligentibus, τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν, id est, reliquam Graeciam, ad ferendum quidem auxilium συνίςασθαι· sed quatenus auxilium non iisdem fertur a tota reliqua Graecia, sed vna eius pars his, altera illis auxiliatur, dici etiam posse ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διῖςασθαι. Hoc igitur respectu *Thucydidem* et in illo qui est initio prooemii loco dicere potuisse, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν διϊςάμενον πρὸς ἑκατέρους, vel ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διϊςάμενον· quemadmodum in sequentibus dicit, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέςη. Sed

caue cum *Winſemio* ἑκατέρων interpreteris *vtriusque partis:* contra vide vt cum *Valla* reddas *alterutrorum.* Dum autem hunc eſſe ſenſum dico illorum verborum, ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέξη, non fum neſcius *Scholiaſtem* ſecus intelligere: quippe qui διέξη exponat διεσπάσθη, item ἀνεχώρησεν, et οὐ συνεμάχησεν. Quin etiam addit, nequaquam ſignificare velle ὅτι ἐμερίσθη· ſed ſolos Chalcidenſes cum ſolis Eretrienſibus bellum geſſiſſe. At ego huic *Scholiaſtae* omnino contradicens reſpondeo, *Thucydidem* ſignificare iſtud volentem, dicturum contra fuiſſe, τὸ ἄλλο (non praefixa particula καί) Ἑλληνικὸν ἀπὸ ξυμμαχίας ἑκατέρων ἀπέξη.

Verum ad priorem illum quod attinet locum habentem verbum ξυνιζάμενον poſt participium ὁρῶν, quis non miretur *Vallam*, quum incidiſſet in tam deprauatum exemplar, vt ὅρων vel ἐκ τῶν ὅρων pro ὁρῶν haberet, tantam et tam, meo quidem iudicio, manifeſtam deprauationem non animaduertiſſe? Nam ex hac lectione manarit neceſſe eſt iſta interpretatio, *et cetera Graecia e ſuis finibus ad alterutros acceſſit.* Quod ſi demus verbum ξυνίζασθαι cum ὅρων vel potius ἐκ τῶν ὅρων poſſe ferri, at certe ξυνίζατο, non ξυνιζάμενον, poſcere orationis ſtructuram, fateamur neceſſe eſt.

Immoratus ſum diutius in hoc loco, quod varia in mentem venirent de quibus admonendus eſſe lector videbatur: et quod hunc locum velut exemplum vellem proponere, quam multa in plerosque alios annotanda haberem, ſi accurate omnia annotatione digna perſequi voluiſſem. Simul vero meum conſilium de retinenda *Vallae* interpretatione, ac non commutanda cum altera, probare lectori volui. Nam vel in paucis hiſce quos exhibui locis, maioris vt ſimplicitatis, ita fidelitatis ſpecimen *Vallae* interpretatio exhibet quam illa altera: quae ſane non paulo pluribus quam haec emendationibus opus habet. Atque hic in ſimplicitatis mentione occurrit vocabulum μέγαν in membro illo, cuius ſenſum a poſteriore Interprete perverſum eſſe dixi, ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. Nam quum *Valla* μέγαν πόλεμον, et ſimpliciter et verbum verbo reddens, interpretatus fuiſſet, *magnum bellum*, ille dicere maluit, *bellum magni momenti.* At ego omne magnum bellum magni eſſe momenti nego: et aliquod paruum alioqui bellum, magni tamen poſſe eſſe momenti dico. Steph. Perinde eſſe, vtrum καθιζαμένου an συνιζαμένου legatur obſervat Abreſch. Dilucc. p. 1.

P. 4. lin. 1. Διανοούμενον] *Stephani* interpretationem participii διανοούμενον ne reciperem, faciunt verba *Thucydidis* accuratius ſpectata. Nam primum vniuerſe ait: ὁρῶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιζάμενον πρὸς ἑκατέρους, *caeteros Graecos ſe coniungi cum alterutris vidiſſe.* Inde ſub hac generali complexione ſubſumens alios ſtatim (vt ſubditos et ſocios manifeſtos vtriusque partis) alios poſt aliquam deliberationem id feciſſe ait. Quod autem *H. Stephanus* putat, illos quoque qui ſe ſtatim coniunxerint, poſt deliberationem id feciſſe: hoc ego nego. Deliberamus enim περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν, vt *Ariſtoteles* ait, de re integra noſtrique arbitrii. Iam priſtinis vtriusque partis ſociis Atticis in primis, minime integra conſultatio fuit, vtros ſequi vellent; multi enim alios, ſi liberum eis fuiſſet, ſocios delegiſſent. Vnde de his ait *Thucydides*, eos protinus cum alterutris coniunctos fuiſſe. Quibus vero libera conſultatio fuit, ſi paulo poſt alteri parti adhaeſerunt: vt ex libro ſecundo apparet, vbi ſocios vtriusque partis enumerans *Thucydides*, Athenienſes in Zacynthum, Cephalleniam, Acarnaniam, legatos ſocietatis petendae cauſa miſiſſe, ait. Item ex Achaeis primo ſolos Pellenenſes Lacedaemonios ſecutus ait, inde vniuerſos. *Acacius.* Hvds. Haec non videntur maximam vim habere ad refellendam ſententiam *Stephani*, cum participio διανοούμενον iungendum eſſe infinitiuum συνίζασθαι e praecedenti ξυνιζάμενον repetitum. Nam ſi Graeci illi, qui ſui iuris et arbitrii erant, ſe deinde cum alterutra parte coniunxerunt, cur de his dici non poſſit, ὁρῶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν διανοούμενον συνίζασθαι? Saepe etiam aliis locis hoc genus ellipſeos apud *Thucydidem* occurrit. Vide ad VII, 69. Dvk.

Ibid. in *Notis* col. 2. poſt, ἦισαν legit. adde: *Suidas* ſcribens καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωςέον, ἀκμάζοντές τε ἦισαν ἐς αὐτὸν, indicare videtur iam olim dubitatum fuiſſe de ſcriptura huius loci. Ἤισαν vel ἦσαν habet quo ſe tueri poſſit. *Thucydides* I, 118. ὄντες μὲν καὶ προτοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους. Et Cap. 123. ἀλλὰ θαρσοῦντας ἰέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον. Add. quae ad III, 14. adnotata ſunt e Xenophonte. Dvk.

P. 4. l. 1. μεγίζη δὴ. Cod. Vind. δὴ μεγίζη. Paullo poſt pro ξυμβαίνει vt Alter. edidit, cod. Vind. συμβαίνειν.

l. 3. ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντι. Videtur ab Herodoto fluxiſſe: cuius locis Abreſchio notatis Auctar. Diluc. Thuc. p. 213. addatur alius II, 34. περὶ μὲν δὴ τοῦ ξεύματος αὐτοῦ ἐπ' ὅσον μακρότατον ἰσορεῦντα ἦν ἐξικέσθαι, εἴρηται. *Vlyet.*

P. 6. l. 2. ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλειόνων, i. e. *a quocunque maiore numero coactum*, ſ. *ab iis, quicunque maiore innadebant numero coactum.* Etenim adiuerbium ἀεὶ incluſum, vt hic, adiectiuis, aut, vt alibi, adiectiuo ac ſubſtantiuo, valet idem ac latinum *cumque, vis, libet*, adhaerens relatiuis, *qui, quae, quod.* Male igitur redditur ab interpretibus *ſemper. Kiſtem.*

ἐπιμιγνύντες etc. Cod. Vind. ἐπὶ μιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλους.

P. 8. l. 3. ἐπιπλεῖσον. Vind. ἐπὶ πλεῖσον. Mox idem ᾤκουν αὐτοὶ, omiſſo articulo.

Locus communis in Atticorum laudibus et orationibus, ſed e Thucyd. perſona dictus, et hoc in nexu, habet difficultatem. Quomodo enim incolae οἱ αὐτοὶ ſemper ſunt, quando continuo peregrini exules ſe iis admiſcent? Nimirum ita οἱ αὐτοὶ, quod veteres et primae propaginis incolae manent in regione, nec eam relinquunt vt in Theſſalia, Boeotia et Peloponneſo factum erat. Feſtivus eſt Scholiaſta, verba οἱ αὐτοὶ ἀεὶ ita explicans: τῷ γένει δηλονότι· οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι. Hoc nimirum eſt ſapere. Thucydides eamdem rem perſpicue magis exponit e Periclis perſona in funebri oratione II, 36. — Caet. ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖσον referendum ad ἀξιοῦσιν, non

ad λεπτόγεων. Sequitur eius, quod modo dixerat, repetitio ac documentum: repetitio quidem his verbis τοῦ λόγου — αὐξηθῆναι· documentum vero his, παράδειγμα — Ἑλλαδος οἱ πολέμῳ [ita enim legendum est; perperam in ed. Lipſ. οἱ ante πολεμῳ omittitur.] — In repetitione illud τοῦ λόγου explicationi et ſignificationi antecedentium inſeruit, et idem fere eſt ac τοῦ λελεγμένου, *eius quod dixi.* Sic Plato in Menex. p. 404. C. μέγα δὲ τεκμήριον τοῦτο τῷ λόγῳ etc. Itaque Thucydide. loci haec eſt ſententia: *Et eius rei, de qua dico, nimirum Atticam per migrationem populorum in eam aduenientium creuiſſe hominum multitudine, nec tamen ſimiliter atque alii populi creuerunt, ad alias res creuiſſe, id eſt, ad diuitias, abundantiam, ſeditiones: huius igitur rei hoc non minimum eſt documentum, quod ex reliqua Graecia ii, qui* cet. — *Wyttenb.* qui ſimilem locum Platonis Sympoſ. p. 317. H. corrigit, vbi, cum vulgo ſcriptum ſit: μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὸ τοῦδε τοῦ λόγου, verba ὑπὸ τοῦδε delet.

Leuesquius cum Abreſchio verba ἐκ τοῦ ἐπιπλ. refert ad λεπτόγεων, Attica *maximam partem* tenuis et macilenti eſt ſoli. — Reiskius in Abreſch. Diluc. p. 4. ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖσον λεπτόγεω ſcribit. — Sequentium verborum hanc propoſuit Leuesq. emendationem: καὶ παράδ. τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχ. ἐϛι, διὰ τὰς μετοικίας, τὰ ἄλλα (ſcil χωρία — omiſſa praep. ἐς) μὴ ὁμ. αὐξηθ. hoc ſenſu: eius quod dixi, ſcil. ſterilitatem ſoli Athenienſibus magis profuiſſe, quam ceteris Graecis fertilitatem, documentum non minimum eſt, quod ceterae regiones, propter migrationes, non, vt Attica, ciuium multitudine creſcere potuerunt; in Atticam enim migrarunt potentiſſimi exules aliarum terrarum. Duo etiam ſcholiaſtas non legiſſe praepoſ. ἐς exiſtimat. Quod ſi ea ſeruanda ſit, praeferendam eſſe Corayi interpretationem monet. Is iungit verba διὰ τ. μετ. ἐς τ. ἄλλα μὴ ὁμοίως, commate poſt ὁμ. poſito, quaſi dixerit auctor: παράδ. τοῦ αὐξηθῆναι τὴν Ἀττικὴν, διὰ τὸ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν μὴ ὁμοίως, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, μετοικῆσαι ἐς τὰ ἄλλα χωρία τῆς Ἑλλάδος — Thucydidem more ſuo inuertiſſe naturalem verborum ordinem. Ea tamen ratione non ſatis haec verba cum ſeqq. nexa eſſe cenſet L. — Caet. in iis quae antecedunt, interpunctionem mutari voluit Kiſtem. p. 6. l 6. ante καὶ δι' αὐτὸ ſemicolon, ante ἥ τε νῦν (*nempe ea* etc.) comma poni, poſt ἀρετὴν γῆς comma deleri, iubens.

l. 6. βέβαιον Cod. Vind. βεβαίως.

Cap. 3. p. 10. l. 3. Φθιώτιδι. Vind. Φθιωτίᾳ. Ita etiam *Iac. Tuſanus* (Touſſain, philologus Pariſienſis, mortuus a. 1547) cuius varias lectiones ſ. correctiones, margini ed. Aldinae, quod exemplar bibliotheca Caeſ. Vindob. habet, adſcriptas edidit Alterus. Paulo ante ἐπιπλεῖσον Kiſtem. in ſchedis Roſig. optime expoſitum cenſet, *per maximam Graeciae partem; ἀφ' ἑαυτ.* etc. a ſemet cognomen indidiſſe huic parti αὐτοὺς poſt ἐπαγομ. idem valere putat, quod ἑαυτούς.

P. 12. v. 1. τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον κ. π. λ. interpretatur Kiſtem. *per cohabitationem praecipue*, per coniunctionem, per vitae commercium; vti ὁμιλεῖν eſt cap. 77. et mox legitur κατὰ πόλεις ξυνίεσαν, quod ξυνιέναι K. interpretatur *congredi, coire;* tum ante τῇ ὁμιλίᾳ ponit comma, et mox ὡς ἕκαϛοι Ἕλληνες vertit: *proprie dicti*, aut potius, *ſingulatim habitantes, non cum aliis commiſti.*

l. 2. ἐκνικῆσαι. *Eualeſcere* hoc ſenſu dixit Tacitus. Graecum verbum Thucydideae eſt proprietatis, eiusque commendatione a multis ſcriptoribus frequentatum, quos notabimus ad Plutarchi Moralia. *Wyttenb.*

lb. τεκμηριοῖ. Vind. τεκμηροῖ. Mox idem πολλῶν γὰρ ἔτι καὶ (ita vt ὕϛερος omnino deſit.)

l. 4. ἀνακαλεῖ. Vind. ἀντικαλεῖ. Tuſan. ἀποκαλεῖ.

l. 5. εἰς ἕν. Vind. ἐς ἕν. Idem paulo poſt ὡς ante ἕκαϛοι omittit. Caet. ad h. l. conferri poteſt Tollii Exc. ad Apoll. Lex. Hom. p. 738. f.

l. 6. ξυνίεσαν. Tuſ. ξυνῆεσαν.

l. 7. ϛρατείαν. Vind. ϛρατιὰν, vt Dan.

P. 14. l. 1. παλαίτατος. Vind. παλαιότατος. Mox in eodem λῃϛρικὸν, vt et Tuſ. adſcripſerat.

l. 4. ἐΦόσον Vind. ἐφ' ὅσον.

l. 7. αὐτῶν poſt σφετ. omittit Vind. — Kiſtem. illud refert ad ἀνδρ. οὐ π. ἀδυν. vt ἀσθενέσι ad eos, quibus praecerant.

l. 8. τὸν πλεῖϛον. Vind. τὸ πλεῖϛον.

P. 16. v. 2. καὶ οἱ παλαιοὶ τ. ποιητ. Aut Thucyd. ſcripſiſſe κ. οἱ παλ. τῶν Ἠπειρωτῶν, aut ſimpl. κ. οἱ παλ. vt τ. Ἠπ. ſubintelligatur, cenſet Lennep. ad Phalar. Epp. p. 176. f.

P. 16. l. 5. τῷ παλαιῷ τρόπῳ i. e. exercendi piraticam, eaque ſe et ſuos alendi. *Kiſtem.*

l. 6. τὴν ταύτη. Vind. τὴν ταύτην.

l. 10. ταῦτα τῆς Ἑλλάδος. Mauult Wytt. ἅττα τῆς Ἑλλάδος, quo commodius referatur ad ſupra memoratos Locros, Ozolas, Aetolos, Acarnanes.

ἐς πάντας ὁμοίων. Vind. ἐς π. ὁμοίως.

P. 18. v. 1. ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ, *ſoluta, neque certis legibus adſtricta bibendi ratione*, illuſtrat Wyttenb. Anim. ad Iul. Or. I. Bibl. crit. Vol. III. P. I. p. 68. ſiue ex edit. Schaeferi (Lipſ. 1802.) p. 159.

τρυφερώτερον. Vind. τρυφερώτατον.

καὶ οἱ πρεσβύτ. κ τ. λ. Kiſtem. reddit: Et beatiores eorum, natu grandiores ante non multum temporis, pro delicata viuendi ratione, adhuc lineas tunicas geſtarunt.

V. 3. ἐνέρσει etiam Wytt. (vt et Kiſt.) praetulit, ἐν ἔρσει eſſe in Mſ. Lugdun. monens, at in marg. ἐνέρσει. Locum hunc multorum mentione et imitatione celebratum eſſe, in nott. ad Plut. Opp. Mor. ſe declaraturum eſſe oſtendit.

V. 7. γυμνάζεσθαι. cod. Vind. γυμνάσθαι.

C. 7. p. 20. v. 5. νεώτατα. Vind. νεώτατοι.

P. 22. v. 1. κάτω ᾤκουν. Vind. κατῴκουν. Kiſt. κ. ᾤκ. explicat: *in planitie habitabant*, ἀνῳκ. εἰσὶ *in alto, loca excelſiora, habitantes*, hoc ſenſu: „populabantur enim illi ſe mutuo, atque ex aliis eos, qui non erant maritimi ſ. mare non accolebant, et ad hoc vsque tempus (vetuſtae vibes, de quibus in praecedd. ſermo) loca editiora incolunt.“ Hanc expoſitionem rem ipſam et aliarum gentium conſuetudinem firmare monet; dein bene ſequi: *nec minus inſulani praedabantur.*

Wyttenb. ad omnem loc. *αἱ δὲ παλαιαὶ — ἀνῳκ. εἰσὶ* haec est adnotatio: „Hic item locus est ex interiore genere compositionis Thucydideae quae plurimas res pauciſſimis verbis comprehendit, idque eiusmodi ordine, quem ſcriptor ſequitur, non quem legentes facile aſſequantur. Equidem omiſſis aliorum Interpretum rationibus, rationem ipſe meam explicabo. Primum igitur hoc tenendum, de ſolo maritimo hic agi latrocinio, non item de terreſtri, quod forte quis ſuſpicetur ex illis verbis c. 5. *ἐληΐζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους.* Deinde poſt *παλαιαὶ* vel addendum *αἱ* cum Reiskio, vel certe cogitatione intelligendum: *ἀντισχοῦσαι* retinendum nec in *ἀντισχοῦσαν* mutandum: in *ἔφερον* ſubaudiendus Nominatiuus *οἱ λῃζόμενοι*, vel *οἱ λῃσαὶ* ex antecedentibus: dictio haec *ἔφερον — ᾤκουν* in parentheſin redigenda: *τῶν ἄλλων, ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι, κάτω ᾤκουν* accipiendum poteſtate Accuſatiui pro *τῶν ἄλλων τοὺς οὐ θαλασσίους μὲν ὄντας, κάτω δὲ οἰκοῦντας·* denique *ἀνῳκισμένοι* mutandum in *ἀνῳκισμέναι*, vt item antecedens *ἕκαστοι* in *ἕκασαι·* neque enim maſculinum per Atticam vel enallagen vel aliam conſuetudinem tueri ſe poſſit. Sententiam ita reddimus: Sed veteres vrbes, quae factitando maritimo latrocinio ſe per longum tempus tutatae ſunt, longius a mari ſitae erant cum in inſulis, tum in continente: nam latrones et inuicem ſe populabantur, et alios, qui, quamuis nec latrones eſſent, nec maritimis rebus operam darent, tamen non procul a mari habitarent: et veteres illae vrbes ad hoc vsque tempus adhuc procul a mari ſitae ſunt."

Leuesquius lectionem *ἀντισχοῦσαν* ſequitur, cum Corayo *ἀνῳκισμέναι* ſcribit, iungendum cum *αἱ δὲ παλαιαὶ* ſc. *πόλεις.* Idem *ὅσοι ὄντες οὐ θαλ.* pro Nominatiuo habuit ſtruendo cum *ἔφερον.* Corayus *ἔφερον* ad *λῃσαὶ* refert, qui Nominat. lateat in voc. *λῃσείαν·* latrones ſe mutuo impugnabant, et reliquos omnes (*τῶν ἄλλων ὅσοι*) qui non maritimi erant, ſed ad littora maris habitabant.

C. 8. p. 22. v. 3. *ὄντες* non redundat, eſtque: *qui tum erant*, non, qui iam ſunt, habitantes nunc in continente. *Kiſtem.*

V. 4. *καθαιρουμένης.* Vind. *καθαιρουμένης.* Mox idem *τῶν τε τεθνεώτων.*

P. 22. in *Thucyd.* v. 5. *Ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν*] *Quintilianus* VIII. Inſtit. Orator. 4. e *Thucydide* laudat, *ἐν ἐρύμασι Κᾶρες ἐφάνησαν.* Satis certum eſt eum hunc locum ante oculos habuiſſe: neque enim vsquam alibi haec duo, *Κᾶρες ἐφάνησαν*, in *Thucydide* leguntur. *Hartungus* a Clar. *Burmanno* ad Quintilianum indicatus in Decur. prim. locor. Memorabil. p. 631. Tom. II. Lampad. Crit. ſcribit, ſe lectoris iudicio relinquere vtra lectio ſit potior. Mihi non dubitandum videtur quin praeferenda ſit lectio omnium exemplarium *Thucydidis.* *Ἐν ἐρύμασι* hic nullum ſenſum habet. Dvk.

ἥμισυ Alter. cum cod. Vind. edidit *ἥμισι.* Mox idem codex *ξυντεθαμένοι*, et ante *θάπτουσι* addit *Κᾶρες.*

V. 10 *γιγνόμενοι.* Vind. *γινόμενοι.*

ἐφιέμ. γὰρ — omiſſam antea eſſe ſententiam exiſtimat Lev. ſaepe enim part. *γὰρ* reddere cauſam omiſſae ſententiae. Supplet haec: ita inaequalitas exſtitit. (L' inégalité s' établit: car épris de l' amour du gain etc.) Eodem modo cenſet de part. *γὰρ* in loco Aeſch. Perſ. 208. ſſ. quem copioſius tractat.

P. 24. v. 2. *ὑςέρῳ χρ.* Vind. *ὕςερον χρόνῳ.*

V. 6. *ἐπωνυμίαν* Kiſtem. non interpretatur *nomen* (*ὄνομα*) ſed *denominationem* ſ. poteſtatem denominandi, ſicque *ἐπων. ἔχειν* eſt, denominare, nomen dare.

P. 26. v. 6. init. Leg. *ἱκανὸς* — dictionem Thucydideam ab aliis ſcriptoribus hinc ſumtam notauit Wyttenb. bibl. crit. Vol. I. P. III. p. 49. Addit in not. h. l. Euſeb. Praep. Ev. III, 103. C. *εἴ τῳ ἱκανὸς πιςώσασθαι* Πλάτων.

C. 10. p. 26. v. vlt. *τά τε ἱερὰ* — Vind. *ταύτῃ ἱερὰ* — Mox idem *συμμάχων.*

P. 28. v. 6. Verba *τῆς πόλεως* poſt *ὄψεως* Vind. omittit.

V. 8. Poſt *νῦν* plene interpungi iubet Kiſtem. quia ſequentia nouum continent inferioris numeri copiarum argumentum: *Homeri porro* ſ. rurſus (*αὖ*) *poëſi ſi quid et hic credi oporteat.*

P. 30. v. 1. Comma ante *ἐν ταῖς* etc. poni iubet Kiſtem. quae verba iungenda ſunt cum *δεδήλωκε.*

P. 30. in *Thucyd.* v. 2. *Ἔξω τῶν βασιλέων*] Id eſt, *χωρὶς*, *Thom. Magiſt.* in *ἔξω.* *Scholiaſtes* Thucydidis III, 61. et V, 26. exponit *ἄνευ.* Dvk.

C. 11. p. 30. v. 8. *βιοτεύσειν.* Vind. *βιοτεύειν.* Perperam Alter. cum Hudſono dicit, ita et in Graev. legi. Nam Duker. iam correxit, et in eo *βοιωτεύειν* eſſe oſtendit.

Verba *δῆλον δέ· τὸ γ. ἔρ.* — *ἐτειχίσ.* parentheſeos ſignis incluſit Wytt. proximum *δὲ* poſt *φαίνονται* monet habere vim inſtaurandae conſtructionis interruptae, de qua conſuetudine Abreſch. in Dilucc. p. 780. dixit. Heilmanni diſtinctionem et lectionem probat Kiſtem.

ἔρυμα. Vind. *ἔρυγμα.* Mox idem: *χερονήσου.*

P. 32. v. 1. ſ. *τοῖς ἀεὶ ὑπολ.* iis, *quicumque* relicti erant. Kiſtem. Sic mox *τῷ ἀεὶ παρατυχ.* reddit: illa, quaecumque forte aderat, parte.

V. 2. *καὶ ὄντες ἀθρόοι* i. e. *et, ſi quum conferti eſſent, non* diuiſis copiis etc.

V. 3. ſ. *ἀλλὰ μέρει.* Vind. *ἀλλὰ μέρη.* Pro *παρατυχ.* idem cod. *παρόντι.*

P. 32. in *Notis Col.* 2. v. 3. poſt haec *Stephani*, *lectio noſtra magis placebit.* Steph. add. *Scholiaſten* ſcripſiſſe *ἀλλὰ μέρει τῷ* apertum eſt. Et ſic *Bafil* Poſt eam aliae *μέρει τῶ* contra ſententiam *Scholiaſtae.* Dvk.

V. 5. Partic. *γε* poſt *αὐτὰ* deleri mauult Kiſtem. vt ingratam h. l.

C. 12. p. 32. v. 10. *ὡς ἐπιπολὺ* — Vind. *ὡς ἐπιτοπολύ.*

V. vlt. *πρότ. ἐν τῇ γῇ τ.* Vindob. cum aliis codd. *ἐν τῇ γῇ τ. πρότερον.*

P. 34. v. 2. *ἐξέπεμψ.* Etiam Vind. *ἐξέπεμπε.*

V. 3. *Ἰταλίας.* Quamuis nihil arietatis e codd. afferatur, tamen interpretes latini *Ἰταλίαν* legiſſe videntur, quorum exemplum ſe eſſe ſecutum, Lev. oſtendit. — In Vind. eſt *ᾤκησαν*, et mox *τὸ πλέον* vt in aliis codd.

C. 13. p. 34. v. 5. γενομένης. Vind. γινομένης. Mox idem γινομένων.

P. 34. v. 7. πρότερον δὲ ἦσαν — βασιλεῖαι. Non ita debet accipi, ac si ex regia potestate hereditaria *continuo* tyrannis orta sit: πρότερον latius patet, et hanc sententiam efficit: *Monarchiae existit ea species, quae dicitur tyrannis; quum olim ea esset species in Graecia frequentare tur, quae contineretur regia hereditaria potestate certis honoribus definita.* Constat ex historia, temporibus heroicis Graeciae populos tali regnorum forma vsos esse, quae regna post bellum Troianum fere in democratias conversa, in quibus postea tyrannos subinde exstitisse: quas conuersiones attingit Aristoteles Polit. IV, 17. V, 4. et in primis 10 vbi tantum non hunc Thucyd. locum interpretari videtur. Illum inter regium et tyrannicum statum medium, popularem formam et conuersionem Thucydides, vt in vulgus notam, non diserte exponit, sed vniverse significasse satis habet. Ita p. 72 c. 18. de Spartana republ. bene constituta eiusque constitutionis aetate dicens, tacet de Lycurgo. Vnde temere quis suspicetur, eam, quae de Lycurgo, vt auctore harum legum ferebantur, pro vanis et fabulosis habuisse. *Wyttenb.*

V. 9. καὶ τριήρεις ἐν Κορ. πρῶτον. Vind. καὶ τριήρεις, πρῶτον ἐν Κορινθῳ. Tum idem cod. ἐνναυπηγηθῆναι (quod quidem, tot codd. auctoritate firmatum, videtur praeferendum esse). Mox idem: Ἀμινοκλῆς Κορινθίοις ναυπηγὸς —

P. 36. v. 1. γίγνεται. Vind. γίνεται.

V. 6. idem ἐπλωΐζον. Tum id. λῃστρικόν.

V. 7. ἀμφότερα. Ita etiam legi Wytt. et Kistem. iusserunt, et W. confirmat Mf. Lugdun. auctoritate. Mox Vind. γίνεται.

V. 11. Μασσαλίαν. Vind. Μασσιλίαν.

C. 14. p. 38. v. 2. ὀλίγαις χρώμενα. Vind. ὀλίγα χρώμενα.

V. 5. ῥᾳτείας. Vind. ῥᾳτιᾶς. Mox in eodem: οἵτινες ἄλλοι.

V. 8. αὗται. In Vind. αὐταὶ est.

V. 9. γιγνόμενα. Vind. γενόμενα.

P. 40. v. 1. αἱ ὑπήκοοι. Malim omittere αἱ cum codd. plurimis, ne durior temere admittatur constructio, iungens αὐτοὶ cum αἱ ὑπήκοοι. Intellige autem sensum, quem depraual Portus, ita: Non enim in gerendo bello se adiungebant maximis Graeciae ciuitatibus subditi, neque porro ipli etc. Malim enim legere οὐδ' αὖ αὐτοί, *neque porro ipsi*, pro οὐδ' αὐτοί. Conf. LL. var. Paulo post κατ' ἀλλήλους etc. valet: Sed alius potius aduersus alium, singuli s. singulatim bellum vicini populi gerebant. *Kist.*

V. 2. ὡς ἕκαστοι. Hanc formam Thucydidi frequentem illustrat Wytt. ad Herod. in Select. p. 346. Valet: ciuitates, vt erant quaeque inuicem finitimae, ita mutuo bellabant.

V. 5. προσχωρησ. cum Stephano ad Ionum res refert Kistem. Mox Tusan. τῶν Φοινίκων.

C. 17. p. 40. v. vlt. ἠδύναντο. Vind. ἐδύναντο.

P. 42. v. 1. ἐπράχθη κ. τ. λ. Vind. ἐπράχθη δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν ἐργ. ἀξ. Mox idem et Tusan. αὐτῶν pro αὑτῶν.

V. 2. f. Quas hic turbas ac difficultates in redigendis hisce verbis ad syntaxeos leges mouet Stephanus, iis superfedere possis, si κατείχετο exponas, *constringebatur, adducebatur*, quem etiam sensum habet T. II. p. 237. ed. Bipont. Tum conuenit huic verbo ἀτολμοτέρα εἶναι, *cogebatur minime audax esse. Kistem.*

C. 18. p. 42. v. 6. κτίσιν. Vind. et Tusan. κτῆσιν (possessionem), quod vocab. ipsis verbis aptius esse ceu et Kistem. ὧν ἴσμεν Kistem. mauult cum Steph. reddi, *quantum accepimus*, s. potius, quorum temporum notitiam habemus.

V. vlt. παλαιοτάτου. Vind. et Tusan. παλαιοτάτου. Parenthesin eodem modo, vt in ed. Lipf. factum, constituit Kistem.

P. 44. v. 6. τῶν Μήδων. Vind. τῶν δήμων. Mox idem: ἐςβάντες.

V. vlt. μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμ. Locum aliorum imitatione esse celebratum obseruat Wyttenb. Bibl. Crit. Vol. III. P. II. p. 6. f. in Anim. ad Or. I. Iul. p. 168. Lipf.

C. 19. p. 46. v. 3. πόλεων, quod etiam est in Vind. et Lugdun., praetulerunt quoque Wytt. et Kistem. et Levesqu. Verbum ἦρχον post παραλαβόντες, deest in Vind.

V. 5. ἀκραιφνοῦς. Vind. ἀκρεφιοῦς.

C. 20. p. 46. v. 6. χαλεπὰ — πιςεῦσαι. Non satis cum sententiae nexu conuenit πιςεῦσαι· et in Mf. Lugdun. superscriptum est ÷, solemne corruptelae signum. Diu est cum corrigendum iudicaui πιςῶσαι *confirmare, fidem facere.* Atque ita nunc video iam ante me placuisse Reiskio Anim. ad Gr. Auct. Vol. III. p. 7. Idem loco eiusdem verbi restituendum est verbum Aeliano Hist. An. I, 51. εἰ ταῦτα οὑτωσὶ πεπίςευται, legendum πεπίςωται. *Wyttenb.* Kittemakerus, reiecta Heilm. sententia πιςεῦσαι pro πιςῶσαι accipientis, censet (vt Bauer.) Infin. Actiui positum esse loco Passiui, hoc sensu: Res igitur vetustas tales esse comperi, difficiles ad credendum omni deinceps argumento, s. in quibus difficulter fides haberi potest omni, quod occurrit ordine, s. sine discrimine adfertur, argumento. Quem sensum sequentibus aptissimum esse moner. Similiter χαλεπαὶ — ἄρξαι VII, 14. h. e. ὥςε τινὰ ἄρξαι, difficilia ad regendum. Corayus tamen ap. Leuesq. existimat πιςεῦσαι esse i. q. βεβαιῶσαι, coll. Albert. ad Hes. V. πιςούμενος. Idem παντὶ ἑξ. τεκμ. reddit: quia deest traditio deinceps procedens, neque interrupta.

P. 48. v. 1. Corayus apud Lev. comma post ἡμέρᾳ tollit et post παρηκμ. ponit, hoc sensu: hoc die et in ipso temporis articulo, quo res agendae erant, suspicionem conceperunt.

V. 5. Particulam τε ante Λακεδαιμ. omittit Vind.

V. 6. δυεῖν. Vind. et Tusan. (isque semper) δυοῖν.

V. 7. οὕτως ἀταλαίπωρος κ. τ. λ. Celebrata est haec sententia apud posteros scriptores. Dicemus plura ad Plutarchum. *Wyttenb.*

P. 49. Not. col. 2. v. 12. poſt, vereor ne male. STEPH. add. Haec adnotatio non legitur inter eas, quas in *Thucydidem* ſcripſit *Stephanus*. Deſcripſit fortaſſis eam *Hudſonus* ex adnotationibus *Stephani* in *Dionyſium Halicarnaſſenſem*, quamquam ne ibi quidem inuenire eam potui. Locus eſt *Dionyſii Halic.* IV, 30. de Fabio Pictore: οὕτως ὀλίγον ἐχὶν ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας ἀταλαίπωρον· vbi quum *Caſaubonus* p. 21. Animaduerſion. in *Dionyſium* multis diſputaſſet legendum eſſe ταλαίπωρον, ad extremum addit, etiam legi poſſe οὕτως οὐκ ὀλίγον ἐχὶν — ἀταλαίπωρον, ex hoc loco *Thucydidis*, et *Ariſtophanis* in Danaidibus. DVK.

P. 49. in Not. col. 2. v. 12. poſt, talibus locis adhiberi. IDEM. Adde quae ſcribit in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 181. DVK.

C. 21. p. 50. v. 1. ἁμαρτάνοι. Vind. ἁμαρτάνει.

V. 4. ἐν ᾧ Kiſtem. interpretatur: *quo tempore*, propter παυσαμένων.

V. 5. κριτόντων. Vind. κρίνοντα.

C. 22. p. 50. v. 9 ὡς δ' ἂν κ. τ. λ. Kiſtem. reddit: *Verum prout quiuis mihi videbatur de praeſenti qualibet cauſa, quae maxime in rem erant, dicere, conſectanti quam proxime vniuerſam ſententiam orationum, quae reuera habitae ſunt, ſin a me commemorata ſunt.* Nempe ex dicta quauis oratione auctor deligebat ſumma tantum capita, omiſſis aliis, ornatus aut perſpicuitatis cauſa additis. Inde intelligi monet, cur in orationibus potiſſimum preſſo et obſcuro genere dicendi vtatur, varius in narratione rerum geſtarum. Cf. Monboddo in lib. de orig. linguae T. II. Lib. 4. c 2. verſ. germ. *Kiſt.*

P. 52. v. 2. ἔχοι. Vind. ἔχοιεν.

V. 3. ſ. ὅσοι δὲ — ἀρκούντως ἕξει. Locus, ſi quis, tractatus, necdum explicitus, memoratus ille quidem a Dionyſ. Halic. Art. rhet. IX, 2. ſed, vt nunc eſt, corrupte: memoratus item Luciano de conſcr. hiſt. c. 42. ſed magis vniuerſe ad ſententiam, quam ad verba; vt neuter in rem praeſentem aliquid adferat lucis. Dicam breuiter, quae mea ſit interpretatio. αὐτὰ δὲ ἀρκούντως ἕξει (τούτοις ſubaudiendum), ὅσοι βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ κρίνειν τὰ ὠφέλιμα τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι. Addidi τὰ ante ὠφέλιμα, omiſi ὄντων cum Steph. et Reiskio, et, ſi quid hoc eſt, cum Dionyſio: αὐτὰ ſunt τὰ πράγματα, referenda ad antecedens αὐτῶν, *hiſtoria rerum geſtarum a me conſcripta.* Sententiam ita reddo: At haec hiſtoria ſufficiet iis qui volent cum fidem ſpectare rerum geſtarum, tum iudicare quid vtile factu ſit in rebus futuris, quae, vt ſunt humana, ſimiles ac tales eſſe ſolent, quales res geſte ac praeter itae. *Wyst.* — Kiſtem. ὄντων retinet ſed ἔσεσθαι delet, hoc ſenſu: *Et* (quicumque volent) *vtilia ea iudicare* (quae facta et a me ſcripta ſunt), *ſatis ipſis fiet*, ſ. *ſat ipſis praeſtabitur.* Poſſe tamen etiam ἔσεσθαι cum ὠφέλιμα iungi, aut exiſtimari more Attico redundare, vt εἶναι ſaepe. V. intpp. Lucian. T. I. p. 321. ed. Bip. Corayus nihil mutat, ſed verba ita ſtruit: ἀρκούντως δὲ ἕξει (ἡ ἐμὴ ἱστορία ἐκείνοις ὅσοι βουλήσ. τῶν τε γενομ. τ. σ. σκοπεῖν, καὶ κρίνειν αὐτὰ (τὰ γενόμενα) ὠφελιμα (ἕνεκα) τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθ. ἔσεσθαι, τοιούτων ὄντ. κ. παρ. κ. τ. ἀνθρ. Leuesquius Abreſchium ſequitur.

V. 4. ἀνθρώπειον. Vind. ἀνθρώπινον.

V. 5 κτῆμά τε κ. τ. λ. Egregia ſcriptionis profeſſio: igitur prouerbii celebritatem obtinuit. *Wyst.*

C. 23. p. 54. v. 1. πρότερον. Tuſ. προτέρων.

δυεῖν. Vind. δυοῖν. Mox in eodem: ταχεῖ αὐτὴν κρίσιν ἔσχεν.

V. 6. πρότερον. Vind. πρότερα.

P. 56. in Not. col. 2. v. 41. poſt, et αἰτίαν exponat. STEPH. add. Quaerat autem aliquis fortaſſe vnde pendeat hic accuſatiuus πρόφασιν, cum ſuo comitatu, quod alium accuſatiuum τοὺς Ἀθηναίους videat interiici ante verbum ἡγοῦμαι. Sed is meminerit *Thucydideae* conſuetudinis verba traiiciendi: et perinde eſſe putet ac ſi dictum foret, τὴν μὲν γὰρ ἀληθεςάτην πρόφασιν, ἀφανεςάτην δὲ λόγῳ, ἡγοῦμαι (εἶναι) τὸ τοὺς Ἀθηναίους μεγ. γιγν. et quae ſequuntur. Ac potuiſſet certe *Thucydides*, hac orationis ſtructura vtens, et pro καὶ παρέχοντας dicens παρέχειν, haec omnia (breuitatis ſtudio omittere, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. Quum enim praeceſſiſſet, ἐξ ὅτου τοιοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέςη, ſi haec ſubiunxiſſet, τὴν μὲν γὰρ ἀλ. πρόφ. ἀφ δὲ λόγῳ, ἡγοῦμαι (εἶναι) τὸ τοὺς Ἀθ. μεγάλους γιγνομένους, φόβον παρέχειν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ex his lector, vel tacente illo, intelligere poterat quae adiicit ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. Adde quod ex illis quae ſubiunguntur verbis, ἐς τὸν πόλεμον κατέςησαν, ſatis illud perſpici a nobis poterat. Iam vero et voces iſtae, λύσαντες τὰς σπονδάς, quae verbis illis ſunt praefixae, omitti poterant, et ex praecedentibus intelligi.

Verum alia moueri quaeſtio poteſt, ad quam minus facile eſt reſpondere: cuius rei rationem hic reddat rationalis ſeu cauſalis particula γάρ. Neque enim belle cohaerent iſta, *cauſas primum ſcripſi cur foedera ruperint* (caetera, quae velut per parentheſin interiecta ſunt, omitto) *quoniam earum veriſſimam, ſed de qua minime ſit ſparſus rumor, hanc eſſe arbitror.* Hic igitur elliptin eſſe reſpondeo quorumdam verborum, quae ex ſequentibus aſſequi coniectura poſſumus. Quum enim in ſequentibus huic ἀληθεςάτη προφάσει opponat τὰς ἐς τὸ φανερὸν λεγομένας αἰτίας, ego non ſecus intelligendum eſſe locum hunc exiſtimo, quam ſi *Thucydidem* dicentem audiremus, ἔγραψα δὲ τὰς ἐς τὸ φανερὸν λεγομένας αἰτίας, μᾶλλον ἢ τὰς ἀληθεςάτας (vel potius, μᾶλλον ἢ τὴν ἀληθεςάτην, quum ab eo vnica eiusmodi commemoretur). τὴν μὲν γὰρ ἀληθεςάτην, ἀλλὰ λόγῳ ἀφανεςάτην, τήνδε ἡγοῦμαι εἶναι, τὸ τοὺς Ἀθην. etc. Id eſt, (vt iis etiam conſulam qui minus ſunt in ſermone Graeco exercitati) *Eas autem ſcripſi cauſas quae palam afferebantur, potius quam eas quae veriſſimae ſunt* (ſed magis placet, *potius quam eam quae veriſſima eſt*, quum vnius tantum, quae talis ſit, ab eo fiat mentio) *veriſſimam enim, ſed de qua minime ſit ſparſus rumor, hanc eſſe arbitror.* Verum ἀφανεςάτην λόγῳ quum dicere videatur, comparando cum aliis, malim ita interpretari, *ſed de qua minus quam de aliis* (vel, *quam de alia vlla*) *ſit ſparſus rumor.* Alio-

qui possis et ita interpretari, superlatiui gradus vim exprimendo, *sed omnium maxime latentem, quod ad rumorem* (vel *quod ad famam*) *attinet*. Eodemque possis modo, hasce voces ἀφανεςάτην λόγῳ, resoluere in istas (sumtas ex iis, quae illis opponuntur verbis) ἧκιςα εἰς τὸ φανερὸν λεγομένην. Quae etiam antithelis docet, non bene haec verba esse interpretatum eum qui reddidit, *verborum praetextu dissimulata*.

Libuit autem hunc locum diligenter examinare, vt in eo tibi exemplum proponerem miri cuiusdam vsus, quem habet interdum particula ista γὰρ apud hunc scriptorem. Quum tamen haec omnia scripsissem, memoria tibi visa est aliam mihi ex *Dionysio Halicarnasseo* lectionem posse suggerere: quem quum, eius admonitu, adissem, inveni, τὴν μὲν οὖν ἀληθεςάτην. Sed quod de aliis dixi quae diuerse apud eum hoc in loco leguntur, idem et de hoc dicere potero fortasse, eum lapsu memoriae οὖν pro γὰρ scripsisse: praesertim quum illa menti magis obuia quam haec fuisse videri possit. STEPH.

P. 56. v. 2. τὰς αἰτίας κ. τ. λ. Turbas hic mouet Steph., quae facile concidunt, si ita exponas: *causas occasionales, praetextus, et dissidia scripsi primum* (non *in primis*, vt Portus vertit) *eo solum, vt ne qui aliquando quaerant, ex quo* etc. *Nam verissimam causam puto esse* etc. i. e. quas primo adscripsi causas, minus sunt verae, nil nisi praetextus sunt. *Nam* verissima causa etc. Frustra *Steph.* expositionem τοῦ *nam* quaerit, cum negligat verba τοῦ μὴ . . . . κατέςη, neque probe exponat vim v. αἰτίας et πρῶτον, vnde pendet voc. *nam*.

C. 24. p. 56. v. 7. Ἰόνιον. Vind. Ἰώνιον.

P. 58. v. 3. καὶ τῶν Κορινθ. τινὲς, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρ. γέν. Vind. Κορινθίων τινὲς καὶ τοῦ ἄλλου Δωρικοῦ γένους.

V. 4. Ἐπιδαμνίων πόλις. Vind. Ἐπιδαμνίων δύναμις.

V. 5. ἀπὸ πολέμου. Ita etiam Vind.

P. 58. in Not. col. 1. v. 8. post, ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριςερᾷ. add. Ἐν δεξιᾷ quoque habet *Maximus Tyrius* hunc locum laudans Dissert. XII. Et ita in *Harpocratione* v. Ἴονος *Mss. Mediceus*, quod merito probat Vir Clar. *Iac. Gronovius* ad Harpocrat. *Hesychius*, quod me monuit Clar. *Hemsterhusius*, videtur incidisse in Codices *Thucydidis*, qui neque ἐν δεξιᾷ, neque ἐς δεξιὰ, sed ἐνδέξια habe-rent. Nam ita scribit: ἐνδέξια, εἰ μὲν προπαροξυτόνως, οὐκ ἂν ἐπενέγκαιμεν, τὸ ἀντικείμενον, ἐςὶν δὲ πόλις ἐνδέξια εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. Qui ita legerunt, sine dubio ἐνδέξια pro aduerbio τοπικῶ habuerunt, de quo vid. *Auctorem Etymol. M.* in ἐνδεξιᾷ, et ἐπιδέξια, et *Eustathium* in Homer. Iliad. *i.* p. 675. sed quis sit sensus horum verborum *Hesychii* οὐκ ἂν ἐπενέγκαιμεν, τὸ ἀντικείμενον, docebunt alii, qui plus vident, quam ego. Cetera, quae apud eum corrupte leguntur, facile e *Thucydide* emendari possunt. DVK.

C. 25. p. 60. v. 8. διαφθειρομένους. Vind. φθειρομένους.

P. 62. v. 5. τὸ ναυτικὲν. Vind. τὰ ναυτικά.

C. 26. p. 62. v. 9. ἤσθηντο. Vind. ᾔσθοντο.

V. vlt. κατ' ἐπήρειαν Leuesqu. reddit, avec une hauteur insultante, et in not. vocab. illustrat.

P. 64. v. 6. χρήσασθαι praefert Kistem. sententiae causa.

C. 27. p. 64. v. 9. ςρατιὰν. Vind. ςρατείαν.

V. 11. Κορινθίας. Tusan. Κορινθίοις.

V. 14. Ἑρμιονῆς. Vind. Ἑρμιονεῖς. Mox Kistem. mauult Ἠλείους δέ, vt etiam insuauis repetitio part. τε tollatur.

C. 28. p. 66. v. 8. βουλεύσεσθαι. Vind. βουλεύσασθαι.

C. 29. p. 68. v. 2. Πελλίκου. Vind. etiam Πελλίχου, quod et codd. auctoritate, et quia haec nominum forma vsitata est, recipiendum esse docuit Koen. ad Greg. Cor. de Dial. p. 135.

V. 5. ἐν ἀκατίῳ. Vind ἐν Ἀκτίῳ. Lectionem a Bauero receptam defendit etiam Leuesqu. neque tamen nouis argumentis.

V. 6. ζευξαντές τε τὰς παλαιὰς κ. τ. λ. Integram Corayi adnotationem (p. 318. f. T. I. vers. Lev.) ipsius verbis repetemus: C' est un de passages de Thucydide, qui m' a fait le plus de peine. S'il est vrai que le mot ἐπισκευάζω ne puisse signifier autre chose, que *raccommoder ce qui est vieux*, comme il est prouvé par d'autres auteurs, et par Thucydide lui-même l. VI. c. 104.: la premiere pensée, qui se présente et qui m' a toujours embarassée, c' est, que tous les vaisseaux de Corcyre étaient vieux. C' est aussi ce qu' observe l' un des Scholiastes. Mais comment accorder cela avec les chapp. 25. vers la fin et 33. au commencement, où la marine de Corcyre est représentée comme la plus puissante après celle d' Athènes? Il se trouve donc, que dans cette marine si nombreuse et si bien montée, tous les vaisseaux ont besoin d' être réparés. Voilà une contradiction inconcevable. En attendant, qu' on m' éclaire sur cette difficulté, je lis ζεύξαντές τε τὰς πολλὰς au lieu de παλαιὰς, et je prends le mot ζεύξαντες dans le sens d' *apparciller un vaisseau*, de le garnir de ses agrès, en un mot, de le mettre en état de naviguer, ou, dans un sens plus restreint, d' y attacher les courroies appelées τροπωτῆρες, qui retenaient les avirons ou les rames. Les ζυγοὶ du scholiaste qu' on ôtait, suivant lui, toutes les fois que le vaisseau était en repos dans le port, et qu' on y replaçait, quand il fallait mettre en mer, ne sont pas autre chose que les ζευγλαί. (Laudatur eam in rem Hesych. V. ζευγλαὶ et V. Τρόποι.) La seule objection qu' on puisse me faire, c' est, que Iul. Pollux parait avoir pris le mot ζεύξαντες dans le sens d' ἐπισκευάσαντες Onom. I, 11. Mais comme il cite précisément cet endroit de Thucydide, il s' est trompé, de même que celui des scholiastes, qui dit ἔζευξαν διαλελυμένας οὔσας. En un mot, je pense, que Thucydide a voulu dire, que *les Corcyréens s' occupaient de l' équippement de leur flotte, garnissant la plupart des vaisseaux de leurs agrès et faisant des réparations aux autres*, c' est à dire, *à ceux, qui en avaient besoin*. Hanc correctionem (quam antea in dubium vocauerat Lev., existimans ζεῦξαι respondere francog. verbo *radouber*, ἐπισκευάσαι autem verbo *calfater*)

confirmauit idem loco l. 8. c. 108. vbi ἀναζεῦξαι ita legitur, vt Cor. ζεῦξαι explicat.

V. 8. ἀνταιαγαγόμενοι. Vind. ἀνταναγόμενοι.

P. 68. in *Thucyd.* v. 13. Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον] Vide *Stephanum* in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 165. Dvk.

C. 30. p. 70. v. 2. Articulum τοῖς ante Κορινθ. omittit Vind. Mox in eodem eſt ἔφθειρεν. Punctum ante μέχρις in ſemicolon mutari iubet Kiſtem. In fine cap. idem ſcribi mauult: ἐπέπλεον δὲ οὐδετ. Pro ῥᾳτιὰν in Vind. vſitata permutatione horum voce., eſt ῥᾳτεῖαν.

C. 31. p. 70. v. 9. ὀργῇ cum Heilm. explicat Kiſtem. *animoſe.*

V. 12. ſ. ἐπεγράψαντο. Vind. ἐσεγράψαντο.

C. 32. p. 72. v. 1. προυφειλομένης. Vind. προωφειλομένης.

P. 72. in *Thucyd.* v. 4. Κερκυραῖοι δέ] *Scholiaſtes* δὲ pro γὰρ poni dicit. Sic rurſus infra Cap. 77, 102. et 132. *Stephanus* hic et Cap. 132. ab eo diſſentit; ad Cap. 77. et 102. ſententiam illius probat. Vide Notas *Stephani* ad h. l. *Scholiaſtae*, et quae ſcribit in Append. ad Scripta al. de Dialect. Att. p. 188. Dvk.

V. 6. τετύχηκε κ. τ. λ. Locum ita explicat Kiſtem.: Accidit, vt hoc inſtitutum (nulli eſſe ſocios) *tum* apud vos (quorum perimus ſocietatem) ad hoc (petendi negotium, nobis (legatis) ſit alienum (ἄλογον, omnem petendi rationem cauſamque nobis auferens) *tum* in noſtris ipſorum (ſeu noſtrae ipſius vtilitatis) rebus in praeſentia parum commodum ſit.

V. 7. προτοῦ. Vind. πρὸ τοῦ.

V. 8. κατέχημεν. Vind. καθέξαμεν, atque ita correxit Tuſan. praeferque Kiſtem., praeſens tempus ſententiae magis conuenire exiſtimans.

P. 73. in Not. col. 2. v. 16. poſt, II. Schediaſm. 4. add. Vide *Caſaubonum* ad d. l. *Dionyſii* p. 26. Dvk.

P. 74. v. 3. ὥρμηνται pro praeſenti accipit Leuesqu. (ils ſe disposaient vivement) quem Praeter. vſum notiſſimum exemplis nonnullis illuſtrat. In poſtremis huius cap ordinem verborum ita conſtituit Corayus: καὶ ξυγγνώμη, εἰ τολμῶμεν ἐναντία τῇ, μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ, πρότερον ἀπραγμοσύνῃ. Paullo ſuperius Vindob. diuiſim ſcribit κατὰ μόνας.

C. 33. p. 74. v. 6. ξυντυχία. Tuſan. corr. ξυμμαχία.

P. 74. in *Thucyd.* v. 8. Μετ' ἀειμνήσου μαρτυριου] *Scholiaſtes* ita loquitur, quaſi obſeruatione dignum ſit μαρτύριον neutro genere a *Thucydide* dici. *Schol. Roſtg.* et *Caſſ.* addunt, hoc apud ſolum *Thucydidem* inueniri. Fallumtur. Etiam e *Xenophonte* adfertur in Lexicis, et eſt apud *Plutarchum* cum alibi, tum in Public. p. 195. *Ed. Steph. Thomas Magiſter* haec verba *Thucydidis* laudans in μαρτύριον, dicit elegantius eſſe μαρτύριον, quam μαρτυρία. Et tamen μαρτυρία multis locis in *Demoſthene*, *Aeſchine*, et aliis Atticis Scriptoribus legitur. Dvk.

Ibid. v. 10. Ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε] Huc reſpexiſſe videtur *Suidas*: Ἐτιμήσασθε. ἀντὶ τοῦ, ἠγοράσατε. Θουκυδίδης· ἣν ὑμεῖς πολλῶν χρημάτων ἐτιμήσασθε. Idem.

V. 10. Ne poſt comparatiuum ſupplenda ſit part. ἤ, Lev. mauult λυπηροτέρα! cum exclamatione legi.

V. 11. κινδύνου. Vind. κινδύνων. Minorem diſtinctionem (non penelum, quod olim fuit) ante καὶ πρόσθεν poni etiam Kiſtem. ſuſſir.

Ibid. in *Var. Lect* l. 13. ſed altera lectio Ἀττικωτέρα: Haec ſunt verba *Camerarii*, quod neglexit adnotare *Hudsonus*. Dvk.

P. 76. v. 3. παραγίνονται. Vind. παραγίγνονται.

V. 5. παρ' αὐτοῖς. Ita etiam Vind. et Tuſ., non παρ' αὐτοῖς, vt olim legebatur. Mox Vind. ὑμᾶς.

V. 7. Kiſtem. verba ſtruit ita: μηδὲ ἁμάρτωσιν δυεῖν, φθάσαι ἢ κακ. etc. ne fruſtrentur alterutro, aut priores aut nobis inferant damnum, aut ſibi etc. Ante δυεῖν ſupplet θάτερον. Quod grammatica ratio repudiat. Leuesqu. part. c. ἤ h. l. copulandi vim habere monet, vt ſaepe apud Hom. Pro δυεῖν Vind. δυοῖν. Mox in eodem: ἡμέτερον. Id etiam Leuesqu. praefert ob ſequens τῶν μέν, h. e. ἡμῶν —

C. 34. p. 78. v. 1 ἠβουλήθησαν. Vind. ἐβουλήθησαν.

V. 3. Ad δεομένοις non vult Kiſtem. cum Porto addi *auxilium*, idemque ἐκ τοῦ εὐθ. cum Heilm. accipit *recta*, *aperte*, coll. III, 43.

C. 35. p. 78. v. 8. ἡμᾶς δὲ — Tuſ. corrigit ὑμᾶς δ.

V. 9. Punctum poſt ὠφελείας in ſemicolon mutari iubet Kiſtem.

V. 11. Verba καὶ ἐπιόντων omittit etiam Vind. In eodem mox eſt: ἡμετέρας.

V. vlt. τοὺς ἐκ τ. ὑ. μισθοφόρους. Vind. τὰς ἐκ τ. ὑ. μισθοφορίας.

P. 80. v. 2. ὑμῖν. Vind. ἡμῖν. ἦσαν Leuesqu. loco praeſentis exiſtimat eſſe poſitum, et hac occaſione de temporum permutatione inprimis poëtis vſitata p. 322. ſ. diſputat, laudatis exemplis, vbi praeſens pro imperfecto et pro futuro, praeteritum et futurum praeſentis loco, adhibita ſunt. Kiſtem. ἦσαν locum Coniunctiui obtinere cenſet: iidemque hoſtes nobis vobiscum forent. μεταξάντες eidem Kiſt. ſunt, non, qui defecerunt, ſed, *obſtantes*, *contra ſtantes*, hoſtes.

V. 3. ὅπερ. Tuſan. corr. ὥσπερ.

V. 4. οὐχ ὁμοία Kiſtem. vertit: *non conſentanea*, *non conuenientia*, et ad ἐξῆν, quod ſequitur, ex his repetit ὅμοιον, vt ſupra ad κωλύειν, δίκαιόν ἐστι. ἀλλοτριώσιν Leuesq. interpretatur ξέρησιν, *priuationem*: et il vous eſt plus important, de ne pas vous en priver.

C. 36. p. 80. v. 7. γνώτω etc. Kiſtem. ita interpretatur: *hic ſciat diffidentiam ſuam* fore vt quandoque foedera ſoluantur) *vires habentem* (adiunctis nobis) *deterrere magis hoſtes; fiduciam vero ſuam* (fore vt rata maneant foedera) *non recipientis nos, infirmam eſſe* (eo quod nos non recipiamur, ideoque) *et erga potentes hoſtes ſecuriorem* (aequo) *futurum eſſe*. Poſt ἐσόμενον colon ponit. Pro αὐτοῦ Vind. αὖτοῦ, et paulo poſt idem ὅσον, οὗ diuiſim.

V. vlt. perperam Kiſt. Genitiuum παράπλου ſollicitat, et ἐν παράπλῳ (vt c. 43. et alibi) legi vult.

P. 82. v. 4. τούτων δ' εἰ περιόψ. Vind. τούτων δ' ἓν εἰ περιόψεσθε.

V. 6. ἡμετέρᾳς (ſcil. σὺν ταῖς) ſcribi etiam iubet Kiſt.

C. 37. p. 82. v. vlt. παρακαλοῦντες. Tuſ. corr. παρακαλοῦντας αἰσχύνεσθαι ita intelligit Kiſt. *erubeſcere ob iniuſtitias tum patefaciendas.*

P. 84. v. 1. αὐτ. θέτιν κειμέιη Kiſtem. cum Grammio interpretatur: quae ipſamet ſitu ſuo munita ſatis ac rebus omnibus ſit inſtructa.

V. 2. ſ. καὶν τούτῳ τὸ εὐπρ. Vind. καὶ τοῦτο τὸ εὐπρεπές. Si lectio ἄστονδον — προβέβληνται retineatur, Kiſtem. ad προβέβ. intelligit *talia haec* (ab ipſis propoſita ſunt)

V. 4. κρατῶσι. Vind. κρατηθῶσι. Verba οὗ δ' ἂν λάθωσι κ. τ. λ. interpretatur Kiſt.: *vbicumque latuerint* (vim facientes) *potentiam adipiſcantur; ſi vero et quid dolo praeripiant* (legit enim προλάβωσι), *eius ipſos non pudeat* (cum ignotum maneat). Leuesq. ἀναισχυντεῖν cum Schol. explicat, ſine pudore negare (nier ſans honte leurs larcins.)

